49 se:quoniam non uendicat † sibi locum in clerico. d.c.q̃
tę.quem doct.ita ibi declarant.Panor.& alij in c.1. de re
sti.spol.Claud.& alij in d.l.ut uim.& ratio est, quia defen
50 dere sacerdotes † publici iuris est :& principaliter spe
ctat ad publicum.l.j.§.huius studij.de iusti.& iure.ꝙ qui
libet tenetur defendere:ad no.in d.l.j.de iusti.& iur.ergo
tantomagis pontificem : qui summus clericorũ est,ac lo
co Christi,& Petri.faciunt no.per Bar.& omnes in l.j. so
* lut.matri.& ita non uendicat sibi locum illa * communis
* opinio in pontifice ſm eandemmet * cõem opinionem :
51 minus quoq; procedit hæc opinio † in crimine perpe
trando contra principem,ſm Bal.Deci. & alios in d. c. j.
de offic.delega.& Bar.& alios in l.j.§.occisorũ.ff.ad Syl
lania. sed summus pontifex est omnium princeps in spiri
tualibus.& si principatus in tẽporalib.hoc inducit,quan
to fortius in spiritualibus operari debet:cum anima om
nibus rebus præferenda sit.l.sancimus.C.de sac. san.eccl.
& pro hoc facit in fortiorib.terminis dictum Abb. in c.j.
52 quod met.cau.uolentis id locum habere in subdito † spi
rituali:ut diœcesano & parochiano. sequitur August. in
additionibus ad Angel. in tractatu malefic. in uersi. che
hai.ergo multomagis habet locum in põtifice:qui est su
pra omnes,& causa omnium diœcesanorum &c. ¶ Præte
reà & quã pluriũ horũ de quib.agitur in tẽporalib. prin
ceps est,igitur prædicta opinio non uendicat sibi locũ in
hoc casu:item cum hi feudatarij sint subditi põtificis sal
tem ratione feudi : cõmunis illa opinio nõ repugnat qn
pontifici nunciare teneantur:cũ cesset in subditis quæcũ
53 que rõ:ut per doct. † in d. c. 1. & in d.l.ut uim.de iusti.&
iur.ubi nouissime Claud.post Flor.in l. scientiam. §. qui
cum aliter.ad leg.aquil.& Alex.in apost.in l. metũ. §. sed
licèt.quod met.cau.Angel.Aret.& August.in d.tract.ma
lefic.¶ Vltimo dico non habere locum in feudatarijs : q̃
id expresse promiserunt ac iurarunt. d. c. j. de noua for.
fidel.& in c.j.quæ fue.pri.cau.benefic.amitten.c.dño. hic
finitur lex. ergo quanto fortius tenentur accedentibus
supra deductis,quibus demonstratum est, cum pontifex
est princeps & superior de iure communi denunciare te
nebantur:& si id iure non iurauerint, & promiserint : &
ex hoc tollitur illud immò retorquetur, feuda interpre
tari ut minus lædant ius commune quam sit possibile :
quoniam de iure communi nedũ feudatarij, sed quilibet
Christianus tenetur summo pontifici nunciare, ac pro ui
ribus opitulari, ut diximus. ¶ Non obstat regula iuris,
certum certiorandum non esse:quoniam negatur ponti
ficem de hoc certum fuisse:immò demonstraui iustam &
probabilem habuisse ignorantiam:prætereà & si sciuisset
adhuc dico hanc regulam non uendicare sibi locum in
54 † feudatario iurante propter formã fidelitatis : de qua
in d.c.1.de noua for.fideli.& etiam propter uerba appo
sita in iuramẽtis ultra formam fidelitatis.d.c.j.nam uer
ba illa necessario comprehendunt casum scientię : & his
casibus non loquitur iuris regula : nec etiam eo casu lo
quitur tex.in c.j.§.prætereà.q̃ fuit pri. cau.benefic. amit.
qñ conuentionis ac iuramenti uerba aliter se habent : ut
in terminis nostris : & hoc pacto remanet sublatum fun
damentum feudorum consuetudines strictè interpretan
55 das fore:cũ quæcũq; dispositio intelligatur † quatenus
proprietas uerborũ signat. l. cũ lege.de testa.nec eo casu
agit de interpretatione.l.ille aut ille.§. cum in uerbis. de
leg.3.remanet quoq; sublatũ fundamẽtũ à rõne cessante.
¶ Prætereà ẽt in hoc casu militabat illa rõ : nam si fuisset
sibi nunciatũ prudẽs &c. declinare potuisset:saltẽ & hoc
modo tollitur illud quod nihil operatum esset fuga ipsa.
Aduertendum quoq; est ad illam rationem : qñ & si illa
fuit causa iuramenti:ut in d.c.tamen imperator nouã for
mam fidelitatis inueniendo, ultra processit, ac plenius
56 prouidit, nam hæc se † compatiuntur, ut per unam legẽ
sit facta prouisio,per alteram uero plenius sit consultum:
ut in §.cæterum.insti. de legi. agna. succes. l. scimus. C.
de inoffi.testa.possem quoque disceptare, an ratio illa sit
propria,& an unica, & an finalis:sed cum ex prædictis sa
tis responsum est, amplius non insistam. ¶ Ex his quo
que apparet responsum ad dictum Fulgo. in l. si ideo. de
euictionibus,& aliorum de quibus supra. quoniam & si
dominus tempus muniendi ac præparandi exercitum ut
se defenderet non habuisset propter nimiam militum ce
leritatem:tempus tamen fugiendi non defuisset ut in fa
cto præsupponitur :& ita si fuisset sibi nunciatum : fuga
periculum euitare potuisset. Item non potest inficiari
quin istud erat factum iuratum ex parte sua : ideò non
57 consideratò † an prodesset domino necne : debebat ex
plicari per ipsum uti ex officio suo. argu. not. per Bald.
Mart.Aluar.& alios in c.j.in princ.quib. mod.feud.amit.
ubi si uasallus relinquat dominum in prælio, licèt non in
digebat opera sua,& in nullo poterat iuuare, feudo pri
uatur : ergo fortius hic cum iuuabat : non omitto etiam
illam opinionem maximam continere difficultatem plu
resque habere contradictores,& quidem maximę autho
ritatis : ut Bart.& Saly.in l. emptorem. de act.emp.Guil.
& Alb.in l.at cum natura. §. sed cum me absente. de neg.
gest.Soci.& nonnullos in l.ij.§.uoluntatem. sol. matrim.
Ang. Areti.in §. fin.insti. de emptio. & uenditio.adeo ut
58 † Deci.in consil. 74. colum.fin. inquit communem opi
nionem esse contra Fulgo. & cum in iudicando à commu
ni non sit recedendum , amplius non insistam. ¶ Nec ob
stat eos quoque feudatarios domini illius Ducis fuisse :
quoniam respondetur hanc obiectionem non respicere
omnes feudatarios : cum ex his qui nunciare poterant
quamplures erant feudatarij tantum summi Pontificis :
& illi qui erant etiam feudatarij domini Ducis non pos
sunt se hac ratione excusari:quoniam quo ad feudum ha
bitum ab eo erant subfeudatarij summi Pontificis : cum
in regno Neapolitano feuda ipsorum sita sunt : & re
gnum in feudum à summo Pontifice reges habuisse affir
matur : & ideo cum quilibet quo ad istud regnum sit
feudatarius, debet iudicari , & comprehendi sub illa
59 regula : quæ habet † feudatarium teneri adiuuare pri
mum dominum , etiam aduersus suum dominum pro
prium & immediatum : ad not. per Specula. in titu. de
feud.§.quoniam uersic.uasallus uasalli.in decis.Neapol.
265.colum.penulti.Ita hi feudatarij tenebantur adiuua
re Pontificem, tanquam primum & principalem domi
num : & contra alium suum dominum, cum quo ad feu
da eorum ipse etiam Pontificis feudatarius est. Item
60 summus Pontifex † est maior quocumque etiam Impera
tore , cum Papa non habeat superiorem : gloss. in cap.
glisarius. 25. q. 4.& Imperator dicitur habere imperium
à Papa , secundum Innoc.in cap. licèt de fo. comp. & ita
non sunt ęquales feudatarij utriusque domini : & ex hoc
cessat ratio æqualitatis considerata : & illud , nec aram
propter aram detegendam esse : cum hic æqualitas non
adsit , immò maior ac potentior ratio pro Pontifice ad
est ratione prædicta : & confirmatur ex regula naturæ,
conscientiæ , iuris canonici ac ciuilis, : qua tenetur qui
libet nunciare periculum futurum , ac delictum perpe
trandum in ipsum : per ea quæ supra allegauimus : &
hæc regula debet etiam habere locum contra alium do
minum : quoniam in iuramento præstito domino id non
61 exprimitur : nec sub generalitate contineri † uidetur:cũ
non est uerisimile in specie id promisisse : regula , in ge
nerali.de regu.iur.in 6.cap. cum in generali. de offic. ui
ca.& proprius ad rem, in cap.1.de iureiurand.in 6.Bar.
Bald.& alii in l.j. quæ res obli. possunt.alias iuramentum
62 esset uinculum iniquitatis : † & nullius esset momenti:ad
not. in cap.& si Christus. & in cap.cum contingat. de iu
reiur.& maximè homicidij,sacrilegij , rapinæ. ¶ Rursus
dico , agebatur de iactura ac summo scandalo perpe
trando in ecclesia catholica ac ecclesiasticas personas :

qui casus in quacunq; dispositione nõ comprehenditur:
63 & ut † non comprehendatur quælibet dispositio inter-
pretatur:ad no.per gl.Abb. Deci. & alios in c. cum tenea
64 mur. de præben. adeo ut ratione scandali † nedum pro-
uisio fieri impedit, sed iam facta reuocatur:glo. j. in c.ij.
62.distin.& plenè per mod.in d.c. cum teneamur. & in c.
2.de rescrip.ergo nullo pacto in iuraméto præstito à ua
sallo Imperatori, continebatur hic casus;itaq; non obstā
te iuramento poterant & tenebātur nuuciare summo Pō
tifici:ut huiusmodi delictis ac scandalo summus Ponti-
fex prouidere posset: idq; à fortiori probo:nam quando
agitur de delicto domini uasallus potest eum accusare
65 † dummódo iuste accuset, & non calumniandi animo:se
cundum Aluaro.& Andre.de Isern.in c. 1.§. sed qui dela-
66 tor.de inr.fisc.quoniam delicta † nocentium debent esse
nota.l.eum qui nocentem. in prin. de iniurijs.& licèt qua
tenus uelint criminaliter id agere habeant aliquos ɔ̄di-
ctores:tñ si ciuiliter uasallus accusauerit eum posse, cõi-
ter recipitur : ut ibi per glo. & oēs feudatistas allegantes
tex.in l.qui cum maior. in fin. de bon. lib. facilius quoq;
id admittitur si contra rem publicam, uel principem deli
ctum erat perpetratum;ut ibi per eos post glo.in d.§.sed
qui delator. at cum hic non solum contra statum reipu-
blicæ Christianæ,ac religionem, sed etiam contra ipsum
summum principem Christianæ fidei , ac urbem sanctā
commissa fuerunt tot delicta : uasallus de iure feudali
non obstante iuramento accusari potest: si igitur in iu-
dicio accusare potest ipsum, fortius huiusmodi delictis
67 obuiare potest : cum melius est occurere † in tēpore, quā
post uulnus illatum remedium quærere:& facilius ꝑmit-
titur.l.fina.cum not.ex quibus cau.integ.resti. non est ne
cess.plenè i l.patre furioso, de his q̄ sunt sui uel alieni iur.
68 ¶ †Præterea licèt uasallus cadat a feudo si reuelauerit se
creta domini. dicto capi. j. quibus mod. feud. amit.ta-
men etiam si non esset in casu quo deberet reuelare, ut in
hoc casu,ut demonstrauimus:nihilominus si reuelauerit,
& non fuerit ad magnum damnum domini, nec fuerit
69 † factum animo inferendi damnum domino, non priua-
tur feudo:ut per gloss. 2.& Andre. de Iserni.Bal.& Alua-
ro.in d.c.j.quibus mod. feud. amit.Iacob. eod.tit.Curt.
in 4.parte.37.causa.in tracta. feud. sed hic non agebatur
de damno domini, sed de lucro & de acquirendo: ergo
poterunt uasalli impune hæc nunciare, & si secretissima
fuissent: & maximè in hoc casu,ubi etiam ille cui denun-
ciatur est suus dominus:& etiam dominus alterius domi
ni uasalli denunciātis,adeo ut consideratis omnibus prę
dictis, res nullam habet dubitationem quin uasalli po-
terant & debebant absque timore amittendi feuda sua
non obstantibus iuramentis denunciare summo Pontifi-
ci periculum imminens: & propterea cum non denun-
ciauerint ceciderunt à iuribus suis, & constat non iuste
debuisse abstinere ad denunciandum,timore ne amittant
suum feudum: & maius est delictum in denunciando &
faciendo quam in omittendo: quia in hoc casu non est
delictum, immò permissum & debitum: & cum non po
test dici malum ipsum denunciare, sed bonum & opus
pium: illud de duobus malis eligendum fore minus nō
facit ad rem,cum alterum optimum sit.Et ex istis colligi
tur responsio ad id quod postremo obijciebatur iuramé
tum præstitum à feudatarijs Pontifici non extendi aduer
sus Imperatorem,per tex.in cap.1. de noua forma fideli.
70 quoniam non loquitur † quando Imperator esset feuda
tarius illius domini cui iuratum erat,etiam in illa re quā
Imperator iuranti alias concesserat, ut in hoc casu: nec
quando agebatur de delictis maximis ac de statu eccle-
siæ,& clericorum,& scandalo euitádo : quibus casibus &
in quolibet eorum nedum uirtute iuramenti tenent feu-
datarij:sed absq; iuramento de iure tam ciuili quā cano-
nico, & naturæ ,aduersus eos pro quibus iurarunt tenen
tur operari:ergo fortius pro illis pro quib. iurarūt agere
71 debent, & si sit Imperator † cum ipse fatetur:in l. digna
uox.& in l.princeps.de legi.uelle secundum leges uiuere,
72 & lege naturæ,& ɔ̄scientiæ inuitus ligatur:ut † plenè in l.
j.in princ. de pact. & in c. 1. de proba. itaque his casibus
à iuramento uasalli non intelligitur excepta persona Im
peratoris, quia in his casibus expresse non loquitur:& lʒ
73 simplr loquatur illud capitulum, † tñ intelligitur in ca-
su habili, qui non contineat delictū uel absurdum. l.j.§i.
nunciatio.de noui operis nuncia.l.ut gradatim.de mu.&
hono. cū simil. & qm̄ illa est interpretatio & subauditio
74 † legis quę non fit nisi in casu permisso, & licito:& ideò
conditio quæ subauditur à lege si decesserit sine filijs, in-
75 telligit de illis qui ſm dignitatem testantis † erant pro-
babiles ad succedendum, ſm distinctionem traditam in
l.ex facto.§.si quis rogatus.ad Trebel.& in l. generaliter.
C.de instit.& substit.ideo non est uerisimile legem perso
nam Imperatoris excepisse in casibus à iure naturæ & ci-
uili prohibitis. præterea esto ꝙ esset excepta persona Im
peratoris, nihil refert, cum & si non uirtute iuramenti ꝑ-
stiti Pontifici tenentur, cum ab eo excipitur Imperator:
omni tamen iure tenentur non obstante iuramento.
¶ Postremo respondeo hanc obiectionem nullius esse
momenti:quoniam non probarunt ducem Borboniæ ur
bem cepisse de mandato Imperatoris, & nomine Impera
toris ea fecisse:nec uerisimile est catholicum Imperatorē
duci hæc mandasse,& argumē. à uerisimili ualet.l. nuptu
ra.de iur.dot.& mandatum nunquam præsumitur,maxi-
mè in illicitis.l.si filius.de pet.hæred.not.omnes in l.sciē-
dum.de uerb.obliga. ergo non debebant timere Impera
torem in hoc:cum non constabat huuc habere mandatū
ab Imperatore: nec uerisimile erat, & nullus sani capitis
id existimare debebat,nec debet, & ita hoc colore nō pos
sunt se defendere à perpetratis contra Pontificem:& pro
pterea uana fuit obiectio horum feudatariorum quia Im
peratori iurarunt,non poterant aduersus Imperatorē de
nunciare,cum istud non erat aduersus Imperatorem,sed
ducem Borboniæ hæc perpetrantem contra uoluntatem
Imperatoris,ut etiam ipse sæpius attestatus est, ut in fa-
cto præsupponitur: & ita, ut dixi, iudicari debet.& ideo
cum falsa fuit obiectio,disputatio,ac responsio fuit super
flua super hac obiectione. Et ex his apparet resolutis om
nibus obiectionibus apertissimè de iure ɔ̄stare hos feu-
datarios debuisse nunciare periculum summo Pontifici:
& si non nunciauerunt feudis suis priuare posse. ¶ Circa
secundum dubium prima fronte uidebatur feudatarios
priuandos esse ex quo nedum dederunt licentiā transeū-
di, & iter faciendi per feuda sua inimicis summi Ponti-
ficis:& uictualia, ac annonam præbuerunt cum per hu-
iusmodi actus eis auxiliati fuisse dicuntur: sed in forma
fidelitatis iurarunt nemini auxilium præstare ad dam-
num domini: ergo debent priuari feudis, cum istud sit
76 auxiliari: † & qui non seruant fidem tam de iure ciuili
77 quam feudorū, † omni cōmodo conuentionis priuandi
sunt:ut probatur in l.penul.de rescinden.uendi.& maxi-
mè cum conuentio fuit iurata.l.si quis maior.C. de tran-
sact.& in iure feudorum probatur in c. 1. §. porro.& ibi
Bal.quæ fuit pri.causa benefi. amit. Idq; suadetur à for-
tiori per tex.in d.c.j.de no.form.fideli.iuncta glo.in uer.
auxilium.ubi nedum tenentur per se aliquid damni da-
re domino, sed tenentur prohibere ne alij dent, ea pera-
gendo de quibus supra nedum prohibent alios damnum
78 dare dño, sed aditum † ac auxiliū præstant:ergo fortius
priuandi sunt:& ita in terminis consuluit Io. de Anan. in
consi.7.& uideatur Raphael Cuma.in consi.61. per totū.
Mat.in deci.Neapol.165.col.fi. pro qua opinione ponde
ro dictum.c.1.de form.fideli.ubi iurat uasallus,& lex ꝑ-
79 mittit, incolume,tutū,† honestū,utile,facile, & possibi-
le:exponitur quoq; ſm Philibertum uerbum tutum,ut ne
sit ei in damno de monitionibus suis: per quas tutus esse
potest:quæ uerba secundum aliquos ibi huic casui cōue-
niunt,& ex sui generalitate comprehendunt:ideq; sentit
gl.in fortioribus terminis in c.ex forma. 21.q.5. pōdero
quoq; uerbum, honestū:nam nemo, & si millies licitum
esset uasallis cum inimicis domini commercium habere,
eisq; in his quibus egeant prouidere:honestum tñ id fo-
80 re arbitrabitur:cum † qui præbet fauorē inimicis meis,
inimicus meus esse præsumit.Bar.in l.sciendum.§.si accu
satio.de legi.Fel.i c.isinuāte.col.1.de off.de leg.facit. c.re
pelluntur.

pelluntur.de accusat.Rursus considero uerbum facile, ꝙ ibi exponitur à legum latore ne id bonum quod dominus facere leuiter poterat, faciat ei difficile:sed præstando alimenta inimicis domini uasallus,qui forsan ꝑ annonę penuriam ulterius progressi non fuissent, uel perijssent,seu imbelles facti fuissent:rem ac uictoriã ipsam, uel defensionem difficiliorem reddidit:ergo ibi casus est aptus decidens sub fidelitate iurata hunc casum comprehẽdi: & consequenter & ex quo egerunt contra id quod iurarunt,eos à iurib.suis cecidisse, comprobatur authoritate gl.in c.j.§.j.quib.mod.feud.amit.per tex.in l.liberi.C. de inof.testa.& in l.j.§.cum patronus.de offi.præfec. urb. & utrobiq; glo.idem attestantur propter cõtractam ami
81 citiam † cum inimicis domini feudatarios priuari posse:
* quas glo.sequuntur.Saly. & * communiter scrib.in d.l.liberi.& in l.j.§.cum patronus. sed quod maius signum est amicitię erga aliquem quam eum hospitari,alimenta pręstare,ac amicissime recipere, & tractare : ergo absq; aliqua difficultate feudo priuandi sunt: adde etiam dictũ gloss.in d.c.1.§.sed qui delator.quæ fuit pri.cau.benefic. amit. sequitur Aluaro. quæ uoluit feudatarium priuari
82 † posse si fuerit fideiussor accusatorũ domini arg. l. post legatum. §. his qui putant. de his qui ut indig. ergo fortius debet priuari si præstitit alimẽta inimico domini:cũ maius sit auxilium præstare alimenta , quam fideiubere. de ueritate illius dicti alias disserui.¶His tamen non obstantibus facti speciem animaduertens determino contrarium : & in facto præsuppono ut ad me transmissum fuit. Primo milites ducis misisse legatos ad feudatarios, & petijsse sibi prouideri de annona, & si id non fecerint omne territorium, castra & loca, ipsosque feudatarios & eorum uasallos igne & ferro se quamprimum pro uiribus consumpturos minatos fuisse. ¶Secundò præsuppono exercitum adeo potentem fuisse castra ac arces feudatarium debiles, ut omnium iudicio quamprimum ab eo expugnari potuissent. ¶Tertiò in eo statu summum Pontificem fuisse præsupponitur, ut feudatarijs de oportuno auxilio prouidere non posset, nec aliquod auxiliũ præstiterat. ¶His sic præsuppositis dico feudatarios impunè potuisse præbere iter,ac alimenta militibus:quoniam etsi uasalli ac feudatarij teneantur domino auxilium, consilium, & fauorem præstare: nec aliquid agere possint, quod ad eius damnum pertineat, sub pœna priuationis feudi, toto titu.quibus mod.feud.amit. & quæ fuerit pri
83 ma cau. benefic. amit. nihilominus † non tenentur salutem domini proprię saluti præferre : secundum gloss. in d.c.1.quibus mod.feud. amit. & in c.si à morte. de alien. feud.paterni.sequuntur feudistæ ibi:& Curt.in trac. feud. in 4.parte. colum.2. Areti.in l. quidam. colum.4.de uerbo.obliga.cum concord. ergo potuerunt impunè huiusmodi facere , ut propriam uitam ac bona saluare : quam si non fecissent , amissuri erant, & à fortiori in hoc casu admittendum est : cum ubi agitur de salute domini conceditur : & hic non agebatur de salute domini : nam feudatarij non erant certi, nec probabiliter sperabant: & si iter ac annonam præstiterint cohortibus prædictis propter id summum Pontificẽ uitam ac bona amissurũ fore.
84 ¶Immò ut depopulationem feudatarij euitare † possint : nedum annonam præstare possunt, sed & castra, & & arces, & Tyranno iurare possunt absq; aliqua pœna : secundum Ioann.de Imol.in consil.34. uisis & ponderatis. ergo quanto fortius potuerunt impunè dare annonam solam & saluare arces, & castra dominis in hoc casu, ubi non solum aderat probabilis timor depopulationis, sed & uitæ proprię, ac amissionis castrorum & arcis funditus destructionis , & ꝙ metus excuset uasallum quando in dominum alium recognouit,consuluit Abb.in cõs. 3.in 2.lib.sed hic aderat metus illustrissimus, ut ex præsuppositis apparet, cum præceptum comminatorium
85 mortis† & incendij emanatum ab exercitu potentissimo uel eius duce, inducit iustissimum metum. Bar.& alij in l.metum.quod met.causa.Abb.Deci.& alij in c. fi. de appel.Pet.de Ancha.in consi.301. uisa supra dicta Alexand. in ꝯs.17.ponderatis narratis in themate.col.penul.lib.3. & præsertim cum hic exercitus solet sæuire contra denegantes annonam & uictualia , ut ager Bonon. ac eius incolę per euidentiam facti permanentis publicè attestantur : nam cum huic duci exercitus noluerunt præstare iter ac annonam, quamprimum totus ager depopulatus fuit , incolę capti ac maximis mulctis affecti , omnia ędificia in agro posita : & præsertim tria ex meis proprijs auitis incensa fuere : ex quibus satis constat contra non obtemperantes uehementer sęuire:quo casu iustissimum
86 † metum præceptum comminatorium operatur:ut per doc.præallegatos & per Angel.in consil.215.thema tale. colum.fin.Dom.in consil.15.super primo dubio. Bartol. & doct.communiter in l.de pupillo. §. si quis ipsi prætori.de noui ope.nuncia.uerfic. quinto quæro. ¶Præterea cum denegare iter,& annonam parum aut nihil profuisset summo Pontifici cũ omnino inuitis feudatarijs quã primum habuissent id quod petebant, si id non fecerint
87 feudo priuari nõ debent, † quoniam non ponitur uasallus si non præstiterit seruitium & auxilium domino:quãdo suum auxilium parum aut nihil domino profuisset. Bald.Martin.Laud.& alij in d.c.j. in princi. quibus mod. feu.amit.dũ de dño ad mortem uulnerato loquunt̃. Immò idem concludunt , & si non esset mortifere uulneratus, sed uasallus putauerit esse : quod maximè notandum est ad rem de qua agitur , ut hi uasalli non puniantur : nedum si parum profuissent , sed & si parum prodesse putauerint : ratio , quia error non auget delictum. l. inter omnes.§. rectè. de fur. secundum Bal.ibi : de cuius dicti ueritate alibi disserui. Immò si rectè res ipsa inspiciatur,melius ac utilius fuit ipsi Pontifici iter ac annonã eos præstitisse , quam denegasse: cum si denegassent nihil ei profuissent, sed nocuissent: cum eius arces & castra fuissent diruta ac incensa,uasalli mortui , capti mulctisq; affecti:quod maximum & principale damnum Pontificis fuisset:qui dominus directus est,& quo ad ipsa bona eius patrimonium diminuitur:ad not.in l.iij.de dam.infec.& interest domini habere ciues locupletes. insti. de his qui sunt sui uel ali.iur.uers.expedit.Bar.& alij in l.j.solut.matri.Amplius non corroboro, cum nunquam uasallus cadat à iure suo:si quid pertinens ad utilitatẽ domini egerit:& præsertim quando iustissimo metu teneatur. & ad adducta in ꝯrinm facilis est responsio: quoniã etsi uerissimũ sit ex uerbis iuramenti teneri uasallos denegare iter inimicis dñi , nec alimenta eis præstare posse:cum sit auxilium præbere & amicitiam ꝯhere , nihilominus in casu à iure permittitur , cum propter salutem proprię uitę id egerunt , ac propter iustissimum timorem: nec etiã summo Põtifici nocuit,immò fuit ad utilitatẽ:quibus casib. adducta in contrarium non procedunt. ¶Circa tertium dubium paucis me expedio cum ex superioribus latè deductis colligitur resolutio : & licèt prima fronte uideatur tex.apertus in c.j.§.item si delator.quæ fuit prima cã benefi.amit.ibi si cognouerit dominum inclusum : & eũ cum potuerit non liberauit,feudum amittit:ꝯcordat tex. in c.l3.si de feudo defunc.fue.ꝯtrouer.ĩter domi. & agna.
89 & in c. 1.in prin.hic fin. lex.& inclusum † accipimus siue uinculis adhibitis,siue non:dũmodo dño ab eo loco recedendi libera facultas concessa non erat.l. ij. de lib.homi. exhi.& eo mõ ĩterpretant̃ ab And.de Iser.& à plerisq; cõmentatoribus,itaq; cũ summus Pontifex inclusus erat in arce Romana sub custodia militum:ut ex ea libera potestas abeundi non concedebatur, & si adhibita non erant ipsi uincula, uidetur aperta fronte determinãdũ esse feudatarios, cum suum dñm non liberauerint à feu dis ceci-
90 disse:& cũ casum legis habemus , † ulterius laborãdũ nõ vr̃:ut per doc.in c.1. de consti. cum simil. attamen in hoc casu distinguendum puto,aut feudatarij poterant liberare dñm absq; iusto periculo,uel iusto timore salutis proprię:& eo casu si non liberauerint , puto eos à feudis sibi ꝯcessis cecidisse ꝑ iura superius allegata : quę hoc pacto interpretanda sunt, ut ex sequentib. apparebit. Aut non potuerunt liberare dñm absq; discrimine proprię salutis,uel saltẽ iustissimo timore:& eo casu puto illa iura locũ sibi nõ uẽdicare,nec à feudis cecidisse.Idq; affirmo ne dum

dum ex rationibus in præcedenti q̃one deductis: quibus
constat uasallum propriam salutem præferre posse saluti
domini, eumq; iusto timore excusandum fore: uerum ẽt
id colligo ex ipso, §. item si delator, & alijs iuribus supra
allegatis. ibi, cum potuerit, nam aliquod non adijcitur fie
91 ri posse † nisi commodè possit. l. nepos proculo. de uer.
sig. & considero uerbum cum potuerit, non esse principa
liter positum in oratione, sed incidenter, ad uerbum libe
rauerit, ac etiam positum fuisse illud uerbum signans po
tentiam ut a domino possit declarari nõ simpliciter sed
in casu potentiæ: & ita ut domino acquiratur. Igitur se-
92 quitur intelligendum esse de potentia † cum commodi-
tate salua dignitate ipsius: secundum theoricam Bartol.
* communiter approbatam in l. j. de iniust. rup. & irrit. fa
cto testa. cum ꝯcor. & hæc intelligentia necessario intelli
genda est, cum alias illa uerba, cũ potuerit, nihil operen-
tur contra. l. si qñ. de leg. 1. & c. si papa. de priuil. in 6. con
tinerent quoq; impossibilitatem de iure & honestate: nã
93 quod non pòt fieri absq; periculo iustissimo mortis, † de
iure tanquam probrosum & contra naturam, ac eius in-
stinctum debet iudicari impossibile, ad no. l. j. de condi.
instit. & in l. impossibilis. de uerb. oblig. sed impossibile
aliquo modo sub uerbo poterit, cõprehendi non dẽt tan
quam ꝯrium & repugnans: præterea cum est prolatum il
94 lud uerbum futuri temporis † adiecta dictione tanquam,
quæ signat ꝯdõnem, licèt principaliter tempus. Bar. & cæ
teri in l. j. de condi. & demon. sed conditio propriè adim
plenda est. l. qui hæredi. l. Mæuius. de condi. & demon. er-
go debet intelligi de uera & propria potentia ac possibi-
litate: quæ in eo esse non iudicat, qui nõ pòt absq; maxi-
mo suæ uitæ periculo. Accedat quoq; dictũ Vlpiani iure-
95 consul. in l. iij. de annu. lega. asserentis bonũ † uirũ nunq̃
arbitraturum fore posse aliquid explicari, quod pòt cum
incõmodo: subaudit Accursi. intolerabili: quam subaudi-
tionem & si nimis arctam, ac diuinatiuam putamus: tñ
huic casui non obesse manifeste constat: cum nullum in-
commodum magis intolerabile, ut utar uerbis Accursij,
96 reperiri potest quã mortis, † cum ſm philosophum sit ul
timũ terribiliũ. Papiniani quoq; sententia comprobatur
97 attestantis in l. filius. de cond. instit. facta quæ lędunt † pie
tatem, æstimationem, uerecundiam nostram: nec facere
nos posse credendum esse, sed non uideo quæ magis pie-
tatem & æstimationem nostram lædere uideantur, quam
contra ordinatam charitatem morti se supponere pro al
tero à captiuitate liberando: & fuit gloss. communiter re
cepta in c. 1. quibus mod. feu. amit. in c. si à morte. de alie.
feud. pater. quæ determinant uasallum non teneri præfer
re salutem domini, proprię saluti: quod potest cõproba
ri ex multis deductis in præcedenti articulo: facit quoq;
in arg. tex. alleg. in c. licèt. si de feu. fue. cõtrouer. inter do
mi. & agna. ubi ꝓ salutem domini pecuniã propriam ex
98 pendere non tenetur: † ergo minus uitam. arg. l. in seruo
rum. de pen. hoc quidem intelligo ꝯsiderato summo Pon
tifice uti quolibet domino directo feudi: non autẽ consi-
derata persona sanctissimi Pontificis, uti persona Ponti-
99 ficis: qm̃ eo casu cum in eo sit publica utilitas † principa
lis in uniuersali & in particulari. l. j. §. huius studij. de iu-
sti. & iur. Bar. Alexan. Ias. & cęteri in l. j. solut. matri. & cũ
est caput fidei, ac religionis Christianæ in terris: pro quã
100 conseruanda † moriendum est magis quam pro patria,
cum sit communis & uera patria. de paterna autem pa-
tria, plura per Alberic. & alios in l. ueluti. de iustit. & iu-
re. Itaque non solum feudatarij & subditi, sed omnes uiri
Christiani salutem propriã pro animarum pastore expo-
nere deuincti esse uideantur: hoc tamen ultimum cum
de eo principaliter non fuerim interrogatus non discu-
tio, sed illud decidendum canonistis ac theologis relin-
quo. ¶ Hæc sunt illustrissime Francisce Guizardine hu-
ius almę ciuitatis gubernator meritissime, quæ mihi con
tinuo interpretandi munere astricto in hac causa quam
exhibuisti pro sanctissimo domino nostro hoc breui tẽ-
poris spatio pro exiguis uiribus de iure respondenda
fore uidentur. Cætera suppleat illustrissima excellen-
tia tua, quæ omnia iura in scrinio pectoris habes. me-
que sanctissimo domino nostro plurimum commendare
digneris. Laus Deo.

¶ Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Patris facto, filius grauari non debet.*
2 *Pactum uel statutum non ualet, ut pater cadat a feudo propter filij delictum.*
3 *Dispositum in uno ex correlatiuis in alio quoq; intelligitur esse decretum.*
4 *Patri ut filium fraudet concedi non debet.*
5 *Pater iuribus filiorum præiudicare non potest.*
6 *Pater filijs quibus acquisiuit emphyteusim præiudicare non potest.*
7 *Emphyteusis & feudum à pari procedunt.*
8 *Vasallus si in dominũ peccauerit ut feudum amittere debeat, nõ ad proximos, sed ad dominum feudum peruenire debet.*
9 *Contrahentium & testantium uerba, ita interpretanda sunt, ut uideantur se talia agentes confirmare cum dispositione iuris cõmunis.*
10 *Interpretatio fit ut contrahentes uideantur se obligare secundũ naturam contractus.*
11 *Feudum ad dominum non reuertitur, quando pater de consensu domini, aliquid admisit, principaliter in fraudem filiorum.*
12 *Declaratio ad dictum Bald. in l. j. de his quæ pœnæ nomine.*
13 *Pater contrauenients contractui emphyteusis cadit à iuribus suis & filijs præiudicat domino uolente.*
14 *Feudatarius, propter culpam uel delictum quo directo personã domini offendit, iuribus filiorum præiudicare potest.*
15 *Communis est opinio propter delictum siue culpam uasalli feudum siue nouum, siue antiquum, ad dominum reuerti.*
16 *Pater gaudet ad filios bona peruenire, secus ad agnatos.*
17 *Fratres potius uolunt bona sua ad extraneos, quam ad fratres peruenire.*
18 *Pœna delicti, nullum fere delinquenti affert dolorem, quando ad filios perueniũt eius bona.*
19 *Opinio quæ habet, propter delictum siue culpam uasalli agnatos feudo non priuari, maiori innititur æquitate.*
20 *Textus feudorum qui sunt contra ius commune potius restringi debent quam hi qui sunt pro iure communi.*
21 *Iure suo quis non priuatur ex facto alterius, de iure communi.*
22 *Iuri communi inhæredum est, nisi quatenus per consuetudinem feudorum, ab eo reperitur expresse fuisse recessum.*
23 *Textus in c. j. si uasal. feud. priu. cui defer. in usib. feudorum, multipliciter declaratur tempore & ponderatur.*
24 *Dictio quandoq; signat regulam esse in contrarium.*
25 *Interpretatio fit, ut sermo quantumcunq; generalis, non comprehendat casum, in quo quis damnum indebitè pateretur.*
26 *Interpretatio illa per quam receditur à iure communi sumenda est, etiam cum aliqua uerborum impropriatione.*
27 *Verba strictè capienda sunt, in materia stricta.*
28 *Verisimile est imperatorem non uelle, propter unius delictum alterum suo iure priuari.*
29 *Dispositio generalis non comprehendit casum, quem uerisimile non est disponentem specie fuisse concessurum.*
30 *Generalitas uerborum non impedit quin ciuiliter, & ut neminẽ aggrauet dispositio intelligatur.*
31 *Intellectus uerus ad capi. 1. si uasal. feud. priu. cui. defer. in usib. feud.*
32 *Dictio autem, est aduersatiua.*
33 *Aduersatiua habet aduersari retentis eisdem terminis.*
34 *Aduersatiua quando est sine copula, aduersatur in iure & in facto.*
35 *Responsiones diuinatiuæ ueniunt recipiendæ.*
36 *Verisimile non est quenquam beneficio suo renunciare uelle.*
37 *Filius proximior est agnatus.*
38 *Intelligentia illa capi debet, qua recepta uerba capiuntur in potentiori significatione.*
39 *Bona damnatorum debentur filijs.*
40 *Intellectus ad c. 1. si uasal. feud. priue. &c. ad quem doctores nõ animaduerterunt.*
41 *Intellectus alius ad dictum c. 1. non consideratus à glosa, & doctoribus.*

42 *Mortis*

42 *Mortis appellatione, uenit mors naturalis & non ciuilis.*
43 *Verba generalia restringuntur, ne quis indebitè iure suo priuetur.*
44 *Interpretatio illa capi debet, qua omnibus est consultum.*
45 *Interpretatio quæ magis æqua est præferri debet.*
46 *Dispositio intelligenda uenit ut nemini fiat iniuria, & nullus conqueri possit.*
47 *Cap. I. §. deniq; quæ fuer. prima cau. benefic. amit. multipliciter ponderatur.*
48 *Responsio interrogationi conformis esse debet.*
49 *Dispositio ne sit superflua, intelligenda uenit.*
50 *Verbum proximos, in sequēti parte dispositionis generaliter sumptum, in præcedenti quoq; generaliter intelligi debet.*
51 *Dispositio non est superflua, quamuis cōtineat idem quod in alio titulo continetur.*
52 *Dispositio non dicitur superflua, nec indubitabilis, licèt idem repetat, quando aliquid de nouo ponit quod non erat expressum.*
53 *Sequentia non intelliguntur secundum præcedentia, quando in eis militat diuersa ratio.*
54 *Ecclesia est cultrix æquitatis.*
55 *Iudex in dubio pro regula iuris communis pronunciare debet.*
56 *Communis opinio non attenditur, quando iure necessario non probatur, & melioribus rationibus conuincitur.*
57 *Impugnatio ad dicta Curtij, in tract. feud. in 6. parte principali. colum. 2.*
58 *Mora ultima nocet.*
59 *Feudum facilius reuocatur, & ad dominū reuertitur quam donatio ad donantem reuertatur.*
60 *Decisio noua authoris in materia feudorum.*
61 *Delicto, uel culpa uasalli, agnati feudo priuari non debent, quando ex uerbis inuestituræ apparet feudum ipsis quoque principaliter fuisse concessum.*
62 *Tenor inuestituræ ante omnia spectandus est.*
63 *Consuetudo concedentis feudum, & maiorum eius in concessione feudi alias obseruata, consideranda est pro declaratione inuestituræ.*
64 *Consuetudo loci in feudo obseruanda est, si non constat de consuetudine concedentium.*
65 *Vasallus si culpa uel uoluntate domini delictum cōmiserit, agnati feudo priuari non debent.*
66 *Dolus nemini opitulari debet.*
67 *Agnati propter delictum commissum contra dominum à feudatario feudo priuari non debent, quando laborarunt, ac uitam exposuerunt pro defensione domini, contra uasallum eorum agnatum.*
68 *Iudices possunt recedere à communi, quando debilis est & contra æquitatem, propter aliquam circunstantiam.*
69 *Distinctio Bar. posita in l. ij. de iur. emphy. in duobus ultimis membris communiter est reprobata.*
70 *Impugnatio Iasonis in l. ij. de iur. emphy.*
71 *Supinus error non patrocinatur in pœnis exigendis.*
72 *Ias. referens opiniones in l. ij. de iur. emphy. de distinctione Alex. in consi. 14. not. 20. non facit mentionem.*
73 *Protestatio contraria facto non ualet.*
74 *Seruitia de futuro nuncupantur ea quæ præstanda sunt pro tempore, postquam feudum uel emphyteusis cecidit in commissum.*
75 *Dominus ignorans feudatarium cecidisse, per receptionem seruitij, non uidetur ingratitudinem & pœnam remisisse.*
76 *Ignorantia consensum remittendi non operatur, & ibi impugnātur Alex. & Bal.*
77 *Facilis est reuersio ad pristinam naturam.*
78 *Feudum beneficium est.*
79 *Ignorantia supina & lata culpa, præsumptā scientiam operatī.*
80 *Dominus acceptans seruitium ab emphyteuta (quem à iure suo cecidisse sciebat) quod non poterat præstari nisi ab emphyteuta, præsumitur remisisse caducitatem.*
81 *Acceptio seruitij à domino sciente feudatarium cecidisse facta non operatur, ut caducitas remissa uideatur, quando alia causa considerari potest quam remissio caducitatis, seu præstationem seruitij posse esse absque remissione caducitatis.*
82 *Feudum non uidetur renouatum à mandatario ad recipiendum seruitia, per receptionem, nisi sit speciale mandatum ad hoc.*
83 *Feudum non potest renouari per eum qui habet simplex mandatum ad recipiendum solutiones, & renouandum quando feudatarius delicto suo cecidit, contra Corneum.*
84 *Mandato generali dilapidatio non continetur.*
85 *Prælatus ecclesiæ collegiatæ pōt renouare, non tamen eam quæ cecidit.*
86 *Concessio in perpetuum, sapit alienationem.*
87 *Vicarius prælati generalis recipiens præstationem ab eo quem sciebat iure suo cecidisse, ius caducitatis remisisse uidetur.*
88 *Vicarius regulariter potest omnia facere, quæ potest episcopus & dominus, nisi in casibus exceptis.*
89 *Vicarij licentia sufficit in alienatione.*
90 *Consuetudo mandatarij inspicienda est, & quid agere solitus esset, & quæ acta à domino reprobari, seu aprobari solebāt ad cognoscendū, utrū potuerit remittere feudatario caducitatem.*
91 *Dominus recipiendo à suo agente dona, uel pecunias quas soluit ei feudatarius, quem à iure suo cecidisse sciebat caducitatem remittere uidetur.*

RESPONSVM II.

¶An feuda à quibus delicto suo feudatarij ceciderunt aplicentur domino, filijs & alijs agnatis feudatariorum exclusis, & an si dominus receperit ea ad quæ præstanda feudatarij tenebantur maximè post delictum cōmissum, uideatur remisisse caducitatem, & multi intellectus in eo dantur ad uaria feudorum capitula.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Rursus in causa mihi exhibita pro sanctissimo domino nostro Clemente. 7. Pontifice maximo, ultra ea de quibus scripseram de duobus contingit dubitari. Et primò, an feuda à quibus ceciderunt applicentur sedi apostolicæ exclusis filijs, & alijs agnatis. Secundò, an si summus Pontifex receperit ea ad quæ præstanda feudatarij tenebātur. Et maximè ea quæ post tempus delicti præstanda erant uideatur remisisse ingratitudinem. ¶Circa primum respondendum esse uidetur prima fronte feuda quibus facto suo priuati sunt feudatarij ad filios uel alios agnatos, non autem ad sedem apostolicam applicanda fore: quoniam ex quo ipsi sunt uocati ad feuda: & ius habent in illis facto patris, uel agna-
1 ti, iure suo priuari non debent, quia facto alterius † alter grauari non debet. l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffic. testa. l. non debet. de regu. iur. & in capi. non debet. eo. tit. in 6. c. deniq; 14. q. 5. plenè ponit Sicul. in consil. 18. colu. 7. & in consi. 24. in fin. lib. 2. ¶Secundò per doctrinam Bald. in l. j. in 5. oppo. C. de his quæ pœnæ nomine. ubi di-
2 cit non ualere † pactum uel statutum ut pater cadat à feudo propter delictum filij: sequitur Ias. in d. §. legis. in l. si quis in suo. C. de inoffic. testa. ergo econtra filius non debet priuari iure suo propter delictum patris, cum pater
3 & filius sint correlatiua, & dispositum in uno † ex correlatiuis, in alio quoque decretum esse intelligitur. l. fi. de acceptil. in authen. cui relictum. de indict. uiduit. & leg. Iul. misc. tol. ¶Tertiò uidetur comprobari ex his quæ posuit
4 Bald. in titu. de inuesti. feud. §. hoc quoque. † ubi dicit nō debere concedi patri, ut filium fraudet: argumen. l. fina.
5 quid in fraud. patro. Item iuribus filiorum † præiudicare non potest. l. j. C. de bon. mater. ut ibi per eum: sequitur cum Paul. de Castr. in consilio. 208. præmittendum est. ¶Vltimo adduco Alexan. in consilio. 106. lib. 4. Corne. in consil. 109. in præsenti consultatione. colum. 18. lib. 2. & consilio. 110. uisa dicta copia. lib. 4. Deci. in consi. 289. col. 3. qui sequit hos, & attestat post illos esse cōem
6 opinionē patrē † non posse pīudicare filijs, quib. emphyteusim acquisiuit: ergo bona sunt applicanda filijs, & lȝ loquant in emphyteusi, idē statuendū est in feudo: tū qa id de feudo uidet sentire eum, ēt quoniam emphyteusis &
7 † feudum à pari procedunt. Hosti. in sum. de feu. in pr. n. And. de Iser. in prælud. feud. in tertia charta. Bal. in l. uolūtas. C. de fideicō. & ita arguit Bar. in l. si mihi & Titio. de uer. obl. ubi dixi de ueritate huius argumenti in annotationibus meis. ¶Maturius uero considerans determino

mino contrarium per tex.ubi est casus in c.j.§.fi.quę fue.
prima causa benefi.amit.& in c.j.si uasal.feu.priue.cui de
fer.dicitur in c.j.§.fi.quæ fue.prima causa benefi. amit.si
8 quidem uasallus in dominum peccauerit † ut feudum a-
mittere debeat,non ad proximos, sed ad dominum feu-
dum reuertatur:sed hic feudatarius pręsupponitur in do
minum ac in his quæ personam domini concernũt ut sta
tum culpam commisisse:ergo feuda sunt applicanda sedĩ
apostolicæ & directo domino:& cum habemus casum le
gis non est amplius disceptandum.itaque aliter non cor
roboro & ad adducta in contrarium respondeo,& ad pri
mum respondet imperator.in d.§.fi.ideò feudum ad do-
minum reuerti debere,ut hanc saltem habeat suæ iniuriæ
ultionem.& cum hac ratione ita iure sancitum est: & re-
9 gula † est testantes & contrahentes ac uerba contrahen-
tium interpretanda esse,ut uideant se confirmare cum iu-
ris dispositione:ut no.in l.hęredes mei.§.cũ ita.ad Treb.
& in l.Gallus.§.quidem rectè.de lib.& posth.& uidentur
10 secundum naturam † contractus se obligare.l.cum quid.
si cer.pet.cum ibi no.l.damni infecti quidem. in prin. de
dam.infec.& optimè probatur ex no.in l.quæro.§. inter
locatorem.loca.ideò censetur feudum esse concessum, se
cundum naturam sui, ac legis dispositionem; ita ut filij
uel agnati non possint conqueri nec eis fit præiudicium
ab alio in iuribus suis contra æquitatem, ac ius ipsum,
cum eis acquisita sunt iura, ea lege & conditione ut resol
uantur si aliquis detinens feudum,& feudatarius cõmi-
serit in dominum,& his casibus regula.l. non debet.non
loquitur:& illę rationes Bal.supra allegatę, patrem non
debere posse in fraudem filiorum machinari: quia illud
uenit ex natura rei: prætereà intelligitur dummodo non
11 faciat in fraudem filiorum † principaliter & sit concors
cum domino ut fraudet filios,quoniam tunc nõ reuerte
tur feudum ad dominum.Bald.in c. j. §. aut si libellario.
quib.mod.feud.amit.arg.l.fi.de eo per quem factum erit
Iaco.Ardiz.in sum.quib.modis feu.amit.sub rubrica, si
uasallus.Aluar.c.j.quæ fuit prima causa benefic. amit. &
l.j.de bonis mater.nihil facit quia sunt bona propria fi-
liorum,nec sunt sibi acquisita cum illa cõditione & natu-
ra qua feudum acquisitum est.¶ Non obstat d.Bal.in l.j.
de his quæ pœnæ nomi.quia habet contradictores,& dif
ficultatem.prætereà non est eadem ratio in correlatiuis,
12 † quia pater est feudatarius, & re ipsa habet ius quæsitũ,
filius adhuc non est feudatarius,& ius feudi habet in spe:
& non est certum quia præmori posset: ideò facto suo
patri nocere non potest,qui fortius ius habet,secus econ
tra.Item iura quæ uolunt propter dolum commissum in
dominum bona reuerti ad dominum loquũtur in feuda-
tario:sed filius adhuc non est feudatarius,ergo &c.¶ Nõ
✻ obstat * communem opinionẽ esse patrem non posse præ
iudicare filijs,quibus stipulatus est emphyteusim uel feu-
dum:secundum Alex.Cor.Deci.& alios citatos supra:qa
non loquuntur quando ꝑ alienationem alienans cecidit
à iure suo: & sic cõtrauenit cõtractui emphyteusis, & res
13 ipsa ꝑ delictum contraueniendo † deuoluta est ad domi
num, qui ita declarauit. ita sentit Alex. in d. consi.106.
uersi.nec prędictis obstant si diceretur, si dominus Tho-
mas alienauit irrequisita ecclesia: nam eo casu sentit pa-
trem posse filijs præiudicare, & de hoc alias consulendo
dixi, & demonstraui ueriorem opinionem esse patrem cõ
trauenientem contractui cadere à iuribus suis & præiu-
dicare posse filijs uolente domino,& hoc nõ simpliciter,
sed cum declarationibus de quibus ibi. ¶ Secundò res-
pondeo nos loqui quando feudatarius priuatur feudo
14 † propter culpam uel delictum quo directò offendit per-
sonam domini: contraria loquuntur quando non directè
offendit personam domini, sed per indirectum quod fit
per alienationem:& ita declarat And.de Iser.in c.j.si ua-
sal.feud.priue. & in c.j.de aliena.feu. pater. declarans.d.
§.fi.c.j.quę fuerit prima causa benefic.amit. dum tex.di-
cit in secunda parte si non offenderit personam domini,
sed aliter grauiter peccauerit, ut amittat feudum, expo-
nit pręfatus doctor,id est alienauerit sine consensu domi
ni:tunc ad agnatos reuertitur. hęc autem de plano pro-
cedunt in feudo nouo, & in antiquo quo ad filios & de-
scendentes: quo autem ad agnatos collaterales in feudo
antiquo glos. & scribentes fuerunt contrarij: nam multi
tenuerunt ita feuda noua sicut antiqua ad dominum re-
uerti:ut gl.Iaco.de Belui.Nico.de Neapol. Bal. Aluaro.
Laud.pręposi.in tit.quę fuerit prima causa benefi. amit.
§.fi.& in titu.si uasal.feud.priue.Bal.& Sali. in l.2.de lib.
& eorum lib.ubi inquit Bal.hanc esse ueritatem.Bar.in l.
3.de interdic.Pau.de Ca. in ꝯsi. 162.circa id ꝙ.& Pau.de
Ca.& Alex.plures auctoritates allegant in l. sed si hac. §.
patronũ.de in ius uoc.& Alex.in ꝯs.30.uol.j. quas refert
non facta mentione de Alex. Curt. in trac. feud.in quin-
15 ta parte.col.2.& transit cum illis attestans hanc esse † con
munẽ opi. & durũ esse ab ea recedere: & ultra eum uide
Io.Baptist.de Scarampis in consi.108.inter consi.Bruni.
Alex.in cõsi.2.col.5.lib.5.& in cons.60. uol.3.ubi dicit
hanc esse magis communem.& Io.de Anan.in consil. 32.
ultra alia dubia.col.j.uersi. circa secundum. ubi attestaẽ
✻ hanc esse ueram,& *communem opinionem: sequit Dec.
in consi.541.col. pen.¶ Contrariam opinionem ut feu-
da antiqua non reuertantur ad dominum, sed ad agna-
tos tenent gl.in c.j.§.j.de succes.feu.& in c. j. si uasal.feu.
priue.Hosti. in summa, in titu.de feud. Andr. de Isern.in
d.c.j.§.fi.quę fuerit prima causa benefic.amit.& §. firmi-
ter.de proh.alie.feud.ꝑ Frid. & in d.c.j. si uasal.feud.pri.
& hanc partem uidetur sentire Alex.in d. consi. 30. quo-
niam.col.5.uersi.non obstant ea quę not.per Bar.in l.eũ.
de interd, & relega. & ibi assignat rationem differentię:
secundum Andr.in d.§.denique. quia filius cẽsetur eadẽ
persona cum patre.l.fi.C.de impuber.& alijs substitutio.
16 & pater gaudet † ut bona uadant ad filium: secus in agna
tos.l.2.§.fratris. si quis aliquem test. prohib. & pro hoc
adduco tex.in l.cum oportet.C.de bõis que liber.ubi ꝓ-
17 batur fratres potius uelle bona † sua ad extraneos quam
ad fratres peruenire: ergo pœna agnati delinquentis nõ
mitigatur aliquo modo cum uiderit ad alium agnatum
bona sua feudalia peruenire, sed maiore afficietur do-
lore:secus si ad suum filium perueniant, cum uotum pa-
ternum id desiderat. l.scripto.unde lib.l.nam & si paren-
18 tibus.de inof.testa.tunc pęna † delicti nullum fere delin-
quenti affert dolorem,cum bona ad filium spectent.ean-
dem opinionem uidetur sentire Curti.antiq.in conf.49.
posita illa sententia pro uera, quam non fatemur. ubi
non fatetur illam opinionem esse ueram,qua concludi-
19 tur ad agnatos feuda non reuerti,& hæc opinio † est ma
gis æqua secundum Curt. in dicto consilio. 49. uersicu.
11.dicunt aduersi.& gloss.in cap. j.si uasal.feud.priuetur.
Item etiam de rigore uidetur uerior, idque ultra eos ꝓ-
bo per tex.in c.j.§. si uasa.culpam. si de feudo fuerit con
trouer. quæ loquitur generaliter & indistinctè: & tamen
20 admittit agnatos,& cum hic tex.sit † pro iure communi,
alij contra, potius alij tex. restringi debent quam iste:nã
21 de iure communi alius non priuatur † iure suo ex facto
alterius, regula, non debet. de regulis iuris. & pęna non
egreditur suos authores. l. Gracchus. ad legem Iuliã de
adulter.& dixi supra:ergo ei inherẽdum est.l.omnis dif-
22 finitio.de regu.iuris.nisi quatenus per cõsuetudinẽ † feu-
dorũ ab hac regula expressè recessum est: igitur uiden-
dũ est an expressè iure feudorum id sancitum esse uidea-
tur: & ad determinationem huius articuli principaliter
hæc iura allegantur, quæ si demõstrabitur necessario nõ
probare, à iure communi recedendum nõ erit.¶ Et pri-
23 mo allegaẽ tex.in c.j.si † uasal. feud. priue. cui defera.qui
tex.est principalis in materia de qua agitur,& uideẽ pro-
bare primam opinionem,dum dicit,licèt quandoque ad
24 agnatos:nam dictio quandoque † signat regulam esse in
cõtrarium:ut not.institu.quibus mod.re contrahi.obli-
ga.in princip.cum concordantibus.de quibus per Albe.
in dictionario:ergo ad agnatos regulariter non deuolui
tur,& loquitur generaliter de omni feudo: ut colligitur
ex generali rubrica,nam rubrica declarat nigrum.l.licet
imperator.de in diem addict.& no. in l.j.si certum peta.
si regulariter,ergo non reuertitur ad agnatos: equidem
hic casus debet cõprehendi sub regula,cum in se maiorẽ
felloniam

felloniam cōtineant, ex quo in eo delictum in personam domini perpetratum est. In contrarium tamen pondero hunc textum dū dicit nullatenus filio nisi à domino fiat sibi gratia: & hoc quando non sunt alij agnati qui sint uocati, ergo probat per delictū filij agnatis acquiri feudum, ita ut dominus alij gratiam facere non potest, in præiudicium eorum: & loquitur de delicto commisso à filio ob quod adeo priuatur, ut nullatenus admittitur: ergo de delicto commisso in personam domini, eum propter illud filius adeo priuatur, ut nullatenus admittitur: & tamen in eo admittit agnatos. Non obstat dictio quādoq;, quia intelligitur habita ratione ad feudum nouū: secundum glos. ibi, uel tu melius dicas: in omnibus feudis intelligi excepto antiquo de quo agit, & in quo agnati habent ius fundatum: quod sibi facto alterius tolli nō debet: & hæc interpretatio capienda est cū tex. expressè
25 non loquatur de antiquo: & fit interpretatio ut† sermo quantumcunque generalis non comprehendat casum in quo quis dānum indebite patit. l. fi. §. in computatione. ubi not. C. de iure deliberan. & in l. j. §. nūciatio. de oper. noui nuncia. sed agnatus indebite & sine culpa sua propter factum alterius priuatur: ergo interpretandū est ut tex. ille hunc casum non complectatur: & hoc eo magis, quoniam recepta hac intelligentia minus receditur à iure cōi, & illa interpretatio per quam minus receditur à iu
26 re† communi fumenda est: etiam cum aliqua uerborum improprietate. Abb. in c. cum dilectus. col. fi. de consue. cum similibus, ergo &c. Item cum materia feudorum sit materia consuetudinaria, & stricta, sequitur ut ille tex. strictè intelligatur, & in stricta significatione, cum in ma
27 teria stricta uerba strictè† capienda sunt. Soci. cōsi. 116. col. 6. Deci. in l. quoties idem sermo. de regu. iur. ubi potius talis intellectus sumi debet quā alius, qui secundum generalitatem fit: id autem erit si non cōprehenderit feudum antiquum: alias si ipsum comprehenderit non strictè, sed generaliter & largè uerba se haberent: cū omnia feuda comprehenderent, & ita respondetur ad illud de rub. generali, & uerbis generalibus: ad hoc quoque res-
28 pondeas & dicas cessare propter† uerisimilitudinē quæ habet ut imperator non uelit unum priuari iure suo propter delictum alterius, præsertim cum propter priuationem alterius delinquens non offendatur nec efficiatur
29 timidior: & generalis dispositio† non comprehendit casum quem uerisimile non est in specie concedendum esse à disponente. c. in generali. de reg. iur. cum concordanti-
30 bus ibi traditis, nec etiam generalitas† uerborum impedit quin dispositio ciuiliter intelligatur, & ut neminem aggrauet. l. si cui. de seruit. clemen. 2. de test. l. cum auus. de emancip. lib. cum simil. ergo intelligendus est ille tex. ut non excludat agnatos inculpabiles à iuribus suis pro
31 pter delictū alterius. Vltimo dico ad hūc tex. uerū† posse accommodari intellectum: ut dictio quandoque, non referatur ad casus, & sic non constituat regulam in contrarium quo ad casus, sed referatur ad tempus: & exponatur, id est aliquo tempore: & tamen illud regulare sit sicuti dr̄ homines qñque moriuntur, id est aliquo tēpore: & tamen omnes moriunt. facit tex. in l. res in dotem. de iur. dot. ibi, & qñque. solu. mat. & in c. quoniam ꝯ. de proba. ubi Deci. & in l. 2. si cer. peta. col. j. post Fulgo. ibi: & sensus illius capituli erit, & si regulariter ad agnatos pertineat, aliquo tempore dr̄ pertinere: ut puta si graue sit delictum in personam domini non incontinenti priuato feudatario delinquente admittit agnatus, expectatur aliquod tēpus: ut puta mors naturalis ipsius feudatarij. arg. tex. in l. statius. §. Cornelio felici. de iur. fis. & ita hic casus uel similis probari poterit per illum tex. de cuius intellectu, seu casus ratione nō determino, cum non sit necessarium ad præsentem articulum, & satis ex superius deductis responsum esse uideatur, & infra dicā supra sequenti tex. ¶ Secundus tex. principalior in hoc articulo reperit in c. j. an ille qui interfec. fratrem domini sui. ibi, cum autem ad dominum respicit fellonia feudum tūc domino aperitur: ergo si aperitur domino agnati excluduntur. Corroboro ultra dicta superius, dixit feudum spectare ad proximum agnatum si paternū fuerit
32 feudū, deinde subsequitur aduersatiuè ibi, cum autem.
33 dictio† autem, est aduersatiua. gl. Bar. & alij in l. hoc amplius. §. de his autē. de dam. infec. & aduersatiua † habet aduersari retentis eisdē terminis: ut not. in l. legis Iuliæ. §. si mariti. ad leg. Iul. de adul. ergo loquitur qñ feudum
34 est paternum: & tamen uult dominum admitti: & quia aduersatiua† aduersatur in iure & in facto, qñ est sine copula: ut not. in l. sed si lege. de peti. hæredi. per docto. in l. si filius qui patri. de uulg. & pupil. in facto autem aduersatur, quia superius non commisit directo culpam contra dominum: sed interfecit fratrem suum, infra commisit culpam directo in personam domini: modo dicendum est ut aduersetur in iure sicut superius feudum applicat agnatis excluso domino: ita inferius immediate applicat domino exclusis agnatis: ergo ibi est casus expressus pro prima opinione: nec responsiones And. de Iser. post alios admittendæ sunt, ut ideò ibi domino applicetur,
35 quia agnati non aderant, uel si aderant nolebant feudū, †cum hæ responsiones diuinatiuæ sint ideò reijciendæ. Alex. in l. j. §. de illo. ad Trebel. Item prima repugnat cō-
36 derationibus super aduersatiua factis, secunda non continet uerisimile ut renuncient agnati† feudo & cōsequenter beneficio. arg. l. cum de indebito. de proba. l. si cū aurum. de solu. ¶ Item ad hunc tex. nouissime respondeas: & primo dicas partem superiorem loquentem de pro-
37 ximo agnato intelligi debere de filio & descēdente, q̃ est ꝓximior† & agnatus. l. hr̄s filius. de suis & legi. & hæc intelligentia admittenda est quoniam uerba conueniunt,
38 ergo & dispositio. l. 4. §. toties. de dā. infec. Secūdò quia ea recepta uerba† in potentiori significatione capiuntur prout capi debent ſm regulam. l. j. §. qui in perpetuum. si ager uectig. uel emphy. peta. Tertiò quoniam per eam nō receditur à iure cōmuni quod habet delicto patris filiū grauandum non esse. arg. de sena. l. emancipatū. §. si quis. & l. ulti. C. unde lib. & plenè in l. j. ne filius pro patre. & econtra ubi concordantiæ. Et id in eo casu æquissimum est: quoniam interficiendo fratrem nihil committit in dominum, ut inquit ibi tex. not. contra. l. contractus. ergo propter dominum uel legem contractus, non est priuā-
39 dus filius nec propter delictum ipsum, cum bona damnatorum† debeantur filijs. authē. bona damnatorum. C. de bo. dam. & si non debeantur feuda hæc debentur cum sint paterna feuda: & filius nō habet à patre, sed à primo recipiēte, & concedēte: & hic intellectus est æquissimus, nec contradicit alicui capitulo, in specie contrariū disponēti. & licèt tex. in c. j. si uasal. feu. priue. de quo supra, uideatur repugnare ꝓpter illa uerba generalia nullatenus &c. tamen ex responsionibus supra datis apparet nihil obstare: cum loquatur in feudo nouo, & generalitas uerborum intelligitur sine iniuria alterius, & iuris com-
40 munis fractura: & ita respōdetur ad c. si uasallus culpā. si de feud. fue. contro. de quo tex. statim dicam: hoc† intellectu præsupposito ad quem docto. non aduerterunt, immò potius propter generalitatem. c. j. si uasal. &c. non cōsiderantes hunc tex. contrarium uidentur sentire, dico aduersatiua bene se habere, & aduersari ad exclusionem descendentium, non autem agnatorum collateralium: & sensus est qñ feudatarius interficit fratrem: quia non tāgit dominum nec legem contractus offendit: & feudum est paternum ita q̃ descendentes non habent ab eo, priuatur feudo ꝓpter illud delictū: sicut cæteris alijs bonis priuatur, sed eius descendentes succedunt qui in ueritate sunt agnati & proximiores excluso domino, cum autem delinquit in personam domini: tunc feudum ad dominū deuoluitur, & descendentes supradicti, qui sunt proximiores agnati, excluduntur ut habeat dominus suæ iniuriæ ultionem, & ita non loquitur de agnatis transuersalibus in qbus militat diuersa ratio: ut dixi supra: & hoc recepto cessant omnia argumenta. Secundò dicas etiam recepta intelligentia ut loquatur de agnatis transuersalibus:
41 non obstare, quoniam alium habet intellectum non cōsideratum† à glo. & doct. nā disponit in primo casu agnatum proximiorem admitti uiuente delinquente & eius descen

descendentibus, cuius contrarium fore admittendũ uidebatur.arg.l. statius. §. Cornelio felici.de iur.fis. & no. in l.j.in fi.de leg.2.& in l.filiusfamilias.§.diui. de leg.j.& ratio quia agnati qui habent ex prouidentia sunt uocati post mortem primi: & debet intelligi de morte naturali
42 † & non ciuili:ut in l.fi.de his qui ue. ęta.impe. & not.in l.Gallus.§.& quid si tantum.de lib.& posthu.interim ergo non debebat admitti: sed quoniam delictum non est cõmissum in dominũ excluso primò statim admittunt. ¶ In secundò casu tunc dominũ admitti, ac ad dominũ deuolui feudum, determinãt, cũ in personã domini perpetratũ est delictũ: & intelligo ut dominus habeat quousque uixerit delinquens, uel eius descendentes: per d.l. statius. §. Cornelio felici de iure fisci.& in hoc aduersat: quia supra agnati essent uocandi uiuente delinquente, & eius hæredibus admittuntur & fiscus excluditur. Infra uero ipsis uiuentibus admittitur fiscus & agnati excludũtur, sed hæc exclusio non est perpetua: & illi qui tenent agnatos præferri domino illud hoc modo modificant ut feudum redeat ad dominum quousq; uiuit delinquens in ultionem suæ iniuriæ. Ita And.de Iser. in d.c.uasalli.si uasal. feud. in fi. & dicit hoc uerius esse:& Spe. post multas opiniones relatas inclinare uidet in istam opinionẽ: nec obstat si dicatur nimis hac interpretatione restringi illum textum, cum simpliciter dicat feudũ domino ape-
43 ritur: quoniam uerba † generalia restringuntur, ne quis indebite iure suo priuetur.l. fi.§. in cõputatione.de iure delib. sed hic agnati indebite iure suo priuarent, ergo &c. ¶ Item ut minus recedatur à iure communi non solum uerba restringũtur, sed impropriantur.Abb.in c.cũ dilectus. de consecra. sed recepta hac interpretatione minus receditur à iure cõmuni, ergo &c. ¶ Item hac interpretatione omnibus est consultum, & domino quousq; uixerit delinquens, & agnatis post mortẽ delinquentis,
44 & capi† debet interpretatio qua omnibus cõsultũ est. §.
45 fi.institu.de don.& hæc interpretatio cũ sit magis† ęquã, secundum omnes, ideò debet præferri.l.placuit.de iudi. & minus constitutio feudatistarum redargui à sapientibus poterit, si hoc modo intelligatur, cum nullus conqueri potest, & nemini fiat iniuria: igitur ita interpretã-
46 dum† est, & huiuscemodi intelligentia capi debet. l. saluius Aristo. de leg. præstan. per quem tex. ita respondit Bal.in consi.83.incip. Per statutum.uol.3.Cor.consi.85. plura dubia.uol.4. Et ex his apparet hunc textum, nõ obstare opi.quæ habet agnatos transuersales domino præferri, cum hac declaratione, ut præferantur post mortem naturalem delinquentis. ¶ Tertiò principaliter probari uidet prima opinio in c.j.§.deniq;. quæ fuerit prima causa benefic. amitt. ubi distinguitur aut commisit delictũ in dominum, & tunc non ad ꝓximos, sed ad dominum beneficium reuertatur: aut non in dominum, & tunc ad ꝓximos reuertatur. ꝓbat igitur quando commisit delictum in dominum feudum ad dominum reuerti, exclusis
47 proximis agnatis, nec† debet exponi ad proximos, id est descendentes: quoniam est nomen generale uerbum proximos, ergo generaliter debet intelligi: ex quo lex non distinguit.l.de pretio.de publicia.l. j. de aleato. Secundò quia quæsiuit an ad successores pertinerẽt, & quæsitũ est
48 generale ergo & responsio, cum responsio † debeat esse conformis interrogationi.l.si defensor. §.qui interrogatus.de interrogato.actio.§.præterea.inst.de inutil.stipul.
49 Tertiò quia fuisset superflua† illa dispositio, si intelligeretur de descendentibus, cum illud iam determinatũ erat in capitu.j.si uasall.feud. priue. Quartò, quia uerbũ pro-
50 ximos, †positum in sequenti parte intelligitur de agnatis, & generaliter sumitur: ergo ita debet sumi uerbum proximos, positum in pręcedẽti parte, cum præcedentia declarãtur ꝑ sequentia. l.si seruus plurium. de leg. j.cum similibus. His tamen non obstantibus uidetur bonã esse responsionem traditam ad illum textum, ut intelligatur uerbum proximos, de descendentibus: quam ibi tradidit glos. licet sub uerbo, forte. & primo quia descendentes proximi dicuntur.l.hæres filius.de suis & legi. & dixi supra, & potiores sunt quia sunt magis proximi: & uerba debent intelligi in potiori significatione. l.j. §.qui in perpetuum.si ager uectig. uel emphyteu. peta.ergo de illis, & strictè uerba capiuntur, quia sumus in materia stricta: & quia minus receditur à iure communi, & maiorem cõtinet æquitatem: & nemini fit iniuria si intelligatur de descendentibus.Ideò intelligendum est, cum huiusmodi interpretationes capi debent. l. hoc legatum. de lega.3. Alex.in rubri.solu.mat. ergo debet intelligi in specie de proximis descendentibus: præsertim cum alter absq; culpa iure suo priuaretur: quod admittendum non est: quibus cõcurrentibus absq; dubio uerba in specie, & strictè interpretanda sunt. accedit quoq; ut dixi superius circa alium tex. hac interpretatione omnibus est consultum. ¶ Non obstat in quæsito uerbũ successoribus, generaliter sumi: ergo & in responsione: quoniam retorqueo & dico uerbum successoribus, non capi generaliter, cum ex sui proprietate comprehendit hæredes extraneos: & tamen ipsi non ueniunt, etiam si non committat feloniam feudatarius. quemadmodum igitur uerbum successoribus, restringitur, ita & uerbum, proximos. Præterea ne recedatur à iure cõmuni, & ne sine culpa quis priuetur iure suo uerba generalia restringuntur, ut supra dixi. Hęc
51 est superflua † dispositio, & si in alio titulo idem sancitũ sit.l. diem functo.de offic.asses.& l.diem functo.ff.loc.&
52 maximè hic cum alia ponat quæ†non sunt in d. c. j.si uasal.priue.feud. quo casu non dicitur superflua nec indubitabilis, licet idẽ repetat.l.raptores.ubi glo. C.de episc. & cleri.& l.raptores.de rap.uirginũ. Nec obstat in parte sequenti uerbum proximos, intelligi generaliter: quia in ea parte in qua admittuntur proximi, non offendit ius commune, ęquitas seruatur, nemini fit iniuria. Igitur cũ in sequenti parte cessant rationes quæ restringunt superius uerbum proximos, ad descendentes cessat quoque dispositio: & propter diuersam rationẽ diuersimode in-
53 telliguntur, & qñ militat † diuersa ratio sequentia non intelliguntur secundum præcedentia: ut not.in d. l.si seruus plurium.§. fi.potes quoq; ad hunc textum accõmodare intellectum secundum quem tradidi ad c. j. an ille qui interfecit fratrem. & omnia de plano procedunt, et si uerbum proximos, capiatur pro agnatis transuersalibus.alia iura quæ ꝯ hanc opinionem possent adduci prætermitto cum rectè intuenti nihil obstent: & respõsiones quas dedi iuribus supra allegatis optime illis acommodari possunt. ¶ Et ex his uidetur feuda antiqua propter delictum in dominum commissum ad agnatos pertinere domino excluso: & hoc maximè in ecclesia q̃ est cultrix
54 † æquitatis.gl.& doc.in c.j.de alie.feu.latè Feli.in cap.in præsentia.23.col.de proba.cum simil. hanc tamen quæstionem non determino in ꝓsenti responso: sed relinquo determinationẽ ueritatis sanctissimo domino nostro, ac excellentissimis iudicibus suis: qui fortasse ita determinabunt, cum saltem per supradicta cõstet articulum esse
* dubium: & iudex in dubio pro regula iuris * communis
55 quæ habet † ut ex delicto alterius alter non puniatur, ꝓnunciare debet.Mathesila.in notab.19.no.quod sententia. & multa congerit Dec. in l.j.de reg.iur. & in consi. 8. nec opinio quæ uidetur communis habet eos turbare cũ me
56 lioribus † rationibus conuincitur: nec iure necessario ꝓbatur, quo casu non attẽditur * communis opinio. Abb. post Io.And.in c.j.de consti.ubi latè per mod.& in c.Capellanus.de ferijs.& in c. ex literis. de sponsa. & maximè quia multi qui allegantur pro communi, non loquuntur de agnatis, sed de descendentibus: ut in consi.Brun. 108. multi sub dubio loquuntur, omnes fatentur contrariam opinionem æquiorem, nulli loquuntur in terminis in ecclesia, & summo Pontifice, qui præceteris colit æquitatẽ, & hæc dixisse uolui ut obtemperarem Reuerendissimo & Illustrissimo domino meo qui me monuit ut non solũ ea quæ communia sunt in medium afferrem. Verum etiã ea quæ æquitate & iurium subtilitate nituntur recenserem, si autem aliam opinionem amplecti uoluerit eam pluribus modis temperaturos fore arbitror: quos in uarijs locis doctores retulerunt. & simul congerit Curt. in trac.feud.in 5.parte principali.col.2.& eos non refero cũ

uidere

uidere licet. animaduertendũ tamen puto ad eius dicta,
57 quoniam sunt impertinentia† & dubia: ut in sexta limi-
tatione,cum non sit limitatio,cum delinquẽs nõ amittat
feudum cum fuit concessum, quia dominum à morte li-
berauit.nã limitatio esset qñ delinquẽs amitteret & agna
ti excluderent dominum.Dico ẽt non esse tutam,quia iu
re non probatur,& ultima mora nocet. l. si per emptorẽ.
de actio.emp. nec bonum est simile donationis,cum faci
59 lius reuocatur feudum & reuertitur ad dominũ † quam
donatio reuertatur ad dantem:cum text.in c.j.an ille qui
interfecit fratrem.non habeat locum in donatione, cum
similibus.Tertia quoque limitatio non est uera secundũ
consuetudinem feudorum ,ut ipsemet fatetur.ergo &c.
¶Sunt quoq; imperfecta eius dicta cum de consuetudi-
ne infeudantis non ponatur principalis conclusio. Itaq;
60 † puto in hac materia ita concludendum fore:primò uer
ba inuestiturę spectanda esse:& si sunt concepta ut appa-
reat unicuique principaliter,uel perspectis suis meritis,
61 uel alia ratione feudum concessum†fuisse: ut principali-
ter in personam cuiuscunque feudum incipiat:uel æqua-
liter feudum esse datum:ita quòd unusquisq; habeat feu-
dum pro se,& in sua persona incipiat, uel quomodocun-
que appareat in persona qualibet incipere, eo casu nõ ha
bebit locum illa opinio.ita Bal.& And.de Iser. c. j. si ua-
sal.feu.priue.post Iac.de Rauen.& Iac.de Ardiz. in sum-
mis suis.Aluar.& alij in c.j. §. fi. quæ fuerit prima causa
benefic.amitt.Alex.in consi.103. uidetur prima conside-
ratione.col.fi.lib.8.& in cõsi.60.lib.3. Deci.in consi.544.
62 col.fi.& merito † quia ante omnia tenor inuestiturę spe-
ctandus est.c. j. in fi. Ibi secundũ tenorẽ inuestiturę:ubi
Bal.& alij not.de duob. fratrib. à c. inuesti. Bal. & alij in
prẹlud.feudo.in quarta diuisio. & in consi. 109. conside-
randum.lib. Io.de Ana.in cons.7. uisis.¶Secundò quan
do non constat ex uerbis sequentes agnatos admittẽdos
63 esse,puto considerandam † consuetudinem conducentis
ac maiorum suorum obseruatam in feudo illo. Tertiò
64 †consuetudinem loci si non constat de consuetudine cõ-
cedentium obseruandam puto. ¶Quartò circunscriptis
uerbis,& consuetudinibus animaduertendum esse existi
mo ad circunstantias delicti de quibus per iureconsultũ
in l.aut facta. de pęn. & ex uarijs circunstantijs & quali-
tatibus apertè constare poterit agnatos priuari non de-
65 bere exempli causa si culpa domini † uasallus commise-
rit delictum, uel commissum est delictum de uoluntate
domini, ut agnati excludantur: quibus casibus priuari
non debent.argumen.l.si opera.de doli exceptio. & quia
66 dolus†nemini opitulari debet:ita Bal. in c. j. §. aut si li-
uellario.quib.mod.feud. amitta. argumen. l.si filię meę
ęgrę.solu. mat. l. fi.de eo per quem factũ erit. & Aluar.in
c.j.§.fi.in 5.& 6. conclusione. quę fuerit prima causa be-
nefic.amitt. & ideò consului in causa nõ modici põderis
67 nõ posse † agnatos priuari propter delictum cõmissum ꝯ
dominum à feudatario : quando agnati laborarunt pro
defensione dominĩ, ac uitam exposuerunt contra ipsum
feudatarium agnatum suum:quoniam ex hac circunstan
tia apparet agnatos non odio feudatarij priuandos esse:
sed potius propter eorum gesta prẹmio afficiendos esse,
& ex multis alijs circunstantijs idẽ determinari poterit:
quas referre longum esset. hoc tamen non prętermitto
cum hæc opinio sit contra æquitatem: & saltem debilis,
68 ut ex deductis†apparet poterũt iudices impune propter
aliquam circunstantiã facilius ab ea recedere:ut hæc uti-
litas colligitur ex disputatione superiori.¶Circa secun-
dum dubiũ omissis disputationibus pro uera resolutio-
ne cum à doctoribus in l. 2.de iur. emphy.& in c. 2.de fe-
ud.& in c.j.in uerbo, mensem.in gl. fi. in tit. quo tempo.
miles. & alibi sępe uarię traduntur distictiones,animad-
uertendum puto:quoniam distinctio Bar.in simili posita
circa emphyteusim in l.2. de iure emphyt. qui ponit tres
69 casus post Iaco. de Arena , ut per eum † in duobus ulti-
mis membris communiter reprobata est:ut ꝑ Car.Anto.
de Butr.Imol.col.20.in c. potuit.loca. & per Ias.in d.l.2.
nu.12. qui attestantur eũ cõmuniter reprobari:& quinq;
opiniones recitantur per Ias. ibi,quas non refero , cũ in
multis non sint uerę:& plures patiuntur defectus, ut per
eum:qui ultimo loco pro ueritate ut eius uerbis utar di
70 stinguit,ut per eum:quæ distinctio † iudicio meo est de-
fectiua,cum loquitur de ignorante:& dicit eo casu reci-
piendo seruitium uel pensionem non uidetur remittere
ingratitudinem,uel moram:quoniam distinguẽdum est:
aut ignorantia probabilis est,aut nõ: cum supinus error
71 †non patrocinatur in pęnis exigendis:& hæc amissio est
inducta in pęnam:si autem iustus est error propter igno
rantiam non uidetur remittere. l. cum Aquiliana. l. qui
cum tutoribus.§.qui per fallaciam. de transac. Ita Bald.
in capi.j.quo tempo.mil.qui proprie in feudis loquitur:
sequitur Alexand.consulendo in feudis consi. 14. uolu.2.
Item ex prędictis colligitur distinctionẽ Ias. esse falsam
dum in sequenti membro dicit indistinctè uideri remis-
sam caducitatem,quando dominus pro tempore futuro
recipit canonem: cum debet distingui an propter ignorã
tiam,ut supra dixi:& magis puto in commento Iasonis
deficere aliqua uerba in libro meo, incuria typographo
rum,uel supplendum esse ex præcedentibus,quam Ias.ita
supine errasse,nec in eorum dictis aliter insisto, cum pro
maiori parte loquantur in emphyteusi:quæ in multis dif
fert à feudo,ut dixi in alia allegatione,nec distinctio Ale
xan.in d.consi.44.uol.2. post Bal. & alios citatos per ip-
72 sum:de quo Iason omnes opiniones referens non † me-
minit:satisfacit quoniam multos casus omittit, ut recep
tionem seruitij de præterito.Item quando actores & ne-
gotiorum gestores dñi , ignorante domino accipiunt ꝑ-
stationem seruitij tam præteriti quam futuri : qui etiam
casus ab omnibus recitatis per Ias. & ab ipso fuit omis-
sus:in alio quoque Bal.& Alex.in d.consi. uidentur male
sentire post Iac.de Belui.& Petr. de cer.in d.ca.j. dum di-
cunt si dominus uasallum qui ceciderit scienter ad obe-
dientiam seu seruitij præstationem recepit uidetur ingra
titudinem sibi remisisse:nisi contrarium fuerit protesta-
73 tus:quia protestatio†hæc quando est pro tempore futu
ro tanquam contraria facto nihil ualet:ut notatur. in c.
cum M.Ferrariensis.de constitu.& in l.non solum.§.mor
te.de no.ope.nun.Ideò uerba Bal. sunt restringenda ad
tempus præteritum,quod tamen est contra generalitatẽ
sui dicti. ¶Itaq; in hac causa in qua agitur de seruitijs de
74 futuro receptis primo declaro†seruitia de futuro,uel ꝑ-
stationes de futuro nuncupari ea quæ præstanda sunt ꝑ
tempore postquam cecidit in cõmissum feudum uel em-
phyteusis.Cor.in consi.187.trita & uulgaris. uolu. j. col.
31.hoc pro declaratione præmisso puto ita distinguen-
dum fore aut summus Pontifex,uel eius agentes ignora-
75 runt feudatarios cecidisse,& eo casu non uidentur † per
receptionem seruitij remisisse ingratitudinem & pænam.
argu.notatorum in l.mater decedens. de inoffi.testa.ubi
quis non uidetur remittere ius quod ignorat:cum con-
cordantibus ibi traditis : & id approbant* communiter
doct.in d.l.2.de iur.emphy.& in d.c. 2.de feud. & in alijs
locis supra allegatis.& hæc intelligo, quando ignorãtia
fuit probabilis non autem supina : per not.per Bal.in d.
c.j.quo tempo.& Alex. in d. consi. 14.uol. 2. Sed uidetur
errasse cum certissimi iuris sit illam improbabilem igno
76 rantiam†non operari consensum remittẽdi:quia si igno
rat non remittit:siue illa ignorantia sit iniusta, siue iusta,
semper deficit consensus.l.nihil consensui.de reg. iur. &
ex se patet:ergo non uidetur remittere:nec Bald. & Alex.
animaduerterunt hanc remissionem pendere à sola uolũ
tate recipientis quæ non adest in ignorante etiam supi-
ne:& errant dum uolunt ab ignorante supino uideri in-
gratitudinem remissam,cum ignorantia supina non pro
sit in pęnis exigendis : quoniam ignorantia in hoc casu
non est causa exactionis pœnæ, sed delictum & ingratitu
do feudatarij:ignorantia autem solum est causa ut non
uideatur ex liberalitate sua remisisse pœnam, & peperciſ
se feudatario:quod est diuersum à ratione Bal. præterea
cum feudũ & utile dominium reuertitur ad dominium
77 directum:& consolidatur,facilius debet cõcedi:†cum fa
cilis est reuersio ad pristinã naturam.l.si unus. §. pactus
ne peteret.de pac.& sicut dicitur de usufructu.§.fi.instit.
de usufr.

15 *Conuentione aliqua uti uolens, probare debet ea quæ in conuentione continentur adimpleta fuisse.*
16 *Conuentionem ex parte sua non obseruanti, per alium non est seruanda promißio.*
17 *Fides ei qui placitis conuentionis etiam in minimo non steterit per alteram partem seruari non debet.*
18 *Doctrina Bar. in l. liberorum. col. pen. uersi. pone exemplum. de uerb. sign. & in l. 2. ad Tertul. procedit in dispositione statutaria & legitima: de qua etiam in numeris seq.*
19 *Lucrum à quo quis alterius contemplatione remouetur hominis dispositione illi non applicatur cuius contemplatione fuit facta priuatio, sed res & dispositio remanet in terminis iuris cōis.*
20 *Benignius cum lege agitur, quam cum homine.*
21 *Dictum Bar. in l. 2. §. uidendum. ad Tertul. loquitur quando fœminæ sunt exclusæ dispositiue, & non uidetur locum habere quando tantum non essent admissæ.*
22 *Argumentum à contrario sensu ad dispositionem inducendā per uerba conditionalia non sumitur.*
23 *Verba conditionalia regulariter non disponunt.*
24 *Duorum specialium contra regulas iuris non datur concursus.*
25 *Argumentum à contrario sensu in uerbis negatiuis & priuatiuis non admittitur.*
26 *Dispositio tacita, tacitæ dispositionis non datur.*
27 *Seruitus seruitutis non datur.*
28 *Verbum per lineam masculinam, descensiue & contentiue intelligi potest.*
29 *Filij positi in conditione non censentur positi in dispositione.*
30 *Regulæ semper est inhærendum, quando uerba fallentiæ casui in totum non conueniunt.*
31 *Fallentia quæ habet uerbum masculis operari ut filij, positi in cō ditione censeantur uocati in dispositione à multis reprobatur.*
32 *Substitutio ultimo institutorum morienti facta operatur ut instituti tacite inuicem uideantur substituti.*
33 *Hæreditas per pactum dari non potest.*
34 *Substitutio ultimo institutorum morienti facta, si non sit de tota hæreditate, non operabitur ut instituti tacite inuicem uideātur substituti.*
35 *Laudum nullius est momenti quando non tenet compromissum.*
36 *Tutor de re sine decreto alienari prohibita, compromittere non potest.*
37 *Compromissum non admittitur ubi nulla adest dubietas.*
38 *Actio omnis, & ius, spatio annorum trigiuta uel quadraginta tollitur.*
39 *Hæres contra factum defuncti uenire non potest.*

RESPONSVM III.

¶Capitulatio facta à tutrice de castris & feudis cum cōmunitate Florentina, ut si masculi uiuentes decesserint sine descendentibus per lineam masculinam, ut castra pertineant ad commune Florentinum, operetur ut masculi excludant fœminas, ubi author determinat id non operari, ubi multa subtilia, egregia, ac noua ponit.

¶In causa illustrium dominorum de Vbertinis.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Visis capitulis celebratis cum illustri communitate Florentina de castro Chitignani ac alijs castris, & uillis, ut in eis continetur, necnon instrumentis laudi & transactionis ac facti serie mihi proposita illisque diligenter consideratis. ¶Prima fronte uī uirtute dictorum capitulorum, in successione dictorum castrorum, ac uillarum, masculos fœminis præferendos esse: quia in 13. c. cauetur q̄ quandocunque prędicti illustres domini Nicolaus & Leonardus ambo decesserint sine descendentibus per lineam masculinam, castra & uillę infrascripta cum fidelibus suis &c. Ex tunc pertinent & pertinere intelligātur ad cōmune Florentię pleno iure. & similiter intelligatur de descendentibus ipsorum decedentibus, ut de ipsis Nicolao, & Leonardo superius dictum est. Pondero illa uerba quandocunque decesserint sine descendentibus per lineam masculinam, quę idem significant ac si dixissent sine descendentibus masculis, seu q̄
1 in linea masculina sint† cum uerbum linea, capitur contentiue. ad notata per Soc. in l. Gallus. §. nunc de lege. de liber. & posth. post Bal. in consi. per eum allegato. Sed si dixisset sine descendentibus masculis filij masculi quantumcunq; essent positi in conditione censerentur positi
2 in dispositione, †propter illud uerbum masculis, per q̄ uidentur disponentes masculinitatem uoluisse conseruare, & per consequens exclusis fęminis ad castra uocare. Id probatur ex not. per Bartol. in l. liberorum. col. penul. uersi. pone exemplum. de uerbo. sign. ubi si statuto cauet quod extantibus masculis filia non succedat in persona masculorum, id statutum continet dispositionem, & per
3 inde† est ac si dixisset filij masculi succedant, & filiæ non succedant. idem dixit Barto. in l. 2. §. uidendum. ad Tertullia. Guid. papæ. in q. 184. incip. Illa quæstio quia quæritur. ubi in hoc casu limitat gl. in l. Lucius. de hæredib. insti. sequitur Dec. in cōsi. 270. & in cōsi. 380. & in l. j. col. 5. C. de pac. Cur. in consi. 87. ac quam plures alij alibi sæpe. ¶Secundò considero quod uocauit commune Florētinum descendentibus per lineam masculinam decedētibus & sic indefinitè: quod idem est ac si dixisset omni-
4 bus descendentibus, cum indefinita † ęquipolleat uniuersali: ad notata in l. si pluribus. de lega. 2. Et ita in effectu post mortem omnium descendentium uocatum est commune Florentinum, sed quādo post mortem † omnium fi-
5 liorum, uel descendentium alius est uocatus tacite inter illos uidetur dispositum ut mortuo uno ad alium perueniat, & sic masculi inter se uidentur uocati exclusis fœminis: ut no. per Cy. Bar. Bal. Imo. & doct. in l. Titia. §. Seia. per illum tex. de leg. 2. Imo. in l. Centurio. de uulg. & pupill. plenè per mod. in l. uel singulis. eo. titu. ¶Tertiò dico quod in hoc casu non uidetur laborandum esse cū habemus instrumentum laudi quo cauet ut mortua illustri ac nobili domina Maria Antonia eum filijs, uel sine filijs paris suę iurisdictionis & imperij reuertatur ad Petrum francum, libere, integraliter, & in totū. Et præsens quæstio est de hac parte imperij inter descendentes masculos do. Petri Antonij, & descendentes seu hęredes do.
6 Mariæ Antonię, ut in facto præsuppositum est. Nam † ubi est laudum & sentētia amplius non est hęsitandum: cum pro ueritate habeatur cum ab eo reclamatum non appareat: ut plene traditur in l. res iudicata. de reg. iuris. cum
7 similibus. Et maximè cum lapsum sit† longissimum tempus quod operatur ut omnia censeātur solenniter acta: ut latè per Roma. Ias. & alios in l. sciendum. de uerb. obl. in l. si certis annis. C. de pact. in l. cum dé in rem uer. de usu. & in l. qui in aliena. §. j. de acqui. hæredi. per Alex. in consi. 122. super primo. lib. 4. per Dec. in consi. 46. cum uulgari. Et hęc sunt quæ principaliter rem dubiā facere uidentur. ¶Maturius uero considerans non obstantibus supradictis determino contrarium & dico Mariam Antoniam ac eius hęredes in parte dictorum castrorum quā habebat eius pater Nicolaus uti hęredem patris quibuscunque alijs etiam masculis de sua domo & familia prę-
8 ferendam ac pręferendos esse, †cū in successione prima causa est filiorū ac eorum descendentium: ut in auth. de hære. ab intest. ueni. §. j. & in princi. ac toto titulo de hæred. quę ab intest. desc. instit. cum simil. quod habet locū siue filij sint mares, siue fœminæ. & maximè ubi tantum sunt fœminæ & bona sunt patrimonialia uel allodialia: ut in d. §. j. & in l. maximum uitium. C. de lib. pręt. & in §. placebat. insti. de leg. agn. suc. sed in facto prę supponit quod solum Maria Antonia aderat, & q̄ ista castra sunt
9 patrimonialia ac allodialia, & in dubio †prę sumunt allodialia: ut per Io. And. & doct. in c. nimis. de iureiur. & probatur in c. j. §. defuncto. in titu. si de feud. feu. cōtro. inter domi. & agnat. ubi filia conseruatur in possessione bonorum donec probetur contrarium, & idem habetur in c. j. ubi gl. de contro. inter mascu. & fœmi. p Alex. in cōs. 119. ponderatis. in prin. lib. j. & in consi. 15. lib. 5. & per Deci. in consi. 268. Ergo de necessitate sequitur quod huiuscemodi castra spectarunt & pertinuerūt de iure ad illustrē domi. Mariam Antoniam, ac ad suos hęredes & descen-
10 dentes. ¶Nam in huiuscemodi† bonis allodialibus, & si iurisdictionem

est admissa & uocata: & eo casu quo non uenit & succedere non potest fœminæ non sunt dispositiue & expresse exclusę:& ideò doctr. Bar. in d. §. uidendum. non facit ad propositum,quia termini sunt diuersi, & diuersam rationem habent. Et ideò non potest inferri de uno casu ad alium.l.Papinianus exuli.de mino.l.fin.de calumnia. ¶Quartò respondeo quod doctr.Bar. in d. §. uidendū. procedit in terminis in quibus loquit̄ Bar. quando uerba conditionalia præferuntur affirmatiue, scilicet existētibus masculis fœminæ nō succedant. Nam tali casu potest dici sine tamen præiudicio ueritatis, quod adest caput inclusiuum masculorum ultra caput exclusiuum fœminarum : sed quando statutum uel dispositio loquitur negatiue:ut puta,non existentibus liberis communibus uel decedente marito sine liberis communibus, nā tali casu illa uerba negatiue prolata non disponunt quod à contrario existentibus liberis communibus ipsi sint
22 uocati:quia esset† sumere argumentum à cōtrario sensu ad dispositionem inducendā per uerba conditionalia, quæ regulariter etiam in sensu directo non disponūt: ut not.in l.Lucius.de hære. insti. Et hoc casu non loquitur Bar.& ita dicit Bar.limitat Dec. in cōsi.283.col.4.Et merito quia argumentum à contrario sensu procedit ex cōiectura.l.apud antiquūm.de fur.Et non disponit:ut not.
23 in l.j.de offi.eius.†& uerba cōditionalia nō disponunt: ut not.in d.l. Lucius. de hæredi. insti. ergo multo minus ubi sunt conditionalia uerba & dispositio à contrario sensu resultaret, sed in casu nostro sunt uerba conditionalia negatiue concepta ibi sine descendentibus per lineam masculinam, & sic disponunt non extantibus descendentibus in conditione positis. Modò si uolumus quod in casu quo extent descendentes per lineam masculinā
24 quòd sint uocati, duo concurrerent† cōtra regulas iuris. Primum quod uerba cōditionalia disponerent. Secundū quod disponerent à cōtrario sensu quæ non sunt admittenda.argu.l.j.C.de dot.promis. & l. cū post. §. gener. ff. de iur.dot.& hæc non concurrunt in casu Bar.Quod cōprobo,& erit quinta responsio. ¶Nā ultra quod uerba conditionalia in casu contrario disponerent cōcurrunt
25 alia quæ de iure admitti non possunt: ut argumentū† à contrario sensu sumi in uerbis negatiuis & priuatiuis ꝙ non admittitur: secundum Bal. in l. 2. in fi. C. de condi. inser. Item cōcurrit quod in casu de quo agitur non fuit dictum decedentibus descendentibus ipsorum sine descendentibus per lineam masculinam,sed fuit dictum descendentibus decedentibus simpliciter. Et licet intelligatur de ipsis Leonardo & Nicolao ut superius dictum est: & sic ibi non sunt expressa ista uerba descendentibus per lineam masculinam, sed ista uerba debent subaudiri per relationem ad aliud: ut not. in auth. si quis in aliquo.C. de eden. Adde. hic concurreret quod daretur dispositio ex uerbis conditionalibus negatiuis à contrario sensu: & per subauditionem seu relationē ad aliud subauditū
26 & sic esset† tacita dispositio tacitę dispositionis, sed taci
27 tum taciti non datur, sicut† nec seruitus seruitutis. l. j. de ser.leg.& ponunt mod.in l.cum quid.si cer. pet. & consideratis istis omnibus liquidissime constat quod illa uerba nullo modo possunt importare dispositionem ad exclusionem fœminarum.Et dictum Bar.in d.§. uidendum non loquitur in istis terminis nec facit ad propositum. Immò si doctissimus iudex cum qualitatibus supra adductis recte consideret, prout eum facturum fore pro cōperto habeo, facile conspiciet neminem in proprijs terminis contradictorem esse & maximè cum in hoc casu non est expressum uerbum masculis, sed per lineam masculinam descendentibus quod in ueritate tantūdem nō
28 signat† cum potest intelligi descensiuè & contentiuè: ad notata in l.Gallus.§. nunc de lege. de lib.& posthu.& in hoc casu magis debet intelligi descensiuè cum loquitur per uerbum descendentibus:& si ita intelligatur uerificatur in fœmina descendentis masculi, quod non est nec esse potest in uerbo masculis. ¶Et ideò uidetur, etiam ex ista ratione decisionem Guid. papæ & alia contra allegata superius loquentia de liberis masculis huic casui non conuenire. Et ita habemus interpretari, cum regula sit
29 †filios positos in conditione non censeri positos in dispositione:sed gl.*communiter approbatam in d. l. Lucius.de hære.insti.& fallentia est quando est appositū uerbum masculis, & semper interpretandum est pro regula ad abundāter tradita in l.regula.de regul.iur.per docto.
30 in l.2.si quis cautio.ergo cum uerba fallentię† non in totum conueniant huic casui cum non sit positum uerbum masculis,ultra alia supra considerata,ex quibus manifeste apparet quod illa fallentia nullo modo ad istum casum potest adaptari, habemus intrepidè dicere ꝙ in hoc casu descendētes masculi nō sunt positi in dispositione.
31 ¶Non omitto etiam quod illa† fallentia quod uerbum masculis faciat positos in conditione censeri positos in dispositione à multis reprobatur: ut per Alex. consi.24. uol.3.Soci.in consi.106.& 62.uolu.3.Alex. in consi.105. uol.j.& Cur.Seni.in consi.42.ubi latissimè loquitur:& p Cor.in consi.146.col.2.uol.2.Nec de decisione Guid.papæ est multum curandum,quia reportauit sententiam in contrarium, ut ipsemet attestatur in decisione.600. inci. Contra quos. Ergo de ea & sequentibus eam de quibus supra parum est curandum.maxime in hoc casu ad quem & si uera esset per supra dicta,adaptari non posset,nec cōtradictores allegaui ut demonstrem illam decisionem falsam sed ut tantum debilem:nam de eius ueritate ad ea q̄ & in consilijs & in lecturis latè dixi me remitto. ¶Non obstat secundo loco quod uideantur uocati domini Florentini post omnes descendentes, & sic descendentes ui-
32 deantur tacite substituti:quia† procedit quando ultimo morienti est facta,ut in iurib. supra allegatis.sed hic non est facta substitutio ultimo morienti,immò nullo modo facta,quia sumus in contractibus in quibus non datur
33 † hæreditas cum non possit per pactum dari. l. pactum quod dotale.de pact.& plene in l.fi.C.eod.in l. stipulatio hoc modo concepta.de uerbo. obli.ergo nihil ad propositum cum allegata supra in contrarium loquant̄ in substitutione facta in ultima uolunrate post mortē omniū. ¶Tertiò respōdeo quod dato ꝙ esset facta ultimo morienti substitutio & essemus in ultima uolūtate, nihilominus
34 †cum non esset facta de tota hæreditate sed de castris & rebus particularibus, non habet locum illa doctrina ꝙ uideantur inuicem substituti, secundum docto.*communiter in l.hędes mei.§.cū ita ad Treb.Titia.§.Seiæ.de leg. 2.per Soci.in cons.77.& in ɔs.80.uol.j. & per Cur.Senio. in d.consi.42.Et alibi sæpe per doctores quos breuitatis causa prætermitto. ¶Vltimò nō obstat laudum quia nō tenet nec ualet, ex quo non ualuit cōpromissum.†Nam
35 ubi compromissum nō tenet nullius momenti est laudū, ut per Soci.in cons.18.col.12.in fi.uol.j.cum simi.sed hic compromissum non ualuit cum fuit factum per tutricē de re quæ à tutore sine decreto nō poterat alienari, ut de
36 istis castris:iuxta notata in toto titu.de reb.eorum.†quo casu tutor non potest compromittere:ut notatur in l. tutoris.in l.imperatores.de pact.per Pau.de Cast.in l.si plures.eo.titu.per moder.in l.si pręses.C.de transac.per Lanfrancum in tit.de arbit.per Io.Baptist. in tract. de arbit. lib.2.ca.13.moder.in l.ut iusiurandum. de iureiu. sed in casu isto solum interuenit authoritas Muncialdi,ut dicitur in laudo,& eorum uocabulo gratia facilioris intelligentię utar.Et Muncialdus licet ex forma statuti Florentini ad me transmissi possit authorare mulieri se obligāti,non tamen in illo statuto dicitur quod possit interponere authoritatem in alienationibus minorum, nec authorare tutrici compromittenti. Ergo compromissum uti factum ab eo qui non habebat potestatem compromittendi non habet nocere, & maxime quia in laudo dr̄ ꝙ partes iam conuentionem inierant & compromissum seu laudum fuit latum potius, ut conuentionis partium memoria non periret, & sic non erat quæstio inter ipsas
37 partes,& per ɔ̄ns dubium, ergo de iure † non potuit aliquo mō compromitti nec laudari : ad notata per oēs in l.eleganter.de condictio.indeb.& in cap.exposita. de arbit.cum sim.

¶Immò & si istud non diceret̄ in cōpromisso adhuc dici

debet quod non ualebat cum erat in ueritate de re certa: ut constat expresse per ea quæ supra allegata sunt. ¶ Præterea lapsum est longum & longissimum tempus aduersus dictum laudum ut mihi in facto præsupponitur: er-
38 go ei derogatum est † cum omnis actio & ius spatio triginta uel quadraginta annorum tollat. l. sicut. l. omnes. de præscript. 30. uel. 40. anno. cum simi. Imò ex quo in contrarium est facta transactio de eo amplius nõ est curandum: ut no, in l. pacta nouissima. C. de pact. cũ simil.
39 Et maxime cum agens dicitur † hæres transigentis, ergo &c. ut not, in l. cum à matre. C. de rei uend. ergo nihil habet nocere huiuscemodi laudum: nec diuturnitas temporis in hoc potest prodesse. Præterea nihil operatur in eo quod non enunciatur in dispositione: ut not. in l. sciendum. de uerb. obli. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM

1 *Feudum dicitur antiquum quando in eo narratur fuisse concessum suis progenitoribus.*
2 *Priuilegio facienti mentionem de alio creditur, licet illud non reperiatur quando persona quæ se refert potuisset illud disponere, & maxime quando est princeps. quod intellige ut in nu. 11.*
3 *Feudum nobile est si fuit dictum concedimus in feudum nobile ab habente potestatem.*
4 *Feudum nobile idem uidetur quod antiquum, quod declara in numero. 12.*
5 *Nobilitas non nascitur in nictu oculi.*
6 *Feudum nouum tunc dicitur cum exprimitur in priuilegio, alias non dicitur nouum, quod declara in nu. 13.*
7 *Verba & tenor priuilegij magis quam natura feudi sunt spectanda.*
8 *Feudum dicitur nouum, qñ nulla alia inuestitura præcedit.*
9 *Verbum erigimus, donamus, conferimus, signant nouam dispositionem, non autem proprie confirmationem, cum aliud sit confirmatio donationis & donatio.*
10 *Feudum efficitur nouũ, quando aditur noua forma, uel qualitas.*
11 *Dispositio per relationem ad aliud ualet de præsenti, si tunc ille posset facere, & dispositio ad quam se refert non reperiatur, & cogitur ex illa ultima non considerata prima.*
12 *Feudum nobile non signat antiquum necessario, cum possit esse nobile alia ratione, ut propter annexam dignitatem.*
13 *Illud dictum quod feudum nouum non præsumitur non procedit, nisi quando præcedit inuestitura alia, uel non adsint uerba nouæ concessionis demonstratiua, & additur forma, uel qualitas.*
14 *Ius accrescendi in feudo nouo habet locũ, quando à supremo principe est concessum.*
15 *Ius accrescendi habet locum in feudis dignitatum, ut Comitatus, Ducatus &c.*
16 *Ius accrescendi non habet locum in contractibus & per consequens in feudis regulariter.*
17 *Ius accrescendi non est ubi nulla adest coniunctio.*
18 *Ius accrescendi non habet locum in coniunctis coniunctione legali.*
19 *Ius accrescendi competens de iure speciali non debet esse inter illos qui non sunt nominati, sed à lege subaudiuntur.*
20 *Ius accrescendi est tacita dispositio.*
21 *Dispositio tacita, tacitæ dispositionis non debet esse.*
22 *Specialia duo concurrere non debent, maxime in casu qui est contra regulas iuris.*
23 *Ius accrescendi non habet locum post ius acquisitum.*
24 *Lex. j. C. si soc. lib. imp. lib. 10. non habet locum quando mandatum præcessit ad impetrandum.*
25 *Item nisi inter expresse nominatos.*
26 *Item quando res erat deuoluta ad fiscum.*
27 *Ius accrescendi accrescit rei.*
28 *Finita una linea alij agnati admittuntur æqualiter, licet sint in dispari gradu.*
29 *Feuda dignitatum sunt diuidua attenta consuetudine ut est derogatum. c. imperialem. §. præterea.*
30 *Doctori alleganti consuetudinem quo ad præsumptionem creditur.*
31 *§. Præterea. c. 1. de probi. feu. alie. non procedit, quando plurib. fuit feudum comitatus concessum: & multis modis limitatur in consi. 165. uol. 2. per Soci. citatum per authorem.*
32 *In feudis uerbum hæredibus, intelligitur de descendentibus sanguinis illius, non extraneis. secundum communem opi.*
33 *Hæreditarium proprie non est, quod non transit ad extraneos: secundum aliquos, sed author reprobat infra. nu. 45.*
34 *Hæres non potest contrauenire facto defuncti, quod non habet locum in his quæ non sunt absolute hæreditaria.*
35 *Verba debent intelligi in casu proprio &c.*
36 *Id quod est secundum quod, non est proprie.*
37 *Feudi natura est quod non possit in præiudicium sequentium alienari.*
38 *Feudum, licet per pactum in aliquibus fuerit alteratum, in cæteris tamen seruat suam naturam.*
39 *Inuentarium in feudis operatur ut hæres aduersus defuncti factũ uenire possit, secundum aliquos, quos reprobat author.*
40 *Hæredes legitimi dicuntur uenientes ab intestato.*
41 *Feudum simpliciter concessum intelligitur concessum etiam pro hæredibus, & subintelligatur.*
42 *Feudum concessum pro se & hæredibus, uel si subaudiatur hæredibus est proprie hæreditarium: secundum communem opinionẽ, & non potest habere, nisi sit hæres.*
43 *Hæres proprie est post aditam hæreditatem.*
44 *Verborum proprietas & generalitas obseruatur in quacunque materia, siue odiosa, siue correctoria, & si maior rõ sit in uno casu quam in alio.*
45 *Feudum proprie hæreditarium dicitur, & si ad hæredes extraneos non transeat.*
46 *Verba renunciationis stricte & proprie interpretãtur, & immò renuncians uni iuri, non intelligitur alteri renunciasse.*
47 *Proprium dicitur illud quod uni soli competit, & necessario.*
48 *Hæreditariũ & hæreditas proprie dicuntur, licet non transeant ad extraneos: & dicit Decium & alios tenentes contrarium errasse in terminis.*
49 *Proprium est illud quod est secundum quid, quando militat in eo eadem ratio.*
50 *Inuentarium in re hæreditaria alienata per defunctum hæredi nihil prodest.*
51 *L. fi. §. in computatione. de iure delib. nouissime ponderatur & demonstratur non habere locum in feudo hæreditario.*
52 *Verbum habere actiones, signat facultatem agendi.*
53 *Conditio proprie debet adimpleri.*
54 *Concessum sub conditione signat alio casu denegatum.*
55 *Verba ubi non conueniunt, nec legis dispositio.*
56 *Opi. magis communis est contra Decium.*
57 *Feudum hæreditarium computatur in legitimam.*
58 *Feudum in aliquo alteratum in consecutiuis, ad illud censetur quoque alteratum.*
59 *Feudum alienatum sine consensu domini, licet sit hæreditariũ ab hærede potest uendicari, & non uenit in obligatione generali, secundum Alex.*
60 *Concordia Alex. in nonnullis consilijs in quibus secundum Deciũ erat contrarius.*
61 *Habilitas præsupponitur omni casu, excepto eo de quo dubitat.*
62 *Dictio præsertim, & maxime, signant idẽ esse in casu contrario.*
63 *Doctoris auctoritas attenditur in eo loco ubi latius & cum rationibus scribit.*
64 *Doctoris dictum non explicitum & uario modo interpretatum non est considerandum, & super eo non potest fieri fundamentum.*
65 *Feudi ex prouidentia alienatio in extraneos est nulla, & defertur proximioribus agnatis ius reuocandi, pretio non soluto.*
66 *Ius reuocandi feudum alienatum durat triginta annis.*
67 *Hæreditatem alienantis accipere non nocet reuocanti alienatum feudum quod est ex prouidentia.*
68 *Feudum alienatum per agnatos non potest reuocari quando tacite uel expresse alienationem approbauerint.*
69 *Imperatoris præsentia purgat omnem defectum.*
70 *Approbatio fit non solum uerbo sed & facto, immò præsentia ipsa.*
71 *Geminatio arguit præcisam mentem, maxime cum internallo temporis.*
72 *Ius reuocandi feudum alienatum inter agnatos non durat nisi anno,*

anno, licet triginta annis quando in extraneos.

73 *Verbum hæredibus, est commune, tam ad masculos, quã ad fœminas ex consuetudine, tamen ad masculos tm̃ refertur in feudis.*

74 *Feudum licet non possit alienari in remotiores in gradu, & cum authoritate Imperatoris, potest tamen eum authoritate Imperatoris in inhabiles proximiores alienari eos habilitando.*

75 *Fœminæ ad feudum incapaces possunt ab Imperatore habilitari in præiudicium agnatarum, etiam illis non citatis.*

76 *Feudum licet non possit à patre alienari, tamen quando iam esset amissum aliqua ratione etiam de facto potest fieri alienatio à patre in parte in aliquem ut facilius recuperet, maximè quãdo ipse & filij erant inhabiles ad recuperandum, & iste est nouus casus.*

77 *Imperatoris potestas est maxima, præsertim in feudis quæ sunt sua beneficia & gratiæ.*

78 *Restitutio non datur, quando si concessa esset alia uia nihil operaretur.*

79 *Restitutio non datur aduersus aditionem ut aliquid habeat quando non potest illud habere nisi sit hæres.*

80 *Restitutio non datur, nisi læsis.*

81 *Item requiritur quod læsio sit in magna quantitate, & ideo non habebit locum quando est dubium, & habet difficultatem ius agentium.*

RESPONSVM IIII.

¶An feudum sit nouum, uel antiquum si de alio fecit mentionem.

¶An in feudo nouo habeat locum ius accrescendi.

¶An sit hæreditarium pro se & hæredibus.

¶An confectio inuentarij operetur in feudo hæreditario ut possit alienata reuocare.

¶An transactio ualuerit licet fuerit feudum antiquum & ex prouidentia.

¶Et quando detur restitutio in integrum in his feudis.

INuocato diuino suffragio. ¶Dubitatur an Illustres domi. Hippolytus & Hieronymus de Corrigio transactioni factæ per illustrem domi. Gibertum eorum patrem super bonis feudalibus Illustrissimi domi. Galeatij contrauenire possint & bona in dicta transactione assignata illustris. do. Manfredo & Ioanni Francisco uti ad se tanquam proximiores spectantia recuperare possint. Et quoniã pũctus difficultatis principaliter pendet, an feudum sit nouum, uel hæreditarium, uel talis naturę quod super eo transigi potuerit & ab approbationibus factis de dicta trãsactione, ita quod pro ueritate habenda de pluribus uidendum est. Et primo uidendum est, an sit feudum nouum, uel tale quod non transeat ad transuersales. Secundò an non habeat locum ius accrescendi. Tertiò casu quo sit antiquum, an sit hęreditarium & confectio inuentarij operetur quod hæres possit contrauenire. Quartò dato quod sit antiquum & ex prouidentia, an ex alijs rationibus trãsactio sit obseruanda per filios transigentis. Quintò an dictis filijs debeat concedi restitutio in integrum aduersus facta & omissa quę tendunt ad corroborationem dictæ transactionis. Et hæc breuius quam potero explicabo, cũ ueritas in paucis consistit & coram peritissimis agitur.

¶Et circa primum uidetur prima fronte quod feudum
1 sit antiquum cum † narretur in eo ꝙ alias fuit concessum suis progenitoribus, licet illa concessio non ostendatur per do. Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de feud. §. si igitur. ubi dixit ꝙ si concessit princeps feudum prout concessit eius genitor illius genitoris, ille non tenetur ostendere primam inuestituram, ergo nec isti Comites tenentur: & satis probatur per instrumentum referens. ¶Item ad idẽ facit: nam in cõcessione dicit Imperator quod approbat
9 *Instrumentum quod continet contrarietatem pro fundamento à quoquam adduci non potest.*
10 *Faciens aliquid per mandatarium qui cogitur adimplere mandatum uere & ex sua persona, dicitur facere mediante instrumento.*
11 *Mandans hominem interfici per eum qui cogebatur adimplere mandatum dicitur proprie interficere.*
12 *Seruitium literis etiam duntaxat, præstari potest.*
13 *Seruitium omne illud appellatur ad quod uasallus domino tenet.*
14 *Consilium præbere idem est quod præstare seruitium.*
15 *Ponderatio ad tex. in c. est & alia in titu. de noua for. fideli. in usib. feudo.*
16 *Ponderatio ad tex. in §. si quis decesserit. c. si de feudo. in ti. si de feud. defun. &c.*
17 *Legis beneficio non gaudet qui uenit contra legem. quod amplia ut ibi.*
18 *Verba concessionis quæ alias ex sui generalitate aliquid cõprehenderent, tunc illud non comprehendunt quando in concessione specialiter fuit exceptum.*
19 *Regula quæ habet concedentem aliquid uideri etiam concedere ea quæ ueniunt in consequentiam, limitatur.*
20 *Feudum potest concedi, cum hoc ut non præstetur fidelitas.*
21 *Vasallus priuatur feudo si fuerit aduocatus contra dominum.*
22 *Item si fuerit testis.*
23 *Item si eum accusauerit, & reum criminis detulerit.*
24 *Vasallus omnia supradicta coactus faciens, feudo priuari non debet.*
25 *Soluens iussu magistratus coactus dicitur soluere.*
26 *Preces domini temporalis inducunt iustum metum.*
27 *Epistola non probat contra tertium.*
28 *Pensio licet propter bellum emphyteutæ remittatur, non tamen remittitur si tempore quo bellum præparabatur accepit emphyteusim.*
29 *Declaratio ad totum titu. quæ fuit pri. cau. benefic. amit. in usib. feud.*
30 *Statutum disponens quod dominus teneatur pro delicto famuli sui, non uendicat sibi locum in delicto commisso à famulo antequam domino seruiret.*
31 *Limitatio ad. c. 1. §. 1. uersic. sed & qui delator. quæ fuit prima causa benefi. &c. in usib. feud.*
32 *Item altera limitatio authoris ad dictum uersi. non minus æqua quam subtilis.*
33 *Vasallus non tenetur ulterius domino, quando ipse dominus facto suo fuit feudo priuatus.*
34 *Dominus priuatur sua proprietate ex omnibus causis quibus priuatur uasallus.*
35 *Vasallus si non defenderit dominum uel saltem non præstiterit auxilium quod poterat, priuatur feudo.*
36 *Vasallus non tenetur præferre salutem domini proprię saluti.*
37 *Vasallus propter timorem mortis, uel euersionis castrorum, ac depopulationis, impunè inimicis domini seruire potest & eis iurare.*

RESPONSVM V.

¶ An uasallus qui pro inimicis domini literas scripsit, & illis consilium præbuit, ac per substitutum seruiuit, dicatur effectus rebellis, & per consequens à feudo ceciderit: ubi non desunt quædam nouę, non minus necessarię, quam subtiles declarationes & limitationes ad uaria feudorum capitula.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ Thema tale est, dux Grauiniæ, dum obsessa erat Neapolis à Gallis, recessit ex Neapoli habita licẽtia à uicerege non solum recedendi, sed con ueniendi cum Gallis dummodo non præstaret seruitium cum sua persona, ac nuperrime in eo multa ponũtur quæ subijciam prout ad præsentem consultationem uidebuntur necessaria. Quæritur cum pro Gallis literas scripsit, consilium præbuit, per substitutum seruiuit, an dicatur contrafecisse, & per cõsequẽs factus rebellis à feudo suo cecidisse: In hac causa anceps fui, ut ipsi quoq; duci postulanti ut pro eo scriberem, à prima fronte dixeram, nec allegationes excellen. d. Phi. Dec. nunc mihi allatę difficultates sustulerunt, quas, ut res magis elucescat, subijciam.
1 ¶ Primò uidetur dicendum hunc ducẽ † per supradicta in crimen rebellionis cecidisse: per tex. in tit. qui sint rebelles.

belles.ibi.omnes & singuli sunt rebelles.& ibi gl.in uersi.
occulte.in uerb.machinatio.& est tex.in c.1. in uersi. cō-
silium uel auxiliū,de for.fid.in usi.feu.& maxime, qa iste
2 dux secreta do.sui Gallis † manifestauit, quo casu feudū
amittit:ut in c.si capitanei.quib.mod.feu. amit. cum ibi
plene no. Item amicitiā fecit cū inimicis domini, quo ca
su priuat. c. si uasallus.in tit.quot testes sunt neces.& be-
ne facit tex.cū ibi no.in l. j. ff. ad l.Iul.maie.ubi quis pro-
3 pter cōsiliū † uel auxiliū præstitum hostibus cadit in cri-
men læsæ maiestatis,ergo amittit feudum.c.1.in tit.in q-
bus cau.feu.amit.Old.consi.43.quęritur.in 6.dub.Io.de
Ana.consi.7.Cu.consi.150.Soc.cons.82.lib.7.col.8.Item
4 fuit uocatus & non comparuit, quo casu † amittit bene-
ficium, maxime cum dominus uel uicarius petebat fideli
tatem.c.prima autem causa.in §.j.quæ fuit prima cau.be
nefi.amit.& ꝙ uasallus ficte contumax priuetur feudo in
totum ponit Iac.Alua.in d.tit.quę fuit prima cau.benefi.
amit.§.item qui dño. & est tex. in c. dñs. de milite uasal.
qui contu.& ibi Iacob.Alua.& alij sequuntur,& aliter nō
corroboro cum in hoc non uidetur dubitandū esse. ¶Et
duo solū uidetur urgere in ɔ̄rium,ex quorum responsio-
nibus magis apparebit eum cecidisse. Et primo vr̄ obsta-
re licentia data à uicerege ad quam respondeas illum cō
cedere non potuisse:nam ipse non habebat potestatē ɔce
dendi feudatarijs ut alium recognoscerent dn̄m, & cum
alio cōuenirent quā cum rege suo, & p̄sertim cum inimi-
cis,cum ista cōtineant alienationē partis regni quę in ge
5 nerali mandato & † concessione nunquā uenit.l.procura
tor cui libera.de procu.cū materia.& in l.mādato.eo. ti.
faciunt no.in l.hoc iure. de sol.nec uerisimile est ut in mā
dato concederet uiceregi potestatem concedendi facul-
tatē feudatarijs ɔueniendi cū inimicis suis:igitur cum in
mandato hæc expressa non sunt sub generali cōtineri nō
debent:ad no.in d.l.mandato gn̄ali.in l. procurator. per
Iasō.in l.j. §. item acquirimus. de acq. pos.& profecto ut
dixi esset irrationabile istud mandatū si contineret facul
tatem dandi licentiam conueniendi cum inimicis domi-
6 ni:& † mandatum principis quando cōtineret aliquid ir-
rationabile nō pōt probari nisi p scripturā authenticā id
expresse cōtinentē.Bar.& alij in l.unica.C.de mand.prin
ci.Bar.in l.j.C.de superindic.lib.10.Et qđ id non uideat
cōmissum nec potuerit cōmittere ptātem &c. probatur,
qa uicarius non dēt posse facere ꝙ ipse principalis facere
nō posset.l.nemo plus iuris.de reg.iur. cū ibi plenè nota.
7 sed ipse Imperator † aliquid de regno alienare & extra di
tionē suā ponere non pōt:ut plenè per doct. in proœ. flo
rū.p Bald.& Sali. in proœ. C. p Ioan.de Imol. & Areti.in
rub.de uer.obli. ubi cum difficultate maxima permittūt
donationē factam à Constantino Ecclesiæ, & si potest ex
8 causa alienare,ut ibi no. tn̄ causa non præsumitur † etiā
in principe in his quib.nō pōt ꝓcedere, nisi ex causa: sed
hic non est expressa cā, ergo &c.& si esset expressa nō ope
raī nisi eam probet.l.si forte.de castrē.pecu.no.in l. si dō
natione.C.de collat.qđ hēt locū ē̄t in principe:ut uoluit
Bar.in l.diui.de adimen.lega.Are.in l. ij. de prob.col.5.
Fulg.in cōs.61.dn̄a.col.2.Feli.& ipsemet Dec.in d.c. quæ
in ecclesiarū.per no.ad gl.in l.relegari. de pęn.qđ cū ha-
beat difficultatem & ɔtradictores illud amitterē in uice-
gerente,ut hic:& ex hoc tolliī fundamentū Dec.in ɔs.suo
dū dicit,ꝙ cā scādali euitandi & necessitate potuit face-
re, qa in literis non dr̄ nec probaī:pterea nihil allegat in
terminis, & non sequiī,pmittiī illud ex cā scandali,ergo
&c.& istud cum sit ɔ̄ regulas iuris & magis præiudiciale.
9 ¶Secundo quis non pōt se fundare † in instrumento qđ
cōtinet ɔ̄rietatē uel impossibilitatē.l.scripturę.de fide in
stru.c.solicitudinē.de appel.Facit tex.ī l.j. de fur.in l. ubi
repugnantia.de reg.iur.sed ista licentia ɔtinet repugnan
tiā & impossibilitatē cū contineat ꝙ possit se ɔuenire &
cōponere cū Gallis, & per ɔn̄s eos recognoscere, quod
aliter esse nō pōt nisi cū ꝓmissione & iuramento p̄stito
de p̄stando seruitiū p̄sonale:& hoc est ex natura feudi cū
sit feudū ligiū,& homo ligius nō pōt esse duorū, nec pōt
esse & nō p̄stare seruitiū p̄sonale:s̄m Bald.in prælud.feu.
in 7. diuisione. & Aluaro, in 13. & latius ibi per Ias. in 7.
diuisione. Itē istud erat impossibile ex parte Gallorū cū
eis capitulare, & non promittere seruitium personale,
cum aliter non conueniebant: ergo super ista licentia in-
ualida,impossibili, & contraria illustris. dux se fundare
non potest:immò & si illā ualidam esse concedamus, du-
cem tn̄ illi ɔ̄uenisse dicimus,cum in ea dicaī ꝙ possit con
uenire &c.dummodo seruitium non præstet cum sua per
sona, quæ uerba comprehendunt præstantem seruiri per
10 aliū:† nam ille qui p aliū fecit uere & ex sua persona dici
tur facere mediante instrumento qn̄ mandatarius co-
giī exequi mandatū: nam sicut aliquis cū persona sua dr̄
interficere aliquē mediante gladio cū gladius necessario
11 operaī, ita † proprie dr̄ interficere qn̄ interficit per aliū
hominem qui de necessitate habet obedire.ita dicit Bar.
in l.sed si unus.in §.seruus.de iniur.col.2.per tex. in l. ita
autē.§.gessisse.de admi.tut. bene facit tex.in c.mulieres.
de sentē.excōmu.& ibi Abb.p Ang.in trac.malefi. in uer.
Semproniū mandatorē.sed.d.dux pręstitit seruitium per
suum subditum qui cogebatur exequi,ergo uere pręstitit
seruitium, cum sua persona mediante tamen instrumen
to sicut si cum gladio seruitium præstitisset: nec respon-
siones Dec. in consi.prædicto obst.quia non loquitur qn̄
ille cogebatur seruire cui fuit commissum. ¶Secundò ap
paret eum contrauenisse cum literas scripsit:nam scriben
do cum sua persona seruiuit:seruitium enim nomen gene
rale est quod quibuscunq; modis explicaī tā literis quā
quocunq; alio instrumento : ut patet etymologia nomi-
nis.quod argu.in iure cōsideratur.l.ij.§. appellata. si cer.
pet.tugurij.de uerb. sign.per Bar.in l.omnes populi. in 6.
12 q. prin. de iusti. & iur. & quod cum † literis aliquis dica-
tur præstare seruitium uidetur tex.in d.c.domino guerrā.
in §.adhoc.in tit.hic finitur lex deinde consue.reg.incip.
in usib.feud.ubi dicit tex. ꝙ uasallus non teneī præstare
seruitiū nisi sit requisitus:deinde ponit exceptiones, & di
cit ꝙ fallit si uasallus sciat domino mortem imminere ꝙ
teneī ei nūciare qđ literis fit:ergo literis nunciare est ser-
uitiū p̄stare: alias illa exceptio nō esset de regula quæ lo-
quitur de seruitio:contra.l.nam quod liquide.§. fi. de pe
nu leg.cū similib.traditis in rub. de reg. iur. Item si scri-
bere non esset seruitium præstare, non scribendo feudo
non priuaret cū priuaī pp seruitia non præstita.d.c.dn̄o
guerrā.ad idem pondero tex. in c. j. §. præterea uasallus
in tit.quæ fuit prima cau.benefic.amit.ubi uasallus tene-
tur dominū certiorare de periculo imminēti ut dn̄s pos-
13 sit prouidere : sed † omne illud ad quod uasallus teneī fa
cere & præstare domino, seruitium appellatur. tex. est in
c.obertus.de orto.in fi.in uer. seruitiā. & in uer. seruitiū
in tit.in quib. cau. feud. amit.in usib. feud. ergo scribere
literas quibus certiorare dicimus est seruitium: & ꝙ sit
cum sua persona nulli dubium, quia ipsemet scripsit.
¶Tertio dictum ducē contrauenisse probatur ex consi-
14 lio præstito per eum:nam præstare † consiliū est seruitiū
pręstare:ut probaī in c.ī epistola Philiberti. in uer. ɔsili ñ
præstet.in ti.de noua for. fideli.in usib. feu. ad idem tex.
in c.de forma.22.q.5.ubi uasallus iurat p̄stare ɔsiliū dn̄o:
sed quicquid iurat p̄stare uasallus seruitium appellatur:
ut est tex.in d.c.obertus.de orto.in fi.in uer.seruitium.in
tit.in quib.cau.feu.amit.in usib. feu.quod consilium pro
pria persona fuit p̄stitum ut asseritur in facto.ergo expres
se ɔ̄uenit licentiæ.& per ɔn̄s cecidit à feudo. ¶Quartò ꝓ
15 ista parte uidetur tex.in c.est † & alia. in tit. de noua for.
fidel.in usib. feud. ubi uasallus iurat per ista uerba nun-
quam ex persona mea aliquid faciam quod pertineat ad
tuam iniuriam,& tamen ista uerba uerificanī in ɔsiliū p̄-
stante,& in eo qui conspirauerit cum inimicis domini.
gl.in uer.porro.in §.porro.in c.1.quę fuit prima cau. be
nefi.amit.cū ibi no.ergo ista uerba præstare seruitium cū
persona uerificantur in consulente.bene facit tex. in c. si
uasallus. ibi, indecentibus machinationibus offende-
rit dn̄m suū in ti.quot testes sunt necess. ¶Quinto alle-
go tex.in c.si de feudo. in §. si quis decesserit. in tit. si de
feu.defun.cōten.sit inter domi. & agn.in uer. idem in ser
16 uitio personali, qđ uerbum † uerificaī in consilio:ut sen
tit ibi Alua.in addi.ubi uult ꝙ pp mutationem possit mu
tari

tari seruitium personale de uno in aliud: ut de pugna in consilium: ergo ſm eum consilium est seruitiũ personale. Ex pdictis ergo apparet ꝙ licentia data a uicerege de qua supra,& si ualida esset nõ liberat ipsum ducem a fellonia

17 seu quominus priuet a feudo cũ uenerit ꝯ ipsum,& † qui uenit ꝯ legẽ beneficio legis nõ gaudet.l. auxiliũ. de min. l.3.de epis.audiẽ.l.fi.§.si uero postq̃.& ibi Bar. Alex.& cæteri.C.de iure deli.c.ex eo.de reg.iur.in 6.quod habet locũ ſm Bal.in d.§.si uero postq̃.& Riminal.in l.fi.in 3.col. C.unde legi.ẽt in eo q. fere totam legẽ uel pactum seruauit,& in una tñ qualitate defecit & ꝯuenit: ergo multomagis in casu nr̃o ubi pluribus modis ꝯuenit in illa parte dummodo non præstet seruitiũ &c. Nec uerum est uiceregẽ ꝯcessisse ptãtem præstandi seruitia personalia ꝑ illa uerba ꝙ habeat ptãtem conueniendi &c. ex quo in sequentibus uerbis excepit seruitiũ personale: nã expressũ facit cessare tacitum.l.cũ filio. de uulg.& pupi.cũ si. & in claris nõ est opus ꝯiecturis.l.ꝯtinuus.§.cũ ita.de uer.obl. & quia in specie prohibet seruitium personale & excepit, licet alias illa uerba in generalitate sua soleant compre-

18 hendere seruitium ꝑsonale † hoc casu non cõprehendũt, cũ per speciem generi derogẽt.l. uxorẽ. §. felicissimo. de leg.2.l.semper in toto.de reg.iur.& in forma responden-

19 dum est ad illud qui concedit aliquid censetur † concedere,quod uenit in consequentia non procedere qñ ꝯns est prohibitum:ut plenè no.mod.in c. cum non ab homine. col.3.de iud.sed pstare seruitium inimicis de iure est prohibitum per supra adducta: ergo non vr̃ concessum, nec obstat natura feudi,quia potuit alterari: ut in ti. de feu.

20 propriã nat. non ser.immo † põt concedi feudũ cũ hoc ut non præstetur fidelitas.c.j.§.j.quæ fuit pri. cã benefic. amit.& ibi no.¶ Vnum tñ non prætermittam & si non sit de narratis in puncto ut de ueritate causæ apertissime ꝯstet,scilicet ꝙ iste dux & si millies ꝯuenerit & ꝑsonalia seruitia præstiterit & multa fecerit ꝑꝑ quæ omnino à feudo priuandus sit, tñ quia iussu & minis Gallorũ coactus ista fecit, de quibus in literis à Gallis ad ipsum missis appa-

21 ret,priuari feudo non debere vr̃,cũ † uasallus priuaẽ feudo si fuerit contra dominum aduocatus.gl.in c.j.§.j.ner. sed & qui delator. quæ fuit pri. cau. benefic. Item si testis

22 † fuerit.d.§.sed & q̃ delator.arg.l.qui cũ maior. §. sed & si.de bo.lib.Cur.in d.trac. in 4. parte. in j.q.causa.32.Itẽ

23 † si eum accusauerit & reũ criminis detulerit:ut in d. §. sed & qui delator.& Cur.in loco prçalleg.tamen si omnia

24 ista & alia propter q̃ priuandus erat feudo coactus † fecerit feudum amittere non debet:ſm gl.magist.quã sequuntur ibi cõiter scrib.in c.j.§.porro.in uer.perdit.in tit. quç fuit prima cau.benefi.amit.in usib.feu.arg.tex.in l.2. §. j. cum seq.si quis cautio.& in l.post legatum.§.cũ libertas. de his quib.ut indi.Et ꝙ metu fuit coactus patet:quia ius-

25 su uiceregis Gallorũ fecit,& soluens † iussu magistratus coactus dr̃ soluere:ut ꝑ Dy.in l.liber hõ.in prin. de acqu. rer.do. per Bal.in extraua.de pac.const. in uer. pactionẽ.

26 immò † preces dñi tẽporalis inducũt metũ:ut per Alex. in consi.16. in 1. & pen.colu.in 3.uol.sed ad ista põt respondẽri qd̃ in casu nr̃o metus non probatur & in dubio non ꝑsumiẽ,cũ sit facti.l.in bello.§.factæ.de ca. & postli. reuer.nec literæ Gallorũ habẽt obstare, quia negantur esse uiceregis Gallorũ, nec istç literç limitatç sunt, & casu quo essent non probãt nisi contra Gallos: non aũt ꝯ ter-

27 tium. ut puta ꝯ uiceregẽ Hispanorũ: quia † epistola nõ ꝓbat ꝯ tertiũ:Pau.in l.publia.deposi.per doc.in l. admonendi.de iureiu.& casu quo probaret ꝯ tertiũ metus Gallorũ non debet prodesse in casu nr̃o huic duci, quia tempore conuentionis quam fecit cum Hispanis illũ prouidere poterat,& debebat cogitare ꝙ si in ptãtem Gallorũ peruenisset ꝙ metũ talẽ inferrent, unde ꝯuenire non debebat,& si conuenerit sibi imputandũ est: nã culposo iura nõ subueniunt.l.iij.de inoff.testa.l.tractabat.de mili.test. & iõ dicit Bal.in l.si ea lege.C.de usur.sequiẽ Alex.in l. interdũ.§.j.in fi.de acq.pos.ꝙ licèt remittat pensio emphy-

28 teutæ propter bellũ,tũ non remittit si tpe † quo præparabat bellũ accepit emphyteusim, cum emphyteuta in culpa est,ex quo potuit considerare &c. ita in casu nr̃o. Et ex hoc apparet nihil obstare fundamentum metus. ¶His tñ non obstantib.ꝯsiderando melius facti speciẽ mihi exhibitã determino ꝯrium,cum in facto præsupponaẽ regem Neapolis à iurib. suis cecidisse ex causis deductis in themate mihi exhibito,& propterea de nouo petijsse inuestiri quas non referã,cũ facti sunt & uti ab eius nuncijs mihi propositæ fuerũt,ita ab eis ꝓbãdæ sunt:sed dico, si ita esse probauerint Illustris.ducẽ ꝑꝑ pdicta non potuisse priuari cũ nõ tenebaẽ amplius regi ut dño pstare seruitium: cũ non erat dñs, sed feudũ regni erat deuolutũ ad directũ dñm:& ita intelligiẽ totus tit.q̃ fuit prima cau. bñfic.

29 amit.quia loquiẽ de † seruitijs non pstitis dño,uel de iniurijs illatis dño,& sic tpe quo erat dñs, cum qualitas adiuncta uerbo dẽt intelligi ſm tps uerbi. l. titius. de mili. testa.l.in delictis.§.si extraneus.de noxa. late per Bart. & alios in l.ex facto.de uul.& pup.iõ isert Bar.in d. l.titius.

30 si statuto † caueẽ dñm teneri pro delicto famuli sui hoc, statutũ non uendicare sibi locũ si famulus cõmisit delictũ anteq̃ esset dñs,qa requiriẽ ꝙ sit tpe delicti, ita hic & plura huiuscemodi similia ptermitto uti notissima. Rogo tñ ut bñ animaduertat circa istud caput nec sit facilis ad deducendum pdicta propter pœnas.d.§.sed & qui de-

31 lator &c.& lꝫ ille tex. non † uendicet sibi locũ nec uasallus accusando dñm cadat à iurib.suis qñ iuste accusasset dñm & probasset:ſm And.de Iser.& Alua.ibi. Item qñ iuris sui conseruandi gratia id fecisset. Item qñ ciuiliter & non criminaliter procederet:ſm gl.& doc.ibi in dicto.§. sed & qui delator.Cur.in trac.feud.in 4.parte in 1.qõ. cã

32 39.& ita hic agit illustris.Dux:prçtereã † ultra alios hoc limitarem ut locũ non haberet qñ ageret & hæc deduceret nõ corã iudice superiore,sed corã dño suo quem alio tempore cec disse attestatur,& ratio est,quia ex quo facit iudicem ipsummet dñm quem de pteritis accusat in cã propria nec aliquod ꝑiudicium afferre põt:cũ postea quç sibi objiciuntur de nouo fuerit ipsemet dñs inuestitus,cõstat ꝙ uasallus objiciens dño pdicta non habet animum inferendi iniuriã uel dãnum in dñm, nec infert & inferre põt, cum ipsemet sit iudex:quo casu vr̃ esse de mẽte oium doctorũ:ut non habeat locũ ille tex.quia cessat ois rõ,licet hunc casum non ꝯsiderauerint nihilominus ob reuerentiã dñi,& qm̃ non solum ab ipso efflagitare debet sibi iustitiã ministrari, sed & quatenus opus sit clementiam, ac misericordiam impartiri consulerem,ut nunquam hçc deducat nisi de uoluntate ac bona gr̃a principis sui, cum in suis manibus uita,& mors ipsius Ducis ꝯsistat. ¶Secũdo considero hunc uiceregem se contulisse in Neapolim & destituisse oia loca regni Neapolitani, ita quod erant in pdam Gallorum ciuitates & castra dicti Ducis,quo casu facto suo priuatus est dominus feudo, ita quod uasal-

33 lus † non teneẽ amplius dño.c.1.qualiter domini. ex proprie.ubi no.omnes feudistæ:ad idem tex.in c.1. §. domino cõmittente. ubi Bal.& alij in tit.si de feud.fuerit ꝯtro-, uer.inter domi.& agn.cum ꝯcordan.Comprobatur per il-

34 lum tex. † nam dñs priuatur sua proprietate ex omnib. causis quibus priuatur uasallus,d.c.1.qualiter dominus. & ponit Curt.in d.trac.in 6.parte,in 1. q. sed uasallus pri-

35 uaẽ † si non defenderit dñm.c.1.in prin.quib.mod. feud. amit.& no.feud.& in c.1.§.si quis milies.de feud.sine culpa amit. Item si saltem non præstitit auxilium qd̃ poteῤat: ut in dictis iurib. & alijs ꝯcordantibus: sed uicerex non defendit ducem & ciuitates suas,ergo Dux quo ad illum factus erat liber & poterat alijs inseruire absq; eo qd̃ amittãt feudum.& si dicatur excusari debet dñs, quia nõ potuit &c.ita & multo magis excusandus est illustris.Dux qui nõ poterat absq; difficultate resistere potentiç Ducis exercitus Christianissimi si ipse uicerex Neapolis q̃ hẽt sub se oẽs Duces & pricipales Neapolitanos resistere nõ poterat. ¶Tertiõ cõprobaẽ uiua rõne, uasallus lꝫ teneaẽ

36 seruire domino,ac ipsum defendere nunquã tñ † teneẽ ꝑferre salutẽ domini propriç saluti.gl.in c.1.in prin. quib. modis feud.amit. & in c.si à morte.de alie.feu. pater. ubi per oẽs feudistas.Cur.in 4.parte.prin.in prima causa, uersic.quarta cadit.& hoc est naturale, quia prima charitas incipit à scipso.l.præses.C.de seruitu.& aqua.ergo ut ipse &

se & bōa sua si perirēt & ipse potuit seruire Gallis īpunè: ¶Quartò considero, esto qđ licentia data à uicerege nō ualuerit nec eum excusauerit q̄tum ad hoc ut posit ꝯuenire cū Gallis & inimicis dñi per ea quæ diximus, tñ quātū ad istud caput q đ iuste potuerit discedere ex Neapoli ad recuperādū & tuēdū loca sua ad sui cōmoditatem, & Regis uoluit, nec ullam habuit ꝓrietatem, cum uicerex id facere potuit, cū ad bñficium & utilitatem Regis tēdebat & in mandato continebat, cum in eo hęc & æque similia expssa esse dicuntur, & si non essent uti utilia continerent̄, & eo magis cū pecunias necessarias pro stipendijs militum recepit ab hoc duce, ut daret licētiam eundi ad tuendum loca sua, & sic causa tuendi regnum fuit concessa hęc licentia, & ꝯñr ualet cum pro defensione regni ēt alienatio partis permittatur, & multa maiora ualent, quę alias non ualerent: iuste igitur se contulit uirtute huius licentiæ ad loca sua: in quib. postq̄ fuit & uidit potentiam supernam Gallorum, ac seueritatē ꝯ inobediētes, & cum erat in manib. suis nec poterat aufugere iuste & impunè potuit eis obedire, ac seruire propria persona, cum iustus metus eum excusauerit: ad no. p Bar. in trac. đ tyran. & in l. creditor. in pri. de so. in uer. 3. q̄ro ubi sufficit ordinatio ciuitatis ad probandnm iustum metum: & multa gñalia allegantur in suo ꝯs. per domi. Philip. Decium de q b. late p oēs ac ipsū ī c. si iustus metus de appe. & alibi sepe.

37 Et omisit decisiones in terminis nam pro † hoc quod uasallus propter timorē mortis, uel euersionis castrorum, ac depopulationes posit seruire inimicis dñi, ac eis iurare fidelitatē. Abb. in ꝯs. 3. in 2. lib. Io. de Imo. consi. 34. uisis & ponderatis. ergo impunè potuit seruire, cum ꝑpria persona & iurare fidelitatē Duci Christianissimi, & non fuit effectus rebellis, & ex hoc apparet rñsum ad fundamentum de rebelli. ¶Nec obst. quod non debebat ire ad loca sua, sed permanere Neapoli, cum certus esse debebat ꝙ metum in eum inferrēt: qm̄ respondetur si nō discessisset non poterat consulere reb. suis & euitare depopulationes castrorum, & ciuitatum suarum, sed propter illas pōt inseruire inimicis ut dixi: ergo nō est aliquid imputandum cur discesserat, cum rōne bonorum metus sufficiēs aderat absq; eo qđ discessisset. Secundo ēt uicerex debebat id præuidere & melius scire poterat, cum erat supremus dñs, & oīa erant magis sibi nota q̄ huic Duci. Vnde culpa sua tanquam grauior ꝑpōderare dēt, uel saltē culpę mutua cōpensatione tolli debet: ad no. in l. uiro atq; uxore. sol. mat. Itē cum uicerex habuit pecunias pro licētia nunc agit de lucro & de acquisitione feudi, & Dux soluit suas pecunias, & nunc agit de dāno & amissione feudi debemus interpretari culpā uiceregis ꝑponderare culpæ Ducis, si aliqua considerari pōt: ad no. in l. fi. de codi. & adducta in contrarium non loquuntur in hoc casu: igitur nihil obstant. Et ex his puto illustrē. Ducem non cecidisse à feudo suo, Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Numerus pluralis in uno non uerificatur.*
2 *Verbum generaliter prolatum generaliter intelligi debet.*
3 *Verba generaliter prolata generaliter intelliguntur & si sumus in correctorijs, uel odiosis.*
4 *Pronomen illorum, est demonstratiuum, ac relatiuum præcedentium.*
5 *Verbū generale in fine positum ad omnia pręcedētia referri dēt.*
6 *Geminatio & reiteratio uerbi generalis, indicat esse de enixa mente concedentis ut ad omnes referatur.*
7 *Inuestituræ tenor solus considerari & attendi debet.*
8 *Verbum maiorem natu inuestiturę insertum intelligitur tam de maiore natu secundo geniti, quam primogeniti.*
9 *Dubius euentus operatur, ut æqualitas seruari dicatur.*
10 *Interpretatio fieri debet ut filij ad æqualitatem reducantur magis, quam sit possibile.*
11 *Ablatiuus absolutus resoluitur in conditionem.*
12 *Conditio ante eius euentum nihil ponit in esse.*
13 *Maior natu, & primogenitus, idem importat quod maior ætate.*
14 *Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*
15 *Subrogatus utitur omnibus priuilegijs illius in cuius locum subrogatur.*
16 *Verba prægnantia & generalia, faciunt uenire in dispositione, id quod alias non ueniret.*
17 *Verba hæc, & literarum prædecessoris, totalem effectum consequendum apposita secundæ inuestituræ signant quod in omnib. & per omnia idem habeant secundo inuestiti, & succedant in feudo, prout primi succedebant.*
18 *Responsio in dubio debet interpretari conformis interrogationi.*
19 *Rescriptum à iudice interpretari debet ut conueniat petitis, & intentioni disponentis.*
20 *Semel exclusus perpetuo remanere debet exclusus.*
21 *Exclusus semel à feudo perpetuo remanere debet exclusus.*
22 *Natura dominiorum acquisitorum est quod sint perpetua.*
23 *Filiorum causa prima est, non solum in hæreditate, sed & in feudis, ita ut ab eis omnes excludantur.*
24 *Dispositio quælibet secundum eius naturam, & iuris dispositionem interpretari debet.*
25 *Altercatio tanta est inter scribentes, an filius primogeniti mortui uiuente patre excludat secundo genitum, cum postea moritur pater, uti subintrans in locum primogeniti, in illam spem quam primogenitus in bonis patris habebat: ut uix communis haberi possit.*
26 *Verba hæc, te tuosq; masculos filios, ac illorū descendentes &c. intelliguntur ordine successiuo.*
27 *Dispositionis una pars, secundum aliam declaratur.*
28 *Dictio, uidelicet, est relatiua & expositiua, supradictorum.*
29 *Ordo semper seruari debet.*
30 *Declaratio ad consi. Soci. 78. in uol. 3.*

RESPONSVM VI.

¶An maior natu secundogeniti præferatur filio primogeniti minori natu in concessione uocāte maiorē natu.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Visis ac diligenter consideratis instrumentis inuestituræ ac concessionis feudi Comitatus porrectę punctus difficultatis in hoc consistere uidetur, cum maior natu succedere debet, an intelligatur de filio primogenito, Comitis Hieronymi acquirentis, ac ex eius descendentibus maiori natu, & eis non extanti bus de alijs filijs dicti Comitis Hieronymi, ac ipsorum descendentiū maiore natu, ita quod primogenitus, ac eius descendentium maior natu, habita ratione ad descendentes primogeniti habeat succedere exclusis alijs filijs secūdo & tertio genitis, ac eorum descendentibus licet sint maiores natu, quam sint maiores natu descendentium primogeniti: an uero maior natu omniū descendentiū dicti Comitis Hieronymi succedere habeat, non consideratis descendentibus primogeniti, sed omnibus descendētib. tam primogeniti, quā secundogeniti: & sic ille q reperiat̄ maior natu ꝯsideratis oīb. descēdētib. debeat succedere. In hac causa magnifici, ac excellentissimi iudicantes in primis uos rogatos esse uelim, ut pro uestra innata humanitate hos nobilissimos Comites, mihi & amore & affinitate pariter coniunctos, amicissime componatis, cum nihil gratius mihi cōtingere posit: & si potuissem denegare officium meum: profecto aliquid non scripsissem: hoc præmisso dico ad rem ipsam redeundo prima fronte uideri maiorem natu pro tempore cōsideratis omnibus descendentibus succedere debere, quoniam uerba inuestituræ hoc de proprietate significare uidentur. nam in ea dr̄ te tuosq; filios masculos natos & nascituros, ac illorū descendentes in perpetuum masculini sexus, de legitimo matrimonio procreandos, illorum, uidelicet, maiorem natu pro tempore existentium Comites creamus &c. Item subdit tibi & filijs tuis ac descentibus prædictis & illorum maiori natu pro tempore existenti: in perpetuum Comitatum &c. immobile feudū &c. ꝯcedimus &c. ¶Considero quod post uerbum filios & descendentes, dicit il-

cit illorum maiorē natu:nam illud uerbum illorum, debet referri ad omnes filios, & descēdentes, tum quia est
1 numeri pluralis, & in † uno non uerificatur l.ubi numerus.de testib.c.in nomine domini. de testibus.ergo nō potest uerificari in maiore natu primogeniti, & habito respectu ad primogenitum tantum.Item quia est generali-
2 ter prolatum, ergo generaliter † habito respectu ad omnes debet intelligi.l.de pretio.de public.l.j.§.generaliter
3 de lega.præstan.quod procedit † etiam si sumus in odiosis.l.cum lege.de test.etiam si sumus in correctorijs. glo. in c. contra Christianos. de hæret.in 6. ergo fortius hic.
4 Item hoc pronomen illorum,est † demonstratiuum,ac relatiuum præcedentium,ut no.in l.hoc articulo. de hæredib. instituen. & est positum post filios & descendentes;
5 ergo ad † omnes referri debet. l.talis scriptura. de leg. 1. cum similibus suadetur hoc ex reiteratione uerbi illorū. nam in sequenti clausula iterum illud ponit post filios,
6 ac descendentes,ex quo datur † intelligi esse de enixa mēte concedentis quod ad omnes referatur. argumen. gl. & notatorum ibi in clemen. 1. in uerbo, diœcesanos. de iure patrona. Et ita ex uerbis inuestituræ aperte colligi uidetur concessionem uideri factā maiori natu, habito respectu ad omnes filios & descendentes, nō autem habito respectu solum ad maiorem natu primogeniti respectu filiorum primogeniti, & ita ulterius laborandum esse non
7 uidetur, cū solus † tenor inuestituræ considerari debeat & attendi. c. 1. in fi. de duobus fratribus à capi. inuesti. & ibi Bal. & not. Bal. in præludijs feudo. in quarta diuisione. per Dec. in consil. 193. Et quod hoc uerbum maiorem
8 natu intelligatur,† tam secundogeniti, quam primogeniti,ita quod si maior natu sit filius secundogeniti, præferatur filio primogeniti maiori natu, consuluit Soci. in consi.78. uol.3. per totum. Et omnino hæc intelligentia sumi debet,cum per eam magis filij reducuntur ad æqualitatem,cum ita maior natu primogeniti, quam secundogeniti uel tertiogeniti, habet succedere prout contigerit quod quis sit maior natu cæterorum,& propter hunc du-
9 bium † euentum dicitur æqualitas seruari & nullus deterioris conditionis effici: iuxta no. in l. de fideicommisso.
10 de transac. † sed debet fieri interpretatio ut filij magis ad æqualitatem reducanē quam sit possibile: ut no. in l. ut liberis. C. de colla. cū concor. ibi traditis per Ias. & mod. ergo huiuscemodi ɔcessio ita intelligenda est. ¶ His nō obstantibus tenorem inuestituræ matutius considerādo determino ɔ̃trium,& dico primogenitum filiorum.d.Hieronymi primo inuestiti,debere succedere, & illo mortuo cum filijs,uel nepotibus maiorem natu filiorum dicti primogeniti succedere debere,& filijs uel nepotibus primogeniti non extantibus,tunc secundogenitum, uel eo non extante, maiorem natu filiorum dicti secundogeniti admitti,& ita secundogenitus non solum excludit à primogenito, sed a maiore natu filiorū primogeniti, ex tenore inuestituræ qui solū considerari debet d. c. 1. de duobus fratrib. a capi. inuesti. ꝙ probatur in prima inuestitura facta Nicolao de Sanutis: secundogenitus non uocatur nisi mortuo primogenito sine liberis,& ita sub illa ɔdōne
11 si primogenitus decesserit sine liberis, quæ ꝑ illū † ablatiuū absolutū mortuo sine liberis inducit. l. à testatore. de cōdi. & dem. l. euictis. ad legē Falcid. Ergo quousq; ad sint primogenitus, uel eius liberi secundusgenitus nō est
12 uocatus, cū † ante ɔdōnem nihil ponatur in esse. §. ex cōditionali. insti. de uer. obl. plene in l. ita stipulatus. de uer. obl. cū uulgarib. & hoc nullam habet difficultatē, sed isti Comites de Ranutijs fuerunt inuestiti & subrogati in locū dictorum de Sanutis per uerba quæ sui natura signāt: ut in dicto feudo, ac Comitatu succedant in omnibus & per omnia,sicut successissent filij & descendētes.d.Nicolai de Sanutis: ergo illa uerba in hac inuestitura posita illorū maiorē natu pro tpe debent intelligi,ut maior natu descendētiū.d.Hieronymi de Ranutijs succedat,sicut ma-
13 ior natu & primogenitus seu maior ætate, quod † idē est. l. si pr̄. §. fi. cū l. seq. de adop. l. cum qui in prin. de interdic. & re leg. succedebat in inuestitura.d. Nicolai de Sanutis, sed ibi succedebat ita ꝙ ipse & eius filij excludebant secū-

dogenitum, ergo & in hac inuestitura de qua agitur ita dēt esse, cū sit in omnib. & per oīa sicut erat illa ac illi sub
14 rogata, cū † subrogatum sapit naturam eius in cuius locū subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. si quis cautioni. l. j. §. hæc actio. ubi per Bart. si quis testa. liber esse ius-
15 sus fue. ita quod utitur † omnibus priuilegijs illius in cuius locū subrogatur. l. decernimus. & ibi not. Bart. C. de aquęduct. lib. 11. ac ita simile esse debet quod idem reputatur, & dicitur. l. filiæ. §. Titia. ubi Bar. Soci. & alij de cōdi. & dem. Quod tanto magis in hoc casu esse debet, cum inuestitura expresse dicitur, quod ipsum Hieronymum ac eius filios & descendentes quo ad Comitatum & feudum huiuscemodi, & literarum prædecessoris præfati, totalem consequendum effectum in locum ius & priuilegium filiorū & nepotum.d.Nicolai substituimus, & subrogamus: & ita non solum subrogat per uerbum expressum subrogamus, ꝙ de ꝑ se sufficeret per supradicta, sed ēt adiungit uerbum substituimus, ut magis perfecte subrogationis enixam mentem ostenderet, argumen. not. in d. Clem. 1. in uerbo, diœcesanos. de iure patrona. & in l. cū scimus. de agrico. & censit. immo, ut dictum est, subdit in locum ius & priuilegium filiorum & nepotum, sed nepotes filij primogeniti dictorum de Sanutis habebant hoc ius & priuilegium quod præferebantur secundogenito, ergo & nepos filius primogeniti, in hac inuestitura de Ranutijs debet habere hoc priuilegium & ius, ut secūdo genito præferatur, alias non diceretur uere succedere in ius & priuilegium nepotum illorum de Sanutis, & maxime quia illa uerba in locū ius & priuilegium, sunt multū
16 prægnantia, & propter eorum generalitatem † faciunt uenire in dispositione, id quod alias non ueniret: ut notat per moder. in l. etiam soluto matrimonio. ergo istud quod filius primogeniti præferatur secundogenito dēt uenire, cum sit sine fractura alicuius dispositionis, & à sola concedentis uoluntate pendeat, idq; necessario demōstratur, dum ultra supradicta uerba perfectam subrogationem denotantia subiungit hæc uerba, & literarum ꝑdecessoris præfati totalem effectum consequendum &c. pondera quod dicit totalem effectum, quæ uerba signāt
17 quod † in omnibus & per omnia idem habeant & succedant in feudo filij & nepotes de Ranutijs, sicut succedunt filij & nepotes de Sanutis: ad notata in l. Iulianus. de leg. 1. faciunt notata in l. j. in illa quæstio. de adæquatione &c. de legatis. 1. alias non esset totalis effectus literarum prædecessoris sui &c. ¶ Comprobatur etiam ex illis uerbis in fine positis, ibi huius substitutionis prorogationis paginā &c. & ex multis alijs uerbis in dicta inuestitura positis, posset comprobari, quę uti non necessaria prætermitto, cum satis per supradicta id demonstratum fuit, sed ut magis de euidenti iure filij primogeniti appareat, & integerrimę conscientiæ dominorum iudicantium satisfiat, dico, & si non adessent uerba de quibus supra denotantia totalē subrogationem, omnino intentionem pontificis fuisse, filium primogeniti excludere secundogenitum iā per suum patrem exclusum, sicut excludebatur in inuestitura illorum de Sanutis: quoniam domi. Hieronymus pr̄ istorum de Ranutijs supplicauit ut concederetur dictum feudum, & cætera. ac eius descendentibus masculis ut in feudum succedant, ut eidem Nicolao fuit concessum. sed eidem Nicolao fuit concessum, ut non solum primo natus præferatur secundogenito, sed etiam filius primi nati: ergo etiam ita dominus Hieronymus supplicauit, immo supplicādo petit, quod deberent subrogari in locum filiorū Nicolai, ergo cum expressis supplicantis uerbis constat eum petijsse non solum primogenitum præferri, sed etiam filium primogeniti, dici debet eo mō fuisse rescriptū, cum non sunt uerba rescripti, quæ repugnent, &
18 ad id adaptari non possint, cum in dubio † rn̄sio debet interpretari conformis interrogationi. §. præterea. insti. de inutili stipul. l. cū in iure. §. qui interrogatus. de interro. actio. & ut rescriptum sit sm̄ petita, quoniam uerba conueniunt ad no. in rub. & in c. 1. de rescrip. & maxime, quia si cōsiderei rescriptum in omnibus suis partib. tam præcedentibus, q̄ sequentibus, est conforme inuestiturę illorum

lorum de Sanutis: ergo in hoc a iudice ex mente disponē
19 tis † debet adaptari ut sit conforme: ut not. in l. si seruus plurium. §. fi. & in l. qui filiabus. de lega. 1. ubi plura per
20 modernos, & hoc eo magis cum de iure est † quod semel exclusus perpetuo remaneat exclusus. Bartol. in l. fin. ad Tertul. per Bald. & alios in l. si quis postumos. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posth. per Alex. in ꝯs.
21 43. consideratis. uol. 3. † quod in feudo etiam procedit. c. 1. §. quinetiā. Episc. uel Abb. ubi per And. de Iser. Bal. Alua. & alios, & est communis opinio: ut per Cur. in tract.
22 feud. in tertia parte, quæst. 27. & quia † natura dominiorum acquisitorū, est quod sint perpetua: iuxta plene nota. in l. siue possidetis. cum concord. C. de proba. quod & in feudis procedit: ut dicunt Iacob. de Belui. Nico. de Neapol. & Bald. in c. 1. Episcop. uel Abb. in §. quinetiam.
23 ut ibi per eos. Et quoniam non solum † in hęreditate, sed in feudis prima causa filiorum est, & ab eis omnes excluduntur. c. 1. §. & quia. qui feu. dare possunt. per Curt. in dicto tra. in secunda parte tertię partis, in prin. ergo omnino dici debet filium primogeniti in feudo iam patri acquisito succedere, non obstante secundogenito iam excluso, ut exclusus remaneat perpetuo exclusus, dominia acquisita sint perpetua, & prima sit causa filiorum, & ita iura & feudorum natura seruentur, prout seruari debent.
24 nam † quælibet dispositio s̄m eius naturam & iuris dispositionem interpretari debet. l. si insulam. de præscrip. uerb. l. si stipulatus. de usur. & in feudo hoc dicit Curt. in dicto suo tracta. in prin. & in plurib. locis: & Soci. in ꝯsil. 252. uol. 2. ergo cum de natura feudi ac iuris dispositione ita est, officiū iudicantis est ita interpretari. quod opti
25 me confirmatur. Nam licet † sit altercatio inter scribentes an filius primogeniti mortui uiuente patre excludat secundogenitū, cum postea moritur pater uti subintrans in locum primogeniti in illam spem quam filius primogenitus in bonis patris habebat: ut per Are. Alexan. Iaso. & communiter docto. in l. is potest. de acquir. hæred. & in infinitis locis, ubi sunt tot opiniones ut uix communis haberi possit, in qua quid sentiam pro nunc non determino, solum dico quod loquuntur in iure & dominio non quæsito primogenito, & in quo adhuc non est exclusus secundogenitus, si igitur est tanta altercatio in iure non q̄sito, & tantū in eo leges fauent filio primogeniti: ut Barba. in ꝯs. 2. in secunda parte, asserueri istam esse communem opinionem: & Aret. in consi. 162. esse communiorē, nōne habemus firmiter tenere, saltem in feudo perfecte acquisito & longissimo tempore possesso per primogenitum excluso secundogenito, filium primogeniti præferri, cum multę rationes & authoritates quæ pro secundogenito allegantur in hoc casu cessent? & faciunt no. in l. p̄e furioso. de his q̄ sunt sui uel alie. iur. ¶ Prætetea & in hoc animaduertant domini iudices, sicut illa uerba te tuosq; filios masculos, ac illorum descendentes &c. intelligunt
26 † ordine successiuo: ut per omnes in l. Gallus. §. quidam recte. de liber. & posth. & in fortiorib. terminis per Ange. in consil. 38. Quidam Ioannes. ut per Alexan. in consi. 1. uolumi. 5. Ita illa uerba illorum, uidelicet maior natu, debent intelligi ordine successiuo, ut singula singulis reddantur, iuribus uulgaribus: & quia † una pars declarat
27 secundum aliam. l. utrum. de petitio. hæred. & maxime,
28 quia adest dictio, uidelicet, † quæ est relatiua, & expositiua illorum supradictorum, quæ habent in se ordinē successiuum: ad notata in l. j. ad legem aquil. Et sensus erit, primo maior natu filius, secundo loco maior natu descēdentiū ex filijs, & sic primo natus primogeniti. Et ex his saltē simul iunctis puto partes Magnificorū dn̄orū meorum utriusq; iuris doctorū esse in pronunciando ad fauorem filij primogeniti tam ex uerbis inuestiturarū & mente, & uoluntate impetrantis, & concedentis, quam ex iuris dispositione, ac in huiuscemodi casu feudorū natura.
¶ Non obstant ꝯria: primum quod uerbum illorum est pluralis numeri, & non potest uerificari maiore natu primogeniti, qui est numeri singularis, & dēt intelligi generaliter, & ad omnia referri, & sunt uerba geminata, q̄a fateor oīa ista fore uera, sed dēt intelligi ordine successiuo, sicut intelliguntur illa uerba filios, ac descendētes, ut supra dixi, & sic refertur ad omnes, & stat generaliter cū
29 ordine, tamen qui semper debet † seruari: iuxta abundanter tradita in d. §. quidam recte. & maxime in hoc casu cum necessariū est, ex uerbis & mente disponētis, & alijs rōnib. supra allegatis. ¶ Non obstat consilium Soci. quia posset dici in casu suo ueritatem esse in ꝯrium, sed quia pro nunc nolo examinare, respondeo dato uera esse quæ asserit Soc. nihilominus non facere ad casum nostrū,
30 quia ibi non † aderant illa uerba subrogatiua, & alia de quibus supra, quæ expresse demonstrant ita debere intelligi de necessitate. secundo dico, quod in casu Soc. aderāt ista uerba ꝙ solus primogenitus utriusq; qui sit maior natu & ætate: nam ut ponderat Soci. illa uerba fuissent superflua, si solus primogenitus respectu aliorum deberet succedere: & ideo intelligitur primogenitus maior respectu alterius primogeniti alterius fratris, quæ ratio cessat in casu nostro, quia nihil est superfluum, nec adsunt illa uerba. Igitur nō facit ad istum casum, cum loquatur in diuersis terminis diuersam rōnem habētibus: iuxta nota in l. si. de calū. cum uulgari. Nec est uerum ꝙ ęqualitas magis seruetur in uno casu quam in alio, si recte ꝯsidereť, immo maior iniquitas adesset, & legum, ac feudi naturę, & uoluntatis, tam impetrantis quam concedentis fractura: & sumus in claris, ergo &c. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, uidelicet, stat restrictiue.*
2 *Interpretatio fieri debet ut uerba non sint superflua.*
3 *Feudalis concessio ultima qualificata debet attendi.*
4 *Species derogat generi.*
5 *Dispositio simpliciter loquens intelligitur secundum aliam magis distincte loquentem.*
6 *Expressio eius quod tacite inest non est superflua.*
7 *Interpretatio fit ut si id exprimatur quod si expressum non fuisset tacite inerat, intelligatur per eum modum per quem inerat.*
8 *Superfluitas potius toleratur, quam correctio.*
9 *Verba superflua in statuto uel alia dispositione tolerantur, quando saltem in aliqua parte uel capitulo illius dispositionis aliquid operantur.*
10 *Pactum contrahentium magis interpretatur superfluum, quam quod sit contra iuris dispositionem.*
11 *Iuri consonum est feudum patri acquisitum ad eius liberos peruenire, & secundogenitum semel exclusum à primogenito censeri etiam exclusum a suis descendentibus.*
12 *Proximior decedenti in feudo admittitur, non autem proximior primo inuestito.*
13 *Tex. §. si autem. l. 1. C. de cadu. tollen. procedit quando disponēs nullo modo dixit, uel contrarium dixit, secus si dixerit per uerba quæ adaptari possint.*
14 *Præcedentia declarant sequentia, & econtra.*
15 *Interpretatio semper fit, ut species sub genere comprehendatur.*
16 *Princeps cessionem feudi factam à uasallo, ex certa scientia & motu proprio approbare potest.*
17 *Restitutio quando res non est integra, & priuatio spem tantum incertā concernebat, nihil opitulari potest.*
18 *Clausulæ ex certa scientia, & motu proprio, maximæ sunt uirtutis.*
19 *Dispositio quælibet a ratione moderatur, ampliatur, ac restringitur, & ubi ratio non conuenit nec conuenit dispositio.*
20 *Principis tolerantia, approbationem, ac dispensationem, operatur.*
21 *Oppositio dubia, quæ altiorem expostulat indaginem tertio non opitulatur.*
22 *Inducta ad confirmationem dispositionis, non debent operari eius destructionem.*
23 *Actus agentium, non operantur ultra eorum intentionem.*
24 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
25 *Intentio, & uoluntas colligitur ex actu nullo.*

RESPON-

RESPONSVM VII.

¶Tractat de materia præcedentis responsi, quomodo hæc uerba, maior natu, in concessione feudali posita intelligantur.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Et si satis scripserim in præsenti causa, rursus tamē dubitari uideo per Excellētissimos iudices, uerum cum ex deductis in alia allegatione & ex uerbis priuilegij satis constat mentem supplicantis, ac concedentis fuisse intelligere de maiore natu secundum tenorem primi priuilegij, cum uocatos in ultimo prout supplicatum fuit subrogauit & substituit in locum ius & priuilegium uocatorum in primo priuilegio, quo ad totalem effectum consequendum, ut per uerba amplissima in omnibus,& per omnia, plenissimam subrogationē denotantia,& in primo priuilegio maior natu filiorum,ac eius descendentiū,pro tp̄e existens,succedat:& eis non extantibus secundusgenitus qui tunc tp̄is de necessitate erat maior natu, ut in eo, & cum huiusmodi causa coram peritissimis, ac clarissimis iuris luminibus agitur,rem ipsam aliter non comprobo,sed obiectis in effectu sub compendio respondeo. ¶Et primo ad decisionem Alex.in consi.4.libro.4.& Anchar.in consil. 82. colum.fi.quod & in casu nostro intelligit̄ de maiore natu uere & nō improprie, nec repræsentatiue & ciuiliter:sed recipit distinctionem & ordinem de quo in primo priuilegio,ad quod se refert & secundum quod disponit & cōcedit, & quod nō aderat in casu Alex.& Anch. & ideo ad hunc casum nihil faciunt, nec obstat quod illa uerba,uidelicet maiorem natu pro tempore existentem &c. stant
1 restrictiue † : ut nota.in l. j.ad leg. aquil. & si intelligeret̄
2 secundum primam † inuestituram essent superflua:cōtra l.si quando.de leg.1.immo si uoluisset quod intelligerentur secundum primum priuilegium, utiq; dixisset nec diuersis uerbis usus fuisset. arg. legis unicę.§. finautem. de cadu. toll. Ex quo sequit̄ quod ultimū priuilegium de quo agitur habet qualitatem separatam a primo quod
3 non competit filio primogeniti.& propterea ultima † cōcessio qualificata debet attendi:ut no.per Iaso. in consil. 108.uolu.1.& illa uerba totalem effectum debent intelligi excepto hoc quod in specie est expressum, ut maior
4 natu præferatur cum species † deroget generi.l.doli clausula.de uerb.obli.¶Quoniam ad ista respondetur.Et primo dictionem, uidelicet, stare declaratiue & restrictiue ad maiorem natu,ita quod omnes filij & descendentes supra nominati non ueniunt, sed tantum maior natu uenit. & illa dictio fuit etiam apposita in inuestitura antiqua : restrictio tamen illa simpliciter facta intelligitur secundum dispositionem in cuius locum fuit subrogata, quæ magis distincte loquitur in eademmet restrictione per uerbum,uidelicet.nam dispositio simpli-
5 citer † loquens intelligitur secūdum aliam dispositionē magis distincte loquentem,maxime cum se refert ad eam & loco eius subrogatur:iuxta notata in l. sciendum. qui satisda.cogan.iuncta auth.offeratur.C.de lit.contesta.& in l.j.§.nunciatio.ff.de noui oper.nunciatio. cum uulgarib.Nec uerba illa sunt superflua, cum operantur quod tm̄ maior natu ueniat,cum sine illis omnes uenirent,minus quoq; pn̄t dici superflua ex eo, quia sine illis per solam subrogationem esset satisfactum : qm̄ exprimitur id
6 ꝙ tacite inest.& † expressio eius quod tacite inest nō est superflua.gl.in c.j.de summa trini.& fide catho. ubi not. do.Dec.in l.2.in prin.si cer.pe.alias omnia alia uerba,scilicet,in feudum nobile & perpetuū &c. fuissent superflua, cū per simplicē subrogationem satisfactum fuisset, ꝙ tm̄ admittendum non est.Nam hæc est noua dispō, & beneficium Comitum de Ranutijs, licet in omnibus & per oīa idem contineat,quod prima illis de Sanutis ꝯcessa, ergo satis operatur, & ita apparet nullo pacto superflua dici posse illa uerba, immo cū sint simplr̄ prolata debēt interpretari ut sint expressa, per eum modū per quē tacite inerant uirtute subrogationis quo ad totalem effectum fa-
7 ctæ,cum sit † interpretatio ut si id exprimatur,quod si expressum non fuisset tacite inerat, intelligatur per eū modum per quem tacite inerat, secundum Paul.de Castro, Iaso. & modernos in l. iij. in secundo notabili. de leg. 1. Præterea cū statim se corrigeret, si illa uerba non intelligerentur secundum ordinem positū in primo priuilegio,
8 dico dato sine pręiudicio ueritatis esse superflua,† potius superfluitatem tolerandā quam correctionē, ut per Dominic. in capit. si papa. uersi. fallit tertio de priuilegijs. in 6.& pro ista opinione est tex.in l.pen. ubi no.Corneus qui testamen.facere possunt. iuncta. l. fi.§. filij autem.C.
9 de bonis quæ liber.Præterea † tolerarentur uerba superflua in statuto uel alia dispōne, quando saltem in aliqua parte uel capitulo illius dispositionis aliquid operant̄:ut per Alex.in l.4.§.prętor ait. col.4. de damno infec. Soci. in l.2.in princip.col.3.solu.matrimo.Corn.in consi. 119. circa primum.uolu.2.sed istud fm̄ priuilegium subrogationem & nouā ꝯcessionē cōtinet: ergo non est curandū si aliqua uerba in eo superflua reperiant̄,maxime ad euitandam correctionē:immo legendo soleo allegare tex.in l.j.C.de pact.pigno.ubi Imperator magis interpretat̄ pa-
10 ctū † ꝯhentium superfluū, q̄ quod fit ꝯ iuris dispōnem,
11 sed de iure est † quod feudū patri acquisitum ad eius liberos pueniat,& secundogenitus semel exclusus a primogenito censeat̄ etiā exclusus a suis descendentib.c.j.§.qn etiā.Epm̄ uel Abb. per Bal. in c. 1. de matrimo.ad morg.
12 contrac. Item de iure est, ꝙ † attendat̄ in feudis proximior decedenti,non aūr primo inuestito:ut per Soc. in l. si cognatis.col.fi.de reb.dub.no.p doc.in §.cū filius.inst. de hæredib. quæ ab intesta. deferun. & late dixi in alijs allegationib. ergo illa uerba potius debent interpretari superflua,q̄ sint iurib.pdictis ꝯria:& ita nihil obstat maxime cum non sint superflua, cum id quod tacite inerat uirtute subrogationis hoc mō contineant, & in alijs dispositio multū operet̄, ut dixi.Et ex his apparet responsum ad.§.finaūt.l.j. de caducis tollendis. uel dicas quod dixit per uerba adaptabilia, licet non sint eademmet uer-
13 ba in indiuiduo.Nā ille.§.procedit † qn̄ nullo mō dixit, uel ꝯrium dixit:secus si per uerba quæ adaptari pn̄t dixit alias uerba sequentia nunq̄ declararent̄ a præcedentib.& eꝯ,ut una dispō ab alia non restringeretur & ampliaret̄, cū si uoluisset esse sicut in pcedentib. utiq; in indiuiduo
14 in sequentib.dixisset.ꝙ tn̄ non est admittendū , † cū sit ꝯ l.si seruus pluriū.§.fi.cum infinitis concordantib.uulgarib.de legatis.1.& in l. sciendum. qui satisda.cog. iuncta auth.offerat̄.C.de lit.contesta.Et propterea cū illa uerba maiorem natu, simpliciter prolata debeant interpretari & moderari ab alio priuilegio in cuius locū istud fm̄ in omnib.& per omnia fuit subrogatū & si impropriarētur immo superflua essent,per ea quæ dicta sunt superflua,& cū salua rōne recti sermonis,& uerbi naturaliter & ,pprie sumpti pn̄t adaptari & intelligi, fm̄ primū priuilegium, absq; dubio id faciendum est.Nec ad hunc casum illa regula ꝙ species derogat generi conuenit, cū id ꝙ species appellatur pōt adaptari ut a genere non discrepet,sed secundum totalem effectum subrogationis intelligatur per
15 ea quæ supra dicta sunt. facit quod † semper sit interpretatio ut species sub genere cōprehendatur,& ei non deroget,ut per Dy.in c.generi.de reg.iur.in 6.& Dec.in l.in toto.eo.tit.ibi dum dicit in dubio capi demōstratiue, ut nō deroget.Et ex his apparet,qualitatē maioritatis natu debere interpretari secundum primam inuestituram, secundum quā uere & proprie est filio primogeniti, & præfertur secundogenito ex tenore inuestiturę, & ideo amplius non est laborandū. Vnum tn̄ non prætermittam ad quod rogo Magnificos, ac Excellētissimos dominos meos animaduertere.Nam priuilegium Sixti de quo agitur fuit cōfirmatum per sniam Reueren. d. Achillis de Grassis tunc rotę Romanę auditoris,qui propter eius uirtutes deinde fuit Cardinalis dignitate donatus.Et Magnificus. do.Carolus Gratus eques atq; senator patruus meus honorandus:qui illum Comitatū habebat, & diu possederat ex rescripto & ꝯcessione Iulij secundi,eidem Angelo patri Comitis Hannibalis sua iura cessit &c.Deinde Leo decimus

moru

motu proprio, & ex certa scientia referendo priuilegium Sixti, & præsertim illa uerba maiorem natu pro tempore existentem, ac sententiam per breue apostolicum. præfata approbauit & confirmauit supplendo omnes defectus & pro potiori cautela Angelo pro se ac filijs hæredibus suis de nouo concedit, ac assignat &c. ut in eo, ex qua approbatione, cessione, & potiori cautela, concessione, & assignatione manifeste apparet Magnificum Comitem Franciscũ nullum uerbum facere posse cum Comitatus in Magnificum domi. Carolum translatus erat qui cessit Comiti Angelo & pontifex approbauit & cõcessit dicto Comiti, & suis filijs, ex certa sciẽtia & motu proprio &c.
16 quod quidem † facere potuit: ut no. in c. j. §. fi. quæ fuit prima cã benefi. amit. & plene per Curt. in tracta. feud. in quinta parte principali: cum uulg. Nec si qua restitutio
17 fuit ꝯcessa nihil quo ad istud † potuit opitulari cum res non erat integra, & priuatio spem tantum incertam concernebat, & in his terminis res de plano procedit ad notata. In l. Gallus. §. & quid si tantum, de liber. & posth. immo ẽt absq; alio potuit id a principe fieri, & Comiti Angelo concedi, cum possessio & dominium erãt apud Magnificum d. Carolum qui cessit, nec ius aliquod habebat do. Franc. ẽt spe probabili, uel si quod erat saltem dubiũ & anceps erat, ergo &c. iuxta notata per oẽs in l. Gallus. §. & quid si tñ. de liber. & posth. & in c. quæ in ecclesiarũ.
19 de const. & maxime uirtute clausularum † motu proprio & ex certa scientia, quæ quanta sit non referã corã illo uenerando cetu, & cum id nullam habeat difficultatem nõ insisto. Nec obstat rescriptum Clementis annullans oẽs Comitatuũ erectiões factas citra a Sixto quarto, quia est oppositio de iure tertij quæ non est clausiua iuris do. Comitis Angeli, cũ in dicto rescripto non ꝯtineat talis erectio Comitatus Balneorũ qui primo à Sixto fuerit cõcessus deinde in aliũ ex cã traslatus, & ab eo uirtute sñiæ & ex cessione habitus a pontifice confirmatus & pro potiori cautela de nouo ꝯcessus certe recte intuenti hũc casum uerba rescripti non complectunt̃, igitur nec dispõ, immo & si uerba conuenirent dispõ locũ habere non põt ꝑp rõnem expressam in rescripto: nam propter bonum publicum Comitatus illi fuerunt annullati: nam intererat reipublicæ ut illę Comitatuũ erectiones non essent, cum si factæ non fuissent utilitas ad publicum spectasset, sed si uirtute concessionis Sixti Magnificus Comes Franc. posset uenire concessio facta a Leone Comiti Angelo nullũ damnũ publicę utilitati attulisset, cum omnino utilitas dicti Comitatus ad aliũ priuatũ spectasset, & ad publicũ non peruenisset. profecto intentio Clementis septimi non fuit annullare huiuscemodi cõcessiones q̃ publicã utilitatem non concernunt, sed de uno priuato in aliũ transeũt,
19 ut ex ratione expressa dicti rescripti apparet, & † q̃libet dispõ a ratione moderatur, ampliatur, ac restringitur, & ubi non cõuenit, nec conuenit dispõ: ut nota. in l. mulier. sol. matrimo. in l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. in l. a Titio. de uerb. obligationib. cum uulgarib. idq; satis uerissimum esse apparet ex pacifica, ac continua possessione ac dominio Comitis Angeli, a die prouisionis Clemẽ. usque ad hæc tempora cum continua tolerantia ac ꝑmissione publici cõmunis Bono. ac summi põtificis, ac ipsius gubernatoris, ac pro tpe legatorum: nam ex tole-
20 rantia † principis inducitur approbatio, ac dispensatio: iuxta notata in l. quo enim. rem ratã haberi. & in l. elegãter. §. si quis post. de condi. indebi. cum similib. & maxime accedente longo tempore ut hic fuit, & concurrentib. in rescripto Leonis clausulis derogatorijs contrarię dispõnis, amplissimis: & quib. iudicio cuiuscunq; recto sentientis, saltẽ accedentibus supra deductis, per clausulas rescripti Clementis non est sufficiẽter derogatũ, & in hoc non insisto cũ liquidissime ꝯstet per dictũ rescriptũ, & ex alijs supra allegatis oppositiones de breui Clementis & sic de iure tertij nullum ius habere, nec oppositio re-
21 leuat, cũ saltẽ dubia ẽ, & altiorã expostulat † indaginem: quo casu tertio non ꝓdest, iurib. uulgarib. ergo &c. Prę terea in ęternũ inficiari non poterit dato quod rescriptũ Leonis non ualeret quo ad nouã concessionẽ, tamen interpretatio cõcessionis Sixti in illis uerbis, uidelicet, maiorem natu pro tempore existentem, registratis in eo manifeste colligitur, quod intelligitur de maiore natu filiorũ dicti Comitis Angeli, quod apparet, q̃a primo approbat prouisionẽ Sixti & copulatiue pro potiori cautela de nouo concedit, & sic ad comprobationẽ ac firmitatẽ approbationis, & tamẽ intelligit quod primo filij dicti Comitis Angeli ueniant, ergo datur intelligi necessario qđ ita intelligit ac declarat breue Sixti, alias noua cõcessio facta pro potiori cautela ad confirmationem bullæ Sixti operaretur totum cõtrarium, cum ueniret ad destructio-
22 nem dictæ bullæ, ꝙ esse nõ † debet: ut no. in l. legata inutiliter. de leg. 1. & de adimen. leg. Et ex istis aperte constat de intentione pontificis esse, illa uerba maiorem natu &c. prius debere uerificari in filijs Comitis Angeli, nec dici potest istud breue fuisse reuocatum, cũ dato sine ueritatis ꝑiudicio, quod fuerit reuocatum, non; fuit tñ reuocatum quo ad istam interpretationem, & declarationem ad rescriptũ Sixti, cum solum ꝑp utilitatem publici, & non
23 quo ad alia fuit reuocatũ: cum actus agentium † nõ operantur ultra eorum intentionem. l. non omnis. si cer. pet.
24 & limitata † causa limitatum producit effectũ. l. in agris.
25 de acqui. rer. domi. cum simi. præterea † ex actu nullo colligitur uoluntas & intentio. l. fi. de reb. eorum. Et hæc sint dicta ex abundanti in hac cã iudicio meo clarissima coram tã maximis & excellentissimis ac integerrimis iuris doc. do. meis obseruandissimis, quibus hanc causam & meipsum plurimũ cõmendo, ac eos rogatos uelim, ut ea quæ sibi uidebuntur necessaria pro solita iustitia, fide, ac integritate suppleãt, præsertim in cõponendo hos Magnificos Comites. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio in dubio debet interpretari secundum illum intellectum qui concordat cum iure communi.*
2 *Filius primogeniti in feudo, patruum excludit de iure communi.*
3 *Natura feudi est, ut aliquo mortuo attendamus ad eum qui est proximior ipsi decedenti, non autem qui est proximior primo inuestito.*
4 *Verba secundum naturam actus semper intelligantur, etiam impropriatione & restrictione.*
5 *Secundogenitus semel a fratre a feudo exclusus, censetur etiam ab eius descendentibus exclusus.*
6 *Successio non debet interpretari ut sit deambulatoria de una linea ad aliam.*
7 *Verba semper debent intelligi, ut singula singulis aptentur.*
8 *Dispositio testatoris loquens in feudo debet interpretari ut maior in singula linea ad feudum admittatur, ita tantum quod durante linea primogeniti non transeamus ad secundogenitum.*
9 *Primogenitus quilibet uidetur prius stipulatus feudum suis primogenitis.*
10 *Disponens non præsumitur se incontinenti corrigere noluisse.*
11 *Verba potius accipiunt interpretationem superfluitatis, quam correctionis.*
12 *Verba potius impropriantur, quam ut inducant correctionem.*

RESPONSVM. VIII.

¶Super interpretatione priuilegij feudalis, ubi late quomodo intelligantur hæc uerba, uidelicet, illorum maiorem natu pro tempore existentem &c. Et fuit factum ad corroborationem præcedentis responsi authoris, & si uellẽ ponere oia responsa excellentissimorũ qui se subscripserunt responsis authoris nimis longum fuisset, & contra uoluntatem authoris.

VERBA priuilegij feudalis sunt illorũ, uidelicet maiorẽ natu pro tpe existẽtem &c. quæ pñt dupliciter intelligi. Primò illorũ descendẽtiũ quacũq; linea sint quo casu potior eẽt cã Comitis Francisci patrui: sm Anch. cõsi. 82. col. fi. do. Alex.

Alex.consil.4.lib. 4.Dec.consil. 443.in fin. Secundo possunt intelligi illorum descendentium intra lineam morientis quo casu esset præferendus Co.Hannibal filius primogeniti : puto quod iste secundus intellectus sit uerior,
1 † & in dubio accipiendus:primo quia concordat cum iu
2 re communi:ſm quod receptior est opi.† q; filius primogeniti excludat patruũ:quam opin.fere omnes tenent qñ iste primogenitus fuit semel admissus ad feudum : quia superstes patri ẽ exclusus patruus: de quo p d. Præposi. Alexandrin.in c. 1.de feud.march.Ias.l.is potest. de acq. hæredi.Soci.consi.252.Secundo quia cõcordat cum subrogatione facta filijs Nicolai:de qua subtiliter allegatũ est per præstantissimum consultorẽ.d.Gratum, ad quem me remitto. Tertio, quia concordat cum natura succes-
3 sionis feudi, quæ † est ut aliquo mortuo attendamus ad eum qui est proximior ipsi decedenti : non ad eum qui est proximior primo inuestito : ut est text. in cap. 1. in fi.de nat.succes.feud.& quod no.And.de Iser.in c.1.de eo qui sibi & hæred.suis & per d.Præposi. in d. c. i. de feud. march.uers.15.Soc.l.si cognatis.col.fi.de reb.duob.uer-
4 sic.pro ista etiam.& † uerba ſm naturam actus semper intelliguntur:etiam si restringantur seu improprie accipiãtur.c.1.§.filia.de successio.feud.ubi doct.l.si uno. locati. & in similib.terminis.Are.consi.163.col.pen.Quarto, q a
5 concordat cũ alia regula, quod † secundogenitus semel a fratre exclusus censeaẽ,ẽt ab eius descendẽtib.exclusus. c.1.§.quinetiam. secũdum unum intellectum episco. uel Abba.Bal.c.1.de mat. contrac. interd. eccl. alias succes-
6 sio ista esset nimis † ambulatoria de una linea in aliã qđ non est uerisimile.arg.l.penul.in fi.C.de cura.furio.Qui-
7 to † quia semper uerba debent intelligi ut singula singulis aptẽtur.gl.insti.de inoffi.test.in prin.l.j.C.de fal.cau. Deci.consi.646.in fin.Soci.38.in 4. uol.hoc modo apta-
8 buntur, ut maior † in singula linea admittatur. ita tamẽ q durante linea primogeniti non transeamus ad secundogenitum.d.c.1.in fi.de natu.succes.feud.quia quilibet
9 primogenitus † uidetur prius stipulatus suis primogenitis.c.1.de duob.fratrib.ubi doc.Sexto, quia cũ subroga-
10 tio facta sit ad totalem effectum &c.non est uerisimile † q; concedens uoluerit se in continenti corrigere.l. non ad
11 ea.de condi.& demon.& † uerba potius accipiunt interpretationẽ superfluitatis, quam correctionis, ſm Corn.
12 ɔſ.44.in 3.col. & † impropriantur potius q̃ ut corrigãt: ſm Roma.ɔſ.104.pater reuerende Soci.27.col.4.in 4. Alexan.38.col. fi.in 4. 135.col.fi.in j. maxime cũ in casu nr̃o priuilegium satis operet inducendo subrogationẽ, nec ideo illa uerba sint superflua.l.non solent.de reg.iur.& p gl.in l.sed & si quis §. quæsitum. in gl.magna. ad fi. si qs cautio.Septimo quia istud uidetur sentire Pau.de Ca.ɔſ. 164.in præsenti causa quę uocaẽ maioris.col.2.in 2. uol. in nouis.Soc.d.consi.252.col.3.uersi.3. iuncta responsione quæ est,col.antepenul.uersicu.ad tertiam.& satis sentit idem Soci.consi.84.col.3.in 3. quando nõ esset dictio alterutrius maiorum &c.prout in casu nostro non est, & Dec.in allegato consi.444.in fin.se fundat maxime quia patruus iam erat admissus,& possidebat, qđ in casu nr̃o est contra:& in casu Anch.d.consil.82.non erant illa uerba quæ in nostro.Idemq; in casu Alex.d.consi.4.uerba.n. ibi non poterant accipere nisi sensum pro patruo, quod secus est in casu nostro per supradicta.

¶Andręas Alciatus,ſm suprascripta respondi.

SVMMARIVM.

1 *Iura omnia defuncti transeunt in hæredem.*
2 *Tenor inuestituræ attendendus est.*
3 *Iudicandum est pro eo qui habet fundatam intentionem in regulis iuris.*
4 *Fama publica est optima in antiquis,maxime in probatione territorij & iurisdictionis.*
5 *Chronicis creditur in antiquis.*
6 *Libri historiarum, & annalium quibus narrãtur ecclesiam fuisse a tuis antecessoribus fundatam,probant ius patronatus.*
7 *Libris annalium creditur,quatenus recepti sint a iure.*
8 *Consuetudo facit ius,& tantumdem operatur quod lex ipsa.*
9 *Sententia quæ transiuit in rem iudicatam facit ius.*
10 *Literæ in marmore & lapidibus insculptę tam in ecclesiis,quam in alijs publicis locis,dominia probare solent.*
11 *Scientia probatur solum ex eo quod notorium sit in loco.*
12 *Scientia recipientis bannitum probatur, statim quod probatur notorium fuisse in loco illum esse bannitum.*
13 *Scientia probatur ratione uicinitatis.*
14 *Patientia probatur ex eo quod constat scientem non contradixisse.*
15 *Consensus præsumitur etiam in actibus præiudicialibus concurrentibus scientia & patientia longa.*
16 *Hæredes facto defuncti contrauenire non possunt.*
17 *Inuentarium fuisse confectum non præsumitur nisi probetur.*
18 *Hæres etiam in feudis hæreditarijs confecto inuentario, contra factum defuncti uenire non potest.*
19 *Epistolæ plene probant contra scribentem.*
20 *Ampliat author,etiam si data carebant epistolæ.*
21 *Verba instrumentorum etiam enunciatiua probant inter easdẽ personas,saltem contra confitentem.*
22 *Citans aliquem ut talem,uidetur illum approbasse ut talem.*
23 *Proclamata publica, & promissiones probant.*
24 *Nominationes & professiones,licet solę plene non probent,tamẽ inducunt præsumptionem.*
25 *Professiones & nominationes constituunt in quasi possessione ita ut transferatur onus probandi in aduersam partem.*
26 *Argumenta probationis quæ separatim considerata non prosunt,simul unita iuuabunt.*
27 *Probatio facilior admittitur in antiquis.*
28 *Geminatio & reiteratio confessionis producit & operatur probationem eius quod alias non probaretur*
29 *Verisimile non est inter homines eiusdem familiæ & agnationis, nuptias fuisse contractas.*
30 *Argumentum ualet,quod fit a communiter accidentibus.*
31 *Probatio licet necessario concludere debeat,tamen sufficit quod probet à communiter contingentib.*
32 *Actore non probente reus absoluitur.*
33 *Exceptio,tua non interest,impedit litis ingressum.*
34 *Exceptio,tua non interest,potest quandocunq; opponi.*
35 *Fama una per aliam tollitur.*
36 *Probatio quæ uerisimilior est,& pluribus adminiculis iuuatur, alijs præfertur.*
37 *Qualitatem requisitam in concessione,uel lege, uel statuto, non probans nihil dicitur probasse.*
38 *Longissimo tempore omnia iura tolluntur.*
39 *Ius quod quis habet in feudis tollitur decursu triginta , uel quadraginta annorum.*
40 *Vasallus allegans inuestituram & non plene eam probans si per annum steterit in possessione feudi præscribit, ita ut in defectũ probationis stetur ipsius iuramento.*
41 *Ius omne tollitur uiginti annis, concurrentibus titulo & bona fide.*
42 *Præscriptio longi temporis cuius initij memoria non extat, habet uim priuilegij.*
43 *Item operatur ut eius uigore ueniant etiam ea quæ sunt principi reseruata.*
44 *Scientia aduersarij non est necessaria in præscriptione cuius contrarij memoria non extat.*
45 *Præscriptione sublata non intelligitur sublata præscriptio cuius contrarii memoria non extat.*
46 *Collaterales illustrium personarum,Comitum,& Baronum,succedunt in feudo usq; ad centesimum gradum, secus si non sint illustrium personarum, quia usq; ad septimum gradum duntaxat admittuntur.*
47 *Descendentes usq; in infinitum, in feudis indistincte succedunt.*
48 *Constitutiones non referuntur ad præteritas concessiones,& antiquissima feuda.*
46 *Constitutiones feudales,ius consuetudinarium appellantur.*
50 *Consuetudines strictissime intelliguntur.*
51 *Constitutiones superuenientes impropriam comprehendere non debent.*
52 *Quod non est absolute tale, sed duntaxat quo ad quædam est improprie tale.*

53 Feudatarii præbentes iter & annonam inimicis domini sui, cadunt a iuribus suis.
54 Feudatarii scientes machinationes fieri contra dominum, & periculum eidem imminere & non reuelantes, cadunt a feudo.
55 Feudatarius reuelans secreta domini, cadit a iuribus suis.
56 Feudatarius inhabitans cum inimicis domini, cadit a iure feudi.
57 Feudatarius aggrediens castra domini, cadit a iuribus suis.
58 Feudatarius absq; ulla iusta causa aduersus dominum prælians, cadit a feudo.
59 Feudatarius priuatur feudo quomodocunque possit constare illũ fore inimicum domini sui.
60 Feudatarius qui mortuo primo domino suo non petit renouationem inuestituræ intra annum & diem a successoribus eius, cadit a iure feudi.
61 Scientia præsumitur inter coniunctos per lineam fœmininam.
62 Hæredes feudatarii non petens renouationem inuestituræ cadunt a iuribus suis.
63 Ius quod quis habet in feudis tollitur decursu. 40. annorum.
64 Ius incertum ac spe tantum competens tollitur facilius, quam ius in re.
65 Concessio facta absq; ulla feudi mentione, donatio iudicatur.
66 Confessio feudi facta absque ulla reseruatione donatio interpretari debet.
67 Feudum continet aliquam in se rei concessæ diminutionem.
68 Verbum aliquid, in minimo uerificatur.
69 Donatio præsumitur inter affines.
70 Concessio facta a superiore liberalissimo, latissime debet interpretari.
71 Merita præcedentia faciunt præsumi donationem.
72 Promissio nuda quæ reperitur in aliquo libro mercatorum, suppletur a causa quæ potest colligi ex scripturis uicinis.
73 Verbum generale, per uerbum magis speciale declaratur.
74 Generalitas parit obscuritatem.
75 Verba præcedentia quando sunt dubia & generalia, a sequentibus recipiunt declarationem.
76 Verbum generale quod debet poni pro una specie secundum illam speciem quæ eum sequitur positum intelligitur.
77 Verbum donamus ex sui proprietate, significat donationem.
78 Dictum Old. in consi. 156. incipiente. Ex præsenti. communiter uidetur esse receptum.
79 Fœminæ admittuntur in feudo quod prouenit ex donatione.
80 Geminatio donationis facta in concessione feudi, arguit disponentem donare uoluisse, atque donasse, & contractum donationis celebrasse.
81 Geminatio uerbi ita arguit præcisam mentem disponentis, ut si aliqua iuris regula obstare uideatur quominus actus sit secundum uerbum geminatum, ab ea censeatur esse recessum.
82 Dictio quicquid, continet omne ius, ita ut nihil remaneat penes concedentem.
83 Copula &, stat augmentatiue.
84 Verbum pertinere, latissimum est, & continet non solum ea quę dominii nostri sunt: & quæ quoquomodo a nobis possidentur, sed etiam ea quæ nostra esse possunt.
85 Et etiam ea quæ ex speciali priuilegio nobis competũt.
86 Dictio, ita, signat modum & similitudinem, ac declarationem ad rem expressam.
87 Verbum dominio, simpliciter prolatum, de directo uerificatur.
88 Dictio eadem signat identitatem in omnibus & per omnia.
89 Nemo semetipsum in dominum recognoscere potest.
90 Domini directi duo insolidum eiusdem rei dari non possunt.
91 Dictio omnino, significat indistincte.
92 Rei appellatione omnia continentur, tam corporalia, quam incorporalia.
93 Verba generalia generaliter intelliguntur.
94 Verbum proprietas, sui natura dominium signat, & quidem directum.
95 Proprietas in hoc differt a dominio, quod dominium terminus sit magis latus signans non tantum directum sed & utile, proprietas uero duntaxat directum.
96 Emphyteuta & feudatarius, habent tantum utile dominium.
97 Libellus uitiatur si feudatarius seu uasallus dixerit proprietatem ad se pertinere, & probauerit de utili dominio.
98 Hæreditas parentum pertinet ad descendentes iure directo.
99 Dictiones tam, & quã, sunt diuisiuæ, quæ actum & dispositionē cuilibet enunciant æqualiter.
100 Concessio feudi non fit nisi de rebus ad dominum pertinentibus & quæ sub eius dominio sunt.
101 Verba concessionis quę ad feudum commode adaptari non possunt, indicant non fuisse de mente concedentis concedere in feudum.
102 Cui uerba legis non conueniunt, nec eius conuenit dispositio.
103 Dictio una, denotat simul & æqualiter coniungi.
104 Verbum determinans plura determinabilia, æqualiter illa determinare debet, & eo modo interpretari debet ut magis æqualiter determinet, quam sit possibile.
105 Proprietas, de feudi substantia, penes dominum remanere debet.
106 Feudum est beneficium quod ex beneuolentia datur, ut proprietas rei immobilis beneficiaria penes dominum remaneat.
107 Diffinitum illi non competit cui non competit diffinitio.
108 Substantia rei ponitur in diffinitione.
109 Impropriatio licet aliquando admittatur, non tamen admittitur nisi constet de expressa uoluntate in contrarium.
110 Concursus impropriatatis plurium uerborum non admittitur.
111 Interpretatio illa capi debet, per quam proprietas seruatur.
112 Interpretatio saltim illa capienda est quæ minorem continet improprietatem.
113 Inuestitura in concessione feudi secundum naturam ordinariam feudorum fieri solet.
114 Inuestitura duplex est, propria quando uasallus actualiter ponitur in possessione uel confirmatur in feudo antiquo.
115 Impropria inuestitura & abusiua, est illa quæ fit per aliquem actum corporeum, ut per annuli, uel ensis, uel hastæ traditionem.
116 Animus concedentis feudum, ex solennitatibus & requisitis, adhibitis, uel non adhibitis indicatur, & ex eis colligitur quæ dispositio fuerit inducta.
117 Inuestitura per pares curiæ, uel per testatum a paribus curiæ cõprobatum, uel subscriptum probari debet.
118 Argumentum ab etymologiæ uocabulo ualet.
119 Quod quidem author admittit absq; difficultate, in dubio, uel quando non repugnat diffinitioni, uel non adest authoritas in cõtrarium.
120 Feudum dicitur a fidelitate promissa.
121 Declaratio ad dictum Bald. in consil. 57. incipien. In Christi nomine.
122 Natura feudi ordinaria est ut uasallus iuret ea: de quibus in c. 1. de noua forma fideli.
123 Iuramentum sub clausulis generalibus, ac ratione consuetudinis in actu comprehendi non potest.
124 Notarius alter, præter eum qui rogatus fuit, iuramentũ in actu requisitum extendere non potest.
125 Quod tamen dictum Bal. habet difficultatem in persona eius cui committitur alterius rogatus.
126 Feudum non potest esse absque reseruatione, exhibitionis seruitiorum.
127 Res non potest esse absque eius substantia.
128 Pactum contra substantiam actus non ualet.
129 Feudatarius aliquando dicitur fidelis, a fide promissa, quã præcipue seruare debet.
130 Vasallus, a uas, uadis, quod idem est quod obses, deriuatur.
131 Feudatarius aliquãdo dicitur clientulus, quod idem signat quod seruitor.
132 Feudatarius ualuasor aliquando nuncupatur.
133 Concessio facta de feudo alicui cum facultate alienandi, est contra naturam feudorum.
134 Alienatio facta a uasallo de feudo nulla est, & ex ea iure suo priuatur ipse uasallus.
135 Natura actus ad eius interpretationem consideratur, & secundum naturam illius cui magis conuenit, actus indicatur.
136 Quoties agitur de cognoscendo, quis actus fuerit celebratus, & est expressa quædam qualitas uerborum quæ uni actui cõuenit accidentaliter, alteri naturaliter, interpretandum est eum actum celebratum fuisse cui illa qualitas competit naturaliter.
137 Actus ille in dubio celebratus intelligitur cui frequentius conueniunt expressæ qualitates.
138 Exhæredatio in dubio intelligitur mala mente facta.

139 *Natura dominij est ut qui dominus sit alienare possit.*
140 *Verba & quicquid uoluerit faciendum in concessione posita, so la sufficiunt ad licentiam alienandi concedendam.*
141 *Interpretatio fieri debet ne uerba sint superflua.*
142 *Clausulæ executiuæ licet non amplient dispositionem, tamen si alias essent superfluæ ampliabunt.*
143 *Actus aliquis nunquam reperitur celebratus, cui ipsius uerba, & naturalia ac substantialia expressa in dispositione non conueniant.*
144 *Feudum secundum diuersa tempora habuit diuersam naturam, & diuersimode fuit consideratum.*
145 *Actus quilibet iudicari debet factus secundum consuetudinem uigentem tempore eius celebrationis.*
146 *Feudum intelligitur concessum secundum consuetudinem uigentem tempore concessionis.*
147 *Quoties in aliqua dispositione diuersa reperiuntur, quorum aliqua suadent unam dispositionem, & alia alteram, actus denominabitur a maiori parte.*
148 *Substitutio exemplaris dicitur, quia fiat ad exemplum pupillaris.*
149 *Actus denominatur a nobiliori parte.*
150 *Res quæ duobus contractibus conuenire potest in dubio antiquiori applicanda uenit.*
151 *Feudum non fuit cognitum a populo Romano.*
152 *Bona potius iudicari debent allodialia quam feudalia.*
153 *Fœminæ ad feudum admittuntur, cuius occasione nullum seruitium præstari debet.*
154 *Fœmina admittitur ad feudum, quando est conditionatum, & non proprium feudum.*
155 *Fœmina admittitur ad feudum ligium.*
156 *Fœmina ad feudum admittitur uirtute inuestituræ quando nullus superest masculus.*
157 *Tenor inuestituræ debet attendi ad cognoscendum, an fœminę ad feudum admittantur.*
158 *Fœminæ tunc ad feudum admittuntur, quando masculi qui ad illud uocabuntur passi fuerunt eas inuestiri.*
159 *Alienationis appellatione continetur tam alienatio in uita quã in ultima uoluntate.*
160 *Quod uerum est in dispositione permissiua, secus in prohibitiua.*
161 *Concedens feudum si permittat illud deuenire ad uenientes ab intestato, tacite in eos dicitur consentire, & eos admittere.*
162 *Successio ab intestato dicitur alienatio legis.*
163 *Alienatio legis facilius conceditur quam alienatio hominis.*
164 *Prohibitus alienare extra familiam potest instituere filiam nuptam, uel alium existentem extra familiam qui ab intestato sit successurus.*
165 *Extensio in exorbitantibus licita est ad casum qui late sumpto uocabulo continetur.*
166 *Ius suum cuilibet permissum est alienare & in alterum transferre, de iure communi.*
167 *Interpretatio per quam fit reductio ad ius commune latissima fieri debet.*
168 *Dispositum in uno casu debet habere locum in alio in quo militat eadem ratio.*
169 *Princeps potest habilitare, ad feudum inhabiles, in præiudicium agnatorum, maxime quando sunt proximiores.*
170 *Princeps potest legitimare naturalem ad feudum in præiudiciũ agnatorum.*
171 *Princeps potest habilitare fœminam ad feudum in præiudicium agnatorum.*
172 *Voluntas & potestas, requiruntur in constructione cuiuslibet actus.*
173 *Clausula de plenitudine potestatis, facit ualere actum, ut nihil ei opponi possit.*
174 *Princeps de plenitudine potestatis rem propriam alicuius quæ iuris ciuilis est auferre potest.*
175 *Princeps rem quæ alicui spe duntaxat competebat faciliter tollere potest.*
176 *Clausula ex certa scientia, operatur, ut ita obseruandum sit concessum a principe, ut in dubium reuocari non possit.*
177 *Clausula non obstantibus &c. operatur omnium obstantium derogationem.*
178 *Clausula motu proprio &c. tollit omnem subreptionem, ac apertum animum, & uoluntatem concedentis ostendit.*
179 *Clausulæ quæ separatim considerate tollunt omne dubium inuestituræ, multo magis simul unitæ & coniunctæ tollere debẽt.*
180 *Præfationes declarant animum disponentis.*
181 *Inuestituræ geminatæ, factæ ex interuallo præsumuntur factæ cum maxima deliberatione.*
182 *Actus principis ut ualeat, receditur ab omnibus regulis iuris.*
183 *Index in dubijs pro ea parte pronunciare debet, pro qua militãt iuribus præsumptiones.*
184 *Indices in dubio pro instrumentis pronunciare debent.*
185 *Instrumenta ultima maxime habentur in consideratione.*
186 *Interpretatio in dubio fieri debet, ut tam masculis quam fœminis consolatur.*
187 *Iudices in dubio secundum proprietatem & ius commune pronũciare debent.*
188 *Iudex in dubio instrumenti, debet iudicare contra eum qui se fundat in instrumento.*
189 *Iudex in dubio contra negligentes pronunciare debet.*
190 *Item pro possessore habet pronunciare.*
191 *Item pro libertate.*
192 *Feudum habet in se quandam speciem seruitutis.*
193 *Iudex pro reo in dubio sententiam ferre debet.*

RESPONSVM IX.

¶Concessio an iudicetur feudum uel donatio. Et quib. casibus amittatur feudum. Et quando fœminę sunt capaces feudorum. Et pro quo in dubio sit iudicandum.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Facti speciem subijciam exhibitam pro parte Illustrissimorum ducis & ducissæ Mantuæ, & secundum eam scribam ea quæ ad eius fauorem mihi facere uidentur, ut omnibus constet me studij operam ac diligentiam in hac causa adhibuisse, ut aliqua ex parte desiderio dominorum meorum ac agnatorum, qui diu pręfatorum Illustrissimorum antecessoribus inseruierũt satisfaciã, habita tñ ꝓtestatione & declaratiõe animi nostri qui adhuc & si plura ad fauorem pręfatorum Illustrissimorum dominorum deduxerim: Veruntamẽ nõ quiescit nec firmiter deliberauit propter multas difficultates ac alteratam facti speciem pro parte Illustrissimi ducis Sabaudiæ, & marchionis Saluciarum, quorum partes, & si suscipere noluerim, uerumtamen facti speciem perlegi: quibus difficultatibus cum animus meus in hãc partem penitus inclinauerit, responsiones prout iuris esse uidebitur accõmodabo. ¶Anno a dominica incarnatione. 1067. decimo Calendas Aprilis, Otho Imperator Alledramo primo marchioni Mõtisferrati de donio Saxonia, concessit, donauit, & elargitus est nominatim quędam loca, & generaliter omnes illas curtes in desertis locis cõsistentes a flumine Tanara usq; ad flumen Vrbã, & quicquid ibidem hactenus iuri regni Italici pertinuit, ita ut deinde præfati Alledrami & successorum dominio subderentur, sicut eousque iuri regni & imperij dominio erant supposita: in eum iura eadem transferendo, cõfirmando, etiam eidem & roborando, etiam eidem oẽs res & proprietates, tam de hęreditate parentum quam ex eius acquisitionib. illi obuenientes per diuersa loca Italici regni ẽt in comitatu Aquensi, Sauonensi, Astensi, Montisferrati, Thaurinensi, Vercellensi, Parmensi, Cremonẽsi, Pergamensi, & adiacentia: quicquid possidebat, & habebat in toto Italico solo, uel quæ acquirere posset in futurũ ante oĩa sine aliqua dimutione per ipsius Otthonis literas ꝯfirmata, ut ipse Alledramus, & ipsius hæredes tenerent & possiderent: una cũ cãpis, uineis, terris, pratis, pascuis, cultis, & incultis, syluis, salicetis, montib. uallib. planicieb. & aquis, & aquarum decursib. molendinis, piscationib. & uenationib. mercatis, theloneis, omnibusq; publicis functionib. q̃ quomodocũq; dici uel nominari possint ad easdẽ res seu proprietates curtes uel castella ptinentib. cum facultate uendendi, cõmutandi, alienandi, & quicquid uoluerunt faciendi, omnium hominum contradictione remota, ꝓhibẽs ne quis eũ aut successores in di-

ctis bonis molestare præsumat:etiam ex causa qđ in pteritum inuestitus non fuisset eundemq; Alledramum cum filijs & hæredibus suis bonisq; omnib.ad eum pertinentibus sub imperialis numinis benedictione & protectione recipiens, ut latius cōtinetur in eius exemplo uobis porrecto. ¶Ex Alledramo tres filij nati sunt Guilielmus ex filia Berengarij regis Italici, qui uiuo patre sine prole decessit:ex secūda uxore filia Otthonis secundi Bonifacius & Guilielmus:Bonifacius patri successit & sine prole decedens Guilielmum habuit successorem, & ex hoc Guilielmo marchiones Montisferrati descenderunt:nā ex eo, Bonifacius natus est:ex Bonifacio,Guilielmus:ex Guilielmo,Raynerius:ex Raynerio, alius Guilielmus:ex Guilielmo,alius Bonifacius:& ex eo,Guilielmus,ex quo itē Bonifacius:ex Bonifacio,alius Guilielmus:ex Guilielmo,Ioannes q. fuit ultimus marchio ex quo domus Saxonia:& sine prole decessit,relicta sorore Violantide q̄ Andronico Paleologo Imperatori Græcorum nupserat: ad quam Violantidem ex uoluntate uniuersi status & cū consensu Manfredi marchionis Saluciarum gubernatoris status ex testō dicti Ioannis missi fuerunt oratores, ut unū ex filijs mitteret ꝓ marchione Mōtisferrati,qui misit Theodorum filium de domo Paleologa qui fuit marchio:& habuit tres filios, Otthonē,Ioannem,Theodorum:qui oēs successiue fuerunt marchiones Mōtisferrati : ex Theodoro natus est Ioannes Iacobus. qui ultra Theodorum cardinalem tres habuit filios,Ioannem,Guilielmum, & Bonifaciū:qui oēs successiue fuerunt marchiones Montisferrati. hic Ioannes Iacob. cum bellum sibi a duce Mediani immineret Venetias ut auxilia acciperet profecturus,statū in manib. Amodei ducis Sabaudię reliquit de eo cōfidens, qm̄ Ioannā eius filiā ex qua prædictos filios susceperat,habuit in uxorem:deinde reuersus auxilio Venetorum pace facta cum duce Mediolani magnam partem status a duce Sabaudię recuperare non potuit : immo cū miserat Ioannē filiū Thaurinū,ut filiū ducis Sabaudię uisitaret clausit ipsum in arce Thaurini , ubi retinuit quousq; quædā pacta cum quibusdam renunciationibus fecit : quę pacta & alienationē factam cum duce Sabaudię de plenitudine potestatis motu proprio reuocauit ac irrita decreuit Fridericus Imperator an. 1464.die. 14.Maij. ex pręfato Guilielmo marchione filio dicti Ioannis Iacobi nati sunt Ioanna & Blancha,Ioāna Ludouico marchioni Saluciarum,Blācha Carolo ducis Sabaudię nupsit: cui Blanchę fuerunt in dotem promissa octuaginta mille ducatorum in pecunia:& hypothecata fuerunt nonnulla castra citra Padum,cum pacto quod decedente marchione Bonifacio,fratre dicti Ioannis, sine liberis succederet ipse in dn̄m,ex Blancha proles masculina non superfuit : & Bonifacius marchio iam senex accepit uxorem , & filios habuit Guilielmum,& Ioannē Georgium: ex Guilielmo natus est Bonifacius, qui adolescens nondum uxoratus decessit:& Margarita q̄ nupta est duci Mātuę post mortē Bonifacij.Io.Georgius marchionatum tenuit,qui Ioannes Georgius nuperrime mortuus est nulla legitima parte suscepta.Qua propter inter Illustrissimam ducissam & Illustrissimum dominum marchionem Saluciarum orta est p̄sens altercatio,ac ēt cū Illustrissimo duce Sabaudię. ¶Ad cuius declarationem etiam mihi in facto p̄suppōnitur p̄fatam dominam ducissam ante mortē dicti Ioannis Georgij cum nulla spes esset ꝙ deberet filios suscipere inuēstitum fuisse ex nunc ꝓut ex tunc , ipso sine liberis decedente.iterum fuit concessa inuestitura præfatę Illustrissimę dn̄ę ducissę una cum Illustrissimo domino duce ex nunc prout ex tunc, decedente dicto Ioanne Georgio sine filijs.¶Præsupponit̄ quoq; per Carolum quartū Imperatorē factam fuisse inuestiturarum de p̄dictis bonis Ioanni marchioni Mōtisferrati pro se & hęredib.suis masculis & fœminis,& multa alia in facto fuerūt p̄supposita , q̄ quatenus ad rē facere uidebunt̄ citabo & subijciā. ¶His p̄suppositis primo pro parte Illustrissimę dominę ducissę faciunt : nam ipsa est descendens a primo Alledramo,& est proximior,& hæres ultimi defuncti:ergo de iure cōi oīa bona possessa,& iura spectantia ad defunctū

1 debent ad eam pertinere,cum in hęredem † transeant oīa iura:ut no.in l.hæreditas.& in l.hæredem. de regu. iur. & in l.nihil aliud.de uerbo. signific. & ita habet fundatam intentionem secundum regulas iuris communis. ¶Item & secundo secundum tenorem inuestiturarum & ꝯcessio
2 num:quarū tenor † attendendus est. in c. j.in fi. de duob. fra.a capi.inuesti.ubi Bal.& alij.Bal.in c.j.§. deniq; colu. 1.quæ sit prima causa benefic. amit. Ioan. de Anan. in ꝯs. 7.uisis.col.1.Decius consi.208.ergo secundum ipsam iudicandum est, cum pro regula seu pro eo qui habet fun-
3 datam intentionem † in iuris regulis iudicādum sit. Bal. in c.1.in 2.colum.de aliena.iud. mutan.causa fac. Bal.in l.si tutor.C.de seruo commu.manu.Alber.in secunda parte statutorum.q.158. per Decium & alios in l. j. de regu. iur.& in c.consuluit.el.j.de appel. in fin. uer. ¶Tertio comprobatur ex fama publica probata per dictam Illustrissimam dominam ducissam:nam præsupponitur ꝓbasse se esse descendentem ex Alledramo , & proximiorē: non solùm ipsi Alledramo , sed etiam ultimo marchioni
4 Montisferrati nuperrime defuncto : nam fama † publica est optima probatio in antiquis, maxime in probatione territorij & iurisdictionis. Bal.in l. proprietatis. de proba.& idem in dominijs:ut no.in l.antiqui.§. cum me absente.de neg.gest.Abb.& Ant.de But.& Feli. in c. ueniēs. de testib.& Feli.in c.cum causam.de proba.ī 3.col. Alex. in consil.1.in quarta parte.& in consi.58. ¶Quarto probat̄ ex libris historicis & annalibus seu chronicis editis per dominum Beneuentum de sancto Georgio præsidentem senatus Montisferrati, uirum nobilem & equitem
5 Hierosolymitanum : & chronicis † creditur in antiquis : ut no.in l. census. de probatio. c. cum causam. de proba. no.in c.inter dilectos.de fid.instrumen. bonus tex. in l.j. de offi. præfec. præto.& ideo libri historiarum & anna-
6 lium quibus narratur ecclesiam fuisse † a suis antecessoribus fundatam probant ius patronatus:ut plene scribitur in cap.cum ecclesia sutrina.de causa possessio.& proprie.traditur in l.j. si certum petatur. ubi plene. ¶Quinto comprobat̄ ex his quę mihi in facto enarrata sunt hos libros historiales usus approbatos fuisse & secūdùm eos sępius iudicatum:quo casu,& si aliqui mod.in d.l.j.si cer. pet. & in d.c.cum causam. de proba. uideantur dubitare de pręcedenti fundamento, an literis historialibus credatur, tamen quando recepti sunt ab usu & approbati non loquunt̄:& hoc casu puto conclusionem ac illud dictum ut hic credatur procedere absq; dubio, ut dixi in d.l.j.si
7 cer.pet.& probat̄ uiua ratione : † nam omnes admittunt ipsis libris credendum fore quatenus recepti sunt a iure : ergo idem si a consuetudine recepti reperiantur,cum cō-
8 suetudo † facit ius,& tantum operatur sicut & lex ipsa. l. j.& ij.C.q̄ sit longa ꝯsue.l.de quib.de legib.§.constat.insti.de iur.natura.gēt. & ciui. & maxime iudicatum fuisse dr̄ super hoc ad no.in c.fi.de consuetu.& quoniam s̄nia q̄
9 transiuit in rem iudicatam † facit ius.l.res iudicata.de regu.iur.& plene no.in l.j.de senten.& re iudi.¶Sexto comprobat̄ ex literis in marmore & lapidibus descriptis,tam
10 in ecclesijs q̄ in plurib. alijs locis publicis † q̄ solent probari dominia:sicut dicitur de iure patronatus per Bal.in consi. 300. an ius patronatus. per Decium consil. 135.ex quibus facile id colligi posse attestatur. ¶Septimo ex facto supra narrato apparet post mortem Ioannis ultimi marchionis ex domo Saxonia sine prole decedentis ex uniuersi status uoluntate & cum consensu Manfredi Marchionis Saluciarum , legatos fuisse missos ad Violantidē sororem Ioannis, quæ Andronico Paleologo Imperatori Gręcorū nupserat,ut ipsa ueniret uel unum ex filijs mitteret ad accipiendum statum & marchionatum Montisferrati, quæ misit Theodorum filium qui ex domo Paleologa fuit primus marchio Montisferrati,a quo descenderunt omnes usq; ad hanc Illustrissimam ducissam : & ita per longissimum tempus ultra ducentum & triginta annos ipsis marchionibus Saluciarū scientib. & patientib.
11 quæ scientia † probatur solum:quia sit notorium in loco & in tota Italia id quod supra narratum est:& scientia ꝓbat̄ statim cū probat̄ notū in loco. l. si tutor petitus. ubi glos.

gl.Bar.& alij.C.de pericu. tuto.gl. in l. quinquaginta.de excuſa.tuto. Bar.in l.j. per illum tex. de recep. & plenius ꝑ eũ & oẽs in l.is poteſt de acquir. hæred. & per Cano. in Clem. 1.in fi.de conceſ.præben.& ideo probatur ſcientia
12 † recipientis bannitum ſtatim ꝙ probat notũ fuiſſe in loco & publice dici:ut per Bar.in l.oẽs.C.de agri. & cenſi.
13 Item probat̃ ratione † uicinitatis.c. quanto. de pſumpt. plene per Bar.& oẽs in l.j. ſi cer.pet.ubi bona ratio teſtis eſt ſi dicat, ſcio quia ſum uicinus : & late ibi ꝑ Iaſ. Deci. & omnes modernos de ſciẽtia ex uicinitate plura cumulantur:ſed ẽt ſcientia probatur ex multis actib. & conſi-
14 derationib.de quib. infra dicam:patientia † autem probatur quo non conſtat dictos marchiones Saluciarũ contradixiſſe & contradicere, cum facti ẽt non præſumitur niſi probetur.l.in bello.§. facta. de capti. & poſtli.reuer.
15 ſed concurrẽtib.ſcientia & patientia longa † etiã in actibus præiudicialibus præſumitur conſenſus : ut plene per Iaſ.Bar.Dec.Alex.& omnes in l. ſi certis annis.C.de pac. per Bar.& alios in l.cum de in rem uerſo,de uſur. faciunt not.per Alex. in conſil. 122. ſuper primo quæſito lib.4.& Deci. in conſil. 146. late per Iaſ.& omnes in l.quæ dotis. ſolu. matrimo. ergo amplius aliquid dicere non poſſunt cum conſenſerint ad alios peruenire.¶Octauo probatur eos conſenſiſſe cum in facto,ut uidimus , præſupponitur dictam Violantidem fuiſſe uocatam de uoluntate & mãdato Manfredi marchionis Saluciarum : qui etiam eam recepit ſeu eius filium Theodorum,ut diximus,ſibi præiudicauit,& ſucceſſoribus ſuis qui non poſſunt contraue-
16 nire † cum ſint hæredes facto defuncti.l.cum a matre. C. de rei uendi.& in feudis per Alex.conſi.19.& 28.lib. 5. & 18. in ſecundo dubio. quod habet locum abſq; difficultate quando non eſt confectum inuentarium, ſecundum Decium in conſi. 185. ſed hic non conſtat fuiſſe confectũ
17 inuentarium & non præſumitur cum ſit facti † niſi probetur : ut not.in l.fin.de iur. delib.immo procedit dicta
18 † regula.l.cum a matre.etiam in feudis hæreditarijs confecto inuentario:ut per Curt.iunio.in conſil. 1. colu. 3. in prima parte.& in conſil.155.& 138.col. 6.ubi atteſtatur iſtam eſſe magis cõem opinionẽ:quam in hoc caſu abſq; dubio admitto cũ poſt conſenſum patris adfuit ꝯſenſus pluriũ hæredum ſucceſſiue & longiſsimum tps elapſum. ¶Nono probatur iſti conſenſus ex epiſtolis miſsis a dictis marchionibus Saluciarum ad marchiones Montiſferrati qui nõ erant amplius de domo Saxonia,ſed de domo Paleologorum. & appellant eos marchiones Montis
19 ferrati : ſed epiſtolæ † plene probant contra ſcribentem. l.publia. §.fin. depoſi.l. ſi aliquid. & l. ſi per epiſtolam.l. nec ambigitur.C.de donatio.Bal. conſi. 10. Sempronius Manfredi.lib.2.plene in l.admonẽdi.de iureiur.poſt Bar.
20 per Iaſ. & alios : quod amplio † etiam ſi data carebant epiſtolę.l.cum tabernam.§.idem quæſijt.de pigno.

¶Decimo probatur ex inſtrumẽtis ꝯctis inter ipſos marchiones Saluciarum & Montisferrati, in quibus ſemper dicti marchiones Saluciarum appellant illos de domo Paleologorum marchiones Montisferrati , & cum eis ut talibus contrahunt ac ſemper pro talib.eos habent. nam
21 uerba † inſtrumentorum etiam enunciatiua probant inter eaſdem ꝑſonas,ſaltem ꝯ confitentem : in auth. ſi quis in aliquo. C.de eden. cum concord.traditis ibi per doct.

¶Vndecimo ex nonnullis citationib, factis per eos marchiones id ſuaderi uidetur ĩ quibus marchiones Saluciarũ citarunt marchiones Montisferrati , & eo mõ eos nun-
22 cupauerunt:quo caſu uidentur eos approbaſſe prout in citationibus dixerunt:ut per Inno.in c.cum inter colu. 1. de excep.quem ſequuntur ibi cõmuniter Canoniſtæ, Bal. Alexan.Iaſon,Decius,& communiter omnes in l. fi. C.de edic. diui Hadri.tollen.¶Duodecimo comprobatur ex proclamatibus & prouiſionibus factis ab ipſis marchionibus Saluciarum , in quibus aliquando fecerunt uerbũ de ipſis marchionibus Montisferrati , & ut marchiones & dominos legitimos nominarunt : nam proclamata
23 † publica prouiſiones probant : ad tradita per Bartol. Iaſ.Richar. Ludo.in l. rem quæ nobis. de acqnir. poſſeſ. & licet ſit aliqua altercatio inter doctores,tamen quantum ad præiudicium proferendum nullam habet difficultatem , nec in hoc caſu aduerſantur & altercantur doctores ergo &c. ¶Decimotertio id probari poteſt ex pluribus nominationibus in diuerſis actibus factis quas lõgum eſſet referre, ſed mihi in facto præſuppoſitum eſt ꝑ parte probata fuiſſe ea quæ ſupra dicta ſunt, & probari optime poſſe, & multa alia ſimilia capitulanda, & probã-
24 da : ſed nominationes & profeſsiones † licet plene ſolę non probent,tamen producunt præſumptionem.gl. Alexan.& communiter docto.in l.neq; profeſsio.C.de teſta. Cy.Bal.in l.non epiſtolis.C.de proba. immo conſtituunt
25 in quaſi poſſeſsione , † ita ꝙ transfertur onus probandi in aduerſam partem.argu.in l.j.§.idem ꝑ contrariũ. de libe. agnoſc. Petr. de Anch.in Cle. ſi ſummus Pontifex. de ſent.excõ.Canoniſtæ in c.tranſmiſſa.qui fil.ſint legi. glo. & alij in c.Michael.de fil.præsby.¶Decimoquarto id fateri debemus & ſi ſingula prædicta non ſufficerent,omnibus tamen ſimul iunctis & cumulatis cum ea quę non ꝑ
26 ſunt ſingula † unita iuuãt.l.ſpadonem. §. qui iura.de excuſa. tut.plene in l. admonendi. de iureiur.circa materiã imperfectę probationes ſupplendæ:ergo quanto fortius quando ſingula de per ſe operantur , maxime cum ſimus
27 in antiquis † in quibus facilior admittitur probatio : ad no.per Inn.in c.cum in iure.de offi. deleg. per Iaſ. & omnes repetentes,poſt Bar.in d.l. admonendi.in materia ꝑbationis per teſtes, & maxime qa in multis caſibus adeſt reiteratio & geminatio quæ multũ operatur.l.baliſta. ad
28 trebel.l.cum ſimus.de agri.& cenſi. adeo ꝙ † producit & operat̃ probationem eius ꝙ alias non probaret̃:ut late ꝑ Feli.de confeſsione geminata in c.ſi cautio.de fid. inſtru. cũ ſimi. ¶Decimoquĩto ſuadet̃:nã in facto enarratũ fuit Bonifaciũ q̃ fuit marchio octauus de domo Saxonia in matrimonium collocaſſe Aloyſiam eius filiã Manfredo marchioni Saluciarũ:ſed ſi fuiſſent de eadem domo & deſcendentes Alledrami cũ nulla urgens cauſa ut pote ſta-
29 tus & marchionatus conſeruandi aderat:non † eſt uerisimile inter eos eiuſdem familiæ & agnationis ꝯctas fuiſſe
30 nuptias,cum id & ſi poſsibile ſit ſolitũ tñ non eſt a † cõiter accidentibus fieri:& argumentum a cõiter accidentibus ualet. l. certi condictio. §. ſi nummos.ſi cer.pet. ubi Bar.& oẽs no.l.certe.§.fi.de preca. adeo ut licet probatio
31 debeat concludere † de neceſsitate.c. in præſentia de ꝑba.l.non hoc.unde cogna.tñ ſufficit ut probatio concludat a cõiter accidentib.gl.Bal.& alij in l.neq; natales. de proba.Bal.in l.cum te.in ſecũdo no.de dona.ante nupt. & in c.ſi.in uer.ultimo.de cauſa poſſ.& proprie.plene per Alex.Iaſ.& alios in d.l.non hoc.unde cogna.& per Deciũ in c.in præſentia.de proba.ergo per iſtam cõſideratiõe concludenter probat̃ marchiones Saluciarum nõ eſſe de domo, & familia, & agnatione Alledrami & marchionũ Montiſferrati,& per conſequens nullum ius habere.

¶Decimoſexto comprobat̃ : nam cum eſt fundamentũ intentionis marchionum Saluciarum probare ſe eſſe de agnatione marchionũ Mõtisferrati,& Alledrami, & marchionatũ tanq̃ feudũ cõpetens maſculis ad eos exſpectare,& iſtud non probarunt,uidentur oẽs diſputationes ſu-
32 perfluę,cum actore † non probante reus abſoluatur. l. q
33 accuſare.C.de eden.& exceptio † tua non intereſt, impedit litis ingreſſum.Bar.ĩ l. ſi pupilli.§.uideamus. de neg. geſt.ĩ l.ſi unus.§.ante oĩa.de pac.in l.Papinianus. §.ſi qs impubes.de inoffi.teſt.ubi Ang.& alij:ergo a limine iudi-
34 cij dẽt repelli nec audiri , & hæc † exceptio põt qñcunq; opponi.Ant.de But.Card.& Imol.in c.ſuper his.de accu. ubi Feli.in col.pen.& in c.ex parte. col.2. de teſti. nec obſtat dũ aſſerunt id ꝑbare poſſe per famã publicã: qm̃ per ꝯriam famam illa fama eliditur , & per probationes ſu-
35 pra deductas:cũ una † facta tollat aliã.l.de minore.§. tormẽta.de qõ.& maxime quia fama quę pro domina duciſſa eſt magis uerisimilis & adiuuatur longa poſſeſsione,ꝑbationib.& alijs adminiculis:quo caſu præferenda eſt,cũ
36 probabilior † probatio pferatur:ut in c. licet cãm.plene per oẽs de proba.in l. non ſolum.§.ſed ut probari.ubi ꝑ Iaſ.& alios, poſt Bar. de no. oper. nun.& plene per mod. repetẽtes in d.l.admonendi.de iureiur.immo ſi ꝙ ius ha-

buerunt ei, patientia longa ac tolerantia pluribus actib. permissionis de quibus supra & infra, renunciarunt, ita quod amplius uerbum facere non possunt. ¶ Præterea & decimoseptimo considerandum est hos marchiones Saluciarum, & si probarint omnia quæ dicta sunt in præcedenti fundamento & concludenter φ tamen negatur nihilominus audiendos non esse cum non probarint se esse hæredes Alledrami primi acquirentis prout requiritur
37 in sua concessione: nam qui non probat † qualitatem requisitam in concessione uel lege uel statuto, nihil probasse dicitur. Bar. in l. j. §. quod autem ait prætor. ne quid in flum. pub. Io. And. in c. 1. de homicid. in 6. Pet. de Anchar. in cõsi. 261. de titulis. & maxime, ut dixi, cum iura si qua habebant facto suo & patientia diuturna amiserunt, quod etiam comprobatur. ¶ Decimooctauo considero. 230. annos, & ultra, lapsos fuisse a tẽpore quo marchionatus Montisferrati peruenit ad fœminas alterius familiæ & descendentes ex fœminis de domo Paleologorum, sed
38 † hoc longo tempore omnis actio tolli debet: cum regula sit triginta annis uel quadraginta tolli omnia iura. l. sicut. l. omnes de præscrip. trig. uel quadrag. ann. & in feu-
minor:& probat̃ in l.imperium.de iuriſ.om. iud. ubi ac-
cumulantur multa quæ uideant̃,ergo debet iudicari do-
natio. ¶Septuageſimoquinto qñ aliqua res duob. appli
150 cari poteſt in dubio eſt antiquiori†tribuenda.l.in finali
bus. ff. regun. cum concord. ſed donatio eſt antiquior
feudo,cum ſit contractus ẽt iuriſgentium, licet ab una
parte ſit tantum obligatorius.l.ex hoc iure.de iuſti.& iu
re.& feudum ſit multo poſt ius ciuile inuentum à conſue
151 tudine:nec†fuit cognitum à populo Romano.Bal.in c.
quem in eccleſiarum.in 10.col.de conſti. ubi inquit ſi po
pulus Romanus ipſum cognouiſſet exoſum habuiſſet,cũ
ſingulari perſonę tribuat iuriſdictionem & ꝯtineat quã-
dam perſonarum & rerum ſeruitutem: ponunt And. de
Iſer.Odof.Nico.de Neap. Iaſ.& alij in præludijs feudo-
rum.ergo debet iudicari donatio. ¶Septuageſimoſexto
confirmatur ex theorica q̃ habet bona iudicari debere
152 eſſe potius†allodialia quam feudalia: ut per Io. And.&
alios in c.nimis.de iureiur.& probat̃ in c.j.§. defuncto.ſi
de feud.fue. ꝯtro. inter domi. & agna. plura ponit Alex.
conſi.129. ponderatis. in prin. lib. j. & in conſi. 15. uiſis
narratis.lib.5.Deci.conſi.208.& in cõſi.268.col. j.& cõſ.
413.& conſi.414.conſi.468.nu.6.& conſi. 488. & alibi ſæ-
pe.ergo eſto ſine ueri præiudicio ꝙ aliqua adeſſent q̃ ſua
derent feudum eſſe ſicuti plura ſunt q̃ ſuadẽt donationẽ,
habemus interpretari donationem bonorum cum per
eam bona efficiunt̃ allodialia. ¶Septuageſimoſeptimo
ẽt conceſſo feudo ſine ueritatis præiudicio, ut magis de
exhuberãti iure illuſt. Ducis & Duciſſę, dico illuſt.Duciſ
ſam ad feudum admitti poſſe, cum ut dixi nullũ præſtat̃
153 ſeruitium:at ubi nullum præſtatur † ſeruitium fęminæ
admittuntur,Roma in ſin.180.hodię fęminæ. & in conſ.
367. cũ primũ.col.pe.alleg.Bal.in l.quoties. C. de ſuis &
legi.& in c.j.uer.decedẽte.qui feu.da. poſ. refert & ſequit̃
Dec.in conſ.32.& conſi.85.col.3.& conſi.139.& cõſ.208.
col.2.conſ.413.ubi ſemetipſum citat in ꝑdictis cõſilijs:&
latius ponit in conſ. 424.ubi etiam limitat plurib.modis
quorum aliqui ad caſum noſtrum adaptari poſſunt,ut ĩ.
ſubijciam.ſed plures caſus ac limitationes ponit Curt.in
trac.feu.in 3.parte.in j.q.prin.ubi limitat.3.modis. ¶Se
154 ptuageſimooctauo fęmina † admittit̃ ad feudum qñ eſt
cõditionatũ & nõ propriũ feudum.ita rñdit Barth.Soci.
in conſi.257.uiſis inueſtituris.in 6.col. ꝑ rõnes allegatas
ꝑ eũ quas uidere poteris:& hoc dictũ ſingulare appellat
Cur.in d.trac.in 3.parte.in q.j.uerſi.29. ſingulariter limi
tat̃.Dec.ẽt refert & ſequitur iſtud conſiliũ.in conſi.424.li
cet per illud inferat ad ſeruitiũ ꝙ per fęminam præſtari
põt:ergo fortius hic cum nullum,ut dixi in ꝓcedenti cõſi
deratione,ſed nemini dubiũ eſt & ſi feudũ noſtrũ dici poſ
ſet improprium eſſe,cum in multis ſit alterata natura feu
dorũ & ſubſtantia,ut ex ſ̃ deductis apparet:ergo dicta il
luſtriſsima do.Duciſſa admitti poteſt cũ trãſeat ad fęmi-
nas. ¶Septuageſimonono conſiderandum eſt cum hæc
conceſsio ſit habita ab Imperatore & ſupremo principe,
& ſit magnę dignitatis ſi alicui feudo aſcribenda eſt, ma
gis ligio q̃ alteri aſcribi debet. cum hæc ſint de natura
ligij magis quam aliorum:ad not.per Bal.in l.j. §.j.C.de
cad.tol.col. pe. ꝑ Iaſ. poſt alios quos allegat in prælud.
feud.col.31.ubi enumerat plures opiniones, & in uerita
te cum non ſit feudum, nec ſubſtantiam feudi habeat nõ
põt aſcribi alicui generi feudorum cũ multa repugnant:
& propterea non poſſumus dicere non eſt ligium, quia

non habet fidelitatem requiſitam in ligio &c. qm̃ non ha
bet etiam naturam aliorum feudorum: & propterea ut
concluſum fuit.ſ̃.non eſt feudum,tñ fractis regulis feudo
rum ſi alicui feudo pertinaciter aſcribere uelis potius li
gio aſcribere debes per ea q̃ dixi:ſed ad feudũ ligium ad
155 mittitur † fœmina.gl.in cle.paſtoralis.in uerſi.homoq;
ligius.de re iudi.Spec.Io. And. in tit. de feu.§. qm̃.uerſi.
21.Dec.conſi.prealleg. 424.Cur.in d.trac.feu.in 3. parte
prin.in j.q.in 10.limita.alleg.Alex. conſi. 3. & alios ut ꝑ
eũ. ¶Octuageſimo præſupponitur ꝑ Carolum Impera-
torẽ,Vinciſlaum, & alios Imperatores fuiſſe præfata bo
na conceſſa illis de domo Paleologorum deſcendẽtibus
ex fœminis de domo Saxonia ꝓ maſculis & fęminis ,&
ultra ducentum annos & trigintaquinq; ipſi de familia
Paleologorum & uſque ad hunc diẽ tenuerunt præfata
bona ut legitimi marchiões Montisferrati, & illuſtriſ-
ſima Duciſſa deſcendens ex illa familia Paleologorum
ſupereſt nullo exiſtente maſculo:ergo uirtute & ex uer-
bis expreſsis inueſtiturarũ, de quibus .ſ̃. ſuccedere põt,
156 cũ nullus ſupereſt†maſculus. c. j.epiſc.uel abbat.c.j.§.
filia.ubi no.de ſucceſ.feu.Bar.in l.ut iuriſiurandi. de op.
lib.Alex.conſi. 29. in prima parte.Cur. in d.trac. in j.q.
157 tertię partis.in limita.j.& merito quia tenor†inueſtitu
ræ attendendus eſt.c.j.in fi.de duo.fra.à cap.inueſti. ubi
no.Bal.& alij.idem Bal.& cæteri in prælud. feu. in 4.de-
ciſ.Io.de Ana.cõſi.7.uiſis.col.j.Dec.cõſi.213. & alibi ſæ-
pe per omnes. ¶Octuageſimoprimo præſupponitur, ut
dictum eſt, has cõceſsiones illis de familia Paleologorũ
158 †factas fuiſſe cõſentientibus marchionibus Saluciarũ:
ergo abſque difficultate fœminę admittendę ſunt.Rom.
in conſi.367.in ult.col.per tex.in c.j.de aliena.feu.pat.&
in c.j.§.hoc quoq;.de ſucceſ.feud.refert & ſequitur Cur.
in ꝑdic.trac.feud.in j.q.3.partis. in 11.limita. ¶Octua-
geſimoſecundo probatur quoq; ex uerbis conceſsionis
Otthonis,& ſi feudum continere diceretur: nam Ottho
conceſsit ꝑtãtem alienandi &c.ut ſ̃. ponderauimus, ſed
159 appellatione † alienationis cõtinetur tam alienatio in
uita quam in ultima uoluntate : ad not.in l. alienationis
uerbo.de uer.ſig.& nõ.in l.filiusfa.§.diui.de leg.j. nã in-
ſtitutio dicitur alienatio.l.ſi quis prioris.§. cæterum.ubi
gl.Bar.& alij not.C.de ſec.nup.l.ex hoc edicto.§. aliena-
re.de aliena.iudi. mut. cauſa fac. & præſertim cum eſt in
160 diſpoſitione † permiſsiua,licet ſecus ſit in prohibitiua
gl.cõiter approbata in l.pr̃.§.Iulius.de leg.3. item tã ta-
cita quam expreſſa cum loquuntur gñaliter & geminate,
ut ſ̃ ponderaui,ſed permittẽdo deuenire bona ſua ad ue-
161 nientes † ab inteſtato tacite dr̃ in eos conſentire & ad-
mittere.l.conficiuntur.de iur.codicil.cum cõcor.ibi,tra-
ditis,& alibi ſæpe. ¶Octuageſimotertio cõprobatur:nã
162 ſucceſsio ab inteſtato dr̃ alienatio†legis.l.cum pr̃.§. cũ
inter.de leg.2.ubi no.Imo. Raph.& alij.& Bar.no.in l.pe
to.§.fratre.& in d.l.pr̃.§.Iulius agrippa.de leg.3.ſed alie
163 natio † legis facilius conceditur quam alienatio homi
164 nis:ut no.in d.§.cum inter.ubi†prohibitus alienare ex-
tra familiam põt inſtituere filiam nuptam,uel alium exi-
ſtentem extra familiam qui ab inteſtato ſit ſucceſſurus:ſe
quit̃ Alex.conſi.55.in 2.col.& in cõſi.59.col.5.ad fi.in 6.
uol.Iaſ.in d.§.diui.col.antepe. qui atteſtat̃ hãc eſſe cõem
opinionem:ergo concedendo alienationẽ hominis mul-
tomagis cõceditur ſucceſsio ab inteſtato,ẽt pſonę extra
neæ & fęminæ,cum permittat hominis alienationẽ in hu
iuſmodi perſonas. ¶Octuageſimoquarto facit : nam ap-
pellatione alienationis uenit ſucceſsio ab inteſtato,ut ſu
pra dictum eſt:ut late no.in d.§.cum inter.& in §.diui.d.
l.filiusfa.de leg.j.& ſaltẽ lato ſumpto uocabulo:ergo di-
165 ſpoſitũ in una habes locũ in alia,cũ in exorbitantib.†li
cita ſit extenſio ad caſum qui lato ſumpto uocabulo ꝯti-
net̃.l.filiũ habeo.ad maced.plene ꝑ Alex. in l.ſi ꝯſtãte.ſol.
mat.& Iaſ.in auth.quas actiones.C.de ſac.ſan.eccl.ꝙ ma
gis hic eſſe dẽt cũ ꝑ hãc extẽſionẽ ſit reductio ad ius cõe
166 ꝙ habet ut ciuilibet†licitũ ſit ius ſuũ, ſeu ius ꝙ hʒ in re
alienare,& cuicunq; relinquere. l. uſq; adeo.ſi quis à pa-
ren.fue.manu.l.ſi domus.de leg.j.cum ibi not. ¶Octua-
geſimoquinto comprobatur hr̃e ſucceſſorẽ ab inteſtato

tam

tam masculū q̃ fœminā iuris cōis est. l. maximū uitiū. C.
167 de lib.preт.& latissima fit interpretatio† per q̃ fit reuer sio ad ius cōe ēt in correctorijs, licet non fiat extensio ex maioritate rōnis Bar. in l. pcipimus. C. de appel. & no. in l. si uero. §. de uiro. sol. mat. & tñ fit extēsio qñ fit reductio ad ius cōe. gl. in c. statutū. in uersi. numerandū. de prębē. in 6. Ant. de But. in c. olim tibi. de uer. sig. p illū tex. Alex. in l. si constante. sol. mat. late Ias. in l. si unus. §. pactus. de pac. ergo &c. ¶ Octuagesimosexto in oĩbus his alienatio
168 nibus, tam ex testō q̃ ab intestato militat† eadē rō: ergo dispositū in una dēt hře locum in alia. l. à Titio. de uerb. obl. l. illud ad l. Aquil. & maxime cum cōcurrat ,pprietas uerbi, cū identitate rōnis res nullā difficultatem hře vř. ¶ Octuagesimoseptimo considero q̧ illustris. Ducissa & illustris. Dux fuerunt inuēstiti à moderno Imperatore cū derogationibus & clis multū ,pgnantibus: & ita illustris. do. Ducissa fuit habilitata ad feudum casu quo ēt de iure
169 admitti non posset: nā princeps† habilitare pōt inhabiles ad feudum in piudicium agnatorū, maxime qñ sunt ,pximiores, tollendo rigorē ꝯsuetudinis feudalis: & ideo
170 † pōt legitimare naturalē in piudiciū agnatorū q̃ alias est incapax feudi: fm gl. Iac. de Belu. Pet. de Ceru. And. de Iser. Bal. Aluar. Car. & mod. in c. naturales. si de feu. fue. ꝯtro. ergo multomagis illustris. do. Ducissam q̃ per prius erat habilis, p supradicta, debet absq; difficultate p hanc inuestituram admitti. ¶ Octuagesimooctauo probat ex his quę late deducit Dec. consi. 390. col. 6. & Cur. Iun. in consi. 1. qui uolunt post doctores quos allegāt principē
171 † posse habilitare fœminam ad feudū in piudiciū agnatorū: ergo quanto fortius potuit hic illust. do. Ducissam habilitare cum nullum ius agnatis his debeat. uel saltem erat casus dubius, in quo dubio res absq; difficultate ,pcedit cū in fortioribus terminis ipsi loquant, qñ ius agnatorum certum & firmū erat, & sic ꝯstat q̧ potuit habilitare: solum superest ut uideamus an uoluerit: cum in quoli
172 bet actu requirunt† uolūtas & ptās. c. cum super. de of. deleg. & q̧ uoluerit probari vř. ¶ Octuagesimonono: nā
173 ipsum instituit de plenitudine† ptātis, quæ clā facit ualere actum, ut nihil ei opponi possit. Bal. in plud. feud. in 9. col. & Deci. in istis terminis in fęminis inuestitis pōderat in d. consi. 390. & de hac clā plene per Doct. in l. quāquam. & in l. in testō. de mil. testa. mod. in l. Centurio. de uulg. & pup. & de plenitudine potestatis pōt princeps alicui rem propriā auferre sine cā. Bal. in l. rescripta. C. de prec. imp. offe. col. fi. & in l. 2. col. 7. de serui. & aqua. Ang. in l. ita uerberatum. de rei uendic. §. j. quod maxime pro
174 cedit† qñ iuris ciuilis est. Ang. in l. 2. C. de quadr. pręs. plura cumulat Dec. in cons. 198. col. j. & per oēs in c. ecclesia S. Mariæ. de consti. q̧ licet apud me habeat aliquam difficultatem, ut alias declaraui in §. & quid si tantum. l. Gallus. de lib. & posth. tamen in hoc casu nullam habet difficultatem, cum nullum ius his agnatis competebat, ut ex superius deductis constat, & si competebat aliquid tñ
175 spe† cōpetebat & difficultatem habebat, ideo tolli potuit, fm Doc. in d. §. & quid si tantum. & in dictis locis.
176 ¶ Nonagesimo pondero clausulam ex certa† scientia, ,pp pter quam obseruandum est concessum à principe, adeo ut in dubium reuocari non possit. Oldr. in consi. 157. factum. col. 3. Bar. in consi. 196. ciuitati. col. 2. & in l. conficiūtur. de iure codi. in §. codicil. in prin. & ei qui aduersatur debet imponi ,ppetuum silentium Bal. per illum tex. in c. j. uer. si quis autem. in prin. per illum tex. de pace constan. & de hac clausula plura p Io. de Ana. cōsi. 80. uiso in strō. & Alex. consi. 225. nec arguēdi. col. 2. lib. 2. cum sim. ergo marchiones Saluciarum se opponentes huic inuestituræ non debent audiri, sed repellendi sunt, ac ipsis perpetuum silentium imponi debet: & uide Dec. q̧ hæc & plura alia congerit in consi. 198. & alibi sæpe. ¶ Nonagesi-
177 moprimo cōprobatur ex clausula non obstantibus, † q̃ operatur derogationem omnium obstantium, & multa quæ omitto cum ea referre longum esset. Bar. in tit. ad reprimen. in uer. non obstantibus. late per Feli. in c. nonnulli. de rescr. ubi ad saturitatem per Dec. in consi. 20. & per Galiau. in repe. l. Centurio. col. 23. de uul. & pup. ubi post

Bal. Ang. & alios in l. oēs. de præscr. 30. anno. ponitur, qñ tollat ea quæ requirunt specialem mentionem: ergo non obstantibus quibuscunque iuribus marchionum Saluciarum dicere debemus mentem principis inuestituram cōcedentis fuisse ut illustrissima do. Ducissa pacifice marchionatum Montisferrati teneret & possideret. ¶ Nonagesimosecundo ad corroborationem prædictorum mul
178 tum operatur clausula motus proprij, quę † tollit oēm subreptionem, ac apertum animum & uoluntatem concedentis ostendit, ac plures effectus operatur: ut per oēs in c. si motu proprio. de præb. in 6. & in cle. si Romanus. de pręben. & alibi sæpe. ¶ Nonagesimotertio comprobatur per has clausulas, saltem simul iunctas, quarum quęlibet de per se, si est sufficiens ad tollendum ius marchionum Saluciarum, maxime cum si quid est incertum ac fragile est, per supradicta: & in hoc debili iure non habentur ꝯdictores quo ad uim & ius cuiuslibet dictarum clausularum: ergo quanto fortius simul iunctæ id operari debent
179 rationem coniunctionis & † unionis: ad no. in l. qui pri. de acqui. hęr. & in l. qui ex duobus. eo. ti. & in auth. de cōsang. & uter. fra. & in c. j. de treug. & pace. cū uulg. ¶ Nonagesimoquarto ex narratione habita in præfatione, cuius uerba non transcribo, aperte colligitur animum principis fuisse omnimodo ducatum prędictum ad illustrissi
180 mā do. Ducissam ptinere: ex pręfationibus, † eni colligitur apertissime disponentis mens. l. fi. de hærod. insti. l. j. in prin. ad macedo. Alex. in consi. 20. uiso processu. uers. 6. lib. j. col. 2. & hoc modo arguit Alex. in consi. 7. uisis. col. 2. lib. 2. & in consi. 55. quoniam. lib. 5. & alibi sæpe p doct. ¶ Nonagesimoquinto ꝯsidero hic duplicem fuisse inuestituram de pręsa. illustrissi. do. Ducissa: unam factā uiuente ultimo masculo, cum spes non erat ut prolem generaret: aliam postremo factam post mortē dicti ultimi masculi, q̃ geminatio inuestiturarum multum debet operari: arg. not. in l. cum scimus. de agric. & censi. & in l. balista. ad Trebel. & per ea q̃ diximus. s. in alio fundamēto, de geminatione uerborum: ergo multo magis de ge-
181 minatione actuum, & præsertim † cū ex interuallo una fuit facta post alteram, ex quo præsumitur cum maxima deliberatione facta. arg. tex. in l. si mulier. ad uelleia. & late per doct. in locis supra alleg. circa geminationem. ¶ Nonagesimosexto aduertēdū est: nā si illustrissimam do. Ducissam saltem propter has duas inuestituras nouissime factas negetur admittēdam esse, sequeretur eas nullius momēti fuisse, & principem actus inualidos fecisse:
182 quā interpretationem capere nō debemus, cū ut† actus principis ualeat omnes iuris regulę frangantur, & pręsumit uti plenitudine ptātis. Pau. de Ca. in l. ex imperfecto. C. de inof. test. & in consi. 280. in facto. Alex. in l. quanquā de milit. test. & ēt in priuato, ut actus ualeat multa pmitti ꝯ cōes regulas congerit. Dec. in l. in cōtrah. de reg. iur. ergo fortius hic. ¶ Nonagesimoseptimo probatur: nam inficiari non potest & si his omnibus superius consideratis efficaciter non demonstretur partes illustrissimæ Ducissæ potiores esse, quod tñ negatur, saltem negari nō
183 pōt rem ipsam dubiā reddidisse, sed in dubijs ,p ea† parte pronunciandum est: pro qua iuris pręsumptiones militant Bar. Alex. Rom. Ias. & alij in l. non solum. §. sed ut probari. de no. ope. nun. ubi multa cōngerunt, ad quę te
184 remitto. ¶ Nonagesimooctauo† in dubio iudices ,p instrumentis pronunciare debent. arg. eorum quæ ponunt Bar. Alex. Ias. & cōiter oēs in l. j. §. hoc autem. de no. ope. nun. Ant. de But. Abb. Io. de Imo. in c. ex parte. de fo. cōp. Car. & Io. de Imo. in c. cum olim. Abb. de of. deleg. & alibi sępe. ubi uolunt fm instrumenta iudicandum fore, etiam si opus sit ut improprientur. ergo fortius ,p istis instrumentis in quibus non cadit impropriatio aliqua, & econtra, opus esset q̧ improprientur quo ad primum instrm Otthonis, ut late diximus supra quo ad alia instrumen-
185 ta ultima quę per maxime† attēduntur. l. pacta nouissima. de pac. cum concordantibus. nullo pacto possūt prodesse, nisi illustrissimæ do. Ducissæ cū principaliter & solum pro ea confecta fuere: ergo pro ea pronunciandū est. ¶ Nonagesimonono cū cætera instrumenta & inuestituræ sunt

ræ sunt clarissimæ pro illustrissima do. Ducissa & solum uideat aliqualis difficultas militare in primo instro Otthonis imperatoris, ut latius superius deduximus, habemus illud instrumentum interpretari ut contineat donationē & actū qui ꝯueniat tā sexui masculino quā fœminino, maxime cū uerba ꝯueniant cū in dubio interpretādū
186 est, ut consulatur† tā masculis quam fœminis. arg. tex. in l. maximū uitiū, cū in no, de lib. & posth. ¶ Centesimo cū ſm proprietatem uerborum illustrissima do. Ducissa ex omnibus inuestituris admittatur, ut diximus: & regula est non debere recedi a ꝓprietate uerborum. l. non aliter. de leg. 3. cum uulg, Item cum illustrissima do. Ducissa est poximior in gradu defuncto, & habet fundatam intentionem de iure cōi. iux. tit. ut cum. de app. cogn. in auth. cū
187 sim. & iudices si ꝙ dubium† adest in dubio ſm ꝓprietatem ac ius cōe ꝓnunciare debent. Bal. in c. j. de alien. iud. mut. cā fac. col. 2. in l. si tutor. de seruo cōi manu. Abb. in secunda parte statutorum. qō. 158. ergo pro illustrissima do. Ducissa ꝓnunciandum est. ¶ Centesimoprimo cum illustrissima do. Ducissa habet fundatā intentionem de iure cōi, ut diximus, & habeat nouissimas inuestituras in persona sua, & solum à parte aduersa obijciaī sibi de primo instrumento concesso Alledramo quod uidetur cōtinere donationem, ut late diximus: ergo & si aliquod dubium haberēt dñi iudices debent interpretari & iudi-
188 care contra partem aduersam† cum in eo instrumento se fundet, & iuris est ut uerba interpretentur ꝯ fundantē se in illis. Bar. & alij in l. ueteribus, de pac. in l. liberorum. in 5. col. de uer. sig. Alex. consi. 117. uol. 3. Dec. consi. 171.
189 ¶ Centesimosecundo in dubio pronunciandum † est ꝯ negligentes. arg. l. pupillus. l. qui aūt. §. sciendum. quæ in fraud. credi. l. summam. §. sed si alij. de pecul. l. debitor. in fi. j. responsi. de separatio. cum ibi plene traditis, & alibi sæpe: sed hi marchiones Saluciarum fuerunt multum negligentes cum permiserunt labi ultra ducētum: & triginta annos, & nullū uerbum de iurib. suis tribuerunt, & tñ si nunc aliqua iura habent eadem habebant ante prædictos annos, cum finita fuit illa linea masculina marchionum Montisferrati, & ad illustrissimam Violantidem Imperatoris uxorem peruenit: ergo ꝯ ipsos negligētissimos
190 pronūciandum est. ¶ Centesimotertio in dubio ꝓ† possessore pronunciādum est. §. commodum. insti. de inter. l. in pari, de reg. iur. gl. in c. nulli dubium. 12. q. 5. plene no. in c. ex literis. de prob. And. Sicu. in c. j. de prob. Ias. in l. j. sol. mat. ubi multa ad propositū cōgerunt q̄ non transferibo: sed illustrissima do. Ducissa & eius authores semp fuerunt in possessione: ergo pro ea pronunciādum est. ¶ Cē-
191 tesimoquarto in dubio ꝓ libertate † pronūciandum est l. quoties dubia. de reg. iur. l. iter pares. de re iud. c. fi. de re iud. ꝙ locū ēt sibi uēdicat aduersus seruitutē, ſʒ ēt libertinitatem & quamlibet seruitutem ēt ꝑsonalem uel realē: ut ponitur in l. si prius. de ope. no. nun. sed feudum habet
192 in † se quandam speciem seruitutis, cum feudatarius ꝑsonaliter seruire teneī, & dñm defendere, & alia agere &c. ut in ti. de forma fid. & de no. for. fid. & per Cur. in suo tractā, in 6. q. & 8. q. prin. in j. parte, & latius diximus supra. & si aliquod dubium adsit pendet à primo instro Otthonis Imperatoris, in quo dubitatur an sit feudum, iō in dubio iudicandum est non esse feudum, & sic pro illustrissima do. Ducissa. Ctesiēmoquinto accedit quoque illustris-
193 simam do. Ducissam ream esse, sed pro reo in dubio† ꝓnunciandum est. l. Arrianus. de act. & obl. l. fauorabiliores. de reg. iur. c. eum sunt. de reg. iur. in 6. c. inter dilectos. de fid. instr. c. ex literis. de prob. cum sim. ergo dñi iudicantes ꝓ illustr. do. Ducissa pronunciare debent saltem omnib. s. deductis simul iunctis. ¶ Rogo dños meos ne ęgre ferāt si ꝯ stylum meum ac uoluntatem plura deduxerim, cum id egerim ut constet illustrissimis dñis meis, quantum eorum cāæ hoc breui tpis spatio continuo interpretandi munere astrictus inuigilauerim. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Possessio bonorum feudalium defuncti spectat ad hæredem.*
2 *Intellectus ad textum in c. 1. §. si inter filiam. si de feu. fue. cōtro. inter dom. & agna.*
3 *Ratio quando unica duntaxat ad legem assignari potest, pro expressa habetur.*
4 *Ratio dicitur comprehendere casum, sicut genus & uerba.*
5 *Dispō feudalis in eo casu habet locum, cui eius ratio conuenit.*
6 *Possessio non continuatur in hæredem.*
7 *Limita quando defunctus habebat præpositos per quos possessionem exercebat corpore, & eo defuncto præpositi continuarunt possessionem nomine hæredis.*
8 *Adeptus ueram possessionem his interuenientibus quæ de iure requiruntur, in ea manuteneri debet, donec fuerit probatum super petitorio.*
9 *Superior, ne partes ueniant ad arma potest prohibere utrique ne accedant ad locum de quo est controuersia. limita ut infra.*
10 *Scandala ut euitentur, multa contra regulas iuris permittuntur. amplia ut ibi.*
11 *Dictum supra, non habet locum quando constat superiori quis possideat ex his qui arma sumere uolunt. declara ut ibi.*
12 *Possidens debet manuteneri in sua possessione, nec debet de facto expelli, etiam si esset prædo.*
13 *Iudex ex officio suo habet illa agere quæ pertinent ad repellendū iniurias, & ad conseruandum rempublicam pacatam.*
14 *Princeps debet curare ne fiant irrita facta & uerba eius.*
15 *Princeps debet illos tueri quos sub sua protectione suscepit.*
16 *Dominus tenetur adiuuare uasallum, etiam aduersus iniuriam alterius uasalli.*
17 *Locus à sufficienti partium enumeratione in iure procedit.*
18 *Iudicium est actus trium personarum de aliqua re in iudicio contendentium.*
19 *Petitoriū ante possessoriū terminari dēt, quoties agitur de rebus ad recuperandū difficillimis. declara ut ibi & limita ut infra.*
20 *Possessio ius est, secundum magis cōem opin. intellige ut ibi.*
21 *Delegatus secundū formā delegationis omnino debet iudicare.*
22 *Iudex super petitorio procedere debet, non obstante protestatione facta ut procederetur super possessorio suspenso petitorio, qñ in aliis actitatis postea constat partes super petitorio processisse.*
23 *Limita quando ad colorandum titulum & ad declarandum suā possessionem illæ productiones fuerunt factæ.*
24 *Regulare est ut prius super possessorio pronuncietur.*
25 *Protestatio per quam quis intendit quod agatur super possessorio suspenso petitorio, fieri potest.*
26 *Sententia libello conformis esse debet.*
27 *Petitorium ante possessorium explicari non debet, etiam si agatur de arcibus & rebus difficilis recuperationis, quando ambo litigantes sub eodem principe manent.*
28 *Quod author multipliciter declarat, & intelligit quando habent plura bona.*
29 *Item quando illa loca licet sint difficilia ad recuperandum litiganti, tamen essent facillima ipsi principi.*
30 *Item quādo litigantes manerēt apud principem, ita quod semper esset in facultate principis eos personaliter detinere.*
31 *Item quando nolunt præstare cautionem.*
32 *Paria sunt aliquid exprimere per se, uel per relationē, ad aliud.*
33 *Verba in potiori significatu quando sumantur, & ibi illa regula multipliciter declaratur.*
34 *Causa commissa simpliciter, continet tā possessoriū q̄ petitoriū.*
35 *Potior significatio uariis modis consideratur.*
36 *Actus facti post protestationem, non operantur ut uideatur recessum à protestatione, quando non sunt de directo contrarii & incompatibiles protestationi.*

RESPONSVM X.

¶ An possessio bonorum feudalium spectet ad hæredem defuncti, quousq; decidaī petitorium. Et an superior, possessionē feudi de quo lis est inter duos ex suis uasallis ad se auocare debeat, uel auocatā retinere donec sñia lata fuerit. Et an petitoriū simul cū possessorio explicari possit.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ Queritur iterū ut scribā qd sentiā in cā illustrissimorū do. Ducis & Ducissę Mantuæ, circa ducatū Mōtisferrati quo ad possessionē: in quo articulo tria discutienda forent. Primū est, ad quos spectat possessio ducatus Mōtisferrati quousq; decidaī rentanum. Secundū est, an Imperator possessionē ad se auocare

care

care debeat,uel auocatam retinere quousque lata fuerit sententia.Tertium est,an petitorium simul cum possessorio explicari possit, in quibus licet copiose scribendū foret,cū res ipsa ita exigere vr̄,& qm̄ maiorem partē Iureconsultorum famosissimorum Italię in ea scripsisse fert. Nihilominus propter angustiam tēporis, & quia ex his quæ latissime scripsi in petitorio colligit resolutio,breuibus agam.¶Circa primum,omissis argumentis ad par
1 tes dico † possessionem spectare debere ad illustrissimā do.Ducissam:per tex.in c.j.§.si inter filiam. si de feu. fue. contro.inter dom.& agn.prout ibi no.Bald.Alex. Ias. & alij post eos quos allegant in l.fi.de edic. diui Adri. tol. ad idem gl.in c.j.in tit.de contro.inter mascu.& fœmi.de benefi.Pau.de Cast.consi.163.in cā.plura allegat Alexan. consi.129.ponderatis his.lib.j.& consi.15.uisis narratis. in prin.lib.5.Dec.consi.269.consultus ab illustr.& consi. 413.consuluit accurate.& consi.467.& hanc opinionem cum sit firma alijs authoritatibus non corroboro.Sed in hac causa punctus difficultatis esse vr̄ in hoc, si dicatur
2 † ille tex.loquitur in filia:item qñ filia dicebat bona allodialia:nos autem sumus in sorore quę fatetur feudum,ut patet cum fuit inuestita:ergo cum uerba non conueniūt, nec eius dispositio.l.4.§.toties.de dam.infec.¶Respondeo ꝙ & in sorore militat eadem ratio. Nam ideo ibi est quia licet possessio non transeat in hæredem.l. cū hæredes.de acqr.pos.cum possessio defuncti uidet spectare ad hęredem, & non debet priuari illa antequam sit declaratum:igit ius est in hærede, sed ista est hæres, ergo &c. Item quia hæres succedit in uniuersum ius defuncti.l.hæredem.de reg.iur.l.nihil aliud.de uer.sig. Ideo ex quo est hæres uidetur habere fundatam intentionem suam: quæ rō militat hic,& licet rō ibi nō sit expressa, tn̄ quia unica
3 †tm̄ pōt assignari & assignatur.s. quia hæres perinde hr̄
4 ac si esset expressa.glo.l.quamuis.l.C.de fideic. & † rō dr̄ comprehendere casum,sicut genus & uerba. Bal.in auth. post fratres.C.de leg.hære.Pau.de Cast.in cō.336. p̄sens casus.Igitur in d.§.si inter filiam.vr̄ expressus iuris censura, ¶Secundò dico ꝙ si ibi est ubi constat ꝙ est agnatus qui mouet controuersiam,& sic constat illum esse legitimum ꝯdictorem,nec an sit agnatus refricatur in dubiū, ergo fortius in terminis nostris debet habere locum, cū uere non apparet contradictorem esse agnatum, nec probatur legitime,ut dixi in primo dubio.¶Tertio dico ꝙ si ibi hęres prius mittitur in possessionem quam aliquid discutiatur, & tn̄ fœmina fatebatur esse liuellarium, ut ibi dr̄ in tex. & ibi not. Bal. quod ad fœminam non solet spectare:nec ēt ibi fœmina fuit inuestita, quanto fortius hic ubi fœmina negat feudum,nec constat esse feudū, uel liuellum,ut late in primo dubio, & dato ꝙ esset feudum fœmina ipsa fuit inuestita,& sic non pōt denegari quod illud beneficium non cōpetat sorori hæredi:præsertim in terminis nostris, ubi adest minor difficultas quā erat in casu. d.§.inter filiam.cū hic nō apparebat esse agnatum, nec mulier fatebatur liuellarium, ut ibi: nec erat inue-
5 stita : ibi ut hic, ut dixi.Et sic cum ratio conuenit† habet locum dispositio:ut per Bar.& alios in l. qui se patris.C. unde lib.qui respondet in simili ad.l.4.§. toties.de dam. infec. ergo fortius hic, cum non solum ratio illius cap. sed maior & fortior ut latius constat ex his quæ dixi in altera allegatione. ¶Item & secundo respondetur quod lex ibi posuit casum particularem, & dispositio postea est generalis.arg.l.regula.in fi.de iur.& fac.ign.ergo &c. Preterea considero quod ista do. Ducissa fuit inuestita, & sic habet ius certum & de præsenti, ergo debet mitti in possessionem:presertim cum iste non probauit se legitimum contradictorem & esse feudum, & se esse talem q deberet succedere.arg.eorū quę ponūt doc.in l.fi.de edic. diui Adri.tol.ꝙ antequā apparet ꝙ sit legitimus ꝯdictor mittatur in possessionem cum altiorem postularet indaginem:iuxta not.per Dec.in consi.390.cū multis de quibus p doc.in d.l.fi.& licet loquantur ex testamēto, tn̄ dispositum ex testamento habet locum ab intestato qñ militat eadem ratio:ut est gl.magistralis in l.j.& ibi oēs.C.de his qui ante aper.tab.& si est in possessione,multo magis debet confirmari: ad not. in d. l. fi. & ꝙ habeat ille text locum ab intestato ponit Deci.consi.22. & Brunus ꝯs. 2
6 ¶Itē comprobatur:nam licet nō † cōtinuetur possessio
7 in hęredem. l. cum hæredes. de acquir.pos.tū†continuat qñ defunctus habebat prępositos p quos possessionem exercebat corpore, & eo defuncto prępositi ꝯtinuarunt possessionem nomine hæredis,eo casu hęres dr̄ possidere absq; alia apprehensione:ut dr̄ in colono in l.qui uniuersas.§.qui per colonum.de acq.pos.ubi Alex.in j.no.& faciūt no.in decis.Neap.157.col.2.& in deci.325.ubi istud ampliatur ēt si colonus ꝯtinuat possessionē simplr̄, & nō recognoscat aliū in dn̄m,licet non ꝯstet ꝙ continuet noīe hæredis,sed hic officiales & alij agentes noīe Ducis post eius mortē nō solū ꝯtinuarūt possessionē, & eorū officia simpliciter neminem aliū recognoscendo:sed illustrissimā do.Ducissam recognouerunt & eius noīe ꝯtinuarūt, ergo ipsa uere possidet & ad eā spectat possessio. ¶Accedit ad p̄dicta ꝙ fertur illustrissimā do.Ducissam mortuo marchione Montisferrati accepisse corporalem possessionē dicti marchionatus uti ad ipsam spectātis iure hæreditario,& ex inuestituris factis in ꝓpria persona, ac omni meliori mō,& fecisse actus possessorios qui ad adipiscendū uerā possessionē de iure requirunt:ergo pro ea
8 pronunciandū † & manutenēda est in possessione quousque probauerit in petitorio:ad plene no.in d.l.fi. de edi. diui Hadria.tol.maxime in gl.in uers.missus.per Bal.in c. capitulū.col.j.de rescrip.& plene in c. ex literis. de ꝓba. per Bar.in c.j.in fi.de ꝓba.cū simi. ꝙ in casu nr̄o optime ꝓcedere debet cū nullū ius habet illustrissimus marchio Saluciarū nec in possessione,nec in proprietate, & si ꝙ habuit amisit ex pluribus causis deductis in alia allegatione non reperto.¶Circa f̃m uidebat auocare potuisse ac debuisse possessionem dicti marchionatus,& in sequestrum ponere ne illustrissimus Dux Mantuę maritus illustrissimę Ducissæ prætendens marchionatum Mōtisferrati ad ipsam tam rōne dn̄ij quam possessionis per s̃ deducta, & ex aduerso illustrissimus marchio Saluciarum ueniat ad
9 arma:nam†superior ne partes ueniant ad arma pōt prohibere utrique ne accedant ad locum de quo est controuersia.arg.l.ęquissimum.de usufr.ubi Bar.Bal. Flo. Alex. in addi.& in l.fi.de of.procu.cęs.in l. cōi diuidundo. & in l.in uendicatione. §.j. de bon. auth. iud. pos.Spec.in tit. de pet.& pos.in uer. in summa. & sequitur ibi Io.And.in addi.& ponunt Host.& Inno.in c.in præsentia.de proba. & sequunt alij Canonistę. Alex. ꝯs. 7. in ꝯsultatione præmissa.col.pe.Guido papæ.in quæst.577. si agat.& hoc ra
10 tione scandali euitandi.†nā ut scandala euitentur,multa ꝯ regulas iuris permittuntur:ut ponit Roma.in l.si uero. §.de uiro.sol.mat.in 7.fallentia. & multa cōgerit Feli.in c.2. de præscrip.& de timore scandali credendum est superiori,sicut in simili nos uidemus.ꝙ credit iudici de impedimento.c.pastoralis.ubi gl.in uerbo,exonerare.de offi. deleg.plura ꝯgerunt ad id Alex.Ias.& alij in l.j.de of.eius cui mād.est iuris.col.18.uer.sed iux.hoc qrit. & in specie in timore scandali hoc uoluit Dec.in l.si pacto quo pęnā. col.2.C.de pac.ꝙ absq; difficultate in hoc casu vr̄ admittendū ex qualitate ꝓsonarū. Nā dux Mantuæ & marchio Saluciarū sunt duo strenui armorū duces ac principes, q eo magis quo bella gerūt ac p̄liant, eo magis bn̄ se hn̄t, & ꝓpea facilius p̄sumi potuit ut ad arma se ꝯferrēt, nā qualitas ꝓsonę spectāda est.arg.not.in l.aut facta. §. ꝓsona. de pę.& in l.plenū.§.equitij.de usu & habit.cū uulg.& iō magis esse debet cū iā preparasse milites dicebat,& sic timor non erat uanus cū habebat iā materiam p̄existentē. ¶Melius uero ꝯsiderādo determino ꝯrium & præsuppono illustris.Ducissam habere ciuilem & naturalem possessionē.eamq; adeptā fuisse mediantibus titulis coloratis, & inuestituris à Cæsare in eius persona factis, & quia est hæres ultimi marchionis,& ex pluribus rationib. in p̄cedenti articulo,& latius in alia allegatione deductis, quo stāte dico illud dictū,de quo.s.fundatū i l.æquissimū.de
11 usuf.nō hr̄e † locū:qm̄ qñ ꝯstat supiori qs possideat de his q arma sumere uolūt eo casu nō debet auocare possessionem,nec sequestrare:sed debet pręcipere parti quā cognoscit

gnoscit nō possidere, ut sub pęnis nō audeat accedere de pos. Bal. in l. ordinarij. uer. 3. quæro. C. de rei uendi. & in l. j. C. de prohi. seq. pec. in fi. j. col. Cur. antiquus in cōs. 60. super articulo. Inn. in d. c. in præsentia. & canonistæ. Dec. in l. fi. de edic. diui Adri. tol. col. 3. & rō quia possidens de
12 bet † manuteneri in sua possessione, nec debet de facto ex pelli ēt si esset prędo. c. licet episcopus. de præb. in 6. l. meminerint. unde ui. l. fi. si per uim, uel alio mō. Cal. in cons. 4. de dil. Car. in consi. 132. duo sunt. in 2. dubio. Alex. cōsi. 82. uisa. col. 2. & consi. 30. ponderatis. lib. 5. iudex debet prouidere ne quis turbet aut spoliet rebus suis, ac iniurijs afficiatur, cum bonos tueri debet, & alios turbantes
13 castigare. l. congruit. de of. pręsid. cum uulg. Et debet † ex officio suo hæc agere quæ pertinent ad repellendum iniurias, & ad defendendum bonos, & ad conseruandum rem publicam pacatam: ut p Alex. & alios post Bar. in l. 4. §. ꝙ aūt. de dam. infec. limitant regulam illius. §. q̄ uult iudicem non teneri impartiri officiū suum, nisi petatur: & sic Imperator ad quem spectat defendere quemlibet oppressum & superbiam iniuste turbantium punire, ac pacatā rempublicam tenere, & unicuique ius suum conseruare, ut ipse in iuris pceptis posuit. §. iuris pcepta. insti. de iust. & iu. &c. & sæpius attestatur se ita facere: & ut ita sit inuigilare totis uiribus debet repellere & coercere audaciā marchionis Saluciarū, si illustrissimam Ducissam de facto ui & armis in sua pacifica possessione turbare tētauerit, & maxime cum fuit ille qui eam inuestiuit bis de
14 eo marchionatu Montisferrati: & † ad principem spectat tueri ea quæ fecit ne fiant irrita uerba de ore suo: ad not.
15 p Bal. in consi. 278. pridie consului. lib. 3. & ꝙ † spectat ad principem tueri illos quos sub sua protectione suscepit ēt de facto sumptis armis. tradit Pet. de Anch. in ꝯsi. 87. omisso. 1. dubio. de quo per Ias. post alios in l. stipulatio ista. in prin. de uer. obl. & per Dec. in l. nō vr̄. de reg. iu. quæ omnia in hoc casu locum habere debent cum Imperator inuestiuit illā & suscepit pro feudataria, ut dixi. &
16 iure particulari dn̄s tenetur † adiuuare uasallū. c. j. qual. domi. ex proprieta. ubi Aluar. & alij. c. j. §. dn̄o committente. ubi Bal. & alij si de feud. fuer. ꝯtr. inter. dom. & agn. ꝙ ēt hr̄e locum debet ꝯ alium uasallum de facto procedentem, cum quantum ad ius uasalli turbati non refert, an sit alius qui prætendat se esse feudatarium, uel nō: cū utroque casu in sua possessione turbat, licet referat quātum ad dn̄m cum neutro casu amittat subiectionem: sed iura quę uolunt dn̄m teneri ad adiuuandum uasallum, considerant & iubent illud propter uasallum nō propter dn̄m, cū nullus cogatur, ut rem propriam pro derelicto non habeat. toto tit. pro derelicto. & cum id principi facillimū erit cum marchio Saluciarum militet nūc sub eo oīo prout prohibere pōt & debet, ꝓhibebit: & ex hoc apparet rn̄sum ad contraria. non repeto, ergo &c. ¶ Circa tertium uidebatur nullum uerbum faciendū esse quo ad utilitatem illustrissimę Ducissę cū iā demōstrauimus eā manutenendā in possessione, nec possessionē sequestrandā fore: & si sequestrata est eidem relaxandā quousq; aduersarius docuerit iura sua. itaq; sua non interest, ut fiat relatio Imperatori. Primo super possessorio ꝓut agentes noīe eius quęrere uidētur, immò cum sit possessor, magis sua interest, ut agat petitorio, & lōgo ac prolixo iudicio, & interim manuteneat in possessione quam adepta fuit, & si agentes Imperatoris custodire uelint marchionatū, noīe Ducissæ custodiant: & hoc erit cōmodum possessionis. §. commodum. insti. de interdic. ¶ Nihilominus ut ei obtemperem, dico prima fronte uideri cognoscendum esse super petitorio, & hoc à sufficienti partiū enumera-
17 tione, qui locus † in iure receptus est. §. oīum. insti. de act.
18 l. pr̄e furioso. de his q̄ sunt sui uel alieni iur. sed † iudiciū est actus triū personarū de aliqua re in iudicio cōtendentium. c. forus. de uer. signi. & in rubr. de iudi. & c. j. per oēs post Ant. & Abb. sed ex qualitate rei iudicū ptāte, & litigantium propositione: & actitatis super petitorio iudicādū est, ut ꝓbabo: ergo super petitorio prius terminandū est. & id probo. Primo rōne rei de qua agit: nā agit de hoc marchionatu Mōtisferrati in quo sunt ciuitates & castra munitissima & difficillima ad recuperādū, quo casu par-
19 ticulari rōne ex qualitate rerū super † petitorio agēdum est & terminandū: ut p Alex. & alios in l. naturaliter. §. nihil cōe. de acq. pos. & hoc rōne difficillimę recupatiōis: ut p eos ibi, ergo sup petitorio terminādū est p prius. & idē uoluit Cępol. ꝯs. 6. col. 4. Soc. ꝯs. 87. col. pe. uol. 3. Lanfr. in rub. de cā. poss. & propriet. ¶ Secundo ꝯsidero uerba cōmissionis & delegationis Imperatoris factę magnificis dominis iudicib. cōmissarijs, q̄ est super prętendētib. ius in marchionatu Montisferrati, uel locis possessis &c. &
20 sic loquit de iure: & l3 † possessio s̄m magis cōem opin. sit ius: ut per Bar. Pau. Ang. Alex. Ias. & cōiter doc. in l. j. in prin. de acqui. pos. nihilominus est debile & uile. l. j. si de momenta. pos. fuer. appel. & no. in rubr. de acq. pos. & in l. naturaliter. §. nihil cōe. de acq. pos. dū doct. ponunt differentias inter possessionem & dn̄ium, & uerba capiuntur in potiori significatu. l. j. §. qui perpetuum. si ager uectig. uel emphy. pet. ergo debent intelligi de dn̄io, & ut super
21 dn̄io iudicēt, & ita hn̄t iudicare cum s̄m formā † commissionis quę diligenter attendenda est. c. cū dilecta. de ꝯfir. util. uel inutil. & no. in l. & quia. de iur. om. iud. & in l. more. eo. tit. ergo considerata iudicū ptāte sup petitorio terminandū est. Postremo id suadet ex actitatis, & p partes productis: nā licet ex parte illustrissimæ Ducissæ fuerit ꝓtestatum super possessorio procedendū esse suspenso petitorio, nihilominus postea & in exceptionibus & probationibus, ac alijs actitatis & productis, constat eos super petitorio ꝓcessisse & litigasse, & sic facto ipso recesserūt
22 a protestatione: nā † protestatio ꝯria facto nullius est momenti. l. alimenta. de neg. gest. no. oēs in l. non solum. §. morte. de no. ope. nun. & in c. cum M. Ferrariensis. de constit. & ita uidenī determinare dn̄i de Rota in deci. 250. de cā pos. & proprie. sed ad eam informantes me ꝓ illustris. Ducissa conentur multipliciter rn̄dere, ut in eorum pul-
23 cherrimis allegationibus: ut † nō habeat locum qn̄ ad colorandum titulum, & ad declarandum suā possessionem illę productiones fuerunt factæ: ad no. per Alex. in consi. 128. uol. 4. & quia de mādato iudicis illa fuere producta, quo casu non recedit à protestatione: s̄m Io. And. & Hos. in c. Cumana. de elec. & in his casibus nō loqunī dn̄i de Rota, ad ista pōt replicari ꝙ hęc non probanī per agētes illustr. Ducissæ, & præceptum iudicis non præsumitur cū sit facti. l. in bello. §. factę. de capt. & postli. reuer. sicut dr̄ de mandato ꝙ non p̄sumitur. l. si filius. de pet. hær. plene in l. sciendum. p Ias. & alios. de uer. obl. & mandata q̄ adsunt necessario non astringunt, saltem ut non possint declarare animum suum & repetere protestationem: & iō cum non repetierint protestationem uīr ab ea recessisse, cum illę ꝓductiones & actitata fuerūt ex interuallo: s̄m Abb. in d. c. cum M. post Archi. 27. dist. c. j. Host. in tit. de constit. §. qn̄ constitutio. col. pe. Ant. de But. in c. j. de lit. cōtest. col. antepen. & ita cōiter tenetur: ut per Feli. in d. c. cum M. licet sit altercatio an probetur in l. cum in plures. §. locator horrei. locat. cum ille tex. uario mō intelligat, ergo &c. & ex his vr̄ tm̄ super petitorio oīo pronunciandum esse. His tn̄ non obstantibus determino cōtrarium,
24 & considero regulam esse † prius super possessorio pronūciandum esse. l. ordinari. de rei uēdic. l. incerti. de interdict. gl. in c. pastoralis. de cā pos. & propriet. ubi no. canon. & in c. cum ad sedem. de restit. spol. per oēs legistas in l. naturaliter. §. nihil cōe. de acq. pos. ubi Bar. in 6. 7. & ult. cōbinatio. tenet istud declarando & ampliādo siue unus agat possessorio & alter petitorio, siue uterq; possessoriū & petitoriū ꝓponat: & hoc absq; dubio in hoc casu locū h3 cū ꝓtestata est illustris. Ducissa ꝙ intendit agere sup
25 possessorio & suspendit petitoriū, ꝙ † quidem fieri pōt: ut per oēs in d. l. naturaliter. §. nihil cōe. de acquir. pos. ubi alleganī plura consilia & decisiones quæ nō transcribo, maxime p repetētes Florētinos & Thaurinēses, ubi inter cętera allegāt decisionē Rotę. 250. de caus. pos. & ꝓpriet. & 282. i nouis. ubi ꝯcludūt fieri posse à me ꝯclusionē i cā. ergo quāto fortius hic ubi ante litē ꝯtestatā dr̄ suspensionē factā & ꝓtestatū, quo casu absq; dubio fieri potuisset, cū & emandari & multari potuisset libellus. l. edita. C. de eden.

edend. adeo ꝙ libellus non dr̃ continere, nisi possessorium ex uoluntate partium quantum ad illud iudicium considerato effectu: ergo aliter nō potest ferri sententia quam
26 super possessorio, ut sit conformis libello, †cum sententia debet esse conformis libello, alias non ualet. l. ut fundus. cōi diui. c. licet hely. de simon. plene in §. curare. insti. de act. & hoc cum sit ẜm communia, & parum refert, ut dixi, aliter non corroboro. Sed ad adducta in ɔ̃rium rñdeo. Et ad primum de quantitate rei respondent mod. Thaurinē
27 ses in d. §. nihil commune. non procedere qñ ambo† litigantes sunt sub eodem principe: per not. per Ang. in l. 2. qui satisdare cog. quæ limitatio, licet uideatur æqua, tñ non potest fundari in dictis Ange. cum Sali. Paul. de Cast. Alex. ibi teneant ɔ̃rium: sed eam admitto qñ sunt sub eo-
28 dem principe: & habent † plura bona quæ de facili amitterent si arces illas aduersus uoluntatem principis retinere uellent, ita ꝙ non est uerisimile ꝙ retineant, & sint irrecuperabiles saltem per indirectū, & hoc quia cessat ratio propter quam doctores recedebāt a regula. Secundo hoc admitterem, & ab illa limitatione recederem qñ illa loca
29 † munita, licet essent difficillima ad recuperandum litiganti, tñ essent facillima ipsi principi, ut quia sit tam magnus princeps ut ei resistere non possit: & hoc etiam quia cessat ratio limitationis, & per consequens cessante ratione reuertimur ad regulam pro qua pronunciare debemus l. omnis diffinitio. & not. in l. j. de reg. iur. Tertiò, idem di-
30 cerem † qñ litigans maneret apud principem, uel principis exercitum, ita ꝙ esset semper in facultate principis habere eū ꝓsonaliter, ac in persona eū punire posset, quo casu non est uerisimile ꝙ recalcitret ɔ̃ uoluntatē principis ne incidat in crimē rebellionis & læsæ maiestatis, & morte afficiatr̃: ad no. in tit. qui sint rebelles, & ff. & C. ad l. iul. maiest. sed hæc oīa concurrunt in his principibus litigantibus cum bona pro maiori parte sint facillima ad recuperandum sui natura, & quantū ad Imperatorem non sint apta ad resistendum. Item ipsi sint in castris Imperatoris & apud eius ducem. Quartò rñdeo illud dictū non habe-
31 re locum† qñ uolunt præstare cautionem: ad no. per Abb. in c. 2. de seque. propri. & poss. faciunt not. per Alex. in l. si fideiussor. §. fi. qui satisdat. cog. & not. per Bar. in l. litibus de agri. & cēsit. sed Illustrissima Ducissa ac Illustrissimus Dux sunt parati præstare cautionem, ergo &c. ¶Secundo non obstat cōmissio & delegatio Imperatoris, qm̃ si uerba eius rectè spectenr̃ non excludunt possessorium, immò includunt cum se referant ad hos principes litigantes super marchionatu Montisferrati, & sic cōmittit lites & altercationes istorum: sed isti habent litem tam super possessorio q̃ petitorio: ergo perinde est ac si specialiter utrūq;
32 fuisset cōmissum, cū paria† sunt aliquid exprimere per se, uel per relationē ad aliud. l. in testō. de ꝓdi. & demō. gl. & alij in l. admonendi. de iureiu. & plene in aut. si qs in aliquo. C. de edē. & ita rñdetur ad illud ꝙ uerba intelligunr̃ in potiori significatione, ut nō procedat qñ ex alijs appa- ret qūo intelligi dēt, ut hic per relationem ad aliud. Item
33 procedit† qñ una tñ significatio capi debet: sed qñ plures capi possunt tūc & potior significatio sumir̃ & aliȩ nō excludunr̃: ut ꝑ Are. Abb. & alios in c. ex parte. de decim. ergo hic nō excludir̃ significatio possessorij. & hoc vr̃ pro
34 bari ex cōi theorica doctorū in terminis. nā uolunt † cā cōmissa simplr̃ contineri tam possessoriū q̃ petitoriū, ut est casus. & ibi Abb. & sequunr̃ alij in c. j. de sequest. possess. Ias. & alij in d. §. nihil cōe. ꝙ nō esset uerū si uerba deberēt intelligi in potiori significatione, cū tñ petitoriū cēseret cōmissum, sed est ex ratione prædicta. Itē pōt esse alia ratione, quia agir̃ de litibus expediendis: ad not. in l. properandū de iud. & c. finem litibus. de dol. & cōtu. & ratio cōmissionis militat in utroque, ut quia Imperator est oc
35 cupatissimus, & non pōt illa uidere &c. prætereà† potior significatio uarijs modis considerar̃ & inter alios illa dr̃ potior quæ est ẜm ius cōe, lȝ alia fuisset fortior. Dec. in c. 2. col. fi. de appel. sed ẜm ius cōe est ut prius possessoriū q̃ petitoriū expediar̃, ergo &c. & hoc ēt magis debet esse in rescriptis quæ recipiunt interpretationem a iure cōi, ēt si improprienr̃: ad plene per Dec. post alios in rub. de rescri.

¶Vltimò non obs. per actus iudiciales super petitorio factos recessum fuisse a suspensione petitorij, & protestatione, pręsertim cum facti fuerunt ex interuallo, qm̃ aduertēdum ad actus factos qui uidenr̃ respicere petitorium, cū non sunt illius uirtutis, ut per illos uideatr̃ recessisse a sua protestatione & possessorio, quia nō sunt contrarij possessorio, nec incompatibiles: nam nō nocet meæ possessioni ꝙ ego sim dominus, & ꝙ ego allegem & doceam causam meæ possessionis, & hęc facio principaliter propter possessionem tm̃, & non propter dominium: & his casibus actus
36 interpretanr̃, ut per eos non intelligatur recessum† a protestatione cum ei de directo non repugnant, & propterea a protestatione declaranr̃. ita Innoc. Abb. & sequunr̃ alij in dicto. c. cum M. in tertio membro principali. Bar. & alij in dicta. l. non solum. §. morte. col. 6. de noui ope. nuncia. per tex. in l. nesennius. de neg. gest. Ang. in l. iurisgentium. §. ꝙ fere. de pact. in prin. cū concord. & merito qa nō præsumitur mutatio uoluntatis. c. maiores. de baptismo. ubi Abb. cap. licet. de procu. in 6. ꝙ habet locū etiā in his quȩ ex interuallo sequuntur, maximè cū sumus in his quæ dependent a uoluntate protestantis: ut per Bar. Bal. Ange. & Sali. ac alios in l. pacta nouissima. C. de pact. sed ꝙ actor agat super possessorio, uel petitorio pēdet a sua uoluntate sicut agere, & non agere pendet. argu. tex. cum ibi not. in l. j. de eden. ergo non est recessum a protestatione ꝙ maxime admitto quando illa acta necessario nō tollunt protestationē, nec contrarianr̃, ac repugnet actui principaliter proposito, ita ꝙ non possint stare eo permanente, ut hic uideanr̃ acta. Et ex his apparet non obstantibus cōtrarijs illustrissimam Ducissam habere legitime ciuilem & naturalē possessionem, nec ab ea auocandam esse & sequestrādam, sed manutenendā, & declarādū esse super hac possessione suspēso petitorio, & si de facto fuerit propter importunitatem petentium auocata relaxādam esse. Laus Deo.

¶Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Praecedentia declarant sequentia.*
2 *Orationis una pars, ab altera recipit declarationem.*
3 *Determinata sub eadem determinatione aequaliter determinari debent.*
4 *Dictio, &, repetit qualitates praecedentes in sequentes.*
5 *Exceptio stricte uenit interpretanda, ut minus regulari offendat.*
6 *Interpretatio contra eum qui se fundat in uerbis contractus, & contra interrogantem fieri debet.*
7 *Conuentio dubia secundum id quod minimum est interpretatur.*
8 *Contractus in casu uerisimili facti intelliguntur.*
9 *Verbum alijs, de similibus intelligitur.*
10 *Genus positum post species enumeratas, non debet comprehendere species prioribus in qualitate dissimiles.*
11 *Indefinita prolata ab homine de proprietate non aequipollet uniuersali.*
12 *Verba capiuntur propriè.*
13 *Verba in contractibus strictè capi debent.*
14 *Actus agentium non debent operari ultra eorum intentionem.*
15 *Verba in dubio, ad dispositum, intelliguntur stare demonstratiuè.*
16 *Quod procedit etiam si demonstratio sit superflua.*
17 *Expressum in uno capitulo, & nō in alio, in eo capitulo in quo fuit omissum non uendicat sibi locum.*
18 *Contractu principali uitiato, uitiatur & ipsum constitutum.*
19 *Interpretatio semper fit ut contrahentes se conforment cum dispositione iuris communis, & ab ea minus recedant.*

RESPONSVM XI.

¶Agitur de interpretatione cuiusdam capituli habiti inter marchiones de Palauicinis, & exceptio incerta, quod declaratur a regula cui aduersatur.

INVOCATO diuino suffragio. ¶In hac causa illustrium dominorum marchionū de Palauicinis, omissis argumentis ad partes, sub cōpendio procedendo ad demonstrandum in casu quo non laudetur per do. Io. quod tantum tertiæ partis castri Tizani, & aliorum bonorum possessio remaneat pęnes illustrem do. Polydorum: moueor infrascriptis, & præsuppono quod illustris do. Polydorus ante dictum contractum non habebat possessionem Tizani, & aliorum bonorum, quo stante dico, in 13. c. hæc uerba adesse, in casu quo non laudetur partes sint in eodemmet gradu, & statu in quo erant ante instrumentum, & instrumentum habeatur pro non facto, & sic ponitur una regula, & conclusio uniuersalis geminata, tā respectu dictionis quam orationis, deinde ponitur una exceptio, saluo quod pro parte hęreditaria paterna & fraterna, & castri de Gibello, & oīum aliorum bonorum sit possessor &c. ¶Nulli dubium ꝙ quando dicit de parte hæreditaria paterna & fraterna, intelligitur de tertia: & subdit, & de Gibello, & etiam intelligitur de tertia: & subdit. de omnibus alijs bonis, etiam in his bonis debet intelligi de tertia, quia † præce-
1 dentia declarant sequentia. l. si seruus plurium. de leg. j. §.
2 fina. ¶Secundò, & quia una † pars orationis declarat aliam. l. utrum. de pet. hæredit. ¶Tertiò, quia sub una
3 determinatione ponuntur, ergo † æqualiter debent determinari. l. iam hoc iure. de uulg. & pupil. ergo debent intelligi pro tertia. ¶Quartò, quia adest dictio, &, quæ
4 † repetit qualitates pręcedentes in sequens. l. Sęię. §. Caio. de fund. instruc. ergo sicut in præcedentibus intelligebatur de tertia, ita in sequentibus. ¶Quintò, quia est ex-
5 ceptio † quæ debet stricte interpretari, ut minus offendat regulam, iuxta notata in l. j. de regu. iur. ergo debet intel-
6 ligi tantum pro tertia. ¶Sextò, quia debet † fieri interpretatio contra eum qui se fundat in uerbis contractus, ut notatur in l. ueteribus. de pac. & contra interrogantem ut plene notatur in l. in contrahenda. de regu. iur. ergo cōtra hæredes dicti domini Polydori qui se fundant in con-
7 tractu. ¶Septimò, quia in dubijs † quod minimum est sequimur. l. semper in obscuris. de reg. iur. ¶Octauò, quia non est uerisimile quod partes fecerint talem conuētionem, scilicet quod faciant contractum super solutione fructuum, & postea annullent, & eo annullato una pars rerum suarum possessionem transferat, per solutionem illorum fructuum, quorum pars se debitricem esse non fatetur: nam istud speciem dilapidationis contineret, quæ
8 non præsumitur, nec hoc uerisimile est, & † contractus intelligitur in casu uerisimili. l. semper in stipulationibus. de regu. iur. & satis operatur in restitutione possessionis respectu tertiæ omnium bonorum. ¶Item nono dicit post suam tertiam partem hæreditariam, & de om-
9 nibus alijs bonis, uerbum † alijs, intelligitur de similibus l. si fugitiui. de seru. fug. ergo de spectantibus ad eum pro sua parte & iure proprio sicut intelliguntur præcedentia. ¶Item decimo illa uerba omnibus alijs bonis, sunt uti genus neutraliter positum post species enumeratas, quod
10 non † debet comprehendere species prioribus in qualitate dissimiles. l. fi. §. cui dulcia. de uino. ol. triticoque lega. & ibi Bartol. Alexan. in aut. ex testamento. C. de collat. sed prius enumerata sunt bona spectantia proprio iure, & sua propria, ergo & illud nomen generale debet intelligi de istis, & sic de spectantibus pro rata sua. ¶Item undecimo considero uerba illa, de Gibello, & omnibus alijs suis bonis, uenire ad declarationem partis hæreditariæ. Nam uerbum partis hæreditariæ, fuit indefinite prola-
11 tum ab homine, quæ † indefinita prolatā ab homine, de proprietate non æquipollet uniuersali. l. si cui. de seruit.
12 ponit Bartol. in l. si pluribus. de leg. 2. † & uerba capiun
13 tur proprie. l. non aliter. de lega. 3. & in † contractibus stricte. l. quicquid astringendæ. de uerbo. obliga. ideo de proprietate tota pars non ueniebat, & ut ueniret apposuit illa uerba de Gibello, & omnibus alijs bonis, inducta ergo fuerunt ad hunc effectum: ergo aliud importare non
14 debent, cum † actus agentium non debent operari ultra eorum intentionem. l. non omnis. si cert. peta. & ex hoc apparet responsum ad id quod poterat dici, scilicet quod ista uerba de omnibus alijs bonis, erant uerba uniuersalia, & qui omne dicit &c. Et nihil operabantur, nec fuerat necessarium apponere, quia faciunt quod pars intelligitur de uniuersali de proprietate quod alias non esset. ¶Item duodecimo facit quod cum illa uerba possunt intelligi dispositiue & demonstratiue, seu declaratiue ad dis
15 positum in dubio † intelliguntur stare demonstratiue. l. fin. §. Titia. de libe. legat. Bartol. in l. nam quod liquide.
16 de penu legat. in. §. fin. quod procedit † etiam si demonstratio sit superflua. Ias. in l. centurio. de uulg. & pupil. colum. 27. ergo &c. de cuius ueritate dixi ibi. ¶Item decimotertio, probatur ex deductis in 5. cap. ubi quando uult quod ueniant alia bona, & tertia pars, dicit & ultra tertiam partem &c. ex quo datur intelligi quod non uolebat in dicto. 13. cap. ultra tertiam partem aliud uenire: quia si uoluisset eo modo dixisset sicut dixit in 5. cap. Nā
17 quando uult † quod ueniat illud exprimit. argumen. l. j. §. fin autem ad deficientis. de cad. tollend. & l. cum prętor. de iud. per Alex. in rubri. de re iud.

¶Decimoquartò considero quod relaxatio possessionis est facta per constitutum, quod cum sit accessorium ad principalem contractum, si principalis contractus non
18 ualet, nec ipsum ualet: & ideo † uitiato contractu principali uitiatur & ipsum constitutum, ut plene traditur per Alexand. & alios in l. j. §. si uir. de acquiren. possess. ideo cum in casu nostro non ualet contractus, & habetur pro non facto, constitutum non potest ualere, & si dicatur ex uoluntate partium, forsan potest ualere, & tunc dico dato quod hoc sit uerum, cum transeat in illam difficultatem, an partes possint facere ualere clausulas accessorias sine principali, tamen cum sit contra regulam iuris hoc pactum stricte debet interpretari, ut minus offenda-
19 tur regula iuris cum quo † semper fit interpretatio, ut contrahentes se confirment, & minus recedant: iuxta tradita in l. hęredes mei. §. cum ita ad Trebel. Hęc absque eo quod aliquem uiderim librum & inuoluerim per transennam, & indicem dubitatiue dixisse uolui in hac causa maximi ponderis, ut aliqua ex parte satisfacerem illustribus dominis meis, cum adhuc mature deliberare, & amplissime scribere non licuit propter temporis angustiam, ac iter, cum dabitur otium maturius ac latius scribam, ut precibus illustrium dominorum meorum pro uiribus satisfaciam, quibus me plurimum commendo. Laus Deo.

¶Ita fore ex tempore respondit Hieronymus Gratus dum iter uersus Lauretam faciebat.

SVMMARIVM.

1 *Actor non probans intentionis suę fundamentum uenit reijciendus.*
2 *Promissio ducatorum, ex generali consuetudine, ducatos cōtinet in obligatione, & precium in facultate soluendi.*
3 *Agens sine actione, est repellendus.*
4 *Notarius stipulans pro absente, ei prius nō acquirit quam ratificauerit.*
5 *Ignorans, tacite ratificasse censeri non potest.*
6 *Ratihabitio, ubi tempora non largiuntur, amplius fieri non potest.*
7 *Obligatio adiecta ad solutionem recipiendam, quamuis ratum habeat, non acquiritur.*
8 *Notarius alteri stipulari potest, & acquirere absque cessione.*
9 *Iuramentum operatur, ut alteri per alterū ex stipulatione actio acquiratur.*
10 *Obligatio in forma cameræ in se continet pactum guarentigiæ.*
11 *Pactum guarentigię operatur, ut alteri per alterum sine cessione acquiratur, perinde ac si ei immediate fuisset promissum.*
12 *Contrahentes in obligatione referentes se ad aliquod instrumentū uidentur uoluisse obligationem procedere secundum formam illius instrumenti ad quod se referunt.*
13 *Instrumentum referens, omnia continere intelligitur quę reperiūtur in instrumento ad quod fit relatio.*

14 *Fauor*

14 *Fauori suo quilibet renunciare potest.*
15 *Citans aliquem ut creditorem, uidetur eum approbasse, ut talem, nec amplius contradicere potest, cum id citando confessus fuisse uideatur.*
16 *Debitore uolente alia pecunia ducatorum loco subrogatur.*
17 *Subrogatum loco rei promisse, reputatur idem.*
18 *Procurator petens secundum formam bullæ condemnari, cum in bulla fiat mentio de ducatis, uidetur ipsos ducatos petiisse.*
19 *Ducati per debitorem non integraliter soluti, adhuc peti possunt.*
20 *Interpretatio pro libellante fieri debet.*
21 *Pars sub toto continetur.*
22 *Solutio ubi fit, si deficit pars, potest agi ad partem & residuum.*
23 *Libellus in quo id petitur quod est in obligatione, per inutilem appositionem uitiari non debet.*
24 *Petitio eius quod est in facultate soluendi admittitur.*
25 *Ratibabitionem, tunc tempora largiri dicuntur, quando de nouo ille actus seu alius idem operans fieri posset, alias si fieri non posset non dicuntur largiri.*
26 *Ratificatio facta intra tempus bonorum possessionis petitioni concessum noua censetur agnitio.*
27 *Statuto Bononiensi, sub rubri. de cess. & quod quis alt. stip. disponitur, absenti per notarium ita acquiri, ac si esset præsens.*
28 *Ratibabitio extra tempus quantum ad acquirendum fieri potest.*
29 *Adiectus ad solutionem recipiendam, ad sui commodum tanquã principalis habetur, quando notarius eius nomine & uice stipulatus est.*
30 *Adiectus ad solutionem recipiendam per eum qui alteri obligationem acquirere potest non dicitur simplex adiectus.*
31 *Valor pecuniæ promissæ nõ interueniente mora, quamuis pecunia creuerit, uel decreuerit, nihilominus consideratur secundum tẽpus contractus, & non solutionis, sed communem.*
32 *Promissio alternatiua utrumque alternatiuorum continet in obligatione.*
33 *Aestimatio ubi est in obligatione tempus contractus attenditur.*
34 *Verba cuiuslibet dispositionis referuntur ad tempus contractus.*
35 *Valor rei semper attento tempore contractus consideratur.*
36 *Valor pecuniæ cum sit statutus a principe non potest tolli, nisi per principem.*
37 *Creditores ex eo quod aurei creuerint, a tempore cõtractus plus habere non debent, quando si decreuissent noluissent minus quã ualebant tempore contractus.*
38 *Valor in ultimis uoluntatibus, testamenti tempore consideratur.*
39 *Argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates in iure procedit.*
40 *Voluntas, & intentio, ipso facto declaratur.*
41 *Geminatio arguit enixam mentem.*
42 *Debitor solutione integraliter facta liberatur, ita ut nihil amplius a creditore dici possit.*
43 *Solutiones multæ, & geminatæ, erroris tollunt suspicionem.*
44 *Debitor, obligatus ad certam speciem pecuniæ, quando illa pecunia reperitur, quamuis sit in ipsius facultate soluere eius ualorem, uel ex consuetudine generali quæ hoc permittit, uel ex conuentione, omnino speciem pecuniæ promissam, uel eius ualorem taxatum secundum tempus solutionis, soluere tenetur.*
45 *Promissio alternatiua non operatur, ut utrumque sit in obligatione, quando non fuit simpliciter alternatiue promissum.*
46 *Verba in tot monetis &c. signant monetas, & ualorem esse in facultate soluendi.*
47 *Interpretatio est facienda, ut contrahentes se statim non uideantur corrigere.*
48 *Promissio alternatiua satis seruat suam naturam, si seruet quo ad conuentionem, licet non quo ad obligationem.*
49 *Aestimatio promissa pro ducatis, debet ita solui, ut tantundẽ præstet, ac si ducati soluerentur.*
50 *Interpretatio in dubio fit contra genus publicanorum.*
51 *Dispositio qualibet interpretatur contra eum qui se fundat in illa.*
52 *Aestimatio ducati debet solui secundum augmentũ ducati, quando ducatus fuit auctus propter pecuniam minutam deterioratam.*
53 *Argumentum a solitis adeo ualet, ut faciat præsumi ita esse, & de eo indicatur, ac si ita esset.*
54 *Alternatiua eius est naturæ, ut p*
55 *Valor aureorum, uel pecunia danda tionem, debet considerari & æstima tionis.*
56 *Opinio, quæ habet debitorem teneri soluer nem temporis solutionis, seruatur de consu*
57 *Consuetudo lex est, & ut legi contrariæ de uanda.*
58 *Doctori alleganti consuetudinem creditur.*
59 *Doctori alleganti consuetudinem credi magis comm netur.*
60 *Solutio secundum consuetudinem temporis solutionis f bet.*
61 *Communis opinio, quæ habet tam in contractibus quam in ul mis uoluntatibus, ualorem attendi secundum tempus dispositionis, non procedit quando sumus in publicanis fundantibus se in instrumento.*
62 *Partes se confirmare uidentur cum consuetudine.*
63 *Valor pecuniæ satis uidetur à principe inductus, quando princeps ita expendit, & expendi tolerauit.*
64 *Opinio, quæ habet, ex multitudine solutionum, & receptionum, pecuniæ declarari animum & intentionem contrahentium, procedit, quando fuerunt factæ per longum tempus & bona fide.*
65 *Præsumptio una, aliam tollit.*
66 *Vincula duo, unum uincunt.*
67 *Argumentum ex diuersis & diuersam rationem habentibus non procedit.*
68 *Geminatio arguit enixam mẽtem in dispositione, ad quam actus principaliter ordinatur, non in eo quod uenit incidenter præsumptiue.*
69 *Liber diarius, qui a mercatoribus giornalis dicitur, Bononiæ notorius & approbatus est.*
70 *Fundamentum nemo ex his quæ ad eum non pertinent facere potest.*
71 *Scriptura necessario non concludens contra aliquem producta, nihil ei nocere debet.*
72 *Procurator ad recipiendum & liberandum, non potest liberare nisi de eo quod constat uere & realiter recepisse, & non sufficit per confessionem.*
73 *Augmentum monetæ quod modico tempore durauit non attenditur.*
74 *Depositio campsorum de sua receptione, non potest alterare cursum aurei.*
75 *Testi deponenti in scriptis manu propria non creditur.*
76 *Testis recognoscens cum iuramento, suam depositionem factam in scriptis manu propria, cũ se referat ad testimoniũ quod erat nullum, probare non uidetur.*
77 *Testes deponentes, rem de tali tempore, & loco, solitam communiter tantum uendi, uel reputari tantum ualere, optime rei ualorem probant.*
78 *Ducati, in præsenti certo ualore currentes, præsumuntur & in præteritum, eodem precio currisse.*
79 *Iudex debet se informare, de cursu & ualore pecuniæ.*
80 *Numerus testium multum operatur, & plures defectus supplet.*
81 *Dicta testium debent ad quod uerisimile est adaptari.*
82 *Testes sufficit concludere a communiter accidentibus.*
83 *Pecunia a communiter accidentibus non est de his quæ uno die recipiant unum ualorem, alia die alium.*
84 *Valor pecuniæ pendet a consuetudine, uel a uoluntate principis.*
85 *Variatio in principe non præsumitur.*
86 *Consuetudo non inducitur, nisi tractu temporis concurrente.*
87 *Valor pecuniæ semel probatus, durare & semper durasse præsumitur.*
88 *Depositio testis ex defectu solennitatis inualida per recognitionẽ factam in forma reconualidatur.*
89 *Probatio illa bona dicitur quæ aliqua iuris præsumptione adiuuatur.*
90 *Verba abinde, & citra, de sui natura signant continuationem.*
91 *Verba & de præsenti & usque in præsentem diem, signant pro toto tempore etiam præsenti continuatum ualorem.*
92 *Verba geminata & prægnantia, multum operantur.*

RESPONSVM XII.

¶An notarius potuerit acquirere absenti ratificanti post
tempus. Et an attendatur tempus solutionis, uel contra-
ctus circa augmentum monetę.. Et quomodo probetur
communis ualor monetę, ubi non desunt permultę pere-
grinę decisiones in materia, ac nouę declarationes & sub
tilitates.

INVOCATO diuino suffragio, ¶Contra
quam plures senatores ac nobiles & popula-
res Bononienses creditores uectigalis uini:
agentes aduersus thesaurarium cameræ apo-
stolicę seu eius conductores ad augmentum ducatorum
de camera de tribus contingit dubitari. Et primo an eis
competat ius agendi. Secundo dato quod competat an
augmentum de iure spectet ad ipsos. Tertiò an id augmē
tum probatum fuerit. Super quibus cū licentia ac gratia
reuerendissimorum dominorum meorum regentium ci-
uitatē Bononiæ pro ueritate explicanda dicam quid sen-
tiam. ¶Circa primum uidetur dici posse non compe-
tere, cum fundamentum intentionis suę omiserunt. Nam
requiritur quod sint emptores uectigalis uini, & descripti
in quodam libro conficiendo iuxta formam rescripti sum
mi Pontificis, & hæc actores non uidentur probasse, ergo
1 † reijciendi. l. eum actum. de nego. gest. l. ei qui. de proba.
¶Secundò solum ducati sunt in obligatione, & preciū in
2 facultate soluendi ex † generali consuetudine: de qua per
Bar. & doct. in l. Paulus. de solut. Et egerūt ad precium au-
gmenti, & sic ad id quod non est in obligatione, ergo sine
actione cum sine obligatione non sit actio. l. licet. §. ea
obligatio. de procu. plene inst. de act. in princip. & id re-
gulariter: ut in l. iurisgentium. in prin. de pact. ¶Tertiò
ex alio capite agunt sine actione, cum nihil sit promissum
per conductores creditoribus, ut apparet in instrumento
3 conductionis, ergo uti agentes sine † actione reijciendi
4 sunt. l. si pupilli. §. uideamus. de neg. gest. Nec prodest † no
tarium ipsis creditoribus stipulatum fuisse, cum id nō ra-
tificauerint: ad plene notata per Paul. de Cast. in cōs. 195.
in secundo dubio. in 2. uol. per Deci. in cons. 226. colu. 3.
uol. 2. Nec potest dici tacite ratificasse: ut per Dec. in cōs.
5 58. col. 2. cum non sit † probata eorum scientia: minus
quoque potuerunt ratificare, cum agere ceperunt, cum tē
6 pora non † largiebantur: iuxta tradita in l. bonorum rem
ratam habe. ¶Præterea si instrumentum consideretur,
nomen creditoris per notarium est adiectum ad solutio-
7 nem recipiendam, & † sic eis non esset acquisita obligatio
etiam si ratificassent, sed sunt ut adiecti: iuxta tex. in l. si
stipulatus sum mihi aut Titio. de solutio. ¶Maturius
uero considerans uerba contractus & rescripti in quibus
tota uis consistit, determino contrarium. Nam in contra
ctu dicitur quod Hieronymus de Pasijs dare & soluere
promisit mihi notario uti publicę personę stipulanti & re
cipienti, uice & nomine depositarij & creditoris, omniū
& quorumcunque aliorum quorum interest, uel in futurū
intererit duo mille ducatos auri, in auro de camera, aut il
lorum ualorem &c. modo & forma latius expressis in bul
la sanctissimi domini nostri erectori huiuscemodi iniun-
ctis &c. Et hoc in forma camerę & cū iuramento &c. quæ
promissio in hoc casu tantumdem effectum operatur, ac
si ipsis creditoribus præsentibus & stipulantibus promis-
8 sum fuisset: cum est facta per notarium † qui alteri stipula
ri potest, & acquirere absque cessione: ut plene traditur
per omnes in l. stipulatio ista. §. alteri. & §. si stipuler. de
uerbo. obliga. ubi Ias. & cæteri attestantur ita communi-
ter teneri, & idem per Feli. in procœmio Gregoriano.
9 ¶Secundò quia in ea est appositum iuramentum ꝙ † de
per se operatur, ut alteri per alterum acquiratꝰ actio ex sti
pulatione, cum iuramentum est præstitum deo, & supplet
præsentiam absentis. cap. 2. de arbitr. in 6. ita gl. in c. quo-
ties. in q. 7. quæ communiter approbatur: ut per Feli. in d.
procœmio Gregoriano. Alex. Ias. & mod. in dicto. §. alteri
10 ¶Tertiò quia adest obligatio in forma camerę † quæ in
se continet pactum guarētigiæ in eius prouisione expres
11 se dictum: sed ubi † est pactum guarentigię alteri per alte
rum sine cessione acquiritꝰ perinde ac si ei immediate fuis
set promissum: ita Bar. in l. possessio. §. fi. de acqui. posses.
qui communiter tenetur: ut ibi per mod. & Bald. in l. non
ante. ff. de adoptio. cum similibus. Ergo cū unum quodq;
de per se ex his sufficiat, ut idem sit ac si facta fuisset pro-
missio creditoribus: sequitꝰ necessario in casu de quo agitꝰ
cum simul cōcurrant absque dubio tantumdē operari in
effectu & utilitate hanc promissionē, ac si ipsis creditori-
bus præsentibus & stipulantibus facta fuisset: quo casu ne
minem fugit actionem creditoribus competere & agere
posse, & potuisse contra conductores ad implendum pro
missa in dicto instrumento cōtenta uel rescripto, ad ꝙ se
referunt & uolunt teneri modo & forma, latius in eo ex-
pressis. Et in rescripto dr̄ conductores uectigalis esse obli
12 gatos soluere creditoribus: ergo † expresse uoluerunt di-
ctos conductores esse obligatos creditoribus, eo modo
quo in rescripto, referendo se ad rescriptum. argumen. no
13 tatorum in l. asse toto. de hære. instit. & cum † oīa intelli-
guntꝰ expressa & specificata in instrumento referente quæ
reperiuntur in instrumento ad quod fit relatio. l. 3. C. de
senten. quæ sine certa quanti. prof. l. si ita scripsero. & ibi
Bal. & alij de condi. & demon. cum similibus. Et ex his li-
quidissime apparet firmissimum ius competere credito-
ribus agendi. ¶Non obstant adducta in contrarium.
Et primo eos non probasse se esse creditores & librum de
quo in bulla confectum fuisse, quoniam si recte inspicias
processus fo. 101. in processu antiquo liquidissime cōstat
librum in quo sunt descripta nomina creditorum iuxta
tenorem rescripti fuisse productum, & reproductū fo. 11.
in nouo processu. & fo. 32. ubi pars aduersa approbauit
libros. Præterea si inspiciatur instrumentum ille liber nō
est de forma, sed potius de probatione & ad commodum
creditorū. Ideo id possunt omittere cum quilibet potest
14 † renunciare suo fauori. l. penulti. de pact. & probatio po
tuit per alios libros fieri de quibus in ultimo processu fo.
32. qui licet non contineant illum librum de quo in bul-
la tamen probāt: sed quorsum hæc? nonne fuerunt isti cre
ditores citati a reis ut creditores uectigalis uini, ut in
processu antiquo fo. 26. & in pluribus locis, propter quas
15 † citationes sunt approbati ut tales sint creditores uecti
galis uini, & non possunt amplius contradicere cum id ci
tando confessi fuisse uidentur: ita Innocen. in cap. cum in
ter. col. 1. de excep. Bald. Alexan. & moder. in l. fi. in 5. col.
de edict. diui Hadria. tol. ubi multa accumulant. ¶Secun-
dò non obstat non fuisse petitos ducatos qui erant in ob
ligatione, sed augmentum in pecunia quæ erat in faculta
16 te soluendi, quoniam cum alia † pecunia subrogatur lo-
co ducatorum uolente debitore: ut per Barto. in l. Paulus,
de solut. & debitor soluēdo aliam pecuniā declarauit uo
17 luntatem suā, & sic iam facta est subrogatio, & † subroga
tum loco rei promissę reputatur: idem. l. filiæ. §. Titia. ubi
Bartho. Soci. & alij de condi. & demonst. sequitur necessa-
rio peti potuisse. ¶Præterea si recte consideratur petitio
apparebit dominum causidicum egregie formasse libel-
lum. Nam post narrationem facti petit reos insolidū iux-
ta modum, formam, & uim, ac tenorem instrumēti & bul-
læ condemnari, & condemnatos cogi & compelli ad effe-
ctualiter satisfaciendum de pœnis & residuis: & sic cum
petat iuxta formam bullæ condemnari &c. & uirtute bul
læ ducati sunt petendi uti in obligatione consistentes,
18 † sequitur necessario eum petijsse cōdemnari ad ducatos,
alias non peteret secundum tenorem bullæ: qui & licet so
19 luti fuerint † cum tamen integraliter non fuerint soluti,
peti possunt. l. 3. §. si reddita. commod. & in l. 3. §. si res. de-
positi. cum similibus: & sic petit condemnari ad ducatos,
& ad id quod est in obligatione. Quod comprobatur: nā
cum dicat residui, & non dicat aureorum uel eorum æqui
ualentiæ, debet interpretari aureorum, & sic ut petat illos
Bononienses auctos in quolibet ducato in auro, & non
20 in monetis, quia non aperit, & fit † interpretatio pro libel-
lāte. l. si quis intētione ambigua. de iudi. Et propter clau-
sulam omni meliori modo, quæ operatur ut id intelligatꝰ
factum,

factum,quo actus ualeat.Cardi.& Imol. in cap.ex literis.
de offic.delega.cum simil.per Deci. in consil.151. colu.5.
¶Nec obstat quod alternatiue petat condemnari ad resi
duum pagamentorum (ut uerbis libellãtis utar) seu ęqui
ualentiam dictorum ducatorum auri: quoniam residuũ
pagamentorũ est pars ducatorum quæ non fuit soluta:ad
quam agendo dicitur egisse ad id ꝙ erat in obligatione
21 † cum sub toto pars contineatur.l.si quis cum totum. de
22 except.rei iud.& † ubi fit solutio si deficit pars potest agi
ad partẽ & residuum:ut notatur in dicto. §.si reddita. Et
in l.etiam de solut.& illa uerba aut ęquiualentiã &c. non
23 habẽt nocere cũ petit quod est in obligatione: & † utile
per inutile non debet uitiari: regula, utile. ¶Prætereã
24 dico † quod etiam id quod est in facultate soluendi põt
peti:ut est doctri.Bar.in l.si stipulatus decem in melle. de
solutio.& ibi dicitur huiuscemodi petitionẽ ampliare fa-
cultatem soluendi usque ad sententiam, quæ non dura-
bat nisi usque ad litis contestationem: & eum Doctores
communiter sequuntur. ¶Item non obstat cum non
appareat ratificatam stipulationem notarij, nihil esse ac-
quisitum,nec nunc ratificari posse,cum tempora non lar
giantur:quia non est finita cum produxerunt instrumen-
tum ubi apparet tempore quo petebant locationem du-
25 rare. ¶Prætereã animaduertendum est.† Nam tunc di
cuntur tempora largiri quando de nouo ille actus,seu
alius idem operans fieri posset:alias si fieri non potest nõ
dicuntur largiri:exemplum in l.bonorum. rem ratam ha
beri.Nam post centum dies nõ possum habere ratam bo
norum possessionem:quia post illud tempus de nouo nõ
potest agnosci.l.fina.quis ordo in bonorum possess. serue.
Item in decennio dato ad appellationem:ut in dicta.l.bo
norum.per Paul.de Cast. sed in terminis nostris posset de
nouo locari istud uectigal tempore quo egerunt, immõ
fuit locatum ipsismet cõductoribus:ergo agendo & pro
ducendo instrumentum dicuntur ratificasse & in tempus
cum de nouo tunc temporis locatio fieri posset,& si dica-
tur erit noua locatio, respondetur etiam in tempus: in l.
26 bonorum.esset † noua agnitio.argumen.l. si non sortem.
§.libertus.de conditio.indeb. eo casu quo iterum agnos-
ceret. ¶Tertiõ.l. municipali. ad istud respondetur.
27 † Nam sub rubri.de cessio.& quod quis alte.stipul.dispo
nitur quod absenti acquiratᷣ, ac si esset præsens, ergo &c.
¶Quartõ respondetur.l.bonorum.& similes uolentes nõ
posse ratificari, nisi in tempus intra quod actus expediri
potest procedere quantum ad confirmandum per ratiha-
bitionem actum factum, sed non quantum ad acquiren-
28 dum:quia etiam † post tempus potest ratum haberi:theo
rica Bar.communiter approbata in l.j.C.qui admitti.per
Deci.ibi:& in l.semper qui non prohibet. de reg. iur. sed
hic tractamus de acquisi. ergo &c. ¶Vltimõ non ob-
stat quod creditores uideantur ut adiecti ad solutionem:
29 quia sunt ut principales stipulatores ad sui † commodũ:
& perinde est ac si ipsi stipulati essent sibi solui cum notã
rius stipulatus est nomine & uice ipsorum: iuxta notatã
in dicto.§.alteri.& §.si stipuler.& sic perinde est ac si uer-
ba promiscua de soluẽdo concepta essent in persona cre-
ditorum, quo casu dicuntur principales & non adiecti:
ut dicto.§.si stipuler. & hoc casu non loquitur. l. cum sti-
pulatus.& similes:sed quando sunt simpliciter adiecti ad
solutionem recipiendã,& persona quæ stipulata est nõ fe
cit uice & nomine illius:nec potuisset facere,ut hic potuit
30 cum erat notarius:& quando põt alteri † acquirere obli
gationem,non sit simplex adiectus,dicit Bar.in l.ꝙ ita.de
uerb.obliga.sequitur Socinus in l.j.de reb.dubi.in secun-
do notabili,ergo ille nihil facit ad casum nostrum.
¶Circa secundum quo dubitatur an augmentum aureo
rũ spectet ad creditores,uideẽ prima fronte non spectare
31 cum sit cõmunis opinio † quando mora nõ interuenit &
ualor pecunię promissę creuerit,uel decreuerit cõsiderari
ualorem tẽporis contractus, & non solutionis: ita Bart.
Bald.Angel.Alexand.& communiter Docto. in l. cũ quid
si certum peta.& in l.Paulus.de solutio.& in cap.quanto.
de iureiuran. & per Signoro. in consilio 24.& Calca. in
consilio 14.& Curt.in suo tracta.in 3.q. cum infinitis alle
gatis per Brun.in tracta. de augmen. ubi attestatur istam
esse communem opinionẽ:pro qua opi. est Decisio Guid.
Papæ.494.incipien.si fiat moneta &c.quod procedit etiã
in promissione annua: ut per eundem Brunum in dicto
tractatu,in septima ampli.ergo &c.quæ opinio cõmunis
in casu isto ex pluribus comprobatur. ¶Et primo cum
alternatiue in instrumento promiserunt ducatos, uel eo
32 rum ualorem,sequitur quod utrumque † est in obligatio
33 ne.l.si duo.de uerb. obliga. & sic ualor † sed ubi æstima-
tio est in obligatione attenditur tempus contractus: ut
per omnes in dicta.l.cũ quid. & cum deberetur iure actio
nis.facit text.in l.hominem.mandat.in l.fundum Corne-
lianum.de nouatio. ¶Secundõ etiam dato quod duca
ti tantum sint in obligatione, nihilominus ualor debet
considerari tempore contractus, cum uerba cuiuslibet
34 † dispositionis referuntur ad tempus contractus.l. si ita.
35 & ibi Bar.de auro & argento leg.& ita semper † conside-
ratur ualor rei.l.2.& l.si uoluntatis. C. de rescind. uend.
36 ¶Tertiõ facit, † quia cum ualor pecuniæ sit statutus a
principe.l.j.de uete.num. po. Igitur non potest tolli, nisi
per principem:ergo cambia mercatorum non possunt nõ
cere uerę æstimationi, & per consequens conductoribus
promittentibus secundum ueram æstimationem tempo-
ris contractus. ¶Quartõ facit, quia si decreuissent
37 † aurei,creditores non ualuissent minus quam ualebant
tempore contractus: ergo si creuerunt non debent habe-
re plus.argumen.l.penulti.de solutio.cum similibus.
38 ¶Quintõ probatur. Nam in † ultimis uoluntatibus at-
tenditur ualor tempore testamenti.l.uxorem.§.testamen
to.l.nomen.l.uxori.§.j.de lega.j.uoluit Oldrad.in consil.
13.31.& 168.Curt.in tracta.monet.in 4.quęst.& per Soc.
in consilio 6. uolumi. primo.Ergo idem in contractibus,
39 & sic in casu nostro cum ualidum sit † argumen. de unõ
ad aliud.l.quæ de legato. de leg.j. ¶Sextõ hoc demon
stratur ex receptione pecuniæ sepius facta per dictos cre-
ditores secundum æstimationem temporis contractus.
40 † Nam facto ipso declaratur uoluntas & intentio. l. de
quibus.de legib. & sic apparet quod intelligebant de illa
41 æstimatione,& maxime cum sit iterata & geminata.† quę
geminatio arguit enixam mentem.cap.si decurio.de fide
instru.& ita consuluit Bald.in consilio 139.uol. 5. ¶Vlti-
mo cum ex libris depositarij appareat solutiones fuisse
factas de ducatis de camera,uel eius ualore:& ultimo per
chirographum apparet integrãliter satisfactum fuisse, se
42 quitur amplius nihil dici posse † cum solutione sit facta li
beratio.institu.quibus mo.toll.oblig.in prin. & cum mul
43 tę † fuerint solutiones tollitur suspicio erroris: ut uult
Aret.in consilio 11.& probatur per Roma.in consi. 346.
colum.secunda,ubi uult quod propter geminationem cõ
fessionis tollatur suspicio erroris. ¶Accuratius uero
rem ipsam perpendens dico in casu de quo agitur aug-
mentum aureorum spectare ad creditores & ualorem
44 secundum tempus solutionis cõsiderandum fore.† Nam
ubicunque promissa est certa species pecunię,ut puta duo
mille ducatorum de camera, & illa pecunia reperitur &
si sit in facultate debitoris soluere eius ualorem, uel ex
consuetudine generali quæ hoc permittit, uel ex conuen-
tione:omnino debitor speciem pecuniæ promissam, uel
eius ualorem taxatum secundum tempus solutionis sol-
uere tenetur:ut uoluit Bartol. in l. cum certum. de auro
& argen.lega.in l. Paulus. in fin. de solutionibus Bald. &
multi alij in dicta.l.cum quid.& in consilio 213.punctus.
uolum.secundo,& in consilio 269.super eo. ubi in termi-
nis decidit quæstionem istam Aret. in consilio 11. & in
consilio 112.ubi attestatur istam esse communem opinio
nem Brunus in suo tracta.de augmento in 5.& 6. amplia-
tio. & in 2. limitatione. iuncta præceden. limitatio. ubi
istud declarat procedere ꝯcurrentib. his quæ supra dicta
sunt.post Bened.capr.in consil.29.& Bal.in l. si quis argen
tũ.de do.C.& alios quos ibi allegat.& idẽ dicit in 2. limi
tatio.& idẽ uoluit Mart.Laudensis in suo tractatu mone-
tarũ.& Bologninus in ꝯs.16.Ant.& Paul.in c. quanto. de
iureiuran.
¶Nec obstat si dicaẽ hęc procedere quando ęstimatio est

in facultate soluendi consuetudine uel ꝯuentione:hic autem est in obligatione propter alternatiuam promissionē de qua supra:quoniam respondet non simpliciter alterna
45 tiue † promissum fuisse, sed modo & forma de quibus in bulla: sed in bulla ualor, seu alia pecunia est in facultate soluendi uigore consuetudinis:ergo obligauit ꝯductores soluere ualorem ducatorum per modum facultatis: tum quia obligatio se refert ad bullam, ergo secundū eam debet intelligi, cum scriptura referens intelligatur secundū relatam:& omne id quod est positum in relato censeat̄ expressum in referente.l.asse toto.de hęre.instit.l.si ita scripsero.de conditionib.& demonst.ubi oēs,ut dixi supra,maximè quia in alternatiuis obligatio reducit̄ ad facultatē respectu constrictionis ipsius rei, cum habeat electionem & sit in facultate sua soluere rem quam uelit.l.plerunque. de iur. dot. cum concordan. tum etiā quia falsum esset ꝙ eodem modo & forma promisisset: quia esset diuerso mō & forma,cum ualor esset in obligatione, in instrumento, & in bulla in facultate soluēdi: ergo ut uerba expressa in instr͠o nō sint falsa & seruetur uoluntas expressa promittentis dici debet ualorē esse in promissione & ꝯuentione per modū facultatis,& non obligationis sicut est in bulla. ¶Quod etiam demonstratur. Nam in eodem instrumēto promisit conductor tria mille ducatorum auri de camera soluenda in tot monetis auri, uel alijs monetis concurrētibus ad rationē ualoris ducati auri de camera:quæ uer-
46 ba in † tot monetis &c. signant monetas & ualorem esse in facultate soluendi: iuxta theoricam Bar. & cōmuniter scribētes in l.si stipulatus decem in melle.de solutio. deinde immediate dicit quod de dicto precio & ad computū precij promittit notario stipulanti uice creditorum duo mille ducatos auri in auro aut illorū ualorē. Nā si ualor esset per illa uerba in promissione & conuentione per modum obligationis & non facultatis, statim se corrigeret
47 † contra regulam.l.nam ad ea.de conditionib.& demonstration.cum similibus: quod quidem non est dicendum
48 nec obstat illud de alternatiua, † quia satis seruat naturam quo ad conuentionem, licet non quo ad obligationem,& hoc potius debet tolerari quam falsum dicat & se corrigat:& alia inconuenientia sequantur,ut dixi. ¶Præterea id quod est in facultate soluendi ex conuētione potest esse per alternatiuā, & alternatiua nō facit quin sit secūdum Bar.& alios in l.si quis stipulatus. in 1.col. de solutionib.immò ex theorica Bart.ibi dū uult ꝙ quando alternatiuę pars est incerta, nec certificatur, nisi per aliā partem,tunc est in facultate soluendi. Exemplum:Si promitto.10.aut mel simpliciter,uel pro illis.10.quod idē est, nisi dixerim taxando mel tantū pro quolibet cado,ut ibi per eum:necessario probat ualorem in casu nostro alternatiue promissum,tantum in facultate soluendi esse cum sit incertus & non sit expresse taxatus, sed taxatur per relationem ad aliam partem alternatiue,ergo secundum communem theoricam de necessitate per alternatiuam promissionem est tantum in facultate soluendi. ¶Secundò istud probo dato etiam quod utrumque esset in obligatione. Nam cum æstimatio fuit promissa & soluitur pro ducatis soluendis perinde est ac si ducati soluātur cū illa subrogatur loco ducatorum, adeo quod reputatur idem quod ducati.argumento. l.filiæ. §. Titia.de condi-
49 tionib.& demonstrationib. Ergo † æstimatio debet solui ut tantumdem præstet ac si ducati soluerentur. ¶Tertiò probo. Certum est quod si soluuntur ducati soluitur augmentum quod illis inest: soluitur quoque id quod est debitum: ergo augmentum est debitum ut pars ducatorum, cum integri ducati debeantur usque ad certum numerum promissum. si igitur æstimationem ducatorum uellet soluere sine augmento integrum debitum non solueret, cum augmentum debitum est ut pars integralis ducati, ut dixi: ergo ut integrum debitum soluat debet quoque augmenti æstimationem soluere. ¶Quartò dico quod cum æstimatio promissa in instrumento potest referri salua ratione recti sermonis tam ad tempus obligationis quam ad tempus solutionis, & sumus in publicanis: iuxta tex.in l. j.§.publicani. de publica. debemus interpretari ut referat̄ ad illud tempus quo magis noceat
50 ipsis,& sic ad tempus solutionis,cum in dubio sit † interpretatio contra genus publicanorum. l. quantę. cum ibi notatis. de publica. Item quia se fundant in promissione æstimationis alternatiue concepta,ergo debet interpretari ꝯ ipsos,& sic debet referri ad tempus solutionis,cum sit
51 regula iuris trita † qualibet dispositionē interpretari contra eū qui se fundat in illa.l.ueteribus. de pact. per Alex. in consilio 117. lib. 3.& hoc maximè cum tempore promissionis cœpit augeri & potuit præuideri. ¶Quintò moueor si uerum est quod mihi præsupponitur actum esse aureum propter deteriorationem pecuniæ minutæ: & sic pecunia minuta quæ nunc est licet sit maior numero non continet plus quam minuta pecunia quæ erat ante auctū aureum,licet esset minor numero. Exemplum. 78. bononini de moneta nunc currenti qui faciunt aureum, non continēt plus in bonitate intrinseca quam continebant 74. bononini de moneta ante auctum aureum: quo stante sequitur. 78. bononinos debere solui secundum augmentū
52 aurei,cum aureus sit auctus † propter pecuniam minutam deterioratam:ita tenent omnes etiam allegati supra in contrarium, ut attestatur Soci.in consilio 298.uolum. secundo.quod autem præsuppositum sit uerum,satis pro-
53 batur per argumentum a solitis quod ualet, adeo † quod facit præsumi ita esse, & de eo iudicetur, ac si ita esset, si non probetur contrarium: ut plene notatur per Moder. in l.certi condictio.§.quoniam.si certum peta. ubi ad saturitatem.sed augmentum aurei, ex causa supra dicta solet procedere, ut dicitur per supra dictos Docto. & ita attestati fuerunt optimi campsores, & pars non probauit contrarium: ergo dominus iudex habet iudicare id prouenisse ab eo quod esse solet & fuit. ¶Septimo dico id probari ex expressis uerbis conuentionis & instrumenti. Nam cum in eo ualor est incertus, & non est expresse taxatus, debet uariari & augeri propter eius incertitudinē sicut uariantur & augentur aurei:& hoc propter naturam
54 alternatiuę quæ † est ut ponatur inter æqualia.l.j.de reb. dubi.cum similibus, & hoc maximè quando una pars est incerta: exemplum ponit textus in dicta. l. j. Et ibi dicit Soci. post alios quos refert, quod ista regula quod una pars alternatiue declarat aliā: adeo procedit ut uendicet sibi locum,etiam si per talem declarationem,& restrictionem uerba impropriarentur: ergo quanto fortius hic cū nulla adsit alteratio,& si ualor nō attendatur tempore solutionis æqualitas non seruaretur, cū soluendo aurum cuius ualor creuit post tempus promissionis solueret plus, quam si solueret ęstimationem aurei secundū tempus promissionis. Et econtra, si aureus decreuisset soluēdo aureū solueret minus, & sic partes alternatiuę non essent æquales prout esse debent, etiam quantitatiue quando una pars nō est expresse taxata,ut in hoc casu,in quo eo magis esse debent,quia nulla adest impropriatio,prout est:iuxta notata in dicta.l.j.de rebus dubi. & magis obseruatur rescriptum Pontificis super erectione mentis ad quem se referunt contrahentes, & una pars stat relatiue ad aliam, sed ualor ad ducatos:quæ omnia suadent partes alternatiuas facilius æquales esse debere. ¶Octauò principaliter considero etiam dato quod ualor sit in obligatione, hic ualor & pecunia danda pro aureis refertur ad solutionem,ac ipsam respicit:probatur in instrumento ubi conductor promittit tria mille ducatorum auri de camera soluenda in tot monetis aureis,uel alijs monetis currentibus ad rationem ualoris ducati aurei,& sic illa pecunia & ualor respicit solutionem: ita etiam probatur in eodem instrumento,ubi promittit soluere notario stipulanti nomine creditorum duo mille ducatos, uel illo-
55 rum ualorem, & sic se refert ad solutionem. sed † quoties ualor aureorum, uel pecunia danda pro eis respicit solutionem debet considerari & æstimari secundum tempus solutionis: ita Brunus in suo tractatu in 8.limitatio.in fin.per rationes de quibus per eum: qui in hoc non habet contradictorem: & ponit proprie exemplum de quo in casu nostro, ut si promisit soluere de moneta currente intelligatur de currente tempore solutionis.

¶Nonò

¶Nonò & ultimò dico quicquid sit de iure communi il-
la opinio quæ habet debitorem teneri soluere secundum
æstimationē tpis solutionis:de qua per Anto. de Butr. in
56 c.4.de iureiur. † seruatur de consuetudine, ut dicunt Mo
derni repetent. ut Thom. pap. & alij in l. cum quid in §.
col.si certum pet.cum igitur est de cōsuetudine amplius
57 non est disputandum,cum consuetudo † sit lex : & ut legi
contrariæ derogans sit obseruanda:ut plene traditur in l.
de quibus.de legi.& in cap.fina.de consuetud. cum simili
58 bus . & Doctori † alleganti consuetudinem creditur , ut
uoluit Bar.in d.l.de quibus.col.11.uersic.4. principaliter
creditur . quod dictum licet reprobetur ab Alexand. in l.
post dotem.col.penult.solut. matrimonio. & a multis re-
59 latis per Ias.in d.l. de quibus.Nihilominus † magis com
muniter tenetur:ut uoluit Cum.in consi. 57.monasteriū.
& in consilio 19.& Bartho.Vero.in cons.29.& in consilio
58. & Lanfranc. in capit. quoniam contra. colu. penulti.
& quod sit magis communis ista opinio Barto. saltem
quantum ad hoc ut præsumatur consuetudinem esse ut at
testatur aliquis Doctor,adeo ut transferat onus proban
di in eum qui dicit contrarium, uoluit Deci.in l.2. §.mu-
tui datio.col.5.in nouissima lectura , ubi id comprobat:
ergo dicere debemus in casu nostro , cum aduersarij non
probauerint cōtrarium,debere fieri solutionem secundū
60 † cōsuetudinem tpis solutionis prout est cōis opinio exi
stente cōsuetudine:ut late per Brunum in 3.Fal. & ita om
nino habebit pronunciare doctissimus ac iustissimus iu-
dex cū consideratis supra dictis remanet clarissimus hic
casus.¶Non obstant adducta in ꝯrium. Et primo allega
tio cōis opinionis , tam in contractibus quam in ultima
uoluntate:quia non loquitur quando unum est in obliga
tione,& aliud in facultate soluendi:ut ex conuentione &
pecunia promissa reperitur,& de præsenti pōt æstimari,&
aurei ualor est alteratus,immò cōmunis in hoc cōmuni-
ter limitatur non procedere ut supra dixi.Nec ēt commu
61 nis loquitur ubi † sumus in publicanis fundantibus se in
instrumento:& si ita intelligeretur alternatiua non serua
ret sui naturam prout hic eueniret . Nec etiam loquit̄ illa
communis quando æstimatio refertur ad solutionem: &
consuetum est æstimationem secundū tempus solutionis
spectari:ex quibus etiam patet responsio ad tertium fun-
damentum,in quo dicebatur tempus cōtractus spectari,
quia non procedit,quando partes se referunt ad solutio-
nem : & quando cōsuetudo est tempus solutionis spectari
62 cum qua † partes uidenť se confirmare : ad plene tradita
in l.hæredes mei.§.cū ita.ad Trebel. cum per hæc expres-
se apparet contrarium:& ita respondetur ad.l.si hominē.
manda.& ad.l.fundum Cornelianū.de nouatio.præterea
ibi non erat æstimatio promissa,per alternatiuā,ut hic.&
stipulatio non habebat diem,& sic non faciunt in termi-
nis,& rationes quę militant hic cessant ibi:& hoc casu nō
loquitur Soc.in cons.6.uol.1.& alij allegati in contrariū.
¶Ad illud de alternatiua apparet responsum per supra
adducta, ubi demonstratum est in hoc casu non operari
utrumq; adesse in obligatione:& casu quo utrumq; cōti-
neat,ut seruet naturam suam,referre debemus æstimatio
nem ad tempus solutionis. ¶Nec illud de ualore statu
to a principe admittendum est,cum non probetur ualo-
rem. 7 ½. bononinorum fuisse statutū a principe, quod est
fundamentum allegātis,& si etiam id probatum esset pa-
63 rum operareť, cum satis authoritate † principis auctus
est ualor cum eo tolerante,immò ita expendente factum
est:& ut deponunt testes ita ab omnibus & passim aurei
expendebantur. & sufficit consuetudo:ut per Brunum in
dicto suo tracta.in præmissis. ¶Illud etiam quod si de
creuisset aureus,creditores noluissent pati diminutionē,
non est admittendum,cum & si noluissent ad id cum iu-
ris est cogi potuissent,& præsumitur id uelle,cum id ꝙ iu
ris est quilibet obseruare uelle pręsumatur,iuribus uulga
ribus. ¶Sequitur quoque resolutio penultimi funda-
menti , cum casus iste sit clarus non potest interpretari a
solutionibus factis,sicut si expressum esset in instrumēto
quod fieret æstimatio secundum tempus solutionis:solu
tio alio modo facta non posset præiudicare promissioni
expressę,ita nec hoc casu, cum hi casus a pari procedunt
64 per supra dicta. ¶Præterea illa † opinio procedit quā
do non solum concurrit dubius casus, sed fuit facta per
longum tempus & bona fide:ut per Areti.in dicto consil.
111.& Corn.in consilio 181.uolum. secundo, & Brunum
in suo tractatu , quæ omnia cessant hic : immò adest ma-
la fides, cum augmentum erat notorium & consuetudo
soluendi,ut supra dixi. Item præsumptiones non erant in
contrarium ut hic adsunt, ubi non solum una sed plures:
sed ut uideantur se confirmare cum consuetudine , ut al-
ternatiua suam naturam seruet,ut fiat interpretatio con-
tra publicanos . Item contra se fundantes in scriptura,
quæ cum plures sint debent tollere aliam unicam præ-
65 sumptionem de solutione,cum † una præsumptio tollat
aliam.l.diuus.de in integ.rest.l.cum de indebito. de pro-
ba. Ergo fortius plures debent tollere unam cum duo
66 † uincant unum:in authentica, de consanguineis & ute-
ri.fratribus in princip. Et eo maximè quia non solum ad
sunt præsumptiones sed uerba expressa , ut colligitur ex
eo, quia ualor respicit solutionem:ergo cum illud obie-
ctum loquitur in terminis diuersis diuersam rationem
67 habentibus,nihil facit in contrarium cum ex † diuersis
non inferatur . l. Papinianus exuli. de minori . &c. & non
procedit quando constat ex scripturis deductis in pro-
cessu de errore cum faciant notorium. ¶Nec facit ad
68 propositum illud de geminatione , † quia procedit in
dispositione ad quam actus principaliter ordinatur, non
in eo quod uenit incidenter præsumptiue, patet in ter-
minis nostris iunctis dictis per Roma. in contrarium op-
positis:nam cum solutio principaliter non ordinatur ad
declarādum qualitatem , & ualorem nummorum debito
rum,sed ad satisfaciendū, ideo nō sufficit trina solutio &
multiplex nisi interueneriт lōgum tempus & præscriptio
cum bona fide:per notata supra.sed geminatio ꝯfessionis
respectu principalis confessionis bene excludit errorem
respectu rei uel qualitatis ad quam principaliter ordinaт:
& ita etiā in solutionibus respectu principalis propositi.
¶Vltimò non obstat scriptura depositarij.Et primo liber
authenticus,quoniam attenditur giornalis (ut mercato-
rum uerbis utar,) qui diarius nuncupari debet , & in hac
69 ciuitate † notorius & approbatus est , & super hoc alias
amplissime scripsi.Et apparet in eo aureos non fuisse solu
tos,sed tot libras quæ non continent augmentum , & sic
cessat fundamentum quod fuerint soluti aurei debiti.
¶Secundò aduertendum est.Nam in dictis libris condu
ctores obligati ad soluendum creditoribus non sunt no-
minati,nec de eis soluentibus,uel eorum agentibus est fa
ctum aliquod uerbum , ergo super eis pars aduersa nullū
70 potest facere † fundamentum,cum ad ipsos non pertinēt
ad plene tradita in l.prima.C.de edendo.Nec scripta quę
dam priuata depositarij producta.fo.15. in nouo proces-
su habent nocere,cum non dicant ex qua causa ipse rece-
pit.Et potest esse quod receperit pro alia parte affictus ue
ctigalis pertinente ad cameram apostolicā , pro qua erat
ēt depositarius, & cui ēt ex illa causa publicani tenebanť
71 soluere:ergo nihil facit † cum non concludat necessario.
cap.in præsentia.de probationib. l.nō hoc.unde cognati.
maximè cum nullam mentionem faciat de creditoribus.
& quia est declarata in recognitione cum iurō,cui standū
est propter iurm̄ , & qa erat necessaria ad primā ut robur
haberet:ergo ut principalis & efficax debet attendi:præ-
sertim cum sit tantum declaratiua primæ, & non ꝯria:ad
plene tradita in l.hęredes palam.§.sed si notam. de testa.
¶Vltimo dico cum in libro cui inscribitur giornalis qui
attenditur,ut dixi,non apparet satisfactum de ducatis in
auro de camera nisi ad rationem librarum trium & soli-
dorum quatuordecim de residuo, quicquid scripserit de-
positarius & quomodocunque liberauerit non est curan-
dum, cum nullum reperitur habere mandatum ad hoc
speciale, nec uenit ex officio depositarij & procuratoris
etiam ad recipiendum & liberandum : quia non potest li-
berari,nisi de eo quod constat uere & realiter recepisse,&
72 † non sufficit per confessionem : ut plene traditur per
Bartolum , Alexand. & omnes in l. secunda. §.creditum.

si certum petatur:& est cōis opinio. ut ibi attestat Decius post Paul. de Cast. cons. 397. In causa quæ uertitur Pisis. ergo &c. ¶Circa ultimum in quo dubitatur an augmentum aurei sit probatū,& si prima facie uideaẽ nō esse probatum, cum non deponat de continuo augmento, & potuit esse momentaneum,

73 †quod nō attenditur:ut per Bar. in d.l.Paulus respon.de solutionib. sicut dicimus de continua possessione probanda:ut per Bart.in l.Celsus.in fin. de usucapionib.præterea testes erant campsores qui depo

74 nunt de sua receptione † quæ non potest alterare cursum aurei:ut per Cardi.in cle.si beneficiorum. de decimis. nec scriptura priuata ipsorum nummulariorum facit fidem,

75 cum † non creditur testi deponenti in scriptis manu propria,cap.relatum.5.q.2. Bal.in rubrica, extra de testib. & licet postea recognouerint cum iuramento suam scriptu-

76 ram, nihilominus cum se referūt ad † testimonium quod erat nullum non uidentur probare:ut per Salice. in l. iurisiurandi.col.3.uersi.& pro hoc facit.C.de testib.

¶Nihilominus melius considerans,dico augmentum aurei optime probatum fuisse: nam cōmunis opinio scribentiū est,de qua per Feli.in c.cum causam.de testibus. in uersic. idem de re mobili. post Bar. in l. filiusfamilias. §. si quid alicui.de leg.j.Bar.& Bald.in l.fin.C. de administratio.tu

77 torum.& infinitos quos allegat, quoties† testes ita deponunt res de tali tempore & loco solebat communiter uendi,uel reputari tantum ualere: optime probant ualorem rei,sed hæc dixerunt testes producti in hac causa,cum dixerint de tali anno &c. communis ualor & cursus ducati erat &c.& ita communiter solebat &c.ergo optime probarunt eius ualorem,& maxime cum eorum dicta ex pluribus adiuuantur.¶Et primo ex statu præsenti in quo ducati ua

78 lent ut fuit depositum † cum & plus ualeant, argumen.l. cum furti. de in litem iurando. & ex præsenti præsumitur in præteritum.l. ex persona.de probationib. notatur in l. siue possidetis. eodem titu. Nec obstat quod de præsenti

79 ualore non constat iudici, quia † potest & debet se de eo informare,& iste est unus casus in quo circa fundamentū partis se habet interponere iudex.Bart.in l.si quid ex Pamphila.§.fi.de leg.2.per Alex. in l.precia rerum. ad leg. fal. ¶Secundo adiuuatur eorum dictum ex multitudine depo

80 nentium. Nam † numerus testium multum operatur, & plures defectus supplet,ad plene tradita in l. 3.§.j.de test. §.j.cum simi. ¶Tertiò adiuuatur ex præsumptione uerisimilitudinis.Nam nō est uerisimile quod una die, uel duabus quarum tantum ualor non attenditur: ut per Bart. in d.l.Paulus. illi testes uiderint tot communiter fieri & ipsi tot fecerint,de quibus in depositione: ergo ut eorum di-

81 cta nō cauillentur,& † ad id quod uerisimile est adaptentẽ prout debent:ut per Alex.in cons.5.uol.1.& in cons.149. uolumi.5.sequitur quod debent intelligi de continuo ualore & non momentaneo. ¶Quartò adiuuatur a communiter accidentibus. Nam sufficit quod testis conclu-

82 dat † secundum communiter accidentia, & tunc regula quæ habet quod debet de necessitate probatio ꝯcludere seruatur, si secundum communiter accidentia concludat licet possit esse contrarium. glos. in l.natales. de probationibus plene per Decium & omnes in l. non hoc. unde cognati. ubi per istud ad multa inferunt: & ponitur in c. in præsentia. de probationibus.sed a communiter acci-

83 dentibus † pecunia non est de rebus quæ una die recipiant unum ualorem,& alia die alium:ut docet experientia quæ attendenda est.c.quā sit.de electionib.in 6.& pro

84 batur ratione:nam†cum pendeat eius ualor a cōsuetudine, uel a uoluntate principis: ut late per Brunum in suo

85 tractatu,& maxime in præmissis:& in † principe non prę sumitur uariatio, cum debeat esse immobilis sicut lapis angularis,& polus in cœlo.Bald.in consilio. 279. libro 3.

86 plene per Decium in l.nemo. de reg.iuris.&†consuetudo nō fit nisi cōcurrente tractu temporis:iuxta tradita in c. fin. de consuetu. sequitur quod pecunię ualor sui natura & secundum communiter accidētia, momento & paucis diebus non uariatur: ergo testes deponentes de ualore certo,de necessitate concludunt de continuo & perpetuo ualore secundum communiter accidentia.quod sufficit.

¶Quintò adiuuatur ex alia iuris præsumptione quæ ha-

87 bet, statim † cum deposuerint certo tempore præsumi semper ualorem probatum durare,& durasse:iuxta l.cum tacitum.de probationibus.c.maiores.de Baptismo.adeo ut si quis contrarium asserat probare teneatur: ita Bald. in terminis in l.prima in fi.C.de senten.quæ pro eo quod interest proferunt. per Alexan.in consilio 133.uolumine primo.qui per istam præsumptionem dicit per hunc modum legitimæ probatum fuisse ualorem, & hoc absque dubio in casu isto procedit,cum intentioni probantis uideatur satisfactum, si a tempore expresso in probatione ualor probatus durauit usque in finem locationis.

¶Sextò iuuatur ex stylo iurato, producto, & recognito in forma,qui licet absque iuramento non ualebat,tamen cum sit recognitus,cum iuramento & in forma debet ualere, cum primo non ualebat ex defectu citationis iura-

88 menti, & sic solennitatis, quo casu † per recognitionem in forma reconualidatur: ita Salyce. in l. iurisiurandi. de testibus & inquantum in contrarium allegatur, loquitur quando testificatio non ualebat respectu ueritatis, & sic Salice. facit pro creditoribus, ex quibus probationibus

89 & coniecturis res redditur clarissima, cum bona † dicatur illa probatio quæ aliqua iuris præsumptione adiuuatur:ut per Bartol.& alios in l.non solum.§. sed ut probari.de noui operis nuncia.& in l.j.ff.si cer.pet. ergo tanto magis ista quæ tot firmissimis iuris præsumptionibus adiuuatur.¶Septimò ista depositio coadiuuatur ex uerbis expressis ipsorum deponentium.Nam certum est si de continuo & perpetuo ualore pro totis illis temporibus deposuissent,probatio nullam haberet difficultatem, sed sunt uerba signantia continuum ualorem, ergo &c. Nam

90 non solum adsunt illa uerba abinde & citra &c. † quæ de proprietate signant continuatum ualorem:iuxta tradita per Bar.in l. Celsus.de usucapionib. col.5.& ibi per alios cum concordant. sed etiam adsunt in nonnullis testibus hæc uerba & de præsenti, & usque in præsentem diem,

91 † quæ uerba de sui natura signant pro toto tempore etiā præsenti continuatum ualorem:ut per Barto.in l.si patronus. §. primo de legatis tertio cum concordant. de quibus ibi:quod in hoc casu tanto magis debet esse, cum si-

92 mul sint posita geminata & prægnantia uerba † quæ multum operantur: ut traditur in l. balista. ad senatuscon. Trebellia. cum uulgaribus.per Modernos in l. etiam. soluto matrimo. Et ex his apparet responsum ad id quod dicebatur non fuisse probatum de continuato ualore, quoniam non solum ex uerbis expressis,& geminatis, ac prægnantibus hoc demonstratur,sed etiam propter probationem a communiter accidentibus, & ex uerisimilitudine,& ex præsumptionibus de præsenti in præteritum, & econtra, ac stylo iurato, & multis alijs quæ non aderāt in casu Bartol. in l. præcia rerum. ad leg. Falcid. merito non facit ad casum nostrum.

¶Nec est probatum quod isti testes sint nummularij,nec quod ipsi introduxerunt hanc consuetudinem,immò deponunt inter alias personas communiter huiuscemodi ualorem fuisse.Et ex his puto creditores iustissimam causam fouere. Laus Deo

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Tempus solutionis spectandum est in considerando pecuniæ ualore.*

2 *Reperiri aliquid cum difficultate, & non reperiri, a pari præcedunt.*

3 *Testes de auditu non probant.*

4 *Probatio necessario non concludens nullius est momenti.*

5 *Dictio ita,signat modum.*

6 *Vsus est nomen ex actibus continuis productum quod cerni non potest,licet cernantur actus.*

7 *Testes uerisimiliora deponentes præferuntur alijs, etiam si sint pauciores.*

8 *Præsumptio capitur ex præterito in præsenti,& econtra.*

9 *Mutatio rei non præsumitur.*

10 *Pecuniæ ualor pendet ab authoritate principis, uel a consuetudine.*

11 *Variatio, in principe non præsumitur.*

12 *Iuris præsumptiones sunt liquidissimę probationes.*

13 *Obligatio se referens ad aliquod instrumentum secundum illud intelligi debet.*

14 *Verba in fine posita, ad omnia præcedentia referuntur quãdo nulla ratio reddi põt, cur magis ad unum quam ad aliud referãtur.*

15 *Verba in fine posita, referuntur ad obligationem principalem.*

16 *Impossibile est fideiussorem in plus obligari, quam teneatur ipse principalis.*

17 *Clausula in fine posita, refertur ad ea ad quæ alias non refertur, ut euitetur absurdum.*

18 *Promissio in qua sæpius de ducatis simpliciter est factum uerbũ, indicat præcisam mentẽ cõtrahentium fuisse ducatos tantum deberi, & esse in obligatione.*

19 *Conuentio ultima attendi debet.*

20 *Vltima maxime attendi debent, quando ueniunt ad præcedentiũ declarationem.*

21 *Sermones magis particulares maxime sunt attendendi.*

22 *Absurda ut euitentur, in dictionibus non est uis facienda.*

23 *Affectio in nummis iuris censura non cadit.*

24 *Alternatiua quoties ponitur inter res, in quibus iuris censura iusta non cadit affectio, unam tantum cõtinet obligationẽ & unã summam, & pars alternatiuę tantum est in obligatione, & illa summa pro qua concurrit aliqua coniectura.*

25 *Plus, in eo casu considerari non potest, in quo ob futurum euentũ obligatio se ad plus & minus potuisset habere.*

26 *Alternatiuę pars, quando est incerta, & non est taxata, sed per relationem ad aliam partem uenit taxanda, est in facultate soluendi.*

27 *Dictum Bar. in l. si quis stipulatus. in 1. col. de solutionibus & libera. dum dicit, quod si quis promisit centum libras in florenis, floreni sunt in obligatione, communiter reprobatur.*

28 *Valor floreni & aurei ita incertus est, sicut ualor mellis simpliciter prolati.*

29 *Contractus qui sonant in factum & capiunt nomen a re, requirunt fieri primo traditionem.*

30 *Valor qui datur pro ducatis, cum subrogetur loco ducatorum, debet sapere naturam ducatorum.*

31 *Subrogatus pro rectore ab uniuersitate recipit omnes qualitates præsentes, & futuras rectoris: quousque subrogatio durat.*

32 *Valor ducati nõ est pars integralis ducati, nec idem cum ipso ducato, sed qualitas extrinseca.*

33 *Digitus, hominis pars est integralis.*

34 *Alternatiuę natura est ut ponatur inter æqualia, etiam si uerba essent restringenda & impropriãda.*

35 *Interpretatio in dubio, contra publicanos, & fundantes se in scriptura, fieri debet.*

36 *Dictum gloss. non habens contradictorem, potest allegari pro textu.*

37 *Immo fortius potest allegari contra communem opinionem.*

38 *Valor aurei propter pecuniam minutam deterioratam creuisse præsumitur.*

39 *Præsumptio ex solitis colligitur, ita quod perinde est ac si id esset si non probetur contrarium.*

40 *Valor aureorum uel pecunia danda pro illis, quoties respicit solutionem, debet æstimari & considerari secundum tempus solutionis.*

41 *Expressio eius quod tacite inest, per eum modum per quem inest, nihil operatur.*

42 *Iudex in quibuscunque terminis in causa reperiatur potest & debet, se a cõflatoribus monetarũ de bonitate monetæ informare.*

43 *Valor monetæ respiciens solutionem, debet intelligi secũdum tempus solutionis.*

44 *Opinio contra Bar. scilicet, in consideranda æstimatione ducatorũ attendi tempus solutionis, de consuetudine seruatur.*

45 *Ratio, declarat restringit & ampliat dictum, ita ut non dictum, sed ratio attendatur & sit in consideratione.*

46 *Concordia traditur ad diuersa consilia Decij.*

47 *Debitor contra quem agitur pro augmento ducatorum non dicitur certare de damno, propter dubium rei euentum.*

48 *Creditores propter auctum aureum non dicuntur certare de lucro, quando ita potuisset minui sicut augeri.*

RESPONSVM XIII.

¶ An communis opinio quæ habet ualorem pecuniæ secundum tempus solutionis spectandum fore, habeat locum, quando pecunia promissa reperitur. Item quando alternatiue est promissum. Et an ualor aurei considerari debeat secundum ualorem monetæ currentis tempore cõtractus, an tẽpore solutionis, ubi multa circa ualorem & augmentum ducati & monetæ, & in materia prædicta opiniones notatu dignissimæ.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ Habita licẽtia a superioribus & uicarijs ipsius pontificis adhuc in causa quæ in effectu est ꝯ sedem apostolicã, seu eius ꝯductores scribã q̃d sentiã, & ꝑfecto cũ creditores iustissimã cãm fouere, tam ex actitatis quã in iure copiose allegatis luce meridiana clarius appareat. Putaui doctissime, ac iustissime iudex nonnullas responsiones potius traditas fuisse iudicij prorogandi causa quam quod aliquam habeant dubitationem. apertissime quoque cognoui ex illa ditissima officina non peruenisse, cum uestro non sint dignę coturno, sed ex pauperrimis & exhaustis calumniantium laribus deriuasse. Itaque eis nullam replicationem accommodare decreueram, existimans uanum fore id ipsis tribuere quod secũ afferunt, uerum ut dominis meis obtemperem, & ut purissimę conscientiæ uestrę omni sit ex parte satisfactum, operęprecium duxi obiecta sub compendio resoluere. Et cum in primis dicitur communem opinionem de qua per Arc. in consi. 9. & alios citatos per Brunum in tract. de augmẽto in quinta & sexta ampliatione, & in secunda limita-
1 tione asserentem secundum tempus solutionis † ualorem
pecuniæ spectandum fore in præsenti casu ex duplici capite non procedere. ¶ Primo quia præsupponitur pecuniã promissam reperiri, cuius ꝯrium probari dr̃ per nouem testes, & licet reperiatur talis pecunia, tñ fit cũ maxima diffi-
2 cultate: nam aliquid non reperiri & reperiri † cum difficul
tate a pari procedunt. l. apud Iulianum. §. constat. de leg. 2. l. nepos proculo. de uerb. signi. dicitur etiam ꝙ illa communis opi. non procedit quando alternatiue est promissum, sed ad ista respondetur ꝙ si recte acta spectentur, clarissime apparebit huiusmodi pecuniam reperiri, & in magna quãtitate, & esse in communi usu ut ultra declarationem iudicis expresse per sex testes creditorum de uisu deponitur, quorum dicta sigillatim non recenseo cum sint clarissima. ¶ Nec obst. quòd testes partis aduersæ de-
3 ponant contrarium, quia deponunt de auditu † nec neces
sario concludunt, multosque defectus patiuntur, & testis de auditu nihil probat. l. solum. de test. per Arch. 35. q. 6. c. in hoc. Pau. de Cast. in cons. 17. in causa. col. 10. Roma. in l. si uero. §. de uiro. col. fi. solu. matri. Alex. in cons. 77. in cã accusationis. col. 2. lib. 1. & probatio necessario non con-
4 cludens nullius est momenti. c. in † præsentia. de proba
tioni. l. non hoc. unde cogna. cum uulgarib. ¶ Nam Thadæus primus testis dicit ꝙ cessatum fuit expẽdi. assignat rationem, quia ipse non uidit nec dicit ꝙ non potuisset esse, quin uiderit &c. & sic non concludit aliquo modo, cum non sequitur iste non uidit, ergo non est absque supra dictis uerbis. ergo reijciendus est. ¶ Secundus testis Augustinus deponit de auditu de destructione aureorum, adeo ꝙ usus & cursus cessauit, ergo uti de auditu deponens reijciendus est. ¶ Tertius testis Sebastianus nihil deponit de cessatione usus. ¶ Quartus testis Iacobus deponit de auditu. scilicet, ꝙ audiuit illos ducatos destrui, & postea infert de auditu ad uisum per hæc uerba: & ita dicit se uidis-
5 se usum ducatorum cessasse: nam dictio ita, † signat mo
dum: per Bar. in l. quibus diebus. §. termilius. de condi. & demonst. per Arc. in l. magisteria. C. de iurisd. omn. iud. sed auditus non est modus uidendi, ergo &c. præterea uisus non refertur ad aliquid corporeum, & quod ipsi conueniat: nam refertur ad cessationem usus qui est nomẽ ex
6 actibus continuis productus, † qui cerni non potest, licet
actus cernantur: ad plene tradita in l. de quibus. de lega. circa diffinitionem usus, & hoc de se patet, & istud fit ex abun-

abundanti,& cũ cæteri testes deponant de auditu nec aliquo mô concludãt, de his nullum uerbum faciam. ¶ Sed dato ꝙ hi testes probarent ꝙ tamen est falsum, nihilominus testes creditorum debent præferri uti uerisimiliora deponentes; nam testes uerisimiliora deponentes præferuntur
7 † etiam si sint pauciores. l. ob carmen. §. si testes. de test. Bal. in l. testium. C. de test. Anch. in c. quia non ueri simile. de præsum. Cano. in c. licet causam. de test. Cur. in consi. 23. ad secundum. Quod autem uerisimiliora deponant probatur ex pluribus. Et primo quia cum & ipsimet testes deponant quod primo erant ducati de camera in frequenti usu adhuc præsumuntur esse, cum ex præterito
8 † præsumatur in præsenti & econtra. l. ex persona. de probatio. cum concordantijs ibi plene allegatis. ¶ Item cum
9 non præsumatur † mutatio rei. l. cum tacitum. de proba. c. maiores. de baptis. ergo sicut erant & de præsenti præsu
10 muntur esse &c. & suadetur: nam † cum pecunia pendet ab authoritate principis, uel a consuetudine: ut in l. j. de contrahen. emp. & traditur in l. Paulus. de solutio. & in l.
11 cum quid. si certum peta. & in † principe non præsumitur uariatio: ut late per Dec. in l. nemo. de reg. iur. & consuetudo non expeditur tam breui spacio temporis: ad plene tradita in c. fi. de consue. & in l. de quibus. de legib. & in l. j. C. quæ sit longa consue. & ita depositio ꝙ adhuc sint ducati de camera in frequenti usu, non solum uerisimilior est, sed
12 adiuuatur præsumptionibus † iuris, quæ sunt liquidissimę probationes. l. si quis locuples. de manumis. testa. l. licet imperator. de leg. 1. & illa probatio quæ iuris præsumptionibus adiuuatur alijs præferenda est: ad abundanter no. in d. c. licet causam. de test. & faciunt no. per Bar. Ias. & Mod. in l. non solum. §. sed ut probari. de noui oper. nun.

¶ Secundò per partem aduersam principaliter respondetur illam communem opin. loqui & procedere quãdo ualor est in facultate soluendi, sed hic est in obligatione propter alternatiuam promissionem, sed respondetur prout alias responsum fuit quod nõ fuit simpliciter promissum alternatiue, sed modo & forma de quibus in bulla, sed in bulla ualor seu alia pecunia est in facultate soluendi uigore consuetudinis: ergo se obligauit conductor soluere per
13 modum facultatis: tum quia † obligatio se refert ad bullam, ergo secundum eam debet intelligi: tum etiam quia dicit modo & forma de quibus in bulla, sed si utrunque esset in obligatione alternatiue non esset modo & forma de quibus in bulla, cum in ea obligatio non est alternatiua: ergo omnino ex intentione partium dici debet quod ualor sit in promissione per modum facultatis & non obligationis: & alternatiua ab alijs uerbis expressis refertur ad facultatem soluendi prout erat in bulla. ¶ Nõ obstat quod illa uerba modo & forma &c. non referũtur ad obligationem principalis, sed tantum fideiussorum: quoniam respondetur ꝙ est falsum ex pluribus. ¶ Et primo, quia illa uerba sunt in fine posita, ergo ad omnes præcedentes obligationes referuntur. l. talis scriptura. de lega. 1.

¶ Secũdò quia semper referuntur ad omnia quando militat eadem ratio: ut per Bar. in d. l. talis scriptura. de leg. 1.
14 ubi † uult quod ad omnia referantur quando nulla ratio potest reddi, ut magis ad unum referatur quam ad aliud: & ibi cum sequuntur omnes: & in c. 2. requiris. de appel. sed in casu nostro non datur ratio diuersitatis, ergo &c.

¶ Tertiò quia magis debet referri ad principalẽ obligationem, quam ad obligationẽ fideiussoris, cum uerba in
15 fine posita † referantur ad dispositionem principalem: ut uult Bar. in l. fi. de reb. dub. dum alleg. l. filium quãdo dies leg. cedat cum simi. ¶ Quartò comprehendatur: nam si illa uerba modo & forma de quibus in bulla, referrẽtur tantum ad fideiussorem, & propter alternatiuam, utrunque esset in obligatione principalis, sequeretur absurdum & inconueniens quod principalis esset alternatiue obligatus ad ducatos uel ualorẽ. fideiussor uero ad simpliciter ducatos tantum, & obligatio ad ducatos tantum continet plus, cum contineat augmentum ducati secundum cõmunem. obligatio alternatiua ad ducatos uel eorum ualorem continet minus, secundum dubitantem, cum nõ cõtineat augmentum: & sic fideiussor esset obligatus ad plus
16 quam principalis, quod non solum est absurdum † & inconueniens sed impossibile. l. grege. §. illud. de fideiussoribus. l. j. eod. titu. & plene nota. in d. §. illud. ergo ut euitetur istud absurdum illa uerba debẽt referri etiam ad obligationẽ principalis; nam clausula in fine posita refertur
17 † ad id quod alias non debet referri & econtra, ut euitetur absurdum: ut per Abba. in consi. 97. uiso instrumento. & in consi. 75. lib. 2. & ponitur in d. c. 2. requiris. de appel.

¶ Quintò aperte demonstratur ex sequentibus uerbis: nã post promissionem generaliter factam his terminis & temporibus, & cum fideiussoribus modo & forma latius expressis in bulla declarat specialiter istam promissionem, ac eius tempora per hoc uerbum, id est, quod est uerbum expositiuum: ad no. in l. j. ad legem aquiliam. cum similib. Et dicit, id est, in fine mensis Iulij proxime uenturi quartã partem dictorum ducatorum duorum mille de camera, uidelicet ducatos quingentos: & sequendo in solutionib. huiusmodi in fine cuiuslibet trimestris, & sic de trimestri in trimestre soluere pro qualibet rata totidem ducatos quingentos similes, usq; ad integrãm solutionem dictorũ ducatorũ duorum mille de camera promisit &c. & ita in ista particulari promissione proposita ad declarationem præcedentis constat quod tantum ducati de camera sunt promissi, & sic ipsi sunt in obligatione & non illorum ualor, de quo nullus est habitus sermo. Et aduertendum est quod in hac particulari promissione sæpius de his ducatis simpliciter est factum uerbum propter quod demõstra
18 tur † præcisam mentem contrahentium fuisse quod tantum ducati debeantur & sint in obligatione, arg. gl. in clementi. 1. in uerbo. diœcesanos. de iure patronat. & per Bal. in c. cum tu. de rescriptis. per Bar. in l. cum simus. de agricol. & censitis. in l. balista. ad senatusconsultum Trebellianum. cum similibus. Ergo manifestissime constat dum supra in generali promissione fuit alternatiue facta mentio de ualore ducatorum, quod intelligitur ut sit per modum facultatis, ut in bulla, cum declarando illam promissionem & specialius eam exprimendo nullam facit mentionem de ualore, & ista particularis promissio debet attendi & præferri: tum quia est ultima, nam ultima conuentio
19 † attenditur. l. pacta nouissima. C. de pactis. l. si quis. de uulg. & pupilla. per Alex. in consi. 19. uolumi. 2. tum etiã
20 quia uenit ad † declarationem pręcedentium ibi ualet, ergo debet attendi: iuxta tradita in l. hæredes. §. sed si notã.
21 de test. ac etiam † quia specialior est & magis particularis: ad plene tradita in l. in toto: de regulis iuris. quæ regula haberet locum & in cõtractibus prout nos sumus. Bar. in l. sed si adijciat. ff. pro socio. ubi dicit speciẽ restringere genus ex præsumpta uoluntate contrahentium Dyn. in c. generi. de reg. iur. lib. 6. Raph. Fulg. consi. 215. & iuxta illud Philosophi sermones magis particulares uti ueriores præferendi sunt: nec obstat natura alternatiuę, quia simpliciter non fuit posita, sed fuit qualificata, fuit quoq; declarata. & resultarent nonnulla absurda, ut supra dixi,
22 propter quæ non est uis facienda † in dictionibus: ut est gloss. & ibi notatur in l. eas causas. de conditionibus & demonstrationibus cum similibus. sed ut in totum tollatur omnis tinnitus aurium domini iudicantis dico, quod in hoc casu, & si tantum ducati sint in obligatione, & nõ ualor alternatiua seruat suam naturam. Nam quoties alternatiua ponitur inter res in quibus iuris censura iusta non
23 cadit affectio † ut in nummis, prout est in casu nostro. l.
25 nummis. de in litem iurand. tunc continet † tantũ unam obligationem: & una summa, & pars alternatiuę tantum est in obligatione, & illa summa pro qua concurrit aliqua coniectura. ita uoluit Bar. in l. si duo. de uerborum obligationib. quem ibi sequuntur communiter doc. per Bar. in l. si ita relictum. de leg. 2. per Bal. in l. cum quidam. de uerborum obligationibus. ergo cum hic sumus in alternatiua posita inter res in quibus sui natura nõ cadit affectio, & per consequens tantum una pars est in obligatione, potius dicendum est quod sint ducati quam ualor ipsorum, cum pro hoc plures concurrunt coniecturæ de quibus supra, & quod ualor sit nulla urgens concurrit coniectura, & si dicatur adest coniectura ad fauorem debitoris, quia admi-

ad minus tenetur, cum non teneatur ad augmentum secũdum dubitantem. ¶ Respondetur quod tempore obligationis quod spectari debet, cũ agimus quid sit in obligatione plus non erat ualor quam aureus & eꝫ, nec in consideratione esse debet augmẽtum auri, quia & diminui poterat quod cessisset ad utilitatem promissoris, cum tunc
25 ad minus teneretur, itaque † non potest plus in hoc casu considerari, cum ob futurum euentũ obligatio ad plus & ad minus se habebat. l. de fideicommisso. de transactionibus cum ibi plene nota. & ex his liquidissime constat tãtum ducatos de camera esse in obligatione: ualorem uero in facultate soluendi: & si in alternatiua sit positus. & id & si pluribus alijs medijs demonstrare possum, cum ex præcedentibus satis liqueat. Et cũ pro comperto habeã hominem, cum quo uerba facio, ex industria aliter non cõprobo. ¶ Non omitto etiam ad corroborationem prædictorum: unum quod in prioribus allegationibus adductum fuit, scilicet, cum ualor expressus in parte alternatiuę sit in
26 certus, sequitur quod est in facultate soluendi: quia † qñ pars alternatiuæ est incerta & nõ taxata, sed per relationem ad aliam partem uenit taxãda, est in facultate soluẽdi: ut per Bar. & alios, in l. si quis stipulatus. in 1. col. de solutionibus & liberationibus. ubi si promitto decem, aut mel, cum mel non est taxatum, sed taxatur per relationẽ ad aliam partem alternatiue dicitur esse in facultate soluendi: & cum istud solum esset de per se sufficiens ad decidendam istam quæstionem; ergo quanto fortius cum plures rõnes, de quibus supra, & infra cũ eo cõcurrant, casus iste apparet clarissimus. ¶ Nec obstant nonnullæ rñsiones quæ iudicio meo non sunt iudicis dubitationes, cum sint contra notissimos iuris terminos. Et primo dum dicunt quod immo ipsemet Bar. uult contrarium, & sic facit pro ipsis in d. l. si quis stipulatus. colum. tertia, dum uult quod si quis promisit centum libras in florenis, floreni non solum sunt in facultate soluendi, sed in obligatione, cum precium florenorum est certum, secus in exẽplo supra posito, quia mel est penitus incertum. Sed rogo quod in hoc maxime doctissimus iudex animaduertat, & uidebit hos calumniantes ad instar Machabęorum studio
27 contradicendi amisisse spiritum. Nam dictum † Bar. in d. lege, si quis stipulatus. dum dicit quod si quis promisit cẽtũ libras in florenis, floreni sunt in obligatione, quia sunt certi, communiter reprobatur, attento quod indies ualor florenorum mutatur: ut ibi per Angelum, qui uult quod non possit dici magis certa æstimatio florenorum quam mellis, cuius precium non est taxatum, & propterea floreni uti incerti sunt tãtum in facultate soluendi: & hãc opinionem sequitur ipsemet Bar. in d. l. Paulus. in ulti. quæst. de solu. Pet. de Anch. in cle. si beneficiorum. in pen. col. de decimis. & prius uoluit Ioan. And. in c. fi. col. pen. de maledicis. Bal. in c. 4. in fi. de iureiu. & post multos alios attestatur istam esse communem opinionem. Brunus in tractatu de augmento. in octaua fallen. col. 2. ergo secundũ
28 communem opinionem ita incertus est † ualor floreni & aurei, sicut mellis simpliciter prolati, & sic secundum communem, a qua non est recedendum in iudicãdo: per Ioan. And. Abb. Feli. & Dec. & communiter doct. in c. 1. de const. ualor pecunię cum incertus sit licet alternatiue sit promissus est in facultate soluendi, & unum non est magis incertum quam aliud: ut per supra dictos: & cum ita sit cõmunis de quibusdam illorum concordijs non esset faciendum uerbum, nihilominus ut magis errores istorum appareant dicam unum uerbum. Et primo, dum dicunt qđ in casu Bar. in l. Paulus. principaliter agebatur ꝙ librę soluerentur in l. si quis stipulatus. ꝙ floreni soluantur.
¶ Ad istud respondeo qđ est somnium, cum non probet suam minorem: quod magis in uno casu sit principalis intentio super uno, quam in alio casu: super alio errant etiã dum dicunt quod in d. l. Paulus. erant floreni adiecti uerbo executiuo depono, mutuo, in dotem dono: secus in d. l. si quis stipulatus. quia non tractatur de obligatione dantis sed recipientis, quę resultat ex promissione expressa de reddendo, uel tacita propter receptionem habitam, & uerba dicta sunt ad producendum contractus, qui cum sint
29 de illis qui sonant in factum & capiunt nomen a † re: iuxta tradita in l. iurisgentium. in principio, de pactis. cum similibus. requiritur primo traditio, & tantum est in illis incipere a facto quantum in alijs a promissione, sed respectu promissionis acceptantis de qua agitur, nõ magis floreni sunt adiecti uerbo executiuo in illis contractibus quam in alijs, immò solo uerbo promissiuo: nam illos acceptantes promittunt restituere, & aliter dicere est errare in terminis, & hæc sint dicta ex abundanti cum habemus communem opinio. pro nobis. ¶ Et ex supra dictis apparet quod communis opinio est pro parte creditorum in proprijs terminis, pro qua concurrunt septem alia fundamenta quæ fecimus in alia allegatione, scilicet, quod ua-
30 lor datur pro ducatis, & † sic subrogatur loco ducatorũ: ergo debet sapere naturam ducatorum, cum subrogatum sapiat naturam subrogati, & idem reputetur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. ubi late per Mod. & in l. j. §. hæc autem actio. ff. si fami. fur. fec. dica. ubi Bar. & alij. l. filiæ. §. Titia. de cond. & demonst. ergo æstimatio debet solui ut tantundem præstet ac si ducati soluerentur. ¶ Nec obstat quod sufficit quod tantundem præstet habito respectu ad tempus contractus, cum ad illud referatur: quia non esset perinde ac si ducatus solueretur, sed ac si esset solutus tunc temporis, nec tantundem nũc præstaret quod est contra naturam subrogationis, quia non solum subrogatum tantundem debet importare tempore subrogationis, sed quousq; subrogatio durat: & si quid primo addatur, & subrogato censetur additum, & ideo subrogatus
31 † pro rectore ab uniuersitate recipit omnes qualitates præsentes & futuras rectoris quousque subrogatio durat: ut per Bar. in l. filius. de leg. ponunt Moderni in rubrica, de officio eius cui mandata est iurisdictio. & in rubrica, de maioritate & obedien. & sic sapit naturam temporis contractus & alterius temporis quousque durabit subrogatio, alias non reputaretur idem, & ita cessat responsio uti sibi cõtraria: ad no. in l. j. C. de furt. & in l. ubi repugnãtia. de reg. iur. Nam fatetur subrogatum esse & non uult subrogati naturam sequi: sed qui approbat aliquid censetur approbare cum omnibus suis qualitatibus. Et ita fieri debet. l. j. §. ait pretor. ne quid in flumi. publi. cum similibus. ¶ Tertiò ista opinio comprobatur. Nam si conductor soluere ducatum de camera solueret debitum, ita qđ nihil indebitum, & tamen solueret ei augmentum ducati quod inest ei, ergo augmentum est debitum: igitur si solueret æstimationem ducati sine augmento, cum augmentum sit pars ducati, nõ solueret integrum debitum, quod admittendum non est. Et ista est demonstratio & necessaria probatio, ad quam nullo pacto uideo aliquo modo responsum fuisse, nisi quod more Iudæorum me in uerbis captando dicitur, quod ualor ducati non est pars integra-
32 lis ducati nec idem † cum ipso ducato, sed qualitas extrinseca: ad plene notata per Bal. & alios in c. quanto. de iureiur. & in l. quod te. si cer. pet. ad quod replicatur quod stãt simul quod aliquid sit pars integralis, & tamẽ non sit idẽ
33 quod integratum, nec substãtia integrati, † sicut digitus in homine est pars integralis: secundũ omnes Modernos in rubrica, de leg. 1: & tamen non est homo nec substantia hominis: igitur sua consideratio non concludit: sed de his satis, quia non facio uim in hoc uerbo integrali, sed bene dico, quod si augmentum aurei est debitum, prout est cum soluendo aureum nihil indebitum soluit: ergo augmentum est debitum, si debitum est: ergo qui non soluit illud non soluit integrum debitum, & dicere erat obligatus ad ualorem ergo potest soluere, fateor: sed dico, si augmentum debitum est, ut dixi, debet etiam soluere illud, & hoc maxime cum ualor sit incertus & non taxatus, & sic uariabilis sicut aureus: & propterea ita debet augeri & diminui sicut aurei augentur & diminuuntur: &
34 hoc propter † naturam alternatiuę quæ est ut ponatur inter æqualia, etiam si uerba essent restringenda & improprianda: ut per Soci. in l. j. de reb. dub. & per plura quæ in septimo fundamento allegaui, ad quæ nihil est respõsum nisi quod non debet in hoc fieri fundamentum: cum præsupponatur quod æstimatio aurei non est certa: quod est contra

contra Bar.in l.si stipulatus fuero decem in melle.de solu-
tionibus & liberationibus a quo non est recedendum tan
quam a carotio,sed est error in doctrina Bar. Nam dicūt
quod Bar.opinio tenenda est,nec ab ea ut a communi re-
cedendum est,& ignorant quod illa opinio Bar.commu-
niter reprobatur: ut ibi per Ang. & per eundem Bar.in l.
Paulus respondet. in ultima quæstione. & per Petrum de
Anchara.in clementina, si beneficiorum. in penultima
columna , de decimis.& multos allegatos per Brunum
in tractatu de augmento,in octaua fallentia. columna.2.
qui attestatur Bar.in d.l.si quis stipulatus.communiter re
probatum esse,ut supra recitaui:& ideo dico quod adhuc
uiget fundamentum,nō obstāte doctrina Bar.allegata in
contrarium: & ideo sicut una pars est uariabilis ita debet
esse alia pars, scilicet aureus:& hoc modo procedit uis
fundamenti quæ non uidetur percepta, dum faciunt uim
in certo ualore aurei tunc temporis.quia non stat funda-
mentum in hoc sed in re uariabili,ita ꝙ natura alternati-
uę in hoc seruetur.¶Hæc quoque opinio fuit comproba
ta ex dicto gloss.& Imo.in l. quantæ audaciæ. de publica-
nis & uectigalibus.& notatur in l.ueteribus.de pactis.ubi
35 in dubio sit interpretatio † contra publicanos & fundan
tes se in scriptura,sed isti sunt publicani & se fundant in
scriptura, & sumus in dubio,cum possit referri promis-
sio ad utrunque tempus,scilicet contractus & solutionis,
cum unum tempus non sit magis expressum,quam aliud.
Nec potest dici quod istud procedit secundum naturam
sermonis, sed s̄m regulas iuris est certa cum alternatiue
sit promissum,sed profecto etiam secundum regulas iuris
est dubium,cum simpliciter alternatiue non est promis-
sum,& fuit postea in particulari & speciali ori promissio-
ne promissum simpliciter: & per multa de quibus supra
res non solum pro parte thesaurarij seu pontificis est du-
bia,sed habet tantam facultatem quod est clara pro par-
te creditorum,& ipsemet iudex dicit ꝙ habet hunc articu
lum pro difficillimo,ideo pro comperto habeo quod ha-
bebit interpretari contra publicanos: & dictum gl.nō ha
36 bens contradictorem potest † allegari pro tex. ad plene
tradita per Iasonem,Claudium Seissellū,Decium,& alios
in l.ut uim,de iusti.& iure.per Ias.& alios in l.illam.C.de
collationibus cum simili.ubique decantatis, ergo non de
bet fieri difficultas quod illa gl.non habeat consocias, cū
37 sufficit quod non habeat contradictores: immò † quod
fortius est potest allegari contra communem opinionem.
Feli.in c.1.col.penultima. uersi.2. limita. de constitutio.
de cuius dicti ueritate alias dixi. ¶Præterea ista opinio
alio fundamento firmabatur,scilicet,quod propter pecu-
niam minutam deterioratā ualor aurei creuit prout præ-
38 sumitur.ut per † Soci. in consi. 298. uol. 2. quæ præsum-
39 ptio ex solitis colligitur,ita † quod perinde est acsi id es-
set si non probatur cōtrarium:ad no.in l.certe. de precar.
l.neque natales.C.de prob.& plene traditur in l.certi con
dictio.§.nummos.si cer.pet.ubi late dixi non repeto. Cui
fundamento nihil obst.quod per dubitantem dicebatur
probatum fuisse quod sex quatreni faciebāt bononinum
tempore contractus,sicut faciūt tempore solutionis:quo
niam hoc & si uerum esset concludenter non probetur ui-
deatur processus:sed hoc dato dico,quod deterioratio nō
est in numero quatrenorū sed in liga & materia:& in hoc
etiam uidentur isti in terminis errasse.nec causa augmen-
ti allegata prodest,cum non probetur concludenter si re-
cte processus inspiciat: & dato quod probetur nihil eius
probatio releuat, quia non tendit ad hoc, cur creuerit
ualor ducati de camera, sed cur empti & in aliam formā
conflati sint? Nam & etiam ualor scutorum creuit,& ta-
men ipsi non fuerunt destructi: augmentum igitur cuius-
cunque aurei & scuti fuit propter minutam pecuniam de
terioratam:& in eo quod argumentum a solitis procedat
non insisto quia tritissimum est: uideantur ad saturitatē
doc.præsertim Ias.in l.certi condictio.§. nummos.si cer.
pet.& inter alia signa hoc mihi fuit notissimum quod hu-
iusmodi dubia non sunt iudicis:cum circa istud uidi cespi
tari:quod nullam habet difficultatem ac omnibus notum
est. ¶Item pro opinione ista allegabatur authoritas Bru-
ni non habentis contradictorem in tractatu de augmēto.
40 in octaua limitatione in fi. ubi quoties † ualor aureorū,
uel pecunia danda pro illis respicit solutionem:debet cō-
siderari & æstimari secundum tempus solutionis, sed ita
fuit hic ergo &c.& huic fundamento nullo modo est re-
sponsum: nam dicere quod Brunus loquitur quando sit
mentio de moneta currente: secus si non adest uerbū cur-
rente est loqui sine lege & contra expressam intentionem
ipsius met Bruni,ubi uult quod attendatur tempus con-
tractus quando simpliciter est prolatum uerbum moneta
currens:& non est adiectum solutioni: alias si est adiectū
solutioni & illud uerbum currens, nihil habet operari cū
41 tacite inerat, † & sit expressum per eum modum per quē
tacite inerat;ad plene in l.iij.de leg. 1. & in l.non recte.de
fideiusso.& mandatorib. alia etiam responsio est falsa,dū
uult impugnare Brunum per dictum Bar. in l.si quis stipu
latus decem in melle.de quo supra,cum cōmuniter repro
betur,ut supra dixi,non repeto. ultima etiam respōsio nō
meretur recitari:quia & si hodie sex quatreni faciunt bo-
noninum,tamen quatreni nō sunt huiusmodi bonitatis,
ut supra diximus,& ideo auctus est numerus bononino-
rum pro ualore ducati,& iudex de hoc potest certior red
42 di a conflatoribus † monetarum, & debet hoc facere in
quibuscūque terminis reperiatur causa: & uoluit Alex.in
l.precia rerum.ad legem falcidiam.& per Bar. in l.si quid
ex Pamphila.§.si.de lega. 2. qui dicunt quod iste est unus
casus in quo circa fundamentum partis se habet iudex in
terponere:& cum moneta refertur ad solutionem intelli-
gitur secundum tempus solutionis,& ita debet dici de ua
43 lore monetæ qui respicit † solutionem,quod intelligatur
de ualore monetæ secundum tempus solutionis, maxime
cum alternatiue ponitur & una pars alternatiue declarat
aliam,ut in l.j.de reb.dub.& ad hoc non fuit responsum.
¶Vltimo ista opinio fuit comprobata authoritate Mo-
dernorum in l.cum quid si cert. peta. dicentium quod de
44 consuetudine soluatur opi. contra Bar. quod † attenda-
tur tempus solutionis.cui opinioni stādum est quousq;pro
betur contrarium,per ea quæ diximus non repeto.¶Nec
obstat quod non loquuntur quando pecunia, uel ualor al
ternatiue est promissus: nam respondetur quod loquun-
tur in terminis in quibus loquitur Bar. in d. l. cum quid.
cum dicant quod opi.Bar.non seruatur de consuetudine,
qui uult quod attendatur tempus contractus & uerba re-
ferantur ad tempus contractus,& sic fundamentum Bar.
& ratio Bar. quæ est ut spectetur tempus contractus &
quæ declarat,ampliat, & restringit dictum Bar.ita quod
non dictum,sed ratio tanquam domina & regina est in cō
sideratione.l.cum pater.§. dulcissimis.de leg.2.l.regula.
45 de iuris † & facti ignoran. cum similib. ita quod militat
in utroque casu,siue alternatiue,siue simpliciter sit promis
sa pecunia,& abijt in desuetudinem:ergo amplius non at
tenditur tempus contractus sed solutionis. ¶Præterea
ubi probatur quod quando alternatiue pecunia,uel ualor
sunt promissi quod attenditur tempus contractus, certe
non probatur nisi per illam doctrinam Bar.& eius sequa-
ces,fundatam in illa regula quod tempus contractus spe
ctatur:sed illa doctrina a qua pendet iste casus nōn serua-
tur,ergo &c.cum res non subsistat eius fundamento & ra
tione cessantibus:& in hoc non me extēdo, cum res satis
de se pateat.¶Non obstat quod consuetudo non fuit al-
legata,quia non intendimus per testes,sed per dictum do
46 cto.qđ succedit loco allegationis iuris, & † opinio Dec.
in l.ij.§.mutui datio.eo modo,ut dixi, ut transferat onus
probandi in aduersam partem est communis:& alia com-
munis quæ allegatur in contrarium cōcordatur cum ista
ut non probet plenissime:nec Dec.in consi.400.dicit con
trarium, sed loquitur de uera probatione & efficaci, non
de ea quæ solum transfert probationem in aduersam par-
tem,prout ipsemet distinguit in d.§.mutui datio.& nō de
buit allegari, cum generaliter loquatur, & in loco suprā
dicto specialius,& cum distinctione cui standum est,ut di
cit Sali.in l.filiæ cuius.famil. ercis̄cun.¶Ad illud de mul-
tiplici solutione,& ꝙ non erant in facto alieno nōn respō
deo,cum latissime satisfactum est in prioribus allegatio-
nibus

nibus,quibus nec bene, nec male fuit accommodata responsio,cum sit fundata in communi opi. non potest recte accommodari.nec obst.quod creditores agunt de lucro,& conductores de damno:& par non est uirtus lucri, & damni,ut in l.fi.C.de codicil. ¶Nam respõdetur quod
47 † hoc est errare,cum aureus ita poterat diminui sicut augeri,& cum tempus solutionis spectandum est, potuisset, infra quod cõductores minorem ualorem soluissent:pro-
48 pter istud † dubium,& si auctum est,non dicuntur tractare de lucro.l.de fideicommisso.de transact.l.si pater puellæ.de inoffi.testa.cum cõcor. ¶Ex quibus omnibus liquidissime constat partes domini iudicantis esse ad fauorem creditorum contra thesaurarium sanctissimi domini nostri Papæ. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Libris quibus pro se creditores in iudicio usi fuerunt est quoque standum.*
2 *Creditores libros in quibus sunt descriptæ solutiones semel approbantes amplius reprobare non possunt.*
3 *Præpositus a creditoribus pecunijs recipiendis & soluendis utili uel directa institoria eos obligare potest.*
4 *Creditores illorum exactores recipientes solutionem ipsius factũ approbare uidentur.*
5 *Tempus ab eo probari debet cuius intentionis est fundamentum.*
6 *Aestimatio quæ pro ducatis præstari debet,recipit functionẽ & similitudinem ut eadem reputetur.*
7 *Sententia super re incerta ferri non potest.*
8 *Tempus in legibus attenditur in quo factæ fuerunt.*
9 *Aestimatio ducati secundũ tempus solutionis considerari debet, & eo modo solui quando contractus se refert ad solutionem.*
10 *Stipulatio annua,uel pro singulo anno,uel pro quolibet anno,annua duntaxat esse censetur.*
11 *Stipulatio quando est facta cum expressa temporis distributione tot continet actiones & obligationes,quot sunt tempora expressa distributionum,& obligatio quælibet incipit termino seu tempore ueniente.*
12 *Argumentum ualidum est quod fit de re ad tempus.*
13 *Aestimatio ducati secundum ualorẽ monetæ temporis cõtractus nihilominus solui debet,quando propter deteriorationem monetæ auctus esset ducatus.*
14 *Creditores producẽtes libros aliquos in parte & partibus,& repugnantia in præiudicialibus contentis in illis contra se facientibus stare non tenentur.*
15 *Approbatio quæ colligitur ex productione non debet operari ultra intentionem producentis.*
16 *Acceptans partem debiti simpliciter pro hoc alteri non intelligitur renunciare.*
17 *Producta ad consequendum augmentum, augmenti remissionem operari non debent.*
18 *Mandatum non præsumitur,etiam per centum annos.*
19 *Præpositus ad recipiendum & liberãdum intelligitur de eo quod uere & realiter recepisse constat,& non per confessionem.*
20 *Errorem in dubio potius interuenisse censendum est,quam præsumere donationem.*
21 *Probans ualorem & augmentum pecuniæ cuiuslibet anni de ualore & augmento cuiuslibet mensis probasse censetur.*
22 *Verbũ similis uerificatur quo ad quædam,licet quo ad omnia nõ.*
23 *Lex seu bulla quando transiuit in uim contractus,secundum naturam contractus iudicari debet.*

RESPONSVM XIIII.

¶An æstimatio ducati debeat solui & considerari secundum ualorem monetæ currentis tempore contractus,uel tempore solutionis:ubi multa in materia & circa approbationem prouenientem ex librorum productione.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Super augmento ducatorum de camera, contra creditores infrascriptis rationib. ut audiui: nouissime ad fauorem cameræ apostolicæ seu eius uectigalis conductorem dubitari cõtingit. ¶Et primo cum appareat ducatos de camera solutos fuisse creditoribus,per publicanos uectigalis uini,per eorum libros ad rationem solidorum septuagintaquatuor pro quolibet ducato,ac etiã per librum magnifici domini Bonapartis eorum depositarij: & eos libros creditores produxerint in iudicio, ac pro se
1 usi fuerint:uidetur illis libris contra † creditores standum esse,etiam si de se non probarent:ut per Bar.in l.cum quæritur.de adminis.tuto.per Ange.& alios in l.rationes.C. de probationibus & in l.j.C.de edendo. per Moder. & ita
2 cum semel † approbauerint illos libros in quibus continetur solutio ad rationem suprascriptam, amplius reprobare non possunt.c.quod semel.de reg. iur. in 6.l.sicut de actio.& obliga.cum uulgaribus. ¶Secundò probatur ex absolutione facta per depositarium dictorum creditorũ, cum sit propositus a dictis creditoribus pecunijs recipien-
3 dis & soluendis potuit eos obligare † utili uel directa institoria.arg.l.cuicunque.§.non tamen.& in l.eum.C.de institutionibus & substi.& l.si institorẽ.si cer. pet.cum con-
4 cordantibus.& maxime † cum recipiendo solutionem factum depositarij approbarunt.l.Paulus respondet rem ratam habe.& pecuniæ in eorum utilitate sint uersæ,ex qua uersione tenentur.l. ei qui. C. quod cum eo qui in aliena potesta.& per Bar.in l.si pupilli.§.j.de nego.gestis.
¶Tertiò uidentur excludi creditores, cum æstimationẽ ducati alteratam secundum tempus solutionis non uiden-
5 tur probasse:quod tempus † uti suum fundamentum per ipsos probandum erat.l.eum actum. de negotijs gestis.& maxime cum probatur ualorẽ aurei in quolibet anno uario modo se habuisse,ita ut eius probatio uti incerta non releuat.l.neque natales.C.de probationib.c.in presentia. de probationibus. ¶Quartò facit contra creditores: nã ex quo dicitur in bulla Clemen.7. pontificis maximi emptoribus locorum solui debeant singulis annis octo ducati similes:quod referendum est ad ducatos cẽtum auri de camera,soluendos pro precio dictorum locorum:tale precium emptionis dictorũ locorum, per creditores debuisset probari:ut ex eo posset sumi similitudo precij, & æstimationis soluendæ:alias non posset apparere de termino ad quem relatio fieri deberet,& præsertim cum hæc æsti-
6 matio † cum ducatis recipiat functionem & similitudinẽ ut eadem reputetur:ad no.in l.2.§. mutui datio. & in l.cũ
7 quid.si cer.pet.& sic sententia super eo uti incerta † fieri non posset:ad no. in §. curare. institu. de actio. cum simi. sed isti creditores non probarunt precium ducatorũ emptionis dictorum locorum:ergo non potest certa proferri sententia pro eis. ¶Vltimo uidetur casu quo sententia ferri deberet si ferenda secundum tempus bullæ,cum bulla habeat uim legis.§.sed quod principi.institu.de iure natura.gentium & ciuil.& in legibus attenditur tempus in
8 quo factæ † fuerunt:ut per Ias.in d.l.cum quid.in fi.& dato ꝙ tempus obligationis attẽderetur,prout uoluit Brunus in tractatu monetæ.in ultima conclusione.in 12.parte.non refert quo ad publicanas,cum parum temporis interuenerit inter tempus bullæ & contractus: & illo interim nulla facta sit altercatio æstimationis ducati:& hæc sunt in effectu quæ rem dubiam facere uidentur. ¶Pro quorum resolutione præsuppono conclusionem in superioribus allegationibus firmatam,scilicet,æstimationem
9 † ducati considerandam esse secundum tempus solutionis,& eo modo soluendam esse: quia contractus se refert ad solutionem,& ipsam respicit,ut probatur in instrumento,ubi promittit conductor tria mille ducatos auri de camera soluendos in tot monetis aureis, uel alijs monetis currentibus ad rationem ualoris ducati aurei: & ita illa pecunia & ualor,respicit solutionẽ:sed quoties ualor aureorum,uel pecunia danda pro eis respicit solutionem,debet æstimari secundum tempus solutionis,& non promissionis:ita Brunus in suo tracta.in 8.limitatione. in fin.per rationes de quibus ibi per eum. Et ex pluribus late demõstraui in dictis allegationibus tempus solutionis esse spectandum,non repeto, & maxime cum de hoc nõ amplius dubitetur,sed ut tollatur omnis tinnitus aurium dico,siue ue-

ue uelimus considerare tempus obligationis, siue tempus
solutionis ducatos de camera soluendos esse cum augmẽ
to:seu ipsorum æstimationem soluendam esse secundum
ualorem temporis solutionis, saltem per unum trimestre
ante. Quod probo:nam si tempus solutionis spectemus,
res nullam hẽt difficultatẽ, ſm oẽs:& sola difficultas erat
an illud tp̃s esset spectãdũ,qđ q̃dẽ esse late demonstraui.
sed & si concedamus tp̃s obligationis considerandum
esse,adhuc idem dico:nam licet stipulatio annua,uel pro
10 singulo anno,uel ꝓ quolibet anno,sit † unica. l. si stichũ.
§.si stipulatio.de uerbor.obliga.& per consequens si una
obligatio,una actio, licet sint plures solutiones diuersis
temporibus,tamen quando illa stipulatio est facta cũ ex-
pressa distributione temporis:tunc quot sunt tp̃a expres
sa distributionũ tot sunt actiones,tot obligationes, & ob
11 ligatio quælibet incipit eueniente † quolibet termino &
tp̃e. l.si pluribus.in princi. ubi casus ad literã ibi,annua,
bima,trima die de uerb. obli. & ibi ita no.& Are.attesta-
tur esse communem opi.idem tenent Are.Bar.Imo.Rom.
Ias.Claud.seis.in d.l.si stichum.§.stipulatio.de uer.oblig.
glo.Dyn.Bar.Imo.Pau.de Castr.in l. senatus.§.si.de don.
causa mor.per Dyn.Barto. & alios in l.seruus communis
meuij.in §.fi.de stipu.seruo.per Ioan.Fab. Are.& alios in
§.& si ita.de uerb.oblig.insti. & licet Ang. uoluerit istud
procedere,quando post dinumerationem temporum est
appositum distributiuũ quaque die : ut in d.l.si plurib.&
aliqui transeant cum eo,tamen communiter tenetur con-
trarium & sufficere solam enumerationẽ temporũ absq;
alio distributiuo:ut per doc.in dictis locis:& ita attesta-
tur esse communem Claud. seis. in d. §.stipulatio.& ratio
est:quia sicut enumeratio rerum facit plures esse stipula-
tiones,& obligationes.l.scire debemus. de uerb. obli. ita
12 enumeratio temporum,cum ualidum † sit argumentũ de
re ad tempus,l.miles ita hęredem.de mili.testa.sed in casu
nostro sunt enumerata tẽpora ibi his terminis, uidelicet,
in fine mensis Iulij proxime uenturi quartam partem di-
ctorum ducatorum duorũ mille,uidelicet quingentos au
reos,& sequẽdo in solutionibus huiusmodi in fine cuius-
libet trimestris,& sic de trimestri in trimestre, soluendo
pro qualibet rata ducatos quingentos &c.ergo quot sunt
tempora tot sunt obligationes,& in principio cuiusq; tri
mestris noua oritur obligatio:& ita si uolumus etiam attẽ
dere tempus obligationis,opus erit solui æstimationẽ du
cati,cum augmento petito:cum illud augmentum sit fa-
ctum tempore illarum obligationũ quæ oriuntur indies,
& continuo ortæ sunt in principio cuiuslibet trimestris:
quæ opinio communis,si recte consideretur, eo magis de
bet habere locum in casu nostro: cum loquatur etiam si
tempora sint distincta sub generali uerbo, & non indiui-
duo:ut d.l.si pluribus,per uerbũ annua, trima die,ad no.
in l.3.de annuis leg.Item quando summa specialiter non
est diuisa:ergo quanto fortius hic,ubi in indiuiduo tẽpo-
ra,& summæ temporibus cohærentes sunt diuisa,& specia
liter specificata:& ita plures obligationes, quas uerba sin
gulo anno de per se operari non possunt:specifica diuisio
temporum & summarum temporibus cohærentiũ absq;
cõtradictione aliqua operatur,sed dato sine ueritatis præ
iudicio unicam tantum obligationem esse a principio cõ
tractus in esse productam:& secũdum tempus illius obli-
gationis æstimationem ducati solui deberet : adhuc dico
cum auctus est ualor ducati, propter deteriorationem pe
cuniæ minutæ,ita ut pecunia minuta, quæ nunc est,licet
sit maior numero ad ualorem ducati, non tamen cõtinet
13 plus † bonitate, quam pecunia minuta minor numero,
quæ erat ante auctum ducatum:ut declarat Soci.in consi.
258.uol.2.& alias dixi,ita ꝙ si uult præstare æstimationẽ
ducati secundum tempus obligationis,debet præstare cũ
bonitate illius pecuniæ:& tunc tantundem erit ac si præ-
staret æstimationem secundum tempus solutionis, ad qđ
animaduertãt domini iudices.¶ His sic præsuppositis ad
obiecta respondeo:& ad primum nõ posse fieri fundamẽ
tum super productione facta per creditores, de libris do-
mini Bonapartis, & præpositorum uectigalis uini: quia
14 produxerunt in parte & partibus,& impugnatiue † in prę
iudicialibus:ut apparet post pronunciam domini iudicis:
ad no.per Bal.in c.cum dilectus.de consue.in l.j. col.4.&
5.C.de confes.per Anto.post Inn.in c. cum olim. col.pe.
de censi.¶ Item produxerunt & approbarunt quo ad id
quod est solutũ ut in ipsis literis apparet:sed ut ultra non
possint petere ad hoc non produxerunt, nec ex libris id
colligitur:immò ut augmentum aurei cõsequeretur pro-
duxerunt:ergo ratihabitio,& approbatio,quæ colligitur
15 ex † productione non debet operari ultra intentionẽ agẽ
tis.l.non omnis.si cer.pet.cum uulgari.& maxime quia in
dictis libris non dicitur augmentum auri non esse habitu
ros creditores.nec per receptiones illas in residuo libera-
16 ri:& acceptans partem † debiti simpliciter per hoc alteri
non censetur renunciare : ad not. in l.quidam existimaue
runt.si certum peta.cum uulgarib.& ita fateor approbas-
se libros quo ad ualorem ducatorum solutorum pro illa
summa:nec per hoc id quod plus ualebant & erat debitũ
censentur remisisse.Facit illud uulgare de l.cum de inde-
17 bito.de probationib.& quia sunt producti † ad consequẽ
dum augmentum non debent operari remissionem au-
gmenti.l.legata inutiliter.de adimen.legatis.l.quod fauo
re.de legibus.¶ Secundò non obstat depositarium potuis
se præiudicare uti præpositum:quia non est præpositus a
creditoribus,sed a summo pontifice:ergo eis non potuit
præiudicare,cum nemo alterius conditionem deteriorẽ
facere possit,meliorem uero sic,iuribus uulgaribus & ad
hoc aduertatur, nec apparet eũ habere aliquod mãdatũ,
18 & mãdatum non præsumit ẽt per † centum annos.l.si fi-
lius.de petitio.hære.& per doc.in l.sciendum.de uerb.obl.
ergo in nullo potuit præiudicare,immò & si esset præposi
tus ad recipiendum & liberãdum, intelligeretur de eo qđ
19 uere constat & realiter recepisset, & non per † confessio-
nem. nec est in facultate sua declarare creeditũ dñi esse
maius, uel minus:sed tantum liberare ab eo quod uere re
cepit:ad no.per Bar.Alex.& omnes in l.ij. §. creditum. si
cer.pet.ubi Decius attestatur ita communiter teneri.Nec
est uerũ recipiendo solutiones a depositario secundum il
lam rationem uideantur eam approbasse, & residuum re-
misisse:cum qui accipit partem crediti,residuum non ui-
detur remittere : & per alia de quibus supra,in responsio-
ne primæ obiectionis: quæ huic accommodari possunt.
Præterea si debitum est augmentum,ut probaui,& appro
batio referatur ad illud quod tamen negatur,ut supra,cũ
20 continet † donationem,pręsumeretur per errorem factũ,
& non noceret:ad abundanter tradita in l. Titia. de uerb.
oblig.¶ Ad tertium respõdetur ex quo probarunt de ua-
lore & augmento cuiuslibet anni, qui annus est totus in-
tegralis respectu mensium, probando de anno pro-
bant de quolibet mense: cum qui dicit totum omnes e-
21 ius partes integrales † exprimit: ad nota. in rubric.de
leg.1.& in l.qui usumfructum. de uerb. obl.& ita proba-
runt augmentum & eius tempora requisita.Nec obstat te
stes uideri deponere ualorem non fuisse uniformem:quia
loquuntur respectu diuersorum annorum,non tamen eius
dem anni:& ita probatur per sufficiẽtem numerum, licet
sint postea aliqui testes qui nõ concludant. ¶ Ad quartũ
respondetur uerbum similes,fuisse positum ad demonstrã
dum:ut etiam illi octo ducati qui soluebantur pro quoli-
22 bet loco essent de camera,& sic ad exclusionem † ducato-
rum largorum,& in hoc satis operatur:& ita non fuit ad
taxandum ualorem,sed ad demonstrandum genus duca-
torum.cap.sedes.de rescript.& in l.j. de iure emphy. & li-
cet hodie sit auctus ducatus de camera, tamen non so-
lum est similis illi:immò est illemet, cuius ualor non fuit
restrictus per illa uerba,& ita relatio bene se habet.
¶ Secundò dico cum in contractu postea celebrato circa
solutionem expressum est genus aurei:non est opus simi-
litudine,& relatione:cum secundum obligationem cõtra
ctus,debet ferri sententia. ¶ Tertiò retorquetur:nam cũ
ducatus tunc temporis erat tantæ bonitatis,& ponderis,
quantæ nunc sit:& ex moneta illius temporis erat talis li-
gę,ut septuagintaquatuor bononini tantũ ualebant quã
tum septuagintaocto hodiernæ monetæ, cum fuit dimi-
nuta:& propter eius diminutionem creuerit aureus, sequi
tur

tur ut æstimatio sit similis in bonitate, & ualore: & debent solui septuagintaocto bononini pro ducato: ut recipiat functionem, & similitudinem cum moneta minuta, & cum aureo illius temporis. ¶Ad ultimum responde tur bullam transiuisse in uim cōtractus: & ideo ab ea princeps non posset recedere, licet si staret in uim legis, posset: ad no. in l. fina. C. de legib. & ita debet iudicari secundum
23 † naturam contractus: ad no. per Bar. in l. omnes populi. de iusti. & iure. & in l. Cæsar. de pub. quo casu siue attēdamus tempus obligationis, siue solutionis, uenit augmentum: & debet solui æstimatio secundum ualorem ducati.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Socius conuenta in contractu societatis non adimplens cadit a iure suo.*
2 *Verba hæc, ita quod teneatur &c. uenditioni inserta, sunt ipsius uenditionis limitatiua.*
3 *Morte unius ex socijs finitur societas.*
4 *Acta faciunt rem notoriam, ut sola sufficiat allegatio.*
5 *Iuramentum sequitur naturam actus super quo interponitur.*
6 *Iuramentum ubi non adest, quis non potest censeri periurus.*
7 *Societas ita contrahi potest, ut mortuo uno, nihilominus inter superstites continuetur.*
8 *Iuramentū facit ualere actū omni meliori modo quo ualere pōt.*
9 *Dispositio loquens de hæredibus, de superuenientibus itelligi dēt.*
10 *Tex. in §. soluitur. insti. pro socio, multipliciter ponderatur.*
11 *Iuramentum non supplet, ubi lex consensum non præsumit.*
12 *Textus in §. filius matrem. legis, cum pater. de leg. 2. non procedit, quando iuris censura in aliquo casu non præsumit consensus.*
13 *Iuramentum generaliter præstitum, nihil operatur in his quæ debent specificari.*
14 *Conuentio conditionaliter prolata, per æquipollentiæ & interpretatiue non potest adimpleri.*
15 *Dictio nisi, idem significat quod, si non.*
16 *Dubitans in uno casu, præsupponit omni alio respectu concurrere habilitatem.*
17 *Aduersatiua habet aduersari retentis ijsdem terminis exceptis expressis in contrarium.*
18 *Ignorantia tolerabilis est quum contingit propter absentiam.*
19 *Iuramentum ut intelligatur renouatum, opus est formaliter præstari.*
20 *Renouatione seu prorogatione facta, non intelligitur renouatum iuramentum.*
21 *Contractum, non adimplens, ut patiatur pœnas l. si quis maior. de transactionibus requiritur dolo non adimpleuisse.*
22 *Quod procedit quantum ad euitandum pœnam, non quantum ad periurium. secundum Iasonem.*
23 *Causa iniusta, & consuetudo irrationabilis, excusant a pœna.*
24 *Socius tenetur singulo anno reddere rationes administrationis, & reliqua inferre.*
25 *Protestatio socios non excusat, sed tenentur rationes singulis annis edere & reddere.*
26 *Societas, licet in ea contrahenda fuerit facta mentio de hæredib. ad hæredes tamen transire non potest.*
27 *Quod secundum Ioannem Fabrum, non procedit quando in ea nō interuenit iuramentum.*
28 *Opinio Ioannis Fabri, est contra rationem Barto. in l. adeo. pro socio iuncto text. in capit. non est obligatorium, de regulis iuris. in 6.*
29 *Tex. in l. adeo. ff. pro socio. ponderatur.*
30 *Verba hæc, nec possimus, a lege expressa, important resistentiam legis.*
31 *Ciuilis nec naturalis obligatio oritur, quando ab initio, contrahentibus lex ipsa resistit.*
32 *Iuramentum non est modus inducendæ obligationis.*
33 *Iuramentum inductum ad confirmandum, non potest producere obligationem.*
34 *Iniquum est contrahere societatem cum persona incerta, & forsan damnosa.*
35 *Iuramentum non debet esse uinculum iniquitatis & continere in se absurdum.*
36 *Omnes doctores consuluerunt non ualere pactum, ut societas transeat ad hæredes.*
37 *Res uendita, penes emptorem, cum suo onere transit.*
38 *Dictiones sæpe apponuntur ad declarandum illud quod tacite inest.*
39 *Conditio, uel persona nunquam præsumuntur.*
40 *Conditio nunquam præsumitur, & si sine ea actus non ualeret.*
41 *Confessio facta citata parte nocet confitenti.*
42 *Exceptio ubicunque requirit altiorem indaginem in fine litis reseruanda est.*
43 *Periculum ubi est in mora, res cum primum expeditur, nulla admissa exceptione.*
44 *Statutum Bononiense sub rubrica de iud. diuis. uult propter periculum aquarum procedi debere, omni exceptione remota.*
45 *Coniunctio repetit qualitates præcedentes in sequentes.*
46 *Præcedentia magis fluunt in sequentia quam econtra.*
47 *Statutum debet intelligi ut aliquid operetur.*
48 *Socio damnoso uel rixoso existente, ante tempus præfinitum, diuisio peti potest.*

RESPONSVM. XV.

¶An societas etiam iurata transeat ad hæredes. Et an l. si quis maior. C. de transact. habeat locum quando nō interuenit dolus. Et an socius possit recedere a societate quando socius est damnosus. Et alia multa circa materiam societatis, necnon & perutiles quędam declarationes ad nō nullos textus.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Magnificus ac generosus eques, & regis Angliæ legatus, apud sanctissimum d. nostrum. d. Gregorius de Casalibus emit medietatem pro indiuiso quorundam bonorum conductorum per certum tempus a quibusdam nobilibus, cum hoc quod ipse teneretur soluere dimidiam partem affictus, & pro ea illos cō seruare indemnes: & in his bonis contraxerunt dictus dominus Gregorius, & dicti homines societatem duraturā per totum tempus conductionis: & ipsi homines remanserunt in fundo & administratione, & perceperunt omnes fructus, nec rationem reddiderunt, & etiam soluerunt affictus: ipse uero nihil soluit, nec percepit: & modo uult diuidere societatem: opponitur cecidisse ab omni iure contractus, cum non soluerit: & de hoc ante omnia discutiendum esse. Et pro uera resolutione de tribus uidendū est. Et primo an quia non soluit affictus cadat a iure cōtractus. Secundo an istud debeat cognosci antequam cognoscatur causa diuisionis: an uero reseruetur in fine litis. Tertio an debeat diuidi illa societas. ¶Circa primum uidebatur cadere a iure suo quia non adimpleuit contractum: per l. si quis maior. de transactionibus. & ibi notāt omnes, & cō
1 siderandum † est uendidisse &c. Ita quod teneatur, & sic
2 promisit &c. pondera † illa uerba quæ sunt limitatiua ipsius uenditionis: iuxta notata in l. magisteria. per Areti. de iurisdict. omnium iudicum. & in l. si pluribus. de leg. 1. illa ergo uenditio non fuit simpliciter facta: sed cum hoc quod faciat &c. ergo non faciendo contra facit: & sic uidetur actum factum sub illo modo resolutum esse. Item considerandū est promisisse soluere & satisfacere, & cōseruare indemnes, & penitus sine damno: quæ uerba ita præcisa, & geminata, non fuerunt uerificata, & adimpleta.
¶Maturius considerando determino contrarium: & præsuppono quod fructus percipiebantur per istos socios, & affictus quoq; soluebantur, & sæpius requisiti ad reddēdā rationem nunquam reddiderunt, nec reliqua intulerūt, & per eos stetit. Secundo præsuppono unum ex his mortuū
3 esse iā est annus, & sic morte † finita est societas. l. actione. §. morte. pro socio. §. soluitur. instit. pro socio. l. uerū. §. societas. eodem titulo. Et hoc cōstat, ex actis namq; Florianus de Paleo socius uiuebat, ut apparebat ex instrumento societatis, producto tempore quo soluturus erat, mortuum esse, ex protestatione facta per partem aduersam de soluendo: cum fiat nomine filiorum & hæredum. d. quondam

4 dam Floriam, acta † autem faciunt rem notoriam, & suf-
ficit sola allegatio: ut notatur in c. quoniam cōtra de pro
bationi. & in c. non solum. de appellatio. His sic præsup-
positis dico nullum potuisse adesse periurium, cum nullū
adsit iuramētum: nā si per mortem finita est societas: er-
go expirauit, & iuramentum super societate interpositum
5 cum † sequatur naturam actus. l. fi. de non nu. pec. l. fi. qui
satisda. cog. ergo cum non entium nullæ sint qualitates,
6 non † potest dici periurus. l. eius qui in prouincia. §. fin. si
cer. pet. l. si seruus. §. fi. de actio. empti. per Alex. & Moder
nos in d. l. eius. ubi inferunt ad multa. ¶ Nec potest dici
7 † continuatam esse inter superstites, prout pōt si ꝯuentum
est inter contrahentes: ut est tex. in d. §. soluitur. & ibi no-
8 tat gl. sed iuramentum † facit ualere actum omni melio-
ri modo quo potest. l. cum pater. §. filius matrem. de leg. 2.
nam certum est quod ex quo uoluit quod sit cum hære-
9 dibus certe uoluit † esse cum superuenientibus. arg. l. ad rē
mobilem. de procurato. contrarium tamen determino,
quia tex. dicit morte unius socij soluitur, si plures sint, nisi
aliter in coeunda societate conuenerint: ergo tex. præsup-
10 ponit, & † uult non durare nisi dixerint durare inter su-
perstites: ut ibi dicit gl. sed hic non dixerunt, ergo iuris cē
sura & præsumptione deficiebat consensus respectu super
existentium. ¶ Secundò pondero illa uerba, nisi aliter cō
uenerint: quæ uerba denotant specialem conuentionē re-
11 quiri: sed † ubi lex non præsumit consensum, iuramentum
non supplet: declarat Bar. in l. si quis pro eo. de fideiusso. in
princip. in ult. col. in tertio membro. Imo. in c. per tuas. de
arbitr. & in c. 1. de iudicijs. & tex. in §. filius matrem. non
12 habet locū † quando iuris censura in aliquo casu nō prę
sumitur consensus: secundum Romanum in consil. 517.
in casu proposito in 10. col. ad finem. Francisc. de Aret. in
cons. 24. quatuor dubia. in col. 2. Præterea, ut dixi, requi-
13 ritur specialis conuentio: sed iuramentum † generaliter
præstitum nihil operatur in his quæ debent specificari: se-
cundum Bal. in l. sed si quis. §. quæsitum. si quis cautio. se
quitur Iason. in l. sancimus. C. de testamentis. in 2. colum.
¶ Item considero illam cōuentionem cōditionaliter esse
14 prolatā: ergo non per † æquipollētia, & interpretatiue de
bet adimpleri. l. qui hæredi. l. mæuius. de condi. & demon
strationib. ergo non per iuramētum quod interpretatiue
contineret. Item pondero illum textum in uersi. non ali-
15 ter, seu nisi. nam idem † est dicere nisi, quod si non: ut not.
in l. actione. C. de transact. sed dictio, non aliter, importat
formam. l. de his. de transact. & ibi not. forma autem pro
prie debet adimpleri, & non per æquipollens: ut nota. in l.
j. de liber. & posth. sed si iuramentum cōtineret istud, esset
per interpretationem, subauditionem, & ęquipollentiam:
ergo &c. ¶ Item considero ibi adfuisse plures socios, qui
conuenerant inter se super societate: & ibi unius morte di
16 citur finita, & de eo dubitatur: ergo † præsupponitur ha-
bilitatem omni alio casu ꝯcurrere. gl. in l. in test. de testib.
ergo ibi inter se uoluerunt durare usque ad certum tem-
pus: alias non morte, sed tempore finiretur: ergo tempus
in isto instrumento appositum, & uerbum inter se, non fa
cit eos uelle morte finiri, & sic non inducunt consensum:
nec etiam illud pro hæredibus, quia est appositum ad aliū
effectum. Item habetur pro non adiecto, & non operatur,
ut infra dicam. Item illud procedit etiam quando est fa-
ctum uerbum, de hæredibus: patet ibi ex dictione, sed &,
17 quæ † habet aduersari retentis eisdem terminis exceptis
expressis in contrarium. Bar. in l. si mariti. ad legem Iuliā
de adulter. sed non exprimitur contrarium istud de hære-
de, in uer. sed & ergo sicut supra procedit illa dispositio,
& si facta sit mentio de hæredibus, ita & ista. Nec potest di
ci renouatum esse. quia nō poterit absque consensu domi
ni Gregorij: cum societatis sit de contractibus qui consen
su celebrantur. institu. pro socio. in princip. consensus non
18 adfuit cum finitā ignoraret esse per mortem, quæ † igno-
rantia tolerabilis est, cum erat absens, nec fuit sibi nuncia
tum: iuxta notata per Bart. & omnes, in l. is potest. de ac-
quirend. hæredita. & quia in tacto alieno præsumitur. l. fi-
nali. pro suo. cum similibus, & casu quo posset dici
continuata seu renouata, iuramentum non est renouatū,

19 nec primum iam finitū potest porrigi: quia opus † est for-
maliter præstari iuramentum: per uerba capitu. penultim.
de iureiurando. & ibi Anto. ponit Bald. in consilio 371.
quæritur si factum sit compromissum. per Moder. in l. le-
20 cta. si cet. pe. in notabilib. ubi si facta est † prorogatio, uel
renouatio, non intelligitur renouatum iuramentum, ita
hic. ¶ Secundò cōsidero ad hoc ut patiatur pęnas. l. si quis
21 maior. de transactioni. requiri † dolo non adimpleuisse p
missa: secundum Bald. in l. obseruare. §. proficisci. de offi.
proconsulis. sequitur Alex. in d. l. si quis maior. licet Iason
uideat uelle contrarium, tamē declaratur ex notatis per
eum in l. qui iurasse. de iureiurando. communem opinio-
22 nem procedere † quantum ad pœnas, non quantum ad
periurium: & dicunt ibi Moder. raro habere locum illam
legem: cum quælibet causa excuset a dolo etiam iniu. l. 3.
§. igitur. cum gl. de liber. causa. sed hic aderant iuste, quia
ipsi percipiebant fructus: ergo &c. faciunt notata per Ias.
in l. de quibus. de legibus, ubi allegat Petr. de Anchara. &
Alexand. in pluribus consilijs: ubi uoluerunt iniustā cau-
23 sam, & † consuetudinem irrationabilem excusare a pęna,
sed hic non solum adfuit causa iniusta, sed etiam iniustis-
sima: cum non reddiderunt rationē administrationis per
24 eos factæ. nam socius † tenetur singulo anno reddere rō-
25 nes administrationis, & reliqua inferre, & nō sufficit † pro
testatio: sed requirit socios edere & reddere. Bar. in l. Mu-
tius. pro socio. Bal. Salice. in rub. C. pro soc. Socinus in con
si. 213. uol. 2. & in consi. 192. uersicu. circa quintam diffi-
cultatem. per Roma. in consi. 142. per Bal. in consi. 152.
uol. 3. & in consi. 48. eodem uolu. ad primum, & in consil.
157. cum duæ sint. eodem uolu. ergo &c. ¶ Nec potest dici
istos non fuisse requisitos, quia cōtrarium apparet in pro
cessū: & licet dixerint non stetisse, per eos tamen ueritas
est in contrarium: quia libros non realiter offerebant, &
eos administrasse, & quod habent rationes probatur ex
actis dum fatentur se habere unum librum, ex quo saltem
aliqua causa inducebatur: qua mediante poterat moueri
dictus eques ad non soluendum, & sic non est in dolo, er-
go &c. ¶ Et ex his apparet resolutum primum dubium,
scilicet non esse periurum: & per consequens apparet reso
lutio aliorum dubiorum, talem exceptionem non esse in
consideratione: & cum nulla sit non potest tractari de re-
seruatis, & non reseruatis, & finitam esse societatem mor-
te: ad illud tamen de morte unum non prætermittam, sed
licet fecerint mentionem in societate de hæredibus, tamē
26 non † posse transire in hæredes. l. adeo. l. nemo. l. uerum. §.
in hæredem. pro socio. cum similibus. & licet Io. Fab. in §.
27 soluitur. institu. pro socio. dixerit † non habere locū quā-
do adest iuramentum: per c. cum contin. de iureiur. & hic
adfuit iuramentum: ergo &c. quia dico hoc certissimum
esse non transire in hæredem, etiam si adsit iuramentum.
28 tenet Alexan. in additio. ad l. adeo. ubi dicit † opinio. Io.
Fab. esse contra rationem Bar. ibi: iuncto c. non est obliga
torium. de reg. iur. in 6. & ita uoluit Alex. in consi. 18. in 2.
uol. uisis capitulis. & in terminis consuluit Curti. in con-
silio. 53. ubi multa allegat, & dicit Ioānem Fabrum illud
non affirmasse: quia dixit fore, ut ibi per eum: pro qua
29 opinio. pondero text. in dicta. l. adeo. ibi, † nec ab initio
30 pacisci possumus, quæ † uerba important resistentiam le-
gis. l. cum lex. de fideiussor. & ibi declarat Barto. & in l. sti
pulatio ista. §. alteri de uerborum obligationibus. sed ubi
lex resistit iuramentum non habet obstare, & nihil opera
tur. l. non dubium. de legibus, ubi est casus & ibi nota. &
maxime quia illa lex resistit contrahentibus, & ab initio:
31 ut ibi, nec ab initio: quo casu † non oritur ciuilis nec na-
turalis obligatio. l. iubemus. & authen. hoc ius porrectū.
C. de sacrosanct. eccle. l. quemadmodum. C. de agricol. &
censit. & ponit Bartol. in dicta. l. cum lex. columna. 2. sed
si nulla adest obligatio iuramentum nihil potest operari,
32 cum non sit modus † inducendæ obligationis. l. si quis
pro eo. de fideiussoribus in princip. & ibi notant omnes.
immò in casu isto est iuramentum confirmatorium, &
33 † inductum ad confirmandum, ergo non potest esse obli
gationis productorium: cum actus agentium non ope-
retur ultra eorum intentionem. l. non omnis. si certum
petatur.

petatur. ¶Præterea iniquum est contrahere societatẽ
34 cum persona incerta,& † forsan damnosa:ut dicit textus,
& notant ibi omnes in §.soluitur.instit.pro socio.sed iura
mentum non debet esse uinculum iniquitatis, & contine-
35 re † in se absurdũ & inconueniens, & indiscretionem.c.&
si Christus.de iur.22.q.1.c.iurabunt.& q.2.c.animaduer-
tendum est.ergo istud iuramentum in hoc casu nihil dẽt
operari:& a communiter accidentibus semper in quoli-
bet contractu opponitur iuramentum: ut docet experien
tia,quæ est rerum magistra.c.quam sit. de elect. & tamen
consuluerunt omnes doctores nõ ualere pactum ut socie
36 tas † transeat ad hæredes:& sic attenta communi contin
gentia loquuntur:etiam interueniente iuramento.Ita con
suluit Rom.in consi. 106. & infinita sunt consilia quæ cã
breuitatis omitto:& sic est firma etiam cõmunis opinio.
¶Nec obstat uideri resolutam ipsam uenditionẽ:ex quo
uidet facta sub cõditione si soluerit affictus ibi,ita tamen
ut teneatur &c.sed dicitur per ipsos non fuisse solutos,er-
go &c.quia respondetur nulli dubium dictum equitẽ cũ
emerit dimidiã partem rei pro qua soluuntur affictus,o-
37 bligatum esse soluere dimidiũ affictus:cum rẽs † uendita
transeat cum suo onere & causa.l.cũ uenderes.l.alienatio.
de cõtrahẽda emptio.ideo fuit expressum quod tacite in
erat:& sic illa dictio est declaratiua eius quod tacite inest
38 prout sæpe ita † ponitur:ut in l.ita tamẽ.§.Titius.ad treb.
& per Arc.in l.depositum.§.si pecunia.deposi.& ita inter
pretari debet.cum & si conditionẽ posset inducere:quod
non admitto in hoc casu,tñ in dubio debet capi interpre
39 tatio ne contineat † cum nũquã præsumatur persona uel
conditio.l.ita stipulatus. §.Chrysogonus.de uerb.obli.&
semper fit interpretatio,ut excludatur conditio:secundũ
40 Pau.de Cast.in l.quæro.§.inter locatorẽ.loc.adeo † quod
& si non ualeret actus non præsumitur:secundum Alex.in
l.quod meo.§.si a furioso.de acq.poss.in 4.notabili.de cu
ius ueritate alias dixi,ergo dicendum est illa uerba,ita ta
men &c.esse posita declaratiue eorum quæ inerant,& sic
non possunt resoluere contractum:& ex his apparet respõ
sum ad omnia in contrarium adducta, & omnia dubia re
soluta:sed posito adesse, exceptionem & societatem non
esse finitam,uenio ad resolutionem aliorum dubiorum.
¶Et primo circa secundam difficultatem dico quod cum
ista exceptio requirat altiorem indaginem, ut pars cõtra
41 ria cõfessa est in suis exceptionibus citata † parte,quo ca
su confessio sibi nocet: ad notata in l. j. de confess. & per
42 Moderuos in cap. si cautio.de fide instrument.sed † ubi-
cunque exceptio requirit altiorem indaginem in fine li-
tis reseruanda est:ut per omnes in ca. cum contingat. de
officio deleg.& in l.apud Iulianum.§.si de testamento.ad
trebellia.& in l.ait pretor.la.2.de iureiur. ergo &c.
¶Secundò sumus in executiuis in quibus est periculum
43 † in mora propter inundationem aquarum uti probatũ
est: quo casu res quum primum expeditur nulla admissa
exceptione.arg.tex.in l. de pupil. §. si quis riuos. de noui
ope.nun.& ibi no.omnes &c. ¶Tertiò uidetur statutũ
sub rub.de iud.diuis.põderando principium:ubi uult pro
44 cedere omnibus † exceptionibus remotis, quod princi-
pium habet locum tam in iudicio communi diuidundo,
quam in iudicio finium regundorum: tum quod militat
eadem ratio:tum etiam quia uerba dictant:cum in uersic.
45 & quia communio † repetit qualitates præcedentes in se
quenti.l.Seiæ.§.caio. de fund.instruc.cum similib. Item
46 quia † magis præcedentia influunt in sequentia quam
econtra.Bar.in l.auia.de conditio. & demõstratio. modo
pondero illud statutum ibi,omnibus exceptionibus reie-
ctis:nam qui omne dicit nihil excludit.l. Iulianus.de leg.
1. ¶Item si istud statutum non intelligeretur exclude-
re exceptiones, quæ subsistunt de iure.& quæ prius debẽt
discuti.illa uerba nihil operarentur:quia exceptiones fri-
uolas iudex de iure communi reijcit: ut per Decium:in c.
47 constitutus.numero 3. de constitutio. sed † statutum de-
bet intelligi,ut aliquid operetur: etiam cum correctione
iuris communis.authenti.diaconissa.C.de sacrosan.eccle.
per omnes in l.j.de offic.eius cui manda. est iurisdict. er-
go ista exceptio,& si sit de illis quæ debent discuti, prius
tamen propter statutum debet reijci. facit statutum sub
rubric.de noca.in ius & non uend.in §. præterea.præsup-
posito exceptionem hanc præiudicialem esse. ¶Circa
48 ultimum dico apertissimi iuris esse † diuisionem peti pos
se tempestiue quando socius est damnosus,uel rixosus uti
consuluit Bald. in consil. 721. in secunda parte. numero
3.sed hos probatum fuit esse damnosos & rixosos, cum
quamplures lites habent & iniustas, ut apparuit ex fine
nonnullarum. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Clausula annullatiua significat requisita esse de forma.*
2 *Forma non seruata actus est ipso iure nullus.*
3 *Forma non potest adimpleri per æquipollens, sed ad unguem & propriè adimplenda est.*
4 *Statutum requirens quod exprimatur nomen, pronomen, & cognomen & c.non uendicat sibi locum si exprimatur nomen elegans quod æquipolleat.*
5 *Scriptum dicitur quod legi potest.*
6 *Relatio seu clausula in fine posita debet referri ad proximiora.*
7 *Proximiora in fine posita seu relatio debet fieri ut minus derogetur iuri communi.*
8 *Statutum quod potest unum & duo operari cõtra ius commune, debet interpretari ut unum tantum operetur.*
9 *Clausula in fine posita non refertur ad omnia quando materia fauorabilis restringeretur.*
10 *Clausula in fine posita non refertur ad omnia supra enumerata, quando maior ratio est in uno quam in alio.*
11 *Clausula in fine posita non refertur ad dicta, causa demonstrationis.*
12 *Indefinita non æquipollet uniuersali in materia statutaria & correctoria.*
13 *Parochiani tenentur offerre & obedire capellano.*
14 *Forma inducta ad aliquid demonstrandum sufficit quod adimpleatur & illud demonstratur per æquipollens, & author multa ad id allegat.*
15 *Clausula annullatiua semper non importat formam quæ per æquipolleus non possit adimpleri.*
16 *Mandatum aliquando per æquipollens potest adimpleri.*
17 *Effectus non modus debet considerari regulariter.*
18 *Nomina sunt inuenta ad cognoscendum.*
19 *Forma est triplex substantialis, formalis, & probatoria.*
20 *Formæ substantiales & formales non possunt adimpleri per æquipollens: probatoria uero sic.*
21 *Statutum non ligat nisi probetur fuisse in usu, & immo licet forma statuti fuerit in usu, si tamen forma non fuerit obseruata, actus non est nullus, prout dicit statutum nisi probetur annullationem actus in usu fuisse.*
22 *Princeps solennitati statutorum derogare potest.*
23 *Priuilegium principis concedens aliquid sine præiudicio alterius non uerificatur in minimo.*
24 *Hæres postquam adiuit tenetur obseruare testamentum, licet sit nullum, maxime quando actum hæreditarium fecit in iudicio.*
25 *Formæ publicæ licet renunciari non possit, tamen quis potest se astringere ad seruandum actum contra formam publicam factum.*
26 *Iudicandum est in dubio pro testamento pro reo, ut & minus derogetur iuri communi.*
27 *Error notarij in testamento non est corrigibilis, nec ab eo potest allegari, cum præsumptio iuris & de iure est quod sit in dolo.*
28 *Error non potest allegari quando data est copia parti. quod declaratur infra uersi.seq.*
29 *Error notarij in solennitate quæ spectat ad eius officium, ut puta diei in dubio præsumitur, & illum potest corrigere regulariter sine authoritate iudicis, si non est data copia parti: alias cum iudice.*
30 *Error scriptoris non debet nocere partibus.*
31 *Error tunc magis præsumitur quando probatum est notarium esse*

esse bonæ famæ.
32 *Declaratio facilius admittitur quam correctio.*
33 *Error iuris impliciti, uel habentis dubitationem est corrigibilis.*
34 *Error dicitur iustus quando secundum quod communiter in libris scriptum est, notarius scripsit, & si communis litera non bene se haberet.*
35 *Error iustus corrigibilis est.*
36 *Causa qualibet excusat a dolo.*
37 *Statutum Bononien. de errore notarij habet locum in testamentis non obstante. l. iubemus.*
38 *Ratio dispositionis scripta ubi conuenit, & ipsa dispositio conuenit.*
39 *Statutum loquens generaliter debet generaliter intelligi, maxime quando tendit ad ualidandum actum.*
40 *Interpretatio ut actus ualeat præfertur omnibus alijs.*
41 *Statutum interpretatur semper ut aliquid operetur.*
42 *Statutum primum declaratur, restringitur, & ampliatur a posteriori.*
43 *Verba impropriantur & restringuntur ut minus derogetur iuri communi quam sit possibile.*
44 *Error in dubio præsumitur & potest allegari nisi in casibus in cōtrarium a iure expressis.*
45 *L. iubemus. C. de testa. non habet locum extra casum suum & in alijs solennitatibus omissis, & per authorem multipliciter ponderatur.*
46 *Argumentum in correctione erroris non procedit de testamento in scriptis, uel alio instrumento requirente scripturam ad instrumentum uel testamentum non requirens scripturam.*
47 *Dictio talem, habet in se restrictionem.*
48 *Dictio non aliter, signat formam.*
49 *Statutum requirens solennitatem non redditur elusorium si ea omissa petitur correctio.*
50 *Clausula annullatiua non excludit correctionem.*

RESPONSVM XVI.

¶An statutum Bonon. sub rubri. de testamen. requirens quod sit unus sacerdos qui publice habeat possit adimpleri per æquipollēs. Et illud sit de forma. & quomodo intelligatur ubi nouiter declaratur. Et quando admittatur correctio circa solennitates statuti omissas: ubi multa notanda.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Visis statuto Bonon. ac testamento de quo agitur, ipsisque diligenter consideratis de duobus cō tingit dubitari. Et primo an sit seruata forma statuti in dicto testamento, & per consequens ualeat. Secū do casu quo aliquid fuerit omissum uel erratum an debeat & possit corrigi. ¶Circa primum uidetur testamentum non ualere, quia non fuit seruata forma statuti requirentis unum sacerdotē ultra numerum testium qui publice habeatur sacerdos in cōtrata, uel capella, in qua habitat ipse condens, & multa alia de quibus in dicto statuto. Et subdit & supra dicta notarius qui de ultima uoluntate fuerit rogatus in scriptura ultimæ uoluntatis authenticanda, & per eum conficienda apponere teneatur, & si aliqua uoluntas reperiatur non facta & non scripta, prædicto modo & forma pro non legitima habeatur, nec ex ea aliquid peti possit, quæ uerba important formam
1 cum contineant † clausulam annullatiuam: secundū Bal. Ange. Imol. Paul. Alexand. in l. j. de liber. & posthum. cum similibus. sed notarius in dicto testamento authenticato non scripsit quod aderat unus sacerdos qui publice habebatur sacerdos in contrata, uel capella: in qua habitat ipse condens &c. ergo testamentum est ipso iure nul-
2 lum: quia annullatur a statuto, & quia forma † non seruata actus est ipso iure nullus. l. non dubium. C. de legi.
¶Nec pōt dici ꝙ forma statuti sit adimpleta per æquipollens per illa uerba præsente domino Alexādro rectore & priore sanctæ Mariæ Magdalenæ habente curā animarū in dicta capella. Et don Michaele capellano in dicta ecclesia de la Magdalena & etiam habente curam animarū in dicta capella, quę uerba demōstrāt illos fuisse sacerdotes, ex quo habebāt curā animarū & unus erat rector & alter capellanus, qui quidem capellanus esse nō posset nisi esset sacerdos & capellanus publice: ita hr̄ sacerdos in sua capella ut docet experientia quæ attēdenda est. c. quam sit.
3 de elect. Respondetur quod forma † non potest adimpleri per æquipollens, sed debet proprie ad unguē adimpleri. l. cum hi. §. si prętor. ff. de transac. cū ibi plene no. & in c. cū dilecta. de rescrip. & quasi in terminis istud uidetur decidi ex no. per Bal. Ang. Alex. & communiter doc. in d. l. 1. ff.
4 de lib. & posth. ubi dicunt si † statutum requirat qđ exprimatur nomē, pronomē, & cognomē, pro forma quæ colligitur ex clausula annullatiua: tamen si exprimatur nomē elegans ut gallopressus quod propter sui singularitatem æquipollet nomini, pronomini, & cognomini, nihilominus actus annullatur, quia forma nō potest adimpleri per æquipollēs: & in terminis ultra no. in d. l. j. de lib. & posth. cōsuluit Alex. in consi. 27. col. 1. uol. 6. Soci. in cons. 24. uisis. uer. uerum prædictis. in fi. & in cons. 33. prosequendo. uol. 1. cū infinitis concordantibus, quas breuitatis cā omitto. & aduertendum est ꝙ statutū dicit & supra scripta notarius apponere teneatur &c. nam licet uerba apposita a notario tantum operarentur quantum uerba statuti, tn̄
5 non sunt supra scripta in dicto testō, cum † scriptum dicatur quod legi potest. l. j. de his quæ in test. delen. cū conc.
¶His tamen non obstantibus dico ꝙ de iure testamētum ualet, & præsuppono quod istud testamentum ualet secundum ius commune, & habet requisita a iure communi, ut ex sui inspectione constat. ¶Solum uidendum est an de iure municipali requisita interuenerint, maxime quod adfuit unus sacerdos qui publice habebatur in capella &c. cum omnia alia requisita a statuto adsint, ut de se constat. Pro cuius ueritate demonstranda, primo considerandum est an requiratur a statuto quod notarius exprimat hoc nomē sacerdotis cum qualitate quod publice habeatur, & sic illa uerba supra dicta notarius &c. teneatur apponere: referantur ad hoc nomen sacerdotis cum illa qualitate quod publice &c. an uero ad alia, scilicet quod cognoscant testatorē & sciant illum esse sanę mētis &c. Et uidetur dicēdū omnino ꝙ illa clausula, & supra dicta &c. nō referatur ad uerbum sacerdotem, cum qualitate quod publice &c. sed ad illa quod cognoscant & sanę mentis &c.
6 quia illa sunt proximiora, & † clausula in fine posita dēt referri ad proximiora. l. si idem cum eod. §. fi. de iurisdi. om. iud. no. gl. in uers. iste. in §. æque. insti. de act. cū conc. de quibus per Alex. & alios in d. l. si idem: ergo ad illa tantum refertur. Item quia testamentum ualet licet non exprimatur nomen sacerdotis uel nō adsit, & hoc de iure cō
7 muni: unde ista relatio nō † dēt fieri ut minus derogetur iuri communi: ut uolunt doctores in l. talis scriptura. de lega. 1. nam semper fit interpretatio ut minus derogetur iuri cōi quā sit possibile. c. cum dilectus. de consue. & per Soc. in l. ambiguo. de reb. dub. & Dec. in l. quoties idē sermo. de reg. iur. immo licet alias clausula in fine posita referretur ad omnia præcedentia, tamen ut minus derogetur iuri communi hoc casu referri non debet: bene facit quod uoluit Ant. de But. in cap. dilecti. de donatio. quod
8 statutum † quod potest unum & duo operari contra ius commune debet intelligi ut tantum unum operetur: ergo cum possit comprehēdere & proximiora & remota, debet tantum referri ad proximiora: & bene facit quod uoluit Inno. in d. c. cum dilecti. de don. quem sequitur Alex. in cō si. 48. in 4. col. lib. 1. & in consi. 213. lib. 2. ubi dicunt quod
9 † quando materia est fauorabilis quæ debet ampliari: si clausula in fine posita comprehenderet omnia restringetur: tunc non comprehendit omnia & ad omnia non refertur: sed materia testandi fauorabilis est: iuxta nota. in l. in testamentis. de reg. iur. & in l. 4. de adimen. leg. ergo cum in casu nostro si uerbum supra scripta &c. comprehenderet omnia ita quod etiam referretur ad uerbum, sacerdos cum qualitate &c. materia testandi restringeretur, quæ alias potuisset esse sine illis requisitis: ergo de iure est qđ ad uerbū sacerdos &c. non referat, sed tm̄ ad ꝓximiora.
¶Prætereà inter requisita enumerata a statuto est longa differen-

differētia: nam quod notarius & unus ex testibus cognoscant testatorem & sciāt illū esse sanę mētis magis necessarium est cum alias nullo iure potuisset testari quā ꝙ adsit unus sacerdos qui publice &c. cū sine hac qualitate testamentum ualuisset saltem de iure communi: sed quādo
10 nō est eadem ratio in omnibus supra enumeratis, & † maior ratio est in uno quam in alio, tunc non refertur clausula in fine posita ad omnia præcedentia: secundum Ang. in consi. 24. testator reliquit, Aret. in consi. 116. uiso puncto. Alex. in cons. 213. uisis & opportune. lib. 2. & per Mod. in c. 2. requiris, de appel. & bene facit illud quod no. in l. si fideiussor. §. necessaria. ff. qui satisd. cog. scilicet ꝙ lex magis succurrit casui necessario quam uoluntario: ergo illa clausula non comprehendit & non refertur ad omnia requisita: sed tantum ad illa duo de cognitione, & de sana mente tanquam magis necessaria. ¶ Præterea non potest negari ꝙ illa uerba qui publice habeatur in contrata &c. non ueniant gratia demonstrationis ad uerbū sacerdos &c. ergo uerbum supra dicta, non refertur ad dicta
11 uerba: quia † nunquam refertur nec comprehendit dictū causa demonstrationis. l. fi. §. Titia. de libe. leg. & ibi Bar. per Soci. in consi. 202. in 2. par. col. pen. uers. 3. ratio. Et facit quia dicit statutum supra dicta, non tamen dicit omnia supra dicta, quod quidem non fuit factum sine ministerio cum omnia intelligātur apposita cum ministerio. arg. eorum quæ apponit Alex. in l. j. C. qui admit. in no. ergo sentit ꝙ non uult quod omnia supra dicta teneatur apponere notarius &c. quia si uoluisset utique dixisset. arg. l. j. §. si autem ad deficientis. de cad. tollen. cum similibus. nec potest dici quod sit indefinita quæ æquipollet uniuersali. l. si plurib. de leg. 2. quia cum † sumus in materia sta-
12 tutaria stricti iuris & correctoria non æquipollet. arg. eorum quæ ponit Dec. in l. j. C. de pact. si non æquipollet ergo refertur seu comprehendit tantum quædam, & nō omnia: si quædam ergo magis illa duo de sana mente & cognitione tanquam proximiora magis necessaria: & hęc in puncto iuris licet uera uideantur uolo ex abundanti dicta fuisse. ¶ Et ut magis satisfaciam dominis meis doctissimis, ac iustissimis iudicibus dico, esto sine præiudicio ueritatis quod illa clausula supra dicta &c. etiam ad uer. sacerdos referat &c. & quod sine expressione illius, testamentum non ualeat, tamen hæc interuenerunt in testamēto & fuerunt expressa. nam dixit capellanus habens curā animarum illius parochiæ. nam capellanus signat sacerdotem. no. in c. pen. de cleric. non resid. Lapus in alleg. 30. & hoc non habet difficultatem habens curam animarum illius parochię: certe hæc uerba præsupponunt & de necessitate important quod publice habetur in parochia sacer-
13 dos, cum † de iure suum capellanum parochiani cognoscere debent, & ei obedire ac offerre, & hoc firmissimum est: ut no. in rub. de paroch. & per do. Abb. in c. 1. eo. tit. si ergo illa uerba tantum operantur sicut illa quod erat sacerdos, & publice habebatur in contrata, sequitur quod est satisfactum statuto, & debet esse adimpletum quantūcunque statutum requirebat illud pro forma: per tex. ubi est casus in l. hac cōsultissima. C. qui test. face. pos. ubi tex. requirit quod cęcus testans exprimat nomina testiū & dignitates & iudicia &c. & tamē si unum nomen singulare exprimat ut gallopressum dicit satisfecisse, quia illud nomen æquipollet nominibus requisitis a lege, ut ibi no. gl. communiter approbata, & ita ponderant illū tex. ibi Arc. Mod. Perus. Ias. Rim. & multi alij ad hoc quod quando ali
14 quid ad † demonstrandum requiritur pro forma sufficit ꝙ demonstretur per æquipollens, & licet aliqui doc. in d. l. hac cōsultissima. dicāt quod immo ibi est, quia nō est de forma in illa lege. & secus esset si esset de forma, ut qa adesset clausula annullatiua, ut in casu nostro. dico ꝙ dicūt ꝯ illum tex. dum in illo tex. dicit ante latę formę &c. nam expresse dicit illud esse de forma, & sic ibi magis est de forma, cū exprimat uerbū forma, quā quando adest clausula
15 annullatiua, cū † clausula annullatiua semper nō importat formā quæ nō possit adimpleri per æquipolles, ut patet: nam in snīa est de forma quod exprimatur uerbum cōdemno uel absoluo, & tamen sufficit uerbū æquipollēs. l. in summa. de re iud. & no. Aret. in d. l. hac cōsultissima. & quod illud quod requiritur ad demōstrandum, licet sit de forma possit adimpleri per æquipollens probat: in l. libellorum. in princip. iuncto uersi. quod si libelli. ff. de accusatio. ubi requiritur pro forma libelli qđ in libello accusatorio ponat locus loci, alias non ualet libellus, & sic apponitur clausula annullatiua, & tñ si adimpleatur per æquipollens, ut puta per appositionem loci insignis, licet locus loci omittatur dicitur satisfactum: secūdum Bar. & alios communiter ibi. ad idem allg. tex. in l. iubemus. C. de testa. ubi est de forma quod hęredis nomen exprimatur per testatorem, quod patet ibi: ubi ponit clausulam annullatiuam ibi, quod si non fuerit obseruatum hoc testamentū minime stare patimur, & tñ sufficit quod aliter ostendat hæredem, & sic per æquipollens adimpleat: secundum gl. ibi cōiter approbatam: & quod forma possit adimpleri
16 † per æquipollens est casus in l. fi. in §. fi. ff. manda. iūcta. l. diligenter. ff. eo. ti. & est bonus casus in l. si quis mihi bona. §. si quis mandauit. ff. de acq. hær e. & ibi no. doc. cum similibus: quæ breuitatis causa omitto. ¶ Ex quibus ultimo loco deductis apparet quod aliquādo & sæpe forma potest adimpleri per æquipollens, & sufficit quod effectus habeatur, licet alio modo, & bene facit regula quod
17 habemus † considerare effectum non modum. Et ubi habemus effectū nō curamus de modo. l. mulier. C. de instit. & substit. & maxime in terminis nostris ubi agitur de ex-
18 presione nominis quod fit ad † cognoscendum. l. ad cognoscendas. de ingenuis & manumis. ergo non refert per quem modū cognoscatur: uerum est quod obstāt adducta in contrarium. unde pro resolutione est considerandū qđ
19 triplex † est forma: secundum Bar. in l. cum quis. de iuris & facti ignoran. & in l. j. ff. de cond. indebi. scilicet substantialis, formalis, & probatoria, ut est in testamento. nā substātialis est uolūtas, formalis hæredis institutio probato-
20 ria, ut testes. primę duę † formę si requiratur qđ exprimātur certo mō & per quædā nomina & pronomina, tūc expressio debet adimpleri ad unguē & nō potest adimpleri per æquipollens, & ita procedat omnia supra in contrariū adducta. & cons. Alex. & Soci. ubi si statuto requiratur qđ exprimatur nomen, agnomen, & pronomen hæredis, alias actus sit nullus: tunc non sufficit quod exprimatur nomē æquipollens: quia tunc sumus circa formam substantialē uel formalem, & ita procedat dictum Bal. in d. l. j. de libe. & posth. cum alijs allegatis de quibus supra. Aut sumus in forma probatoria ut in testibus, & requiratur quod in ea aliquid exprimatur certo modo alias actus sit nullus, sufficit qđ exprimat per æquipollens: & immo si requiratur pro forma qđ exprimatur nomē, & agnomē, & cognomen testis, sufficit quod exprimatur per æquipollēs: ut in l. hac consultissima. C. qui testa. facere possunt. & ita distinguendo concordat opinio Soci. in l. j. col. 3. uersi. circa secundum. de lib. & posth. sed nos sumus hic circa solēnitatem & formam probatoriam, ergo potuit adimpleri per æquipollens: & istam doctrinam sequor consulēdo & in iudicando sequenda est, cum per eam doctores reducūtur ad concordiam: ad nota. per Salyce. in l. filiæ. C. fami. erciscun. de eius tamen ueritate late dixi in dicta. l. j.
21 ¶ Item requiritur † quod ista annullatio sit in usu, licet confectio sit in usu annullatiuo, tamen non est nec fuit iudicatum aliquod testamentum esse nullum, quia non fuit istud obseruatum: unde succedit dictum gloss. & cōmuniter doctorum in capitu. 1. de treuga & pace. quod statutum non ligat nisi fuit obseruatum, & probatur esse in uiridi obseruantia. & ita in terminis consuluit Decius in consilio 11. columna. 8. Præterea istud testamentum si aliquem defectum patiebatur fuit confirmatum & roboratum per breue apostolicum, quod suppleuit omnem defectum & derogauit statutis & prouisionibus in contrarium: ergo amplius non est disputandum, cum
22 nulli dubium quod † princeps potuit solennitati statutorum derogare, ut est communis opi. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liberis & posthum. & in l. iij. ff. de testa.
¶ Nec obs. quod dicat sine præiudicio &c. quia hic nullū est præiudiciū instituti, cum omnia legata & fideicōmissa

uigore dicti statuti habet adimplere: unde nullũ est præiu
23 diciũ, uel si aliquod, modicũ ad quod † nõ refertur dicta clausula: ut no. in l. quoties. C. de preci. imper. offe. præterea institutus adiuit hæreditatem ex testõ petendo cautionẽ ab usufructuaria quæ est præstãda hæredi, qui actus nõ põt fieri citra ius & nomen hæredis, immò dicitur adiuisse & approbasse testamentum. l. pro hærede. de acq. hæredi. cũ materia. & ista approbatio fuit facta in iudicio, er
24 go quantũcunq; testamentũ esset † nullum non potest amplius ꝯtrauenire, sed tenetur illud adimplere. l. nõ dubiũ. C. de test. & ibi omnes: qđ quando in iudicio hoc factũ est procedit sine difficultate: & per Rimi. in d. l. non dubium. qui in hoc nõ habet bonum contradictorẽ: & nõ obstat si
25 dicatur † pars non põt renũciare formę introductę ad fauorem publicum ut est ista, dico ꝙ est uerum, sed cũ naturaliter sit obligatus ex testamẽto imperfecto hęres, ut plene no. in l. j. de cond. inde. adeundo potest se magis astringere & obligare. & hoc ẽt fauore ultimę uolũtatis: & quia non renũciat formæ & non facit ꝙ testamentũ ualeat, sed bene se obligat quasi cõtrahendo. ex quibus cõcludo declarandum esse testamentum ualere. ad quod faciẽdũ debẽt esse proni doc. ac iusti iudices nostri per ea quæ dicta sunt supra, maxime quia materia rei de qua agit̃ hoc sua-
26 det, cum sit † testamẽtũ pro quo fit interpretatio. l. uel negare. quemadmo. test. aper. Item fauor rei pro quo pronũciandum est. l. Arrianus. de act. & obl. Item quia minus de rogat iuri communi. c. cum dilectus. de consue. ¶ Circa secundam difficultatẽ an casu quo fuerit omissum uel erratum an debeat & possit corrigi? uidetur dicendũ prima fronte quod nõ: quia licet alias error notarij sit corri
27 gibilis, tñ in testamẽto non † est corrigibilis quãdo est super solennitatib. cum tunc actus est nullus ipso iure: ut est tex. in l. iubemus. C. de test. & ibi no. doc. ubi dicit. d. Alex. in 2. col. in fi. quod adeo hoc est uerũ ꝙ siue notarius solẽnitatem omiserit ex certa sciẽtia, siue non: nõ potest error a notario allegari, quia est pręsumptio iuris & de iure qđ fuerit in dolo. & sequũtur alij ibi, & in l. ambiguitates. & in l. errore. eod. tit. & Soci. in consi. 98. col. 5. uol. 3. & hoc
28 maxime † habet locum quando est data copia parti: ut per Bar. & doc. in l. imperator. de statu hom. & in l. si librarius. de reg. iu. sed ita est in hoc casu, quia errauit seu omisit solennitatẽ testi, scꝫ nõ expressit uerbũ sacerdotẽ & publice habitã pro sacerdote quæ sunt de solennitate testamenti ex forma statuti ut patet ex clausula annullatiua. Itẽ datũ fuit authenticum parti, ergo non põt allegari error nec corrigi. ¶ Nec obst. statutũ de errorib. no. quia nõ intelligitur in tali casu qñ error est in forma & in testamẽtis ut minus sit derogatoriũ. Itẽ quia alias statutũ de test. apponẽs clausulã annullatiuã redderet elusoriũ data correctione, qđ quidẽ fieri non dẽt. c. quanquã. de usu. in 6. cũ concor. ¶ Maturius tamẽ considerãdo dico errorẽ de quo agitur allegari posse & corrigendũ fore, & hoc demõ
29 strat̃ multipliciter. Et primo quia regula est ꝙ ubi † notarius omittit aliquã solẽnitatẽ q̃ iuris uitiat instrm̃ & reddit nullũ & sit solẽnitas q̃ spectat ad notariũ & ad eius officiũ ut si omittat indictionẽ, diẽ, uel similia, quæ sunt de essentia instrĩ: ut in l. generali. C. de tab. lib. 11. tũc præsumitur per errorem omissam fuisse, & illã solennitatẽ uel aliud pro ea per errorem positũ: & tunc illum errorẽ põt corrigere de per se, si nõ est data copia parti: si aũt sit data potest cum authoritate iudicis: ſm Bar. & Bal. in l. imperator. de sta. ho. & in l. fi. uer. qđ si notarius. de tab. exhi. Bal. in ti. de pac. const. in uerbo, pacta. in fi. Ang. in consi. 292. col. 1. uisis. Cu. in cons. 25. uiso. Dec. in l. si librarius. col. 2. de reg. iur. ultra quẽ uide per Alex. in cons. 190. plura narrata. in 1. col. uol. 6. per Bar. in consi. 117. reperitur instrumentum. & per Pau. de Cast. in cõsi. 157. uisa. uol. 1. & per eundem in consi. 364. ab ultimo. uol. 2. & per Calca. in cõsi. 48. col. 10. cum seq. uiso. d. casu. ubi in pulchris casib. & fortiorib. cõsuluerũt: & per doc. in uarijs locis quos breuitatis causa omitto. Sed quod per notariũ exprimat̃ uerbum sacerdos qui publice habeatur in tracta. & c. est de solennitatibus spectantibus ad notarium, quod de se patet: & etiam probatur in dicto statuto ibi, & notarius appone re teneatur ubi uerba diriguntur ad notarium & c. ergo si ista omiserit uel eo modo quo debuit non apposuit potest corrigere authoritate iudicis: & ratio quia in dubio præsumitur error potius quam dolus: ut in iuribus allegatis.
30 Et error † scriptoris non debet nocere partibus ut ultra supra adducta per Bald. in consil. 130. dubitatur. lib. 2. & Fulgo. in consi. 183. circa primum. col. 1. cum simil.

¶ Secundo corroboratur: nam ultra quod error hic fuit circa ea quæ spectant ad notarium adest quod iste notarius est homo bonæ famæ & opinionis, ut notorium est
31 in ciuitate, & est probatum: quo casu magis † præsumendum est errasse, etiam si fecerit quod fieri non debuisset: ut per Alexand. in consil. 100. super primo. in fin. uolumine 7. permulta de quibus ibi per eum: ergo fortius si aliquid omiserit, ut in casu nostro, cum maius sit delictum in faciendo quam in omittendo. gloss. & docto. & in l. mora. solut. matrim. ¶ Tertiò confirmatur: nam in terminis nostris potest dici quod non sit uere omissum & uera correctio, sed potius quædam declaratio illius quod uirtualiter continetur in illis uerbis, capellanus habens curam animarum: unde succedit illud de quo plene per De-
32 cium in consil. 2. colum. 12. quod licet alias † correctio non admitteretur tamẽ ubi declaratur illud quod uirtualiter continetur admittitur, ergo & c. ¶ Quartò inficiari non potest quin ex deductis supra in primo dubio saltem constat habere difficultatem & dubitationem, an clausula annullatiua statuti referatur ad uerba omissa de quibus agitur: quo casu fuit error iuris municipalis impliciti seu aliquam habentis dubitationem qui a iure omni
33 no excusatur, & † eius correctio sine difficultate admittitur: ut plene notatur per docto. in c. si diligenti. de rescrip. cum concord. ¶ Quintò corroboratur ex communi litera dicti statuti de testa. nam sic communiter legitur tam in nouis impressionibus quam in ueteribus suprascriptis. notarius & c. & non suprascripta: quod uerbum suprascriptus, fuit quando non debent apponi in testamentis uerba de quibus agitur, sed tantum est difficultas an debeat
34 apponi si dicat † suprascripta: ergo cum secundum communẽ literam statuti non tenebatur apponere iste notarius iustissime errauit non apponendo, nec ei aliquid po-
35 test imputari, merito corrigi debet, cũ iustus † error semper corrigendus est: ut plene in d. l. librarius. de reg. iuris. & in l. errore. de test. & in capitu. ex literis. de fide instrumento. & per doctores supra allegatos, & hoc solum suffi
36 ceret, cum † quælibet causa excusat a dolo. l. igitur. de liber. causa. & plene per Iasonem in l. de quibus. de legibus. ¶ Vltimo ad hoc habemus statutum clarum sub rubrica, de error. notar. specialiter ad hoc introductum quod uult corrigi errorem modo & forma in eo contentis, & in ueritate loquitur in terminis nostris. Nam dicit in sui præfatione, cum nonnulli notarij minus industriosi & aliquando imperiti in ultimis uoluntatibus interdum ac sæpius errare noscuntur, quod tam eis quam alijs nocere plurimum posset, uolentes succurrere defectibus eorum statuimus & c. Notandum est quod dicit in ultimis
37 uoluntatibus, & sic † loquitur in casu nostro, & sic uerba conueniunt, ergo & eius dispositio. l. 4. §. toties. de damno infect. cum concordan. de quibus ibi per Alexandrũ. Item ratio conuenit ibi uolentes succurrere defectibus eo
38 rum & c. † ergo & dispositio. l. a Titio. de uerborum obligationibus. l. mulier. soluto matrimonio. cum similibus. & cum etiam loquatur generaliter de errore commisso in ultima uoluntate, nulli dubium quod saltem ex sui generalitate comprehẽdit errorem de quo agitur, cum lex
39 † generaliter loquens generaliter debet intelligi. l. de precio. de public. etiam si sit correctoria. gloss. in capitu. contra Christianos. de hæretic. in 6. quanto fortius, ergo illud statutum debet generaliter intelligi, cum tendat ad ualidandum actum, & dicitur fauorabile, & largissime est
40 interpretandum, cum † interpretatio ut actus ualeat præfertur cæteris alijs interpretationibus: ut plene per Decium in l. in contrahenda. de regulis iuris. & maxime debet intelligi in errore de quo agitur: quia est error in his quæ spectant ad notarium: ut notatur plene per Decium in l. si

in l.si rarius.de reg.iur.per doc.in l.imperator.de statu ho.& in c.ex literis.de fide instrum. & sic est magis emenoilis:ergo sine aliquo dubio hunc casum comprehendi: dato & non concesso quod de iure cōi non pos-
41 set cogi,& hoc ut † statutum operatur:argum.l.si quan do.de;.1.cap.si Papa de priuil.in 6.& quia uerba & ratio stati hoc dictant:& facit quia statutū de errorib.est posteri,& loquit de errore & omisione ultimę uolūtatis:ergstatutum de testamētis debet intelligi & declarari a stato de erroribus,cum præcedentia declarētur per sequen.l.pacta nouissima.de pact.ut ibi per Modern.&
42 quod tatutū ultimum declaret præcedens statutum:& præceos statutū suppleatur & interpretetur a seq.ponit Abb.ir.gratum.& in c.super quæstionum.de officio de leg.ubi:r omnes,ergo statutum de testamentis uolens quod qdā scribātur,& si omittantur testamentū sit nullū,intelhitur nisi corrigatur omisio quæ cōceditur ab alio statio,& per hoc minus per nouas solēnitates testā
43 di derogtur iuricōmuni:& uerba † impropriantur & restringuntr,ut m.gis saluetur ius cōmune quam sit posi bile:ut pe.Socinun in l.in ambiguo. de reb.dub.per Decium in l.quotie idem sermo. de reg. iu. ergo fortius in casu nostro ita statū de testamētis debet interpretari, cū uerba proprieant & generaliter intelliguntur,& minus derogatur iū communi. ¶Non obstant adducta in contrarium,sciect quod error notarij in solennitatibus testamenti na est corrigibilis, nec potest allegari & probari,cum præsumptio iuris & de iure est falsum fuisse commissum.l.iubemus.cum no.de quibus supra:quia respondeo quod imo casu. l. iubemus.præsumitur falsum & non error,cum alias regulariter pręsumitur error:quia ita ibi est expressum in tex.& ideo.d.Alex.& communiter doctores in d.l.ibemus.concludunt quod semper præsu
44 mitur error,& ptest † allegari & corrigi nisi in casibus a iure expresis inontrarium:& ideo dicit post Fulg.Imo. & alios relatos er ipsam quod extra casum.l.iubemus. etiam si fuerint lennitates omissę quod non pręsumitur falsum,sed erro:& cum eo transeunt communiter doct. ut ibi per Ias. Rninal. & alios:sed in casu nostro sumus in solennitatibu extra casum legis, iubemus.cum de nouo sunt indud ex forma statutorum Bonon.ergo secundum cōmunitc doc.licet sint omissæ uel male positæ præsumitur per erorem,& error potest allegari:& pro com-
45 muni quod † tx.in dicta. l. iubemus. extra casum suum & solennitate:requisitas in illa lege non habet locum, pondero illun textum. ¶Nam illā lex loquitur in testamento in scriptis,ut apparet in tex.& omnes ibi ita cōcludunt:nos aitem loquimur in testamento nuncupati-
46 uo,& circa erorem & erroris correctionem non † procedit argunentum : aliquid est prohibitum in instrumento de cuius essentia est scriptura : ergo ita est prohibitum in alio instumento,quia error & omisio non potest corrigi in telamento in scriptis ex interuallo, cum tempore actus requiritur scriptura.l.contractus. de fide instrumentorum. ¶Item pondero quod dicit testamenta fieri cū tali obseruatione:ergo non cum alia , & sic non curat de
47 alijs oberuationibus, cum se † restringat ad talem obseruationem:& facit.l.cum prætor. de iud.l. unica.§.finautē aliquidC. de caducis tollend. ¶Item pondero in fine dum lojuitur tabellionibus , & dicit quod si aliter &c.& sic habet respectum ad modum positum in lege,& non ad
48 alia.nan illud uerbum † signat expressa ibi esse de forma & non dia.l.de his.de transactionib. ergo ille textus non habet locum in ista obseruatione , & solennitate de qua agitur,& eius omisio non habet facere quin posit allegari & corrigi:secundum communiter doctores in dicta. l.iubemus.prætérea si ibi est , quia textus expresse falsum inducit, si fuit omissum aliquid introductum per ipsam legem:ergo cum in casu nostro si aliquid fuit omissum requisitum a statuto,cum statutum ulterius procedendo nō inducat falsum , exprese datur intelligi esse de mente statuti,quod error præsumatur & posit corrigi , cum sit de iure communi secundum quod intelligitur statutum.l.si serui uestri.de noxalibus. ¶Prætereā notata supra per legem,iubemus.loquuntur in casu claro quando constabat de solennitatib. nec poterat refricari in dubium an illud omissum esset de solennitate necne?prout potest dubitari de omisso in casu nro , ut late deduxi supra in primo dubio. ¶Item nō loquitur.d.l.iubemus.qñ propter cōmunem literā aderat iusta causa aliquid omittēdi , prout est in casu nostro propter literam cōmunē:supra scriptus ergo loquitur in terminis diuersis,& propterea nō potest inferri ad casum nostrum,cum ex diuersis nō fiat illatio. l.Papinianus exuli.de minorib. l. fi. de calumniatoribus. ¶Præterea ad quid circa hoc laborandum est cum ex forma alterius statuti positi sub rubr.de error. nota.loquētis specialiter in ultima uoluntate talis correctio admittatur,ut latius supra deduxi. ¶Nec obstat quod si statutum de errore referatur ad hunc casum,reddetur elusoriū statutum de testamento , annullans testamentum factum
49 sine tali solēnitate:quia per hoc non † redditur elusoriū , cū procedit rebus sic stantibus,id est non facta correctione,prout intelligitur quælibet dispositio.l.quod seruius. de condict.ob causam.cum concord. de quibus ibi plene per Iasonem,& omnes scribentes,quod demonstratur.nā omisio indictionis reddit instrumentum nullum:ut not. in d.l.generaliter.de tabul.lib.10.& tamen præsumitur error,& potest corrigi,cum sit de spectantibus ad notariū, ut dixi supra.sed attenta illa consideratione quod reddetur elusoria non posset corrigi consequens est falsum,ergo & antecedens:& ratio quia annullatio legis non exclu dit correctionem,ita & sententia Dei. ¶Ex quibus saltem simul iunctis teneo,tum de iure, tum etiam ex forma statutorum locum fore correctioni. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus
Vtriusque Iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Bona subiecta fideicommisso ex causa dotis obligari ac uendi possunt.quod declara ut in nu.20.*
2 *Filius potest detrahere trebellianicam & legitimam non obstante prohibitione alienationis.*
3 *Tertia pars hæreditatis filio pro legitima debetur.*
4 *Tempus mortis in taxanda quantitate legitime,consideratur.*
5 *Donatio inofficiosa,extraneo facta,in totum reuocanda est.*
6 *Donatio inofficiosa re & consilio dicitur,cum per eam iuncto testamento minus sua legitima filius consequatur.*
7 *In materia inofficiosæ donationis omnis dicitur extraneus præter filium.*
8 *In materia inofficiosæ donationis in taxanda legitima, quantitas patrimonij consideratur tempore donationis.*
9 *Permutationis casus remanet sub dispositione iuris communis quando a testatore non est prohibitus.*
10 *Potestas permutandi de iure conceditur in fideicommissis.*
11 *Fideicommisso intelligitur renunciatum per clausulam ad habendum &c.quod declara ut infra in numero.44.cum sequentibus.*
12 *Fideicommissum tolli potest, cum omnes hæredes simul consentiunt.*
13 *Iuramentum habet uim casus expressi.*
14 *Fideicommissum per diuisionem uidetur remissum,quando uerba sunt prægnantia.*
15 *Prohibitio de non alienando redditur firma, quando ponuntur hæc uerba pro honore & memoria testatoris.*
16 *Alienatio cōtra prohibitionem est nulla, & impeditur etiam trāslatio dominij,quando in casu alienationis dominium transfertur in fideicommissarium.*
17 *Prohibitio alienationis eo casu tanto magis impedit dominij trāslationem quando fuit uocatus fideicommissarius,cum deueniebat ad alienationem.*
18 *Geminatio prohibitionis alienationis multum operatur.*
19 *Vbi uerba testamenti sunt clara non est disputandum.*
20 *Bona prohibita alienari expresse,ex causa dotis non possunt alienari,secundum Alex.*
21 *Bona prohibita alienari ex causa dotis,non possunt alienari quando ad-*

do adsunt alia bona quæ non subiacent restitutioni.
22 *Pater non potest dotare filias de bonis subiectis fideicommisso, quando legitimam & trebellianicam consumpserit.*
23 *Alienatio facta per filium non potest ualere pro sua legitima & trebellianica quando supersunt alia bona.*
24 *Filius non potest detrahere legitimam de bonis legatis quando alia bona sufficiunt.*
25 *Alienata primo computantur in legitimam fideicommissario uolente.*
26 *An prohibitio trebellianicæ ualeat in filijs primi gradus est altercatio inter scribentes.*
27 *Prohibitionem trebellianicæ putat author non ualere in filio legitimato.*
28 *Putat etiam non ualere si non confecerit inuentarium.*
29 *Trebellianica detrahitur tantum habito respectu ad id quod restituitur.*
30 *Donatio inofficiosa dicitur quando excedit octo uncias hæreditatis existente minore numero quatuor filiorum.*
31 *Donatio in dubio non consideratur inofficiosa ex consilio.*
32 *Legitimatio de filio spurio presbyteri facta quod non ualeat iure dubitari potest.*
33 *Institutio de filio spurio in certa parte bonorum facilius conseruatur, quam in tota hæreditate intuitu alimentorum.*
34 *Naturalibus alijs permissum est relinquere, præter parentem.*
35 *Tempus mortis attenditur in taxanda legitima quando non est probatum inofficiosam esse donationem.*
36 *Filius diuidens hæreditatem, & per decennium permanens cum alijs non potest dicere de inofficiosa donatione.*
37 *Querela inofficiosę donationis per quinquēnium toltitur siue principaliter siue incidenter intentetur.*
38 *Legitima omnium filiorum est unica.*
39 *Legitimatus tantum in testamento omnino debet habere alimenta in bonis paternis.*
40 *Immo debet habere spurius pro se uxore & filijs & nepotibus uestimenta & habitationem.*
41 *Alienationis, distractionis, & obligationis uerbo permutatio cōtinetur.*
42 *Affectio domus habitationis auorum consideratur in iure, item & affectio uicinitatis.*
43 *Lex, imperator. de legatis. 2. non habet locum in particularibus.*
44 *Fideicommissum non censetur remissum per simplicem diuisionē non se referentem ad ius fideicommissi expresse, secundum communem opinionem.*
45 *Verba prægnantia & quæ sui natura se habent ad futurum intelliguntur ex causa de præsenti.*
46 *Renunciatio est strictissimi iuris, & interpretatȓ ut minus noceat renuncianti quam sit possibile.*
47 *Fideicommissum nō intelligitur remissum, dato millies quod adessent uerba prægnantia quæ ex sui natura non possent intelligi de causa de præsenti quando subest aliqua causa uel timor futura præter causam fideicommissi.*
58 *Fideicommissum non censetur remissum etiam si dictum sit de iure in futurum ex quacunque causa uel incogitata cum iuramento &c. si subest alia causa.*
49 *Clausula ad habendum, non operatur renunciationem fideicommissi quando in ea non est posita facultas alienandi, uel cui dederit &c.*
50 *Verba hæc faciendum quid placuerit, non ita important sicuti facultas alienandi expressa, quando referreatur ad illud quod est contra uoluntatem testatoris & casum prohibitum.*
51 *Clausula ad habendum, non uidetur inducere renunciationem fideicommissi, quando ultra fideicommissum sępius est prohibita alienatio, prohibitus quoque est consensus pręstandus alienationi.*
52 *Substitui potest mentecapto directo, post pubertatem.*
53 *Iuri petendi legitimæ supplemenrum uidetur renunciatum si filius dicat se esse contentum pro omni rata & parte sibi debita, & iuret.*

RESPONSVM. XVII.

¶ Quando alienatio ex causa dotis, uel pro legitima, & trebellianica de re subiecta fideicommisso ualeat, permutatio.

¶ Quando diuisio, cum clausula ad habendū, tol fidē. Quando donatio dicatur inofficiosa.

QVONIAM præsens causa magnifici illustris senatoris domini Ludouici de ubeis modicā habet dubitationē, & ueritas paucis consistit, potius iudicantis quam consulētis more dicam quid sentiam. ¶ Et prima fronte domos de quibus agitȓ a Comite Octauiano iure mio distractas fuisse uidetur, quoniam ex causa dotis uidisse
1 fertur, & sic licet † fideicōmisso subiectę sint ex causa dotis iure permittente obligari ac uendi possunt. the. res quæ. C. commu. de lega. per Barto. Alexand. & communiter doctores in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1
2 ¶ Præterea cum filius erat, & legitimam † ac trebellianicam detrahere poterat non obstante prohibitione, cum illa ratione contineret onus quod reijcitr. l. quoniam in prioribus. de inofficio. testamen. & in specie ponit Areti. in consi. 19. ex facto. ubi plene. ¶ Item animaduertendum puto cū Comes Octauianus habuit tm̄ quartā partem bonorum eius patris, & alias tres quartas habuerūt filij domini Mini æqualiter cum eo instituti: & saltem de
3 iure tertia pars totius † hæreditatis ad eum pertinere debet: ut in auth. de trien. & semis. §. j. & in auth. nouissima. C. de inofficio. testamen. & ibi fere notat omnes, & sic fere omnia bona ad eum in partem obuenta sub eius legitima continentur. ¶ Nec potest dici in recta quantitate
4 bonorum † tempore mortis domini Nestoris, prout inspici debet in taxanda quantitate legitimę. cum quæritur. C. de inofficio. testamen. cum concordan. integram legitimam habuisse. cum prius donauerat inteuiuos & irreuocabiliter dimidium omnium bonorum fijs domini Mi-
5 ni, quoniam hæc donatio † fuit inofficiosa & immoderata, ideo retractanda toto titulo. C. de inoficio. donatio. & abundanter tractatur in l. 1. eodem titulo. ubi per omnes firmatur inofficiosam donationem re & consilio extraneo factam in totum reuocandam fore & hæc fuit huiuscemodi, ergo & c. Quod demonstratur: nam fuit re & cō
6 silio inofficiosa, † cum per eā iūcto testamento minus sua legitima consequatur, sufficit enim ita apparere donationem ad ito testamento: secundum Paulum de Castro in authenti. unde si parens. C. de inoffi. testam. ubi attestatur se ita consuluisse in ciuitate Bononiæ. fuit quoque facta ex
7 traneo, cū omnis dicatur extraneus † in hac materia præter filium: d. auth. unde si parens. & not. in d. l. j. de inoffic. donat. & in hoc casu lex. cum quæritur, non habet locum.
8 sed attenditur in taxando legitima quantitas † patrimonij tempore donationis: ut per Pau. Ias. in d. auth. unde si parens. ex quo sequitur in totum retractandam fore donationem, & legitimationem continere tertiam partem bonorum domini Nestoris circunscripta donatione. Audio quoq; sub hoc ptextu uendidisse, ut bona maioris reditus emerētur, q̄ similiter oneri fideicommissi supponantur, qui casus permutationis remanet † sub dispositione iuris communis. l. si cum dotem. solu. mat. & in l. cō
9 modissime. de libe. & posth. & sic in facultate sua: iuxta. l. in re mādata. C. mādati. & in l. sed si lege. §. ɔsuluit. de pet.
10 hæred. & quod ista potestas † permutāti detur, probatur in l. imperator. in fi. de leg. 2. cum sequentibus. ¶ Non omitto etiam unū alicuius pōderis: nam dictus Comes, & dominus Ludouicus agens, ac alij filij. d. Mini simul hæreditatem diuiserunt & promiserūt adinuicem de euictione, cum clausula ad habendum, tenēdum, & quicquid placuerit faciendum & c. per quam clausulam intelligitur re
11 nunciatum † fideicommisso: ut per Bart. & alios in l. qui Romæ. §. duo fratres. & quęstio. de uerbo. obligationibus. sequitur Alex. in consi. 8. uolumine. 6. uiso. columna. 2. & Curti. antiquus in consilio. 64. Ergo cum omnes consenserint donationi dicitur remissum fideicommissum, cum omnes

12 omnes hæredes simul consentiētes possunt tollere † fidei
commissum.l.quoties.C.de fideicom. l. omnib.§.nihil.de
leg.1. ¶Præterea in instrumento diuisionis adsunt uer
ba multum prægnántia,scilicet quod uolūt dictas partes
spectare &c.pleno iure & in perpetuū,& promiserunt nū-
quam contrauenire quacunq; ratione, uel causa de facto
& de iure in iudicio,uel extra,& cū multis alijs uerbis,&
13 cum iuramento † quod habet uim casus expressi. l. cum
pater.§.filius.matrem.de leg. 2. & ita quando sunt uerba
prægnantia quod censeatur per diuisionem remissum fi-
14 deicommissum † cōsuluit Curt.antiquus in dicto consilio
64.colum.finali.ex quibus omnibus saltem simul iunctis
satis constat dictum Comitem alienare potuisse.
¶Maturius uero considerans dico alienationem factam
p.d. Comitē nullius momēti ac roboris esse,sed euenisse
casum in quo uocant proximiores ad bona alienata.utrū
que probatur in testō magnifici Mini parentis.d.alienan-
tis,cuius uerba sunt hæc.Item prohibuerunt præfati.d.te-
statores,& quilibet eorum, infrascripta eorū bona posse
quouis modo,& quauis ratione uel causa uendi,alienari,
distrahi & obligari:& assignant rationē per hęc uerba cū
15 uelint & intēdāt pro honore,& conseruatione † memorię
ipsorum testatorum bona perpetuo cōseruari dictis eorū
liberis & descendentibus:per quam rationem redditur ua
lida ipsa prohibitio:iuxta tex. & ibi nota.in l.filiusfamil.
§.diu.de leg.1.& in l.pater.§.Iulianus agrippa.de leg.2.&
in l.peto.de leg.2.& alienatio nulla esse demōstrat,immò
impeditur dominij translatio, quia statim cum deuenit
16 ad actū alienandi † in fideicōmissarium uocatū in casum
alienationis transfertur dominium.l.quidam in testamen
to.de fideicommissar.libert.& declarant Bar.Alex.Ias.prę
ceptor Regiensis,& omnes scribentes in dicto.§.diui.
¶Et hoc magis in casu nostro esse debet,quoniam nō so
lum dixit,si alienabis deueniant in Titiū &c.sed dictū est,
si cōtigerit per aliquem uelle deuenire ad alienationē bo
norū,uel partis &c.uoluit huiusce modi alienationē pror
sus nullam & inualidā esse ac nullius effectus, sed deueni-
re ad proximiores qui non consenserint. ¶Consideran-
17 dum est quod uocauit † proximiores,cum deueniebāt ad
alienationem,ut utar testantis uerbo, & sic antequam sit
perfecta alienatio & dominium alteri quæsitum quo casu
non solum impeditur dominij translatio, sed cum nulli
sit quæsitum in fideicommissarium trāsfertur, ut late per
omnes,præsertim per præceptorem in dicto.§.diui.& ma
xime quia expresse annullauit alienationem, & per uerba
18 prægnantia & geminata † quæ arguunt pręcisam mētē di
sponentis.c.eam te.de rescrip. per Bal. cum similibus.im-
mo adest geminatio actus prohibitionis alienationis, ut
in sequenti parte testamenti:quod quantæ sit efficaciæ ne
minem latet:iuxta tradita in rubrica de uerborum oblig.
in l.balista.ad trebel.qua de re cum præsupponatur in fa
cto ædes de quibus agitur esse de illis quæ prohibētur ex
presse alienari,& alienationem esse factā,& sic euenisse ca
sum fideicōmissi iniūcti in casu alienationis indubitati iu
ris est ipsum.d. Ludouicum patritiū meritissimū tanquā
proximiorem exclusis consentientibus, iuxta formam te-
stamenti admittendum fore ad reuocandum alienata,in
19 quo non insisto, cum in uerbis expressis † testamenti iste
casus exprimatur:ideo amplius non est disputandum.l.il
le aut ille.§.cum in uerbis de legatis.iij.cum simi.
¶Solum igitur superest ut contrarijs respondeamus: &
ad primum dico auth.res quæ.C.commu.de leg.disponē
tem res subiectas fideicōmisso ex causa dotis alienari pos
20 se, nō uendicare sibi locū quando expresse prohibita † est
alienatio etiam ex causa dotis: ut sentit Alex.in consil.6.
in 3. colum. ut refert Iason in dicta authentic. res quæ
columna.finali.sed ita fuit hic, ergo &c.uerum cum Ale-
xand.habeat contradictores, & ibi.dixi,de ueritate aliter
21 respondeo & dico, non procedere quando adsunt † alia
bona q̄ subiacent restitutioni: ut colligit ex uerbis dictæ
authentic.& ibi notant omnes: sed hic adsunt plura non
subiecta fideicommisso cum fuerit fideicommissum par-
ticulare quorundam bonorum,ut in eo,ergo &c.
¶Et si dicat iste Comes distraxit alia bona,& filię suę nō
22 debent remanere indotatæ dico, quod pater † nō pōt de
bonis subiectis fideicommisso dotare filias,quando legi-
timam & trebellianicam consumpserit: ut per Iasonem
post Pau.de Cast.in pluribus consilijs citatum ab eo in di
cta authent.res quæ.colum. finali. Aut igitur iste Comes
alienauit bona extra fideicommissum existentia, & tunc
filias non potest dotare de bonis fideicommisso subiectis,
cum ex consumptione præiudicauit: aut non alienauit,
sed adsunt & de illis dotet. ¶Non obstat secundum
dum uult alienationem ualere pro sua legitima & trebel-
lianica: quoniam quando adfuerunt alia bona ex quibus
23 consequi poterit legitimam, tunc alienatio † contra pro
hibitionem testatoris est nulla, & uenit retractanda,quia
24 in illis non potest filius † legitimam eligere, sicut non po
test detrahere de bonis legatis quādo alia bona sufficiūt:
secundum Bald.in rubrica.de rerum diuisio.in l.non am-
plius.§.finali.C.de leg. Alexand.in l.in ratione.la.2.ad le
gem falcid.in princip.& in l. Marcellus.§.res quæ.ad tre-
bellia.& in specie consuluit Pau.de Castro in consilio 17.
in causa quæ uertitur Parmę.sequuntur præceptor & com
muniter scribentes in dicto. §. diui. cum similibus.& per
Iasonem in l.Marcellus.§.res quæ.ad trebellia.ubi alij:sed
hic adsunt alia bona,ergo &c. Et si alienata sunt compu-
tantur in suam legitimam,cum uolente fideicommissario
25 primo † alienata debent computari: ut per Roman.in
consilio 226.non est dubium. ¶Quantum uero ad tre
bellianicam non me extendo, quia fuit prohibita:& li-
26 cet sit † altercatio utrum ualeat in filijs primi gradus:ut
late in l.iubemus.ad trebellia.& late per Alexand. in con-
silio 29.perspectis.lib. 5. & Corne. in consil. 22.colum.8.
27 lib. 2.qui uoluerunt quod ualeat.quam opinionem † ap-
probo in filio legitimato,& in hoc nullus cōtradicit,ut la
28 tius deducam suo loco: concurrente † etiam hic quod nō
confecerit inuentarium: iuxta plene tradita per Dec.in
consil.136.in causa.colu. 4. ubi enumerat multos,& plu-
res etiam addidi consulendo in causa magni ponderis.
29 ¶Præterea cum omnia bona non sint grauata per † fidei-
cōmissum, trebellianica debet esse minor, cū detrahatur
tantū,habito respectu ad id quod restituitur:ut late tra-
dit And.sicu.in cons.53.lib.3.& ponit Dec.in d.cons.137.
¶Non obstat quod donatio tanquā inofficiosa retractan
da est,& legitima consideranda sit secundum quantitatē
patrimonij tempore donationis factę:quoniam ad hoc re
spondetur negādo donationem inofficiosam esse. Nā tūc
30 dicit immēsa donatio † & inofficiosa quādo excedit octo
uncias hæreditatis existente minore numero quatuor fi-
liorum:ita Pau. de Cast. in dicta authenti. unde si parens.
quem sequuntur alij:& in l.j. de inoffici.donat. cum simi-
libus.sed ista continet tantum dimidium hæreditatis exi
stente minore numero quatuor filiorum,& sic tantum sex
uncias,ergo non est inofficiosa aliquo modo:& cum non
sit non potest considerari re uel consilio uel utroque mo-
do,cum nō entium nullæ sint qualitates. l.eius qui in pro
uincia.& ibi notant omnes.ff.si cer.pe.& in dubio non cō
31 sideratur inofficiosa ex consilio, licet sit re, ergo multo
magis cum non sit:ut per Are.in consi.47.uisis. ¶Nec
obstat quod saltem iuncto testamento est inofficiosa per
d.Pau.de Ca.de quo supra,cum per eam adito testamēto
diminuitur legitima.Nam aduertēdum puto seriem facti
ex quo facile colligi poterit quam ex officio,& pietate hu
iuscemodi donatio facta fuerit, fuit hic Comes Octauia-
nus institutus a d.Nestore patre in quarta parte bonorū:
fuit quoq; institutus ab eodem Mino in quarta parte bo-
norum suorum æqualiter,cū eius filijs institutis, deinde.
d.Nestor dimidium hæreditatis suę donauit filijs domini
Mini sub hac conditione si dictus Minus non reuocaue-
rit testamentum in quo. d. Octauianus fuit hæres institu-
tus:ut utar uerbis donātis,ita quod in effectu.d.Octauia-
nus & eius filij effectualiter possit, & possint consequi ra
tam & partem in qua institutus fuit a d. Mino,& non ali-
ter &c.Ex quib. colligitur quod donatio fuit facta ad uti
litatem,& beneficium.d.Comitis ut haberet illam quartā
in qua fuit institutus a d. Mino: adeo quod facto calculo
plus usque ad dimidiū attribuit quam abstulit:ex quo se-

quit necessario quod nō est inofficiosa, sed officio & pie-
tate plena,& ad utilitatem filij.Et beneficium dulci paren
tis consilio facta:cuius animus si recte trutinetur quā bo
nus & pius fuerit ex personarum qualitate clarissime ap
parebit.¶Erat enim iste. d. Nestor presbyter & abbas,&
multis alijs ecclesiasticis dignitatib. ac titulis decoratus:
32 adeo quod iuste dubitabat ne legitimatio † sui filij red-
deretur nulla,cum quoddam portentum continere uide-
batur ut fictio in casu ficto magis operaretur quā ueritas
in casu uero:contra.l.filio quem pr̄.de lib.& posth. cū ibi
plene not.nam haud quemquam latet presbyterum filios
legitimos habere non posse, itaq; dubitans ne institutio
33 † plena de filio facta tāquam de incapace redderetur nul
la, fecit illam in certa parte quæ intuitu alimentorum su-
stineri posset.arg.in c.notatorum in c. cum haberet.de eo
qui cogno.consang.cum similib.& ut securiori uia quam
plura alia bona haberet fecit donationē filijs. d. Mini ut
institutionem de eius filio factam non reuocaret,quam
omnimodo sciebat effectum habituram esse, & si legiti-
34 matio nulla foret cum alij præter parentem † naturalib.
relinquere permissum sit:ut no.in l.nuper.& in l.quamuis
C.de natu.lib.cum cesset in illis ratio prohibitionis.
¶O prudēs & pium parentis consilium, pro dij melius &
efficacius excogitari nō potuisset, quod ex alijs rationib.
demonstrari posset:quas tanquam non necessarias prgter
mitto cum ex deductis satis liquet donationē nec re, nec
consilio inofficiosam esse,& ita ualere nec retractandā fo
35 re:ex quo sequit̄ cū nō est inofficiosa in taxanda † quan-
titate legitimę tempus mortis,& non donationis factę in
spiciendum fore,d.l.cum quæritur. cum ibi plene notatis.
Et ista est communis opinio,ut ibi,& in d.auth.unde si pa
rens.& in auth.nouissima. eodem titu. & per Bald. in l.si
qua pęna.de his qui sunt sui uel alie. iuris.cum similibus.
¶Non tamen prætermittam a morte testantis,& adita hę
reditate comitem Octauiannm per decenniū tacuisse nec
de donatione inofficiosa aliquod uerbū fecisse,sed hęredi
36 tatem cum dictis filijs.d. Mini diuisisse † faciēdo mentio
nē de testamēto patris cui cōtinuato stylo adiecta est do-
natio per quod tempus iuris cēsura approbauit ipsam do
nationē:immò per quinquennium tantū filius repellitur
37 a querela † inofficiosę donationis.l.si.in uerbo tempori-
bus.& ibi gl.& omnes.C.de inofficio. donatio.iuncta.l.si
quis filium.C.de inofficio.testamen.& notatur.in l.cōtra
maiores.eodem tit.quod procedit siue principaliter, siue
incidenter per uiam exceptionis intentetur:secundū Bal.
post Pet.in l.si quis libertatem.circa fin. de petitio. hære-
dita.per Iasonem in d.l. si quis filium.columna.2.cum si-
milibus.Ergo iste comes nullum uerbum facere potest de
inofficiosa donatione, qua stante sequitur necessario in
legitima taxanda tempus testamenti inspiciendum fore:
secundum communes regulas iuris.In qua legitima com
putāda sunt omnia relicta Camillo fratri legitimato.d.co
mitis,quæ sunt non paruę quantitatis, ut in testamēto di
38 cti domini Nestoris,cum una † sit legitima omnium filio
rum d.auth.nouissima.C.de inoffic.test.& ibi notant om
nes,ut per Ange.in consi.142. punctus talis.& cōsi. 276.
pro clariori &c.Immò sequitur quod cum sint duo filij le
gitimati.d.Comes pro sua legitima non debuit habere ni
si sextam partem totius hæreditatis sui patris, cum legiti
ma sit tertia eius partis quam habiturus est ab intestato,
d.auth.nouissima.& per ngelum in supra allegatis con-
silijs,cum uulgaribus.in qua comprehendi debent etiam
nonnulla bona ascendētia saltem ad alimēta debita Mar
39 co Antonio alteri fratri legitimato ex testō † qui omni-
no debet habere alimenta condecentia in bonis patris di
cto c.cum haberet.& per Alex.in cōsi.74.in 3.uol.& Abb.
in consi.115.in 2.uol.Immo Carolus Ruynus ætatis no-
stræ inter Iurisconsultos princeps consuluit quod uestimē
40 ta,& habitatio †non solum spurio,sed uxori filijs & nepo
tibus debeantur, cui consilio se subscripserūt Ludouicus
Gozadinus,& Hippolytus Marsilij,quod pro nunc nō de-
termino,sed nolo ex abundanti dictum esse. ¶Ex qui-
bus facto computo hæreditatis quantitate considerata se
quitur,iuxta mihi narrata,quod legitima. d.comitis non
erit ultra sex,uel septem mille librarum, & habuit quātita
tem quadraginta mille librarū, adeo quod magis inoffi-
ciosum est dicere de inofficiosa donatione quā ipsam do
nationem tam pie cum ministerio ad beneficium filij fa-
ctam inofficiosam esse.¶Ad illud de permutatione breui
41 ter respondeo quod sub uerbo † alienationis,distractio-
nis,& obligationis continetur, & hoc ex sui natura cum
utique sit alienatio,licet postea aliud ematur:& maxime
propter illa uerba,prorsus, quouis modo &c.Et sic casus
non est omissus,licet per uerbum permutationis,nō sit fa-
cta expressio:alias donare posset, cū uerbum donatio nō
sit expressum,quod quam absurdum sit,ac contra legis &
testatoris mentem,haud quēquam præterit,& maxime cū
42 sint lares paterni,& appendices magnæ † domus habita-
tionis autorum,& sic in quibus cadit affectio.iuxta tex.in
l.si emptionem.de min.& ratione uicinitatis:iuxta tex.in
l.si cui.de leg.2.& tradita per gl.& doc.in d.l.si in emptio
43 nem.& tex.in l.imperator.de leg.2. non † habent locū in
particularibus:ut declarant Cyn. Paul. de Cast.& alij in l.
mater.de rei uendic.& in specie ponit Imol.in d.l.impera
tor.de leg.2.:sed hic sumus in prohibitione alienationis
rerum particularium, ergo &c. ¶Nec obstat quod uidea
tur remissum fideicommissum per diuisionem factam cū
clausula ad habendum, & per uerba multum pregnantia:
44 quoniam respōdeo quod per simplicem diuisionem † nō
se referentem ad ius fideicommissi expresse nunquam cen
setur remissum fideicōmissum:per Bar. in l. qui Romæ.§.
duo fratres.q.2.de uerb.obli.ubi notant omnes,& ista est
communis opinio,ut ibi per Alex. & Ias. sed hic non fuit
expresse renunciatum fideicommisso nec de eo factū ali-
45 quod uerbum,ergo &c. Et licet sint uerba † prægnantia
nihilominus intelliguntur semper ex causa de præsenti:&
ideo si remittit omne ius quod habet, uel habere sperat,
uel potest,quod uerbum est extensiuum etiam ad futurū:
l.si ita quis de leg.2.intelligitur ex causa de præsenti.l.qđ
seruus.de condict.ob causam.per Bar.in d. §.duo fratres,
q.6.facit dictum Bar.in l.post emancipationem. §.1.de li
ber.leg.& in l.si uxor.§.diuus.de adult. & facit quia renū
46 ciatio est † strictissimi iuris, & interpretatur ut minus no
ceat renuncianti quam sit possibile.l.si domus.de seruitu.
urba.prædi.nec in diuisione ista si recte consideretur,sunt
uerba maioris efficaciæ quam supradicta:ergo non debet
intelligi esse renunciatum fideicommisso: & dato millies
quod adessent uerba magis prægnantia quæ ex sui natura
non possent intelligi ex causa de præsenti,tamen cum sub
est aliqua causa uel timor futuræ,præter causam fideicom
47 missi debent referri ad illam † causam, & non ad fideicō
missum.ita Alex.in consi.208.col.2.uol.6.& in consi.202.
col.2.uiso.eodem libr.Corne.in consi. 329.quamuis.col.
fi.in 1.uol.Curtius Iunior in consi.24.col.3.& 4.idē Curt.
in cōsi.101.præsupponitur.sed hic adsunt aliæ causæ,scili
cet donationis supradictæ,portionis Camilli & alimento
rum.d.Marci Antonij,propter quas multæ possent oriri li
tes & euictiones. ¶Ideo dato sine præiudicio ueritatis
quod in dicta diuisione adessent uerba remittentia iura
futura,ita quod non possent restringi salua ratione recti
sermonis ad iura futura ex causa de præsenti, nihilomi-
nus cum expresse nō remittatur ius fideicommissi debet
referri ad illas alias causas,& non ad fideicommissum:&
hoc casu quando adsunt aliæ causæ non loquuntur Curt.
antiquus in d.consilio 42.& alijs allegatis in contrarium
qui se fundant in uerbis prægnantibus:& omnino uidea-
tis Curt.Iuniorem in supra dictis consilijs, & in consi.16.
ubi cōcordat opiniones scribētium modo suprascripto,
48 & dicit † procedere etiam si dictum sit de iure in futurū,
ac quacunque causa cogitata uel incogitata, & per plenis
sima uerba cum iuramento, uideatis non refero. ¶Nec
49 clausula † ad habendum,habet aliquid operari,cum si ani
maduertatur in ea non est posita facultas alienādi, sed so
lum ad habendum & possidēdum. Et doctores allegati in
contrarium loquuntur quando in dicta clausula est data
licētia alienādi expresse,uel per hæc uerba cui dederit &c.
quę hic non sunt.Et licet sint hęc uerba faciendū quid pla
cuerit,tamen non ita importāt alienādi licētiam sicut su-
pra,

pra dicta, cū illa de necessitate, nec aliud significare pos sunt: hæc autem minime de necessitate signāt, sed posset forsan sub generalitate uerbi uenire, q̄ tamen esse non de
50 bet, cum uerbum † quod potest plura significare, non debet referri ad illud quod sit contra uoluntatem testatoris. argumen. l. uel negare. quæ testamen. aperian. nec ad id q̄ sibi impossibile est. argu. not. in l. Lucius. §. imperat. ad municip. & ad casum prohibitum, argu. eorum quę ponit Ioan. Andr. in c. fina. de immu. eccle. ¶ Item uerisimile non est quod uelint impugnare uoluntatem defuncti quā approbant, & generalis locutio talia non continet: per Roma. consi. 436. ¶ Pręterea aduertendum est quod in hoc testamento ultra fideicommissum, sępius est prohibi
51 ta alienatio: prohibitus quoque † est consensus præstandus alienationi: & his consideratis apparebit alicuius pō deris non adesse contradictorem, qm̄ in tam strictissimo casu non loquuntur qn̄ uolunt per uerbum quibus dederit sit facultas concessa alienādi, & sic iste casus remanet sub regula. ¶ De legitima Camilli, & donatione non fa
52 cio uerbum, quia erat mente captus † & potuit ei substitui. l. ex facto. ff. de uulga. & pupillari. l. humanitatis. C. de impuberum & alijs substitutio. ¶ Item dixit se esse contentum pro omni rata & parte sibi debita, & ita iurauit:
53 quo casu uī renunciatum iuri † petendi supplementum: iuxta tradita per Romanum in l. j. §. si quis ita. de uerbo. oblig. & in l. si quando. §. generaliter. de inofficio. testa. ¶ Et ex his & alijs quæ tanquam non necessaria prætermitto euidentissime constat de bono iure magnifici uiri domini Ludouici de Rubeis, qui iuste laborat pro conseruando uoluntatem testatoris, totiusque familiæ honorē & commodum. Laus Deo.

¶ Ego Hieronymus Gratus Iuris Vtriusque Doctor minimus, soluo.

SVMMARIVM.

1 *Dominium absque alia traditione transfertur, per legis commissoriæ pactum.*
2 *Fructus rei ad eum spectant, qui eius dominus est.*
3 *Emptor facit fructus suos pro rata precij soluti, & non ultra.*
4 *Venditor non est in mora antequam sibi fuerit de precio satisfactum.*
5 *Venditio est perfecta quando inter contrahentes conuenit de precio, quod fuit pro parte solutū, & de alia parte fuit habita fides*
6 *Pacto constituti, emptori acquiritur rei uera possessio.*
7 *Conuentio apposita uenditioni, quod si emptor non soluerit residuum precij debitis temporibus, liceat uenditori propria authoritate bona uendita ingredi, & retroempta habere, soluto tamē prius precio, & actualiter restituto, non cōtinet legis commissoriæ pactum, sed nouam duntaxat uenditionem.*
8 *Venditione perfecta fructus spectant ad emptorem, etiam si emptor sit in mora soluendi precium.*
9 *Dominium est causa fructuum acquisitionis.*
10 *Fides habita de precio idem operatur, ad perfectionem emptionis & ad dominij translationem, & fructuum acquisitionem, quantum si precium solutum fuisset.*
11 *Venditor qui habuit de precio fidem, emptore deficiente in solutione precij, rem ipsam uendicare nō potest, sed ad precium duntaxat agere debet.*
12 *Interpretatio semper fit ut contractus ualeat, & ne sit usurarius.*
13 *Translatio usurarum fit per emptorem præcio nondum soluto, ratione fructuum.*
14 *Contrahentes promittendo usuras, uidentur se retulisse ad casum licitum, & secundum iuris dispositionem.*
15 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
16 *Pactum legis commissoriæ dicitur quando a tempore emptionis apponitur.*
17 *Dispositio loquens per ablatiuum absolutum importat conditionem.*
18 *Verbum soluere, licet alias uerificetur in oblatione & consignatione, tanquam æquipollenti, tunc tamen non uerificatur quādo est prolatum sub conditione.*
19 *Forma per æquipollens adimpleri non potest, præsertim quando fuit geminata.*
20 *Incongruitas loci, & temporis uitiat pecuniæ consignationem.*
21 *Instrumentum uenditionis rei emphyteuticæ in quo sine licentia ecclesiæ fuit data potestas uenditori, ut non soluto residuo precij posset ingredi propria authoritate, & retroemere rem uenditam, nullius est momenti.*
22 *Fructus separati a solo non ueniunt in fundi uenditione, licet sint adhuc in fundo.*

RESPONSVM XVIII.

¶ An si emptor qui soluit partem precij & residuum promisit soluere certis temporibus cum usuris, alias uēditor possit ingredi bona ut retroempta, deficiat in solutione, uenditor ingrediendo possit percipere fructus separatos a fundo, existentes tamen in fundo. Et quando uenditio dicatur perfecta.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ Postquam Reuerendissimus gubernator mihi pręcepit comminatoriē, ut scribam quid sentiā in causa magnifici equitis. d. Ioan. Francisci de Campegio contra Illustres ac nobiles de Bentiuolis, dico prima fronte uideri fructus saltem pro rata precij non soluti spectare ad Bentiuolos, quoniam ipse deficit tempore debito soluere affictus & residuum precij quo casu ex conuentione dicitur res inempta, & sic translatū est dominium in uenditorem per pactum. l. commissoriæ.
1 toto titu. de leg. commissor. † quo casu sine alia traditione trāsfertur dominium: ut not. in l. traditionibus. C. de pac. & ponit Alex. in cons. 10. uidetur fortasse. col. fin. lib. 1. &
2 ad dominum † spectant fructus: ut not. in l. Herennius. de euictio. cum concord. de quibus ibi: ergo ad uendentes cum eorum uenditio sit resoluta. ¶ Secundo facit tex. in l. fin. de fun. dot. per quam tex. dicit Bar. in l. fistulas. §.
3 qui fundum. de act. emp. emptorem † facere fructus suos pro rata precij soluti & non ultra: & ratio est in promptu, quia fructus non cedūt ad lucrum emptoris, nisi post moram regularem uel irregularem, sed antequam sit solutū
4 precium non est in mora † uenditor: quia competit sibi exceptio. l. Iulianus. §. offerri. de actio. emp. & ita consuluit Corn. in consi. 150. uiso tenore, uol. 4. ¶ Maturius tamen cogitando determino contrarium & præsuppono quod magnificus Ioannes Franciscus emptor pro residuo precij quod promisit soluere certis temporibus, promisit sex pro quolibet centenario ratione fructuum, ut in instrumento transactionis continetur. ¶ Secundò pręsuppono quod perfecta est uenditio cum expressum est
5 certum precium quod pro parte † fuit solutum, pro alia parte de eo fuit habita fides: iuxta notata in §. uenditę. instit. de rer. diui. cum simi. Item fuit tradita res uendita
6 ipsi emptori & uera possessio acquisita † licet per constitutum: iuxta not. per Bar. & omnes in l. quod meo. de acquiren. pos. Imo. d. emptor stetit a tempore uenditionis in re uendita, & nunc est. ¶ Tertiò præsuppono quod factum fuit pactum quod si. d. magnificus emptor non soluerit temporibus debitis residuum precij quod uendentes possint propria authoritate ingredi, & illa bona retroempta habere, soluto tamen prius precio & restituto actualiter, & ante omnia omni & totali precio eidem domino emptori, & sic nō fuit dictum quod sit inempta, sed
7 quod habeatur retroempta, & sic intelligitur † esse noua uenditio & retroemptio, non autem est pactum legis commissoriæ: iuxta tex. in l. qui ea lege. C. de pac. inter empto. & uendit. & ibi not. omnes per Paul. de Cast. in l. j. eod. tit. nam illa non sunt uerba legis commissoriæ: nimirum si cessat cum sit ius extraordinarium contra regulam. l. traditionibus. C. de pac. & ratio assignata in pacto legis commissoriæ, de qua in l. commissoriæ. & per Pau. in d. l. j. de pac. inter emp. & uēdi. cessat in hoc casu, ergo & dispositio. ¶ His sic præsuppositis considero quod isti uendentes si uolunt fructus separatos a terra, & existentes in fundo, & tunc aut uolunt, quia non solutum precium, & pro parte

parte precij non soluti dicunt ad se spectare de iure & nō possunt, quia cum perfecta est emptio, & translatum est dominium & possessio, ut dixi in secundo præsupposito, nulli dubium quod fructus spectant ad ipsum ementem.
8 l.fructus.C.de act. empt. † ubi casus expressus quod post perfectam emptionem fructus spectant ad emptorem etiā si emptor sit in mora soluendi precium. & ita nullum tex. summant Sali. Bal.& communiter doct.cum concord.de quibus ibi.& ratio est,quia factus est dominus,& ratione
9 dominij facit fructus suos.Nam † dominium est causa ac quisitionis fructuum.l.qua ratione. in prin..de acquiren. rerum domi. instit. de re. diui. §. qua ratione. l. qui sit in prin.& in §.j.de usu.& ubique no.Et bene facit quod quā
10 do est habita fides de precio † tantū est ad perfectionem emptionis,& ad dominij translationem, & fructuum acquisitionem ac si precium solutum fuisset.d.§.uenditę. in sti.de rer.diuisi. & per Alex.& doct.in l.traditionibus. C. de pac.& per Roma.in cons.80.uiso.col..penul.ubi uolūt quod tantum operatur habita fides de precio, quantum solutio integralis totius precij, adeo quod si emptor deficiat in solutione precij uenditor rem ipsam uendicare
11 † non potest,sed debet agere ad preciū.l.j.C.de act. emp. & ibi not.Salice.& alij, ergo nec ad fructus tanquam accessorios & spectantes ad dominum, cum accessorium se quatur principale,& de eo idem iudicamus quod de principali.c.accessorium.de regu.iur. in 6.l. cum principalis. de re.iur.sed hic habita est fides de precio data dilatione &c.ergo nihil possunt dicere respectu fructuum ac si precium solutum fuisset,sed debent agere ad residuum precij & ad usuras. ¶Præterea conuenerunt ut pro residuo precij pro quolibet centenario sex soluerentur, quod quidem est factum pro fructibus percipiendis, & sic ratione fructuum quos emptor percipiet pro illa parte precij quā non soluit:alias si non intelligerentur illa fuisse promissa propter fructus essent usuræ illicitę, & contractus tanquā usurarius non ualeret, & ideo capitur a iure illa interpretatio,ut delictum excludatur.l.merito. pro socio. & ut actus ualeat.l.quoties.de reb.dub.& in l.quoties. de uerb. oblig. & faciunt in simili not. per Alex. in cons. 121. ubi
12 † semper fit interpretatio, ut contractus ualeat, & ne sit
13 usurarius, & quod præstatio † usurarum sit ratione fructuum, faciunt not.in l.curabit.de act.emp.ubi tantū usurę sunt permissę ratione fructuum,ergo partes contrahen
14 do & promittendo usuras uidentur se retulisse† ad casum licitum, & secundum iuris dispositionem: iuxta not. per Bar.Alex.& alios in l.hæredes mei. §. cū ita.ff. ad Trebel. & in l.tres fratres.de pact. cum similib. cum ergo ratione fructuum stipulatus est usuras, fructus, dicitur expresse ementi concessisse, & sic de concessione uendentis habet percipere fructus.d.emptor,& uenditor usuras. nam pro
15 uisio hominis facit cessare prouisionem † legis. l. fin. de pac.conuen.plene not.in l.2.de iure emphy.cum simili.ergo licet millies de iure posset uenditor fructus percipere pro rata precij non soluti, quod non admitto per supra adducta,tamen hoc casu ex quo fuit contentus de usuris nullo modo potest, immò in casu contrafactionis non fecit uerbum de fructibus quod possit super illis se releuare:ergo quod est omissum habetur pro omisso, & non uenit.l.quicquid de uerb. oblig. Aut isti uenditores uolunt fructus ex conuentione eo quia.d.emptor defecit in solutione tempore debito, & ideo facta prius solutione & depositione precij,uigore pacti adepti fuerunt tenutam rei uenditę, & in ueritate ex hoc capite uolunt: & tunc dico quod cum sit dictum a partibus quod possint illa bona retroempta habere, & sic non est pactum legis commissorię,ut dixi in ultimo præsupposito requiritur noua uenditio,rei traditio,ut est casus in d.l.qui ea lege.de pac. inter emp.& uendi.& ibi not.omnes cum concordan. & expresse declarat Pau.de Cast.in l. si a te. eod. titu. & hoc est fir-
16 missimum, & † maxime quia pactum legis commissoriæ est quando a tempore emptionis apponitur: ut not. in l. traditionibus.C.de pac, sed hic fuit appositum post uenditionem per multum tempus, immò in alio contractu, ergo &c. sed hic adhuc non est facta noua uenditio, immò nec legitime requisitus est. d. magnificus emptor ad renouandum & faciēdum nouum instrumentum:ergo uigore pacti non possunt consequi fructus, cum pactum requirat nouum contractum uenditionis qui adhuc non interuenit.

¶Secundò considero quod requiritur quod prius sit solutum precium & totaliter & integraliter restitutum,
17 & hoc per modum formę cum loquatur per † ablatiuum absolutum qui importat conditionem. l. a testatore de condi.& demonstra. conditio formam:ut per Bald. in auth.matri & auię.C.quādo mul.tute.of.fung.potest. forma autem non potest adimpleri per æquipollens:ut not. plene per Alex.Ias.Aret.& omnes in l.j.ff. de libe. & post-
18 hu.ergo † licet alias uerbum soluere,uerificetur in oblatione,& consignatione tanquam æquipollēti, tamen hoc casu non debuit posse uerificari,cum sit prolatum per modum formæ, & forma non possit adimpleri per æquipol-
19 lens:& præsertim,†quia illa forma fuit geminata,nam dixit soluto & restituto &c. quæ geminatio multum operat. & arguit præcisam mentem Bald. in c. cum tu. de rescrip. plene in l. balista. ad Trebel. cum similib. & hoc maxime, quia non fuit facta ista consignatio congruo tempore,cū iam prius potuerat fieri, & expectauit quod seminaret & coleret, nummos non potuit conuertere in utilitatē suā, quia non consignauit prius,adeo quod isti emptores habuissent precium & fructus, quod est iniquum: ut not. in d.l.curabit. Item expectarunt illum esse absentem quo ca
20 su † incongruitas loci & temporis uitiat consignationē: ut not. per Salic. & omnes in l. acceptam . de usu. immò nec integrum precium fuit depositum ut requirit contractus,ergo &c. & hoc fundamentum sit dictum ex abundāti,& in puncto iuris,uerum quia alijs medijs est consultū, ideo transeo ad alia, illa magis amplectendo. ¶Nam non potuit iste magnificus emptor in instrumento transactionis dare uenditoribus illam potestatem ingrediendi & retroemendi, nisi cum consensu ecclesiæ prout apparet per instrumentum inuestituræ factæ ei per reuerendissimum abbatem ecclesiæ Nonantulanę,ubi si ita faceret actus est ipso iure nullus,& etiam ita est de iure: ut not. in l. 2. de iur. emphy. ubi abundanter per moder.non aliter
21 transplanto, sed in instrumento transactionis † ubi fuit data illa ptās & retroemendi &c. non interuenit licentia domini abbatis, ergo nullius momenti est, & non potest causare dictis uenditoribus ius percipiendi fructus, & nihil possunt dicere. ¶Vltimò considero esto quod ille contractus fuerit potens ad faciendam retrouenditionē & nouam uenditionem & omnia requisita interuenerint, quod tamen negatur:attamē dico hos fructus separatos a solo non spectare ad. d. uenditores nunc factos nouos emptores:quia cum requiratur noua uenditio, ut dixi supra, & si noua uenditio facta fuisset, & quidem ipso iure quod est impossibile,non posset facere quod fructus separati a solo spectarent ad ementes nisi hoc esset expresse cōuentum:ut est casus in l.2.C.de act.emp.& ibi not. Bald. & Saly. & communiter docto. ubi dicunt not. quod fru-
22 ctus † separati a solo non ueniunt in fundi uenditionem licet sint adhuc in fundo, & sic ibi deciditur expresse casus noster,sed ut præsupponitur in facto ante oblationem precij, & sic antequam possent dici retrouendita ista bona,erant separati a solo. d. fructus, nec de his erat factum uerbum,ergo non ueniunt sed remanent penes uenditorē nouum qui prius fuit emptor, & per hæc & maxime per istud ultimum quod de se sufficeret dico.d. fructus in totum spectare ad.d. magnificum equitem siue agant de iure siue ex conuentione. ¶Et ex his apparet responsum ad adducta in contrarium. & primo quod non est pactū legis commissoriæ, cum non dicitur quod sit inempta, sed quod retrouendita. ¶Item non potuit fieri cum non incontinenti, immò in alio contractu ad secundum respondetur quod non procedit quando translatum est dominium, & etiam possessio in emptorem d. l. fructus. C.de act.emp. ¶Secundò quando loco fructuum accepit usuras,& his casibus non loquitur Corn.nec Bart. ¶Tertiò quando in casu contrauentionis prouiderunt

de noua

de noua emptione: quæ omnia & alia interuenerunt hic, ergo nihil ad caſum iſtum. Laus Deo.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Collaterales in ſucceſsione poſt deſcendentes admittuntur.*
2 *Cognatus qui in remotiori gradu reperitur non debet eſſe melioris conditionis quam is qui primo a lege communi admittitur.*
3 *Extenſio in correctorijs non admittitur.*
4 *Extenſio in correctorijs admittitur quando militat omnimoda ratio.*
5 *Statutum excludens filiam ſtantibus maſculis, in nepotibus & pronepotibus, uendicat ſibi locum.*
6 *Statutum matrem excludens ſtantibus agnatis, omnes deſcendẽtes per matrem cenſetur excludere.*
7 *Lex multum fauet matri in luctuoſa filij hæreditate.*
8 *Argumentum de maiori ad minus priuatiue ualet non autem poſitiue.*
9 *Statutum excludens matrem propter agnatum, & de alijs perſonis non faciens mentionem, ut puta de ſorore, operatur ut ſi adſit ſoror ex parte patris tantum coniuncta, quæ ex lege communi præfertur agnato, tamen iſto caſu non præferatur, ſed tacite a ſtatuto intelligatur excluſa.*
10 *Vincens uincentem te multomagis uincet te.*
11 *Fratres uterini ſunt cognati tranſlati in ius agnationis.*
12 *Pactum contra bonos mores, & auferens liberam teſtandi facultatem non firmatur iuramento.*
13 *Pactum de inuicem ſuccedendo interpoſitum ſuper certis bonis ualet.*
14 *Fratres ex diſpoſitione iuris communis non exiſtentibus aſcendẽtibus, uel deſcendentibus adinuicem ſuccedunt.*
15 *Pactum de inuicem ſuccedendo ualet quando in eo fuit adiecta clauſula per quam reſeruatur facultas recedendi a pacto per uiam teſtamenti.*
16 *Fratres uterini patruis præferuntur, in bonis quæ ſibi prouenerunt a matre, uel a perſona coniuncta per matrem.*
17 *Frater uterinus præfertur patruo, in bonis quæ ſibi prouenerunt a patre, uel a perſona coniuncta per patrem.*
18 *Caſus omiſſus a ſtatuto remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*
19 *Scriptum illud dicitur quod legi poteſt.*
20 *Statutum præferens fratres utrinque coniunctos fratribus uterinis, & omittens patruos, patruos excluſiſſe uidetur.*
21 *Diſpoſitio ſtatuti ita debet interpretari ut ſit de dubitabili.*
22 *Argumentum a contrario ſenſu ualidum eſt, etiam in ſtatutis.*
23 *Statuta correctoria non recipiunt extenſionem de una perſona ad aliam, etiam ex identitate uel maioritate rationis.*
24 *Statutum, quod patruus excludat ſororem, ſi patruus non extet, ſed frater qui excludit patruum, hoc caſu non excludit ſororem.*
25 *Statutum excludens matrem propter patruum, ſi extet frater nonſtante patruo, matrem non cenſetur excludere.*
26 *Statutum diſponens quod agnati maſculi præferantur matri & auię maternę, ſi non adſit mater ſed amita, illam non cenſetur excludere propter agnatos.*
27 *Statutum excludens amitam, in matertera non uendicat ſibi locum.*
28 *Statutum præferens patruum matri, ſi adſit ſoror, non præfert illam matri.*
29 *Argumentum a maioritate rationis in reſtringibilibus, non ualet.*
30 *Statutum loquens in uno caſu, ad alium in quo etiam militet maior ratio non debet extendi, quando excludit extenſionem.*
31 *Ratio conſeruandæ agnationis omiſſa a ſtatuto excluſiuo, non habetur pro expreſſa, ut ab ea argumentari poſsit.*
32 *Declaratio & limitatio ad doctrinam Bar. in l. 2. §. uidendum. ad tertul.*
33 *Statutum excludens matrem ab hæreditate alicuius, cum certa qualitate, quam apparet a ſtatuto conſideratam fuiſſe, ſi mater præmoriatur, perſona de cuius hæreditate agitur ſine illa qualitate, reliquos deſcendentes ex matre non cenſetur excludere.*
34 *Statutum excludens matrem, non cenſetur excludere cæteros deſcendentes a matre, quando excludit & prohibet extenſionem.*
35 *Statutum ſimpliciter loquens non extenditur etiam ex maioritate rationis. limita ut nume. ſeq.*
36 *Statutum excludens unam perſonam, ad aliam quæ coniuncta eſt per perſonam excluſam extendi poteſt.*
37 *Verba ſtatutorum debent interpretari ut aliquid operentur.*
38 *Perſona cui hæreditas non defertur, in ſucceſsionibus non habet in conſideratione.*
39 *Sermo generalis non refertur ad ſpecificata.*
40 *Statuti una pars alteram declarat.*
41 *Statuta in dubio debent interpretari, ut minus derogent iuri cõmuni, etiam cum impropriatione uerborum.*
42 *Clauſula generalis nõ refertur ad ſpecificata quando cum uerbo generali eſt appoſitum nomen uniuerſale.*
43 *Statutum ſimpliciter præferens agnatos intra quartum gradum cognatis, intelligitur præferre quando agnati ſunt in pari gradu cum cognatis, non autem quando cognati eſſent in priori gradu quam agnati.*
44 *Statuta debent intelligi ſecundum ius commune.*
45 *Declaratio ad ſtatutum Bononienſe.*
46 *Statutum quod poteſt unum & duo operari cõtra ius commune, debet interpretari ut unum tantum operetur.*

RESPONSVM XIX.

¶An patrui excludant fratres uterinos uirtute ſtatuti Bononienſis ſub rubrica de ſucceſ. aſcen. & col. ubi declarať nouiſsime illud ſtatutũ, & quando excluſa matre cenſeantur excluſi deſcendentes ex matre, & multa ſubtilia, & noua in materia ſtatutorum, & pacti de ſuccedendo.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Dubitatur in præſenti cauſa an fratres uterini mulieris defunctę excludant patruos dictæ mulieris? & uidetur prima fronte fratres uterinos eſſe excludendos a patre ab inteſtato dictæ mulieris, de qua nunc agitur. & hoc uigore ſtatuti poſiti ſub rubrica. de ſucceſſione aſcendentium & collateralium. in §. necnon fratres mares. ubi excludunt patrui deſcendentes per fœminas: ergo fortius collaterales coniunctos per fœminam qui
1 admittuntur † poſt deſcendentes: ut in auth. de hæred. ab inteſtat. uenientib. §. ſi igitur defunctus. & §. reliquum.
2 colla. 8. nam qui in remotiori † loco reperiuntur non debent eſſe melioris conditionis quam illi qui primo a lege communi admittuntur. argumen. tex. in l. ſi uiua matre. C. de bonis mater. & quod ibi not. per Doct. per illũ tex.
3 & per hoc facit quia licet in correctorijs † non admittať extenſio. auth. quas actiones. C. de. ſacr. ſanct. eccle. per Alex. in l. ſi conſtante. ſolu. matri. colum. 3. tamen quando
4 omnimoda ratio † militat fit extenſio, quia non dicitur ſed intenſio. gloſſ. in capitul. primo, in uerſicul. per Italię de tempo. ordin. in 6. quam ſequitur Bald. in l. illud. colu. ſecunda. C. de ſacroſanct. eccle. Alexand. in l. curatoris. de neg. geſt. Sed omnimoda ratio militat in caſu noſtro reſpectu fratrũ uterinorum, quæ militat reſpectu deſcendẽtium per fœminam: ſcilicet ut hæreditas remaneat penes agnatos & ſic penes patruos: ergo ſtatutum excludẽs deſcendentes per fœminam magis excludit collaterales coniunctos per fœminam, & pro iſta opinione uidetur deciſio Bar. in l. liberorum. in 7. col. de uerb. ſignifi. ubi ſtatu-
5 tum excludens † filiam ſtantibus maſculis uendicat ſibi locum in nepotibus, & pronepotibus, licet ſtatutum de eis non faciat mentionem, quia ſunt in remotiori ordine, ergo ſtatutum noſtrum licet non excludat uterinos expreſſe, ſed tantum deſcendentes, debet tamen uendicare ſibi locum in uterinis, cum ſint in remotiori ordine & ſemper tractentur ut hæreditas ſit penes patruos & ſic agnatos ipſius defunctę. Corroboratur ex his quæ uoluit Bar. in l. 2. in §. uidendum. ff. ad ſenatuſconſult. tertul. quem ſequitur Pa. de Caſt. & Fulgo. & Alex. in l. illam. C. de collatio.
6 ubi uult poſt Richar. mal. ſi ſtatuto caueatur † ſtantibus agnatis mater excludatur, omnes coniuncti per matrem ſiue deſcendentes, ſiue tranſuerſales cenſentur excluſi, licet ſit

cet sit facta mentio tantum de matre. modo sic, si mater istius dominę Ioannę uiueret esset exclusa per statutum saltem quantum ad proprietates per istos patruos, ut expresse dicit dictum statutum in §. ipsi quidem fratres. ergo per illud statutum fratres uterini a patruis censentur exclusi cum sint de radice matris. nec obstat si diceretur saltem debent habere usumfructum isti uterini, quia a statuto conceditur matri. Respondetur, istud conceditũ matri propter luctuosam hæreditatem propter quã lex mul-
7 tum fauet † matri, & non ita alijs: ut per Doct. in l. fin. C. de impube. & alijs subst. & licet argumentum priuatiue
8 ualeat † si maiori aliquid negatur, ergo minori. non tamẽ ualet positiue si conceditur aliquid maiori, ergo minori. iuxta not. in l. non debet cui. de reg. iur. licet ergo exclusa matre censeantur omnes coniuncti per matrem exclusi: concesso tamen aliquo matri non intelligitur omnibus coniunctis per matrem concessum. ¶ Penultimo probatur ex his quæ uoluit Ang. in consi. 251. incip. statuto Bononiensi cauetur. ubi uoluit si ex forma statuti agna-
9 tus excludat † matrem & de alijs personis non faciat mentionem, ut puta de sorore, & adsit soror ex parte patris tãtum coniuncta quæ ex lege communi tantum præfertur agnato, tamen isto casu non præferatur, sed tacite intelligatur exclusa a statuto ex quo excludit matrem, quæ mater de iure communi præfertur illi sorori ex una parte cõiunctæ, sed in casu nostro per statutum patrui excludunt descendentes per fœminas, & sorores utrinq; cõiunctas, qui præferuntur de iure cõmuni fratribus uterinis. auth. cessante. C. de leg. hær. ergo statutum præferendo descendentibus non præfertur uterinis, ex quo descendentes de iure communi præferuntur uterinis & sororibus utrinq; coniunctis: iuxta no. per Ang. in d. consi. & facit, ideo si
10 uinco uincentem te, multo magis † uinco te. l. de accessionibus. de diuer. & temp. præscrip. cum uulg. ¶ Vltimò hoc uidetur expressum in §. & etiam prædicti agnati, in eo statuto, ubi uult quod agnati præferantur omnibus cognatis, etiã translatis in ius agnationis, sed fratres ute-
11 rini † sunt cognati translati in ius agnationis. l. meminimus. uer. nec fratrem. C. de leg. hæred. ergo ibi est statutũ expresse complectẽs casum nostrum, & si dicatur statutũ declarat quos intelligat per uerbum trãslatis in ius agnationis, & non facit mentionem de fratre uterino, ergo nõ loquitur de eo. Respondetur quod frater uterinus ex uerbis generalibus comprehenditur ibi in statuto, & alijs à iure expressis: sed fratres expresse sunt translati à iure in ius agnationis in d. l. meminimus. ergo & de illis loquitur statutum & excludit, nec obstat pactum celebratum inter hanc mulierem & eius fratres uterinos, ut qui prior inter ipsos decederet alteri succederet, seu eius bona ad alium perueniant: quoniam istud pactum non ualet tanquam contra bonos mores & auferens liberam testandi faculta-
12 tem, adeo † quod non confirmatur iuramento. l. pactum quod dotali. ubi Alex. & cæteri. C. de pact. plene per Alex. & omnes in l. stipulatio hoc modo concepta. de uerb. ob. & utrobique Alex. attestatur istam esse communem opinionem. Idem attestatur Dec. in d. l. pactum. uoluit glo. & sequuntur Docto. in l. si quando. §. j. de inoffi. testa. plene per omnes in l. pactum. de collatio. post gl. ibi cum cõcordantibus traditis per eos. ¶ Maturius tamen rem ipsã animaduertens determino contrarium, & considero hoc pactum de inuicem succedendo adesse non in tota hæreditate, nec in parte hæreditatis per nomen uniuersale, sed
13 in certis bonis, quo casu pactum † ualet: ut per Bartol. in consi. 72. ex facto proponitur. col. 2. & Guid. papæ in q. 257. pactum. Io. Fabr. in l. serui. C. de pact. Egid. in consi. 17. Alex. in consi. 83. lib. 2. & in consi. 20. lib. 3. qui in fortioribus terminis loquitur quando est factum pactum de parte hæreditatis, de cuius ueritate cum ad præsentem casum non pertineat non discutio. Sed quo ad certa bona specificata admitto, prout etiam tenet Deci. in d. l. pactũ quod dotali. de pact. & in cons. 125. & ratio est quia in hoc casu rationes impedientes cessant, ut per eos, scilicet uotum captandę mortis, & impedimentum libere testandi facultatis: & eo magis in hoc casu id pactum ualere de-
14 bet: quoniam est secundum dispositionem iuris † cõmunis, ut fratres non stantibus descendentibus, uel ascendẽtibus adinuicem succedant, comprobatur: quia in fine declarant pactum obseruandum esse, nisi facerent testamẽ-
15 tum. Per quam clausulam † reseruatur facultas testandi & uotum captandę mortis tollitur, cum ab eo posit recedere sicut a testamento: & Doct. non aduersantur huic casui quando expresse reseruauit potestatem recedendi à pacto per uiam testandi, & ex hoc cessant adducta in contrarium: quoniam statutum non loquitur quando fuit celebratum pactum inter partes, ut bona unius specificãdo bona peruenirent ad alium, & pactum ualet non obstante communi opini. allegata in contrarium: quia limitatũ quando pactum est de certis bonis. Item quando a pacto per testamentum recedi potest ut satisfaciam, tamen doctissimo iudici ad statutum respondebo, protestando ꝙ per istas responsiones non teneo statutum non excludere uterinos propter patruos, sed tantum scribã ut pulcherrimo ingenio suo ac petitioni aliqua ex parte satisfaciã: de ueritate alias scripsi ad quæ me refero. Et pro declaratione considero quod aut loquimur de bonis quæ sibi prouenerunt a matre, uel a persona coniuncta per matrẽ,
16 & tunc nulli dubium quod de iure † communi in illis bonis fratres uterini pręferuntur. auth. post fratres. C. de leg. hære. ubi est casus: & in §. illud. in auth. de hære. ab intest. uenien. Item de iure statutario hoc clarissimum est, quia statutum quando præfert patruos, uel agnatos fœminis uel descendentibus per fœminam, uel cognatis semper excipit bona quæ prouenerunt à matre, uel à persona coniuncta per matrem, in quibus uult seruari ius commune: ut patet in §. necnon fratres. & in §. ipsi quidem fratres. & in §. ascenden. præfati. & in §. agnati namque. & per totum statutum positum sub rubri. de successio. ascenden. & collateralium. & hoc clarissimum, ideo non insisto: aut loquimur de bonis quæ prouenerunt à patre, uel à persona coniuncta per patrem, & tunc nulli dubium ꝙ de iure
17 communi frater uterinus † præfertur patruo. d. auth. post fratres. & ibi per Sali. & omnes. de legi. hære. & in §. illud. in auth. de hære. ab intesta. uenien. ¶ Nec statutum habet obstare, quia si statutum totum consideretur in eo nõ est scriptum quod patruus fratrem uterinum excludat: er-
18 go iste casus cum non sit expressus à statuto remanet † sub dispositione iuris communis. l. si extraneus. de cond. ob causam. l. si cum dotem. solu. matri. l. commodissime. de lib. & posth. nec debet extendi ad casum qui est decisus à iure communi. & per Doct. in l. omnes populi. de iustit. & iur. sed de iure communi dicti uterini excludunt patruũ. dicta auth. post fratres. C. de leg. hære. ut dixi supra, ergo &c. & facit quoniam statutum dicit iura communia seruentur saluo quam in casibus infrascriptis. Scriptum au-
19 tem dicitur illud † quod legi potest: legi autem dicuntur quæ oculis prospici possunt, non autem intelligi ex mente uel per sequentia & præcedentia. l. j. §. legi. de his quæ in test. delen. & ibi gl. in uerb. extrinsecus: sed oculis in illo statuto non prospicitur ut patruus excludat fratrem uterinum, ergo &c. ¶ Tertiò facit, quia expresse non fit mentio in dicto statuto de fratribus uterinis nisi in §. dicti uero fratres mares. ubi dicit quod fratres coniuncti ex utroque latere, uel ex latere patris præferuntur fratribus uterinis: ergo istud statutum includendo, & præferendo fratres, saltem uidetur excludere patruos de quibus
20 non facit mentionem: † quia inclusio unius est exclusio alterius. l. cum prætor. de iudic. l. statuliberum. §. stichum. de leg. 2. l. quos prohibet. de postul. & ita in statuto exclusiuo fœminarum arguit Ang. in consi. 220. incip. statutũ. & per Bar. in cons. 100. ad Cynum. quod comprobatur:
21 quia si patrui præferrentur dispositio illa quod † fratres præferantur: fuisset de indubitabili: contra. l. quod labeo. de carb. ædict. l. ancille. C. de furt. nam cui dubium si patruus præfertur fratri uterino fratrem ex latere patris pręferri cum uincat patruum? & facit quia dicere fratres ex latere patris coniunctos præferri uterinis, est tantum ac si diceret, stantibus fratribus ex latere patris excludantur uterini, & iste est sensus: argumento no. per Bar. in l. fi. in §. fin. de

fin.de dol.except. modo arguendo a contrario sensu non extantibus fratribus coniunctis ex latere patris admittũ
22 tur uterini.†quod argumentum ualidum est etiam in statutis:secundum Bald.in l.conuenticulam. C.de episco. & cleri.post Cyn.in disput.de statuto Florentino, quo cauet quod fœmina succedat nõ extante masculo,in quo à cõtrario arguitur: secundum Cyn. quod extante non succedat si ibi sumitur ad correctionem iuris communis:ergo fortius hic ad non corrigendum ius commune. ¶Non obstant adducta in contrarium, & primo si excludit descendentes per fœminas, magis excludit coniunctos ex latere per fœminas, quoniam in statutis correctorijs non
23 fit ex identitate rationis,nec ex maioritate de una † persona ad aliam extensio: & ideo dicit Bal. in l. illam. C.de colla.stante statuto quod patruus excludat sororem, & si
24 patruus†non extet, sed frater qui excludit patruum, tamen soror isto casu non erit exclusa,quia de fratre non fit mentio in statuto,licet maior ratio militet in eo.& subdit Paul.de Cast.in d. l. illam. si mater excludatur per patruũ
25 a statuto & extet † frater non stante patruo,mater nõ excluditur, licet maior ratio sit in fratre: quia in statuto de fratre non fit mentio:& idem not.Paul.de Cast.in l. si defunctus. C. de suis & legi. ubi uoluit si statutum disponat
26 † quod agnati masculi præferantur matri & auiæ maternæ,si contingat non extare matrem, sed amitam,amita licet sit remotior in gradu quam ipsa mater, tamen non excluditur ab agnatis.ratio,quia non fit extensio de persona ad personam,etiam ex maioritate rationis. ita concludit Alex.in consi.97.col.3.incip.uiso themate suprascripto.uol.2.& ad propositum ultra ipsum in loco præallegato facit quod uoluit Bal.in l.quod uero.ff.de leg. colu. 2.
27 ubi uoluit statutum excludens † amitam non extendi ad materteram licet maior ratio excludendi sit in ea,cum sit de cognatis. ad idem facit quod uoluit Petr. de Anch. in repet.c.canonum statuta.de constitu. uersi. item consulo
28 quę habes.ubi dicit, si ex forma statuti patruus † præfert matri, si adsit soror non præfertur matri: quia iste casus non fuit expressus in specie a statuto, & attestatur ita cõsuluisse collegium Perusinum. tenet Ange. in cons.210.incip.statutum supra dictum,& pro isto dicto Alex. scilicet quod non fiat extensio à maioritate rationis, facit quod dicit Io.And.in addit.Spe.in tit.de act.& peti.in additio-
29 ne magna:ubi in restringibilibus † non ualet argumentũ a maioritate rationis,sed statuta sunt restringẽda.l.quod constitutum.de mili.test.l.constitutionibus. ad municip. ergo &c.Sed ita in casu nostro est:& licet statutum excludat descendentes, non debet fieri extensio ad fratres uterinos qui sunt remotiores: sed hoc debet remanere sub dispositione iuris communis,& hoc maxime debet proce-
30 dere in casu nostro:quia †statutum excludit extensionẽ, ut patet ibi in principio, dum dicit seruentur iura communia saluis infrascriptis casibus. ¶Non obstat secundum de identitate rationis,quia in statuto non est expressa ratio agnationis conseruandę,nec in istis statutis ha-
31 betur pro expressa quod ex ea possit argumentari: † secũdum Bar.in l.liberorum.uersi.his pręmissis.de uerb.sign. sequitur Ioan.de Imol.in l.si uero.in §.de uiro. solu. matri. circa fi. ergo &c. de quo tamen alias disserui & noua declaratione ornaui.Præterea ex authoritatibus superius adductis istud confirmatur quando ratio non est expressa, & admitto ut ex illo non possit fieri extẽsio saltem qñ est prohibita,ut hic & ratio non est expressa. ¶Non obstat tertio dictum Bar.in l.liberorum.de uerbo. signi. ubi statutum excludendo filiam censetur etiam excludere nepotẽs,nec etiam obstant not.per Bar.in l.2.in §. uidendũ ff. ad Tertul. ubi exclusa matre censentur exclusi omnes de radice matris. ¶Quoniam respondeo istud proce-
32 dere quando † mater uel alia persona exclusa uiuit:secundum Bal.Ang.& Fulgo.in l.illam.C.de collat. & per Paul. de Cast.in l.si defunctus.de suis & legit.sed hic mater istorum fratrum & defunctę personę tempore quo mortua est non uiuebat:ergo illę doctrinę non habent obstare: & licet Pau.de Cast.& Alex.in d.l.illam.uideantur intelligere & tenere Bar.etiam in casu quo mater non extet, non curo, quia multi tenẽt contra Alex.ut ex supra adductis patet, & etiam attestabatur Carolus Ruynus ętatis nostrę lumen,in l.gallus.in §.nũc de lege.in 3.col.de lib.& posthu.me audiente,& si non uis discedere ab Alex. aliter tamen potes respondere: doctrinę prædictę non procedunt quando mater non est simpliciter exclusa a statuto, sed cũ certa qualitate per quam apparet etiam illam fuisse consideratam a statuto:quia isto casu si mater præmoriatur personæ de cuius hæreditate tractatur, & sine illa qualitate
33 tunc † descendentes ex matre non sunt exclusi: ita Iaco. Butr.in quæstione quæ incipit,quidam nomine &c.& per Paul.de Cast.singulariter in l.qui superstitis. in fi.de acq. hęred.cuius dicta dicit ibi Areti.sibi multum placere:quibus adde Bald.in cons.2.in 3. uol. & ad hoc statutum excludens matrem,cum certa qualitate, ut non intelligatur excludere omnes prouenientes ex matre consuluit Corn. consi.21.uol.1.& in consi.119.placet mihi. uol. 1.Sed ita est in casu nostro, quia mater non est simpliciter exclusa à statuto,immò statutum reseruat sibi successionem in usufructu,& sic simpliciter non considerauit masculos,sed et ipsam matrem: ergo isto casu exclusa matre nõ censentur exclusi cõiuncti per matrem:ex quo mater mortua est ante dictam filiam, & si dicatur in casu scribẽtium erat qualitas dotis hic ususfructus:quia nõ refert cum sat est quod statutum non simpliciter excludat, sed habeat in consideratione aliquid quod non sit in seq.secundum Bald.in dicto consi.2. ¶Tertiò dico dictum Bar.& sequacium nõ
34 procedere quando statutum excluderet † extensionem ut in casu nostro.& deciditur ex not.per Ang. in consi. 281. subtiliter & diffuse. ubi si statutum faciat mentionem de gradibus, ut puta: usque quartum,non extenditur ultra: quia uidetur prohibere extensionem. quod probo: quia in huiusmodi statutis simpliciter loquentibus non fit ex-
35 tensio etiam ex maioritate † rationis: secundum Alex.in consi.97.col.3.uol.2.de quo supra:tamen uno casu dispẽsatur quando persona ad quam fit extensio esset coniun-
36 cta†per personam exclusam:secundum Bar.in d.l.liberorum. & ita declarat Paul. de Cast. in cons. 340. hæreditas prædicta.ergo statutum istud excludens extensionem uidetur excludere in casu quo de iure fieri posset,& sic in ca-
37 su nostro, ut illa uerba, seruetur ius † commune &c. aliquid operentur.l.si quando.de leg.j.per Bar.in l.2.de usu cap. & pro hoc facit cum in casu Bar. non præsupponant ista uerba adesse in statuto: ergo non uendicat locum in casu nostro,ubi adest illa qualitas. argumento notatorũ per Bar.l.j.ne quid in loco publico. ¶Non obstat consilium Angel.de quo supra, quia procedit existente matre, & hoc ponderat: nam quia mater existit facit quod non defertur successio sorori:ideo solum consideratur mater & soror, perinde est ac si non esset in rerum natura:quia il-
38 le cui†hæreditas non defertur non consideratur.l.j.§.fin. de gradibus.ut ibi per eũ: quæ ratio cessat in casu nostro: quia mater nõ est in medio,& per consequens nõ impedit quin deferatur hæreditas fratri uterino. Præterea nõ multum curo de Ange.quia ipse Ang.uidetur sentire contrarium in consi.210.incip.statutum supradictum. ¶Vltimò non obstat uersi. & etiam prædicti agnati. ubi prædicti agnati præferuntur omnibus cognatis: quia nõ loquitur de cognatis de quibus in specie est facta dispositio:
39 quia sermo generalis † non refertur ad specificata.l.doli clausula.de uerb.obli.l.sanctio legum.de pen.per Alex.in l.talis scriptura.in fin.de leg. j. qui dicit procedere in statutis:& per Dec.qui adducit multa in l. in toto. col. 2. de reg.iur.sed supra facta est mentio in specie de fratre uterino:ut in §.dicti uero fratres.ubi dicit in specie quod fratres coniuncti ex latere patris excludunt fratres uterinos qui sunt cognati,uel transfusi in ius cognationis:ergo.§. & etiam prædicti. qui loquitur in genere, non refertur ad istos cognatos in specie:& quod hanc regulam iuris seruet statutum illud probatur in §. dicti uero fratres. iuncto.§. agnati namque. ubi uerbum agnati, generaliter prolatum non refertur ad fratres agnatos de quibus supra loquutus est in specie, quod manifeste patet: quia fratres præferuntur sororibus in dicto. §. dicti. quibus sorori-

ſororibus non præferuntur agnati: de quibus in §. agnati
namque. ubi loquitur generaliter de agnatis: ſicut igitur
uerbum agnati, generale non refertur ad agnatos ſupra
in ſpecie poſitos, ita uerbum cognatis, generale non de-
bet referri ad cognatos ſupra in ſpecie poſitos: & ſic ad
40 fratres uterinos facit, † quia una pars orationis declarat
aliam, in l. utrum. de pet. hæred. l. ſi ſeruus plurium. in §.
ſerui. de leg. j. & pro hoc facit quoniam recepta hac intel-
ligentia minus derogatur iuri communi, quæ intelligen-
41 tia † in dubio debet capi, etiam ſi impropriarentur uer-
ba: ſecundum Abb. in c. cum dilectus. col. ſi. de conſue. &
ibi plene notatur per Dec. in l. quoties idē ſermo. de regu.
iur. & uerbum omnibus cognatis, poſitum in d. §. & etiā
prædicti. non habet obſtare, quia intelligitur omnibus
præter enumeratos ſupra in ſpecię: quia regula dictæ. l.
42 ſanctio. † habet locum cum uerbo generali ſit appoſitū
nomen uniuerſale: ut eſt deciſio Bar. in l. quæſitum. in §. ſi
quis fundum. in 3. col. de fund. inſtruct. ibi, omnes comi-
tatenſes. & iſta intelligentia eſt æquiſsima & magis con-
ſeruatiua iuris communis: uel ſecundo poteſt dici ex quo
ſtatutum ſimpliciter præfert agnatos intra quartum gra-
dum cognatis, intelligitur quādo agnati ſunt in pari gra-
43 du cum cognatis: ſed ſi cognati † eſſent in priori gradu
quam agnati, tunc ſtatutum non haberet locum. Iſtud eſt
ſingulare dictum Pau. de Caſt. in conſ. 97. incip. proponit
in caſtro. probatur quia ſtatutum debet intelligi ſecundū
44 ius † commune. l. ſi ſerui ueſtri. de noxa. etiam ſi ſit dero-
gatiuum iuris communis: ut late per Alex. in l. ſcimus, §.
in computatione. de iure delib. & hoc dum modo aliquid
operetur. Sed hic ſatis operatur, cum de iure cōmuni ęqua
liter agnati cum cognatis admittantur, & iſto caſu per ſta
45 tutū † excluduntur cognati, cum hac tā limitatione, ſi nō
ſunt in priori gradu: & ſic correctio eſt reſpectu lineæ &
46 non reſpectu gradus: & facit quando ſtatutum † pō t unū
uel duo operari contra ius commune debet interpretari,
ut tantum unū operetur: ut per Anto. in c. dilecti. de for.
comp. cum uulgaribus: ergo tantum debet iſtud ſtatutū
derogare reſpectu lineæ & non reſpectu gradus. ex his cō-
cludendum eſt dictos fratres uterinos præferri patruis
prout eſt de iure cōi, non obſtante ſtatuto: & hoc uirtute
cōuentionis inhibitę inter eos per quam ceſſat ſtatutum,
cui etiam alijs modis reſpondi, non ut ita de intelligētia
ſtatuti nunc determinarē, cum in contrarium ſint aliquę
authoritates de quibus non feci uerbum, ſed doctiſsime
iudex ut petitioni tuæ, ut ſupra proteſtatus ſum, aliqua
ex parte diſputatiue ſatisfacerem. Laus Deo.

¶ Ita de iure reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum fœminas excludens, odioſum eſſe communiter cenſent doctores.*

2 *Statutum fœminas excludens, ex parte maſculorum fauorabile eſt, ex parte uero fœminarum odioſum, & ideo expreſſas duntaxat perſonas excludit, nec ad alias extenditur.*

3 *Statutum excludens fœminas, non expreſſa agnationis conſeruādæ ratione, merito cenſetur odioſum.*

4 *Ratio conſeruandę agnationis, in ſtatuto fœminas excludente expreſſa, publicam utilitatem principaliter non reſpicit, ſed ſecundario.*

5 *De publica utilitate principaliter, ad publicam ſecundario, non procedit argumentum.*

6 *Reipublicę intereſt, ne delicta remaneant impunita.*

7 *Patruus ex diſpoſitione ſtatuti excludens matrem, multomagis excludet coniunctos per matrem.*

8 *Regula legis, de acceſsionibus. ff. de diuer. & temp. præſcri. locū ſibi non uendicat in ſucceſsionibus, præſertim anomalis & irregularibus.*

9 *Mater licet excludat auum, & auus patrem, tamen mater non excludit patrem.*

10 *Lex, ſi uiua matre. C. de bonis maternis. procedit tantum uiuente matre.*

11 *Lex, ſi uiua matre. C. de bonis mater. non procedit quando mater non eſt ſimpliciter excluſa.*

12 *Ratio agnationis, cū unica aſsignari poſſit pro expreſſa habetur, & ab ea argumentari poteſt.*

13 *Ratio agnationis conſeruandę in dubio unica non iudicatur ſecundum communem opinionem.*

14 *Statutum præferens ſororem maſculis, non conſiderat agnationē tantum, ſed gradus & coniunctionem.*

15 *Statutum Bononienſe in §. agnati. in titulo. de ſuc. ab inteſtato. declaratur.*

16 *Lex non debet eſſe de indubitabili.*

17 *Verbum generale in ſtatuto, quod poteſt declarari uel reſtringi aliquo modo, ſemper ut minus iuri communi deroget, debet declarari & reſtringi.*

18 *Iudex ſemper ſecundum ius commune iudicare debet, & ad illud ſtatutum reſtringere.*

19 *Ex diuerſis non infertur.*

20 *Declaratio conſilij. 80. Alexandri.*

21 *Statutum loquens de agnatis, non comprehendit cognatos in ius agnationis tranſlatos.*

22 *Statutum etiam in caſu improprio intelligitur quando ſit reductio ad ius commune.*

23 *Verba proferentium intelliguntur in terminis in quibus loquuntur.*

24 *Alexander diuerſimode, in uarijs locis, ſibi contrarius loquutus eſt.*

25 *Doctori contrario ſtandum eſt, in loco ubi latius ſcripſit.*

RESPONSVM XX.

¶ An ſtatutum excludens fœminas propter maſculos ſit fauorabile. Et an regula. l. de acceſsionibus. de diu. & tēp. præſcrip. habeat locum in ſucceſsionibus. Et utrum ratio agnationis conſeruandę in dubio unica præſumatur, ut ab ea argumentari poſsit. Et conſilium Alex. 80. non minus docte quam ſubtiliter euitatur & declaratur.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Poſtquā conſului in præſenti cauſa & apertiſsime demōſtraui fratres uterinos patruis præferendos fore cum iure communi, tum uirtute cōuentionis, & ſtatuto noſtro Bononienſi multipliciter reſpondi, quo magis doctiſsimo iudici ſatisfacerem, quam de ſtatuti intelligentia, ut ſcripſeram determinarem, cum plures aderant authoritates aduerſantes, & ad præſentis cauſæ uictoriam, minime neceſſarium fore uidebatur. Rurſus mihi allata fuerunt elegantiſsima dubia doctiſsimi iudicis circa ipſius ſtatuti intelligentiam, quibus (& ſi præſentis magiſtratus officio diſtractus ſim) nec ad cauſæ uictoriā requiratur huius ſtatuti declaratio, nec de eo uerba facere intelligā niſi diſputatiue, ut proteſtatus fueram, ut doctiſsimo uiro morem geram, pro uiribus ac temporis breuitate reſpondebo. ¶ Et ad primum quo dicitur ſtatutum excludens fœminas eſſe fauorabile, & propterea extēdendum. Bald. in l. j. de ſecūdis nuptijs. & in l. ſi defunctus de ſuis & legit. hæred. cum ſimilibus. Reſpondeo odioſum eſſe ſecundum Ang. in conſ. 105. ſtatuto cauetur. col. fina. Bart. in l. j. col. 11. de ſum. trinita. & fide catho. uerſi. 6. uidendum eſt. & ibi Bal. & Sali. col. 6. Bal. in l. 2. in fine. quæ ſit longa conſuetudo. Card. in conſ. 2. circa ſtatutū. Cald. in conſ. 17. ſtatuto ciuitatis. in tit. de conſtit. Benedictus Capra in conſ. 42. uiſo. & ita Alex. in conſ. 16. uiſo. lib. j. & Alex. in conſ. 138. conſideratis uerbis. col. j. lib. j. Paul. de Caſt. in conſ. 224. circa primum. Corne. in conſ. 115. in hac conſultatione. lib. 2. & in conſ. 202. circa præſentem. col. 4. lib. 2. & in conſ. 85. plura dubia. col. 4. lib. 4. ¶ Et propter hoc, quia eſt odioſum, conſuluerūt in uarijs caſibus ſemper ſe fundando in hoc, quoniam eſt odioſum, ſut
1 per eos. Et ita eſſe communem † atteſtatur Deci. in conſil. 314. in fi. & etiam atteſtatur eſſe communem: idem Deci. in conſ. 13. col. 4. ubi præter ſupra adducta allegat Bal. in l. j. §. penul. de uentre inſpicien. & in l. inter filios. fami. erciſ. & in l. ſi. C. de ſuis & legit. & multas alias authoritates: & ultra eum & ſuperius adducta ad corroborationē allego Alex. hanc partem tenentem in conſ. 115. circa dubitationem.

bitationem.col.penul.lib.2.Angel.in consi.200. statutum supradictum in prin.Andream Sicul.in consi.39.lib.2.col. penul.Aret.in l.j.C.de in ius uocando.Corneum in consi. 105.in præsenti consultatione.lib.j. & nonnulla possem al legare, sed satis puto constare ex his liquere iudici, quæ fuerit opinio Doctorum in hoc statuto. ¶Eamque saltem amplectendam arbitror respectu fœminarum,& statutum, si fauorabile dici potest,id debere intelligi ex par
2 te † masculorum, & ex parte fœminarum quæ excludunt esse odiosum,& solum personas expressas excludere, non autem fieri extensionem ad alias personas. ita Bald. in l. 2.& alij sequuntur de in ius uocando. & Alex. in consi. 7. uisis.col.3.& Dec.in d.consi.13. sed nos loquimur de personis quæ sunt excludendę:ergo respectu illarum est odio
3 sum,& cõsequenter in † terminis nostris dicitur odiosum maxime cum ratio agnationis non est expressa, & in multis casibus fœminæ præferuntur,& sic ad primum est responsum. ¶Ex quo patet responsum ad tertium,scilicet dum dicebatur,ex eo quia fauorabile erat,& militabat ratio publicę utilitatis debere fieri extensionem:per notata per Bar.in l.quemadmodum.C.de agricol. & censit. libr. 11.quia negatur esse fauorabile,immò odiosum, ut patet per supra adducta.Et maxime quia non est expressa ratio conseruandę agnationis,& non habetur pro expressa, ut dicam resoluendo quartum dubium:& casu quo esset ex-
4 pressa non respicit publicam† utilitatẽ principaliter, sed secundario. ¶Adducta autem per Bar.in l.quemadmodum.procedunt quando sumus in dispositione principaliter respiciente publicam utilitatem, ut in terminis suis
5 † ne delicta remaneant impunita.l.ita uulneratus.ad leg.
6 aquil.De publica autem † utilitate principaliter ad publicam secundario non procedit argumentum : ut late per Doctores post Bar.in l.j.solu.matri.colu.penulti.

¶Circa secundum dubium quo cauetur cum in eodẽ statuto in uersi. & si cum patruis. disponitur patruos matrẽ
7 excludere : ergo fortius coniunctos per matrem. † argumen.l.de accessionibus.de diuer.& temp.pręscrip.& facit dictum Bar.in l.2.§.uidendum. ad Tertul. quem sequunẽ Doctores in l. illam. de collationibus. quia satis abunde est responsum in consilio ad quod nõ fuit replicatum. Et
8 ultra adducta in dicto consilio potest dici regulam.† l.de accessionibus. non habere locum in successionibus, & pręsertim anomalis & irregularibus:ut probatur in l.2.§. obijcitur.ad Tertullianum.& in l.æquissimum.§.2.eodem titu.ubi mater,licet excludat auum,& auus patrem,tamẽ
9 † mater non excludit patrem. ¶Ad idem textus in authentica licet.C.de natural.libe.& ibi gl. & doctores, sed successio de qua in statuto nostro est anomala, & contra regulas & ius commune, ut de se patet. Ergo regula illa non uendicat sibi locum in eo : & ad notata per Bar. in l. 2.§.uidendum.satis est responsum,& si dubia uideaẽ opi-
10 nio illa.† l.si uiua matre.C.de bonis maternis.procedere
11 uiuente matre:tamen aliter responsum est, ne † procedat quando mater non est simpliciter exclusa : ut per Bald. in consi.2.in 3.uol.ut fuit hic.& alijs modis de quibus in cõsilio nostro latius,quæ responsiones sunt secundum communes opiniones. Et omnia quæ adducuntur in contrarium non loquuntur in statutis habentibus & continentibus restrictionem ad certas personas & restringentibus se ac prohibentibus extensionem, ut est illud statutũ : ergo nihil ad casum nostrum. ¶Non obstat tertium dubiũ, cum unica tantum ratio agnationis possit assignari, ha-
12 beri † eam pro expressa & ab ea argumentari posse & dici intensionem : quia in terminis huiuscemodi statutorum hoc est falsum,ut dixi in consilio.Et ultra ibi adducta di-
13 co istam† esse communem opinionem:ut attestatur Dec. in consi.13.col.4. qui multa allegat. Et ultra allegata per eum allego Ias.in aut.quas actiones. col.6. de sacr.sanct. eccle.& in l.j.col.3.de succes.edict. nouissimos Thaurinẽses in repeti.rubr.sol.matri.col. 2.uersi. caut. & per Mod. Hispanos late instit.de act.in §.omnium.nume. 18. & faciunt notata per Bal.in consi.473.incip.circa quæstionem in 2. col. in ultimo uol. Et in terminis nostri statuti satis constat illam non fuisse solam rationem,cum permittat
14 sororem excludere masculos agnatos : † ergo non solum fauorem agnationis considerauit,sed gradus coniunctionem:ut late etiam per Dec.in consi.287.col.5. ¶Ad.§.
15 agnati.satis est responsum,† & nihil replicatum:& ille.§. nihil habet obstare, cum in præcedenti. §. fuit statutum fratres utrinque coniunctos, uel ex latere patris præferri fratribus uterinis:ergo patrui non habẽt excludere, quia
16 esset de indubitabili cõtra.† l.quod labeo.de carb.edicto.
17 Et facit quia † quando est aliquod uerbum generale in statuto ꝙ posset declarari uel restringi aliquo modo, ut minus deroget iuri communi semper debet restringi, & ita declarari:ut per nouissimos repetentes. in l.omnes populi.in 6.q.principa.post commentũ Bar.ff.de iust. & iur. ergo ille sermo generalis de quo in d.§.debet restringi ad §. præcedentem, ubi specifice loquitur. Et faciunt notata per Bal.in l.sancimus.C.de testamen. & ista opinio nõ est corroboranda alijs motiuis, cum sit iam probata, & qui eam tenet habet fundatam intentionem, cum sit secundũ
18 ius commune, secundum † quod iudex habet semper iudicare,& ad illud statutum restringere:ut notatur in l. serui uestri.de noxal.& in d.l.omnes populi.de iustit. & iur. in 6.q.principa. ¶Et si opponatur de notatis per Alex. in consi.80. ubi uult istud statutũ excludens fratres uterinos propter fratres utrinque cõiunctos,& cognatos propter agnatos habere locum etiam in fratre patrueli,respõdeo non obstare casui nostro,cum loquatur in diuersis ter
19 minis, † & ex diuersis non infertur.l.Papinianus exuli.de minoribus. l. fina. de calumnia.cum similibus. Nam ibi excludentes fratres uterinos dicuntur fratres utrinque cõiuncti, licet cum hac qualitate patruelis : unde ille casus potest includi in statuto dum loquitur in fratre utrinque coniuncto,excludente fratrem uterinum,de qua parte statuti in casu nostro non disputamus:sed potius per eam sequẽtem partem statuti declaramus. Sed casus noster qui loquitur in patruis non potest includi in præcedenti parte illius statuti aliquo modo,cũ appellatione fratris nullo modo ueniat patruus:ergo decisio illa nihil contrariaẽ casui nostro:& si dicatur, aduerte quia licet casus sint diuersi:& decidatur casus ille statuti per partem statuti loquentem de fratribus,& non casus noster:tamen Alexan. etiam in loco præallegato, considerat etiam aliam partẽ statuti,in qua agnati excludunt cognatos, etiam translatos in ius agnationis:& uult illam partem comprehendere fratres uterinos, quia sunt cognati in ius agnationis translati,quæ intelligentia uidetur contraria casui nostro cum in casu nostro ideo uolumus patruos non excludere fratres uterinos : quia in illa parte statuti fratres uterini non includuntur,sed secundum Alexandrum includũtur,ergo &c. ¶Ad hoc potest responderi ꝙ licet Alex. uerum consuluerit in illo casu,non tamen per illam considerationem,sed per alias rationes. Nam cõsiderationem illam cõstat esse falsam ex supradictis.Et eam fore falsam patet:quia dicit appellatione agnatorum non uenire cognatos in ius agnationis translatos: quia nõ sunt proprie
21 agnati.Et † statutum loquens de agnatis non comprehẽdit eos secundum Bal.in l.lege.in fin. de leg. hæred. quia illud non procedit quando si comprehenderet fieret redu
22 ctio ad ius commune:quia eo casu statutum† etiam in casu improprio intelligitur, ut colligiẽ ex notatis per Anto. de Butrio in c.olim.de uerb.signi.glo.in clemen. j.de electio.& plene per Moder.in l. si unus. §. pactus ne peteret. col.2.de pactis. sed si ita in casu nostro intelligatur saluatur ius commune: ergo mala est ratio Alex. licet per alias rationes consilium sit uerum. Hanc tamẽ rationem alias admisi, sed id disputando. dico igitur recepta consideratione Alexandri, eam casui nostro non obstare, cum uult in dicto. §. loquẽte de cognatis,etiã in ius agnationis trãslatis includi fratres uterinos &c. uerum esse in casu suo, cum eo, casu & si includantur non magis derogaẽ iuri communi quam si non includantur, cum iam per. §. fratres.sit derogatũ, & casus sit expressus:sed in casu nostro derogaretur per illam inclusionem iuri cõmuni principaliter,& multa inconuenientia insurgunt, & multa obstant quę alias fuerunt deducta,& deducentur si opus fuerit,quæ

rit, quæ non obstant in casu suo, cum casus sit decisus in
23 §.fratres.Et† uerba proferentium intelliguntur in terminis in quibus loquuntur, ut plene notatur in l. sed si possessori.§.si iurauero.de iureiuran.cum similibus.

¶Nec obstat & si in loco prællegato uideatur considerare rationem statuti fuisse ut cōseruaretur agnatio:quia licet istud dicat,non tamen dicit unicam esse & solam.

24 ¶Secundo dico in alijs locis eum † dixisse contrarium: ut in cons.16.col.1.uiso titulo.lib.1.& in consi.133.consideratis uerbis.col.2.eod.lib.in quibus locis latius ponit. Ergo attenditur opinio Alex.posita in illis locis cum stan
25 dum†sit doctori contrario in loco ubi latius ponit Barbat.in cons.64.scribitur libro.col.9.lib.1. ¶Et ex his apparet cōsilium Alex.loqui in alijs & diuersis terminis, nec casui nostro in aliquo aduersari. Et hæc disputatiue dixisse uolui ut satisfacerem petitioni doctissimi iudicis: de ueritate autem ac intelligentia huius statuti alias determinaui,quę hic non repeto,cum ad pręsentis causæ uictoriam non sint necessaria. Laus Deo.

Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum filij in quo mater est pręterita,nulla inserta causa, est nullum.*
2 *Statuto Bononiensi sub rubrica de sue. liber &c.in §. item dicimus.cautum,filias & alias fœminas descendentes præteritas a testatore non inserta causa præteritionis, institutis masculis qui huiuscemodi fœminas ab intestato repellerent ex forma statutorum,ratione legitimæ eis debitæ iure naturæ,in bonis testātis nihil petere posse,& testamentum ualere.*
3 *Patrui, uirtute statuti Bononiensis positi sub rubrica de success. ab intest.&c.excludunt matrem a proprietate.*
4 *Statuta sunt propria suorum ciuium iura, ideo ab eis iuri communi præferuntur.*
5 *Casus qui a uerbis statuti expresse deciditur,alia non indiget disputatione.*
6 *Fœmina quæ a masculo excluditur ab intestato, si prætereatur non potest rumpere testamentum.*
7 *Præteritio eius cui legitima non debetur,non inualidat testamentum,nec sibi competit ius dicendi nullum.*
8 *Mater exclusa a patruis ab intestato uigore statuti si prætereatur non rumpit testamentum, nec ei competit ius dicendi nullum.*
9 *Vsusfructus est pars dominij.*
10 *Persona præterita quam institutus ab intestato simpliciter non excludit, sed cum certa quantitate quæ sibi non est relicta testamentum impugnare potest,quod declaratur ut per authorem.*
11 *Dos est legitima & loco legitimæ succedit.*
12 *Legitima consistit in proprietate,nec morte uel capitis diminutione finitur.*
13 *Hæreditatis onera de legitima reijciuntur.*
14 *Mater quæ ab intestato excluditur a patruis uigore statuti illi reseruantis usumfructum in totum, si prætereatur non poterit dicere testamentum nullum, & si non fuerit ei relictus usufructus.*
15 *Filia ab intestato exclusa a statuto eidem usumfructum reseruante, per omissionem usufructus factam in testamento in quo fuit præterita non admittitur ad totam hæreditatem a qua excludebatur.*
16 *Interpretatio semper fit ut dispositio non sit superflua.*
17 *Correctio potius inducitur quam superfluitas toleretur.*
18 *Argumentum a contrario sensu,est per coniecturam.*
19 *Ratio assignatur ad decisionem Bononiensis statuti, & statutum ab authore declaratur.*
20 *Præteritio a sciente facta dicitur exhæredatio.*
21 *Statutum excludens matrem a legitima ualet, secundum communem Doctorum opinionem.*
22 *Statutum Bononiense sub rub.de success. ab intestato declaratur & ponderatur,& primo uniuersalis negatiua indistincte debet intelligi,etiam in materia correctoria.*
23 *Vniuersalis negatiua si in parte falsificatur, in totum redditur falsa.*
24 *Exceptio per dictionem nisi inducta,quam præcedit oratio negatiua stat affirmatiue in casu excepto.*
25 *Scriptum id dicitur quod legi potest,non autem quod subauditur uel ratione uenit.*
26 *Dictio idem,repetit omnes qualitates pręcedētes in sequentes,& ponit eandem determinationem.*
27 *Filij in successionibus habent primam causam.*
28 *Filijs multa conceduntur in successionibus,etiam contra testamentum quæ parentibus denegantur.*
29 *Statuta non possunt præiudicare personæ non subditæ statuentibus.*
30 *Statuta loci filij seruantur circa matrem quo ad bona sita in territorio filij,& si mater non sit subdita statuentibus:secundum magis communem opinionem.*
31 *Obligatus ad exhibendum libros rationum officio iudicis potest probare eorum amissionem per suum iuramentum.*
32 *Declaratio ad dictū Bartoli in l.j.§.officio.de tutel. & rationib. distrahen.*
33 *Officium iudicis non præsupponit obligationem.*
34 *Intelligentia ad consilium Alex.164.uol.5.& iudices Romanę Rotæ sunt primi iudices totius orbis.*

RESPONSVM XXI.

¶An præteritio matris rumpat testamentum filij,& de intelligentia statutorum Bononiæ.

INVOCATO diuino suffragio. ¶In causa illustrium comitum de Pepulis,& si prima facie uideatur testamentum comitis Camilli esse nullum ob matris præteritionem, nulla
1 † inserta causa:per auth.ex causa.C.de lib.præter. & in §. aliud quoque capitulum.& in §.sed hæc.in auth. ut cū de app.cog.nihilominus considerata lege municipali ciuitatis Bononiensis dico testamentū ualere,& matrem nihil petere posse:nam sub rubrica,de successione liberorū patre uel matre, uel alijs ascendentibus deficit conditio testamento.in §.item dicimus cautū reperitur filias & alias fœminas decedentes præteritas a testatore non inserta causa præteritionis institutis masculis, qui huiuscemodi fœminas ab intestato repellerent ex forma statutorum ratione legitimæ eis debitæ iure naturæ in bonis testantis
2 nihil petere posse & testamentum ualere.† & in §. & idem subdit quod idem intelligatur esse statutū in quibuscunque ascendentibus præteritis, alijs uniuersaliter institutis,qui tales ascendētes repellerent ab intestato,ut supra. sed in hoc casu patrui fuerunt instituti,qui ex forma alterius statuti positi sub rubri.de suc.ab intest. ascen. & col-
3 lat.excludunt † matrem a proprietate,igitur mater præterita ex forma statutorum nihil uigore legitimæ petere potest,& testamentum ualet:quę statuta cum sint propria ci
4 uium iura seruātur,& † iuri communi præferuntur:ut in l. omnes populi.per omnes de iust.& iur. cum uulgaribus. & cum non obstante præteritione ascendentium testamē
5 tum ualere,& nihil petere posse uerbis†statuti expresse decidatur:amplius non est disputandum.l. ille aut ille. §.cū in uerbis.de leg.3.cum uulg.immò cōmunis opinio scri-
6 bentium est si fœmina † excludatur ab intestato a masculo,ut mater a patruo: tunc si est præterita mater non potest rumpere testamentum:ex eo quia ab intestato sibi legitima non debetur,& cui legitima non debetur si præter
7 eatur † testamētum ualet,nec sibi cōpetit ius dicendi, nullum.l.posthumus.§.si qui ex his.de inof.tes.l.j.§.si filium. & in l.illud.de contra tab. bonus tex. §. item adoptiuos. inst.de hære.quæ ab intest.defe.ita uoluit Bar.in l.fi.colu. fi.ad Tertul.Bal.Ang.Aret.Alex.Soci.& Ias.in l.Gallus.in §.& quid si tātum.de lib.& post.ubi Ias.col.13.post Alex. & Soci. attestat istam esse communem opinionem: & idē attestatur Alex.Dec.& mod.in l.filiæ dotem. C.de collat. & idem attestatur Alex.in consi.68.in.4.uolu.& in consi. 168.in 7.uol.& in consi.47.abunde. uol.2. & in consi. 19. circa primum. uol. 6. ubi loquitur in terminis de matre
8 † exclusa a patruo ab intestato, & dicitur quod secūdum communem opinionem si est præterita testamentum ualet: nec

ualet:nec ei competit ius dicendi nullum.& ita etiā cōsuluit Rapha.in cons.79.& in cons.127.& Rom.in cons.13. & Aret.in cons. 160. longa est ista consultatio. ubi etiam attestatur istam esse communem opinionē, & infiniti ita tenuerunt, quos tanquam non necessarios prætermitto: si igit matre præterita ualet testamentum qn̄ per statutū excludit a patruis ab intestato:ergo fortius in casu nr̄o testamentum debet ualere non obstante ꝙ mater sit præterita cum non solum excludat ab intestato a patruis ab uno statuto:sed per aliud statutum expresse dicitur testamentū ualere, & ascendentes & sic matrem nihil petere posse, & licet ex his manifestissime constet non obstante præteritiōe matris testm̄ ualere, nihilominus ut de bono iure horum illustrium comitum clarius appareat,& ut magis cōscientiæ dominorum iudicum consulatur nonnullis obiectionibus respondere necessarium putaui. ¶Et primo dico non obstare si obijciatur ꝙ per statutum mater a patruo simpliciter non excluditur, sed sibi reseruatur

9 ususfructus in totum,ut in dicto statuto qui†ususfructus est pars dominij:ut inquit tex.in l.3.§. dare. de usufru. & est pars integralis hæreditatis:ut per oēs in l.qui usumfru

10 ctū,de uerb.obli.sed qn̄ pręterita a persona † instituta ab intestato simpliciter non excluditur si cū certa quantitatate q̄ si præteritę non est data, licet ab intestato excluditur,tn̄ testm̄ impugnari potest:uoluit Dec.in consi. 105.limitando in hoc casu communem opinionem. ¶Quoniam respondetur multisimiliter: & primo Dec. loqui in terminis in quibus cessat ratio communis opin.nimirum & cessat communis opi. Loquitur enim in filia quæ excludebat̄ a statuto si sit dotata,& sic si habet legitimam,cum

11 dos sit legitima†& loco legitimæ:ut per Bar.& alios in l. Titio centū.§.Titio genero.de cond.& demon.& opinio communis procedit qn̄ filia excluditur a legitima,cū cui non debetur legitima nō datur ius dicendi nullum:sed ut dixi debetur in casu.Dec.ergo datur ius dicendi nullum: sed in casu nostro licet reseruet̄ ususfructus non est legiti

12 ma,cū legitima † consistat in proprietate, nec morte uel capitis diminutione finiat̄ ut ususfructus. l. papinianus. §.quarta.de inoffi.test. nec etiam statutum dat loco legitimæ,ut patet ex eius lect. Imo. uult ꝯrium cum disponat matrem teneri ad oīa onera hr̄ditatis ꝙ est ꝯ naturā legi-

13 timæ†d.§. quarta.cum concord. ergo in casu nostro non debet̄ legitima,nec aliquid loco legitimæ: & per ꝯsequēs militat cōis opinio:ut non competat ius dicendi nullum: quod cessat in casu Dec.cum ibi debeatur legitima.

¶Secūdò respondeo ipsum loqui in muliere dotata quæ dos depēdet a facto hominis, & per eum debebat dari, & qualitas requisita a statuto adimpleri:& ideo si non reperitur adimpleta imputandum est testanti,uel decedēti ab intestato qui nō adimpleuit,iuribus uulga.sed in casu no

14 stro qualitas ususfructus non est implenda† ab homine si a lege tribuitur: & ideo si facit testm̄ nō debet competere huiuscemodi ius dicendi nullū, quia non fuit datus sibi ususfructus,cum nō descendebat a facto hominis,nec lex homini istud imposuit sicut fecit in dote. Et sic Deci.loquit̄ in diuersis terminis diuersas rationes habentib. quare non potest inferri de uno casu ad alium. l. papinianus exuli.de minor.l.fi.de calum. & communi opi. ac regulæ inhærendum est.l.omnis diffinitio.de regu.iur. ¶Tertio respondeo ideo procedere ꝯrium Dec. quia tempore mortis requiritur qualitas dotis,ut ab hæreditate excludatur filia, quæ cum non adsit non excluditur, ut ibi per eum. Sed hic qualitas ususfructus non requiritur tēpore mortis,sed ex postfacto uenit, nec per eius omissionē ma

15 ter admittitur ad totam hæreditatem†a qua excludebat: ergo cum ususfructus non requirit̄ tēpore mortis, nec est causa inclusionis & exclusionis ab intestato termini sunt diuersi,& cessat fundamentum ac ratio Decij,& per consequens eius limitatio. ¶Vltimò respondeo Dec. loqui quando mulier præterita solum hoc prætextu non poterat dicere testamentum nullum. quia ab intestato erat exclusa. sed in casu nostro non potest dicere testamentum nullum,nō solum quia ab intestato erat exclusa, sed quia per aliud statutum expresse loquens ex testamento cautū reperitur ꝙ non potest dicere testm̄ nullum, nec aliquid petere ꝙ statutum fuit factum ad tollendam istam limitationem & difficultatem quæ poterat insurgere qn̄ nihil sibi erat relictum: alias si intelligeretur in terminis statuti ab intestato loquentis & interuenientibus omnibus requisitis ab eo dato ꝙ aliqua requirerentur esset superfluū

16 & nihil operaretur † dum uult ꝙ non possit dicere nullū: quia absque eo nō poterat dicere nullum seruato alio statuto ab intestato, s̄m communem opinionem de qua supra:sed semper fit interpretatio ut dispositio nō sit superflua.l.si qn̄. de leg. j.cap. si Papa. de priuileg. in 6. adeo ꝙ

17 potius inducitur † correctio quam ꝙ superfluitas toleret̄ l.nulla.iuncta aut.diaconissam.C.de episc.& cleric. etiam per Ang.à cōtrario sensu:ut per Alex.& alios in l.j.de offi.

18 eius cui mand.est iurisd.ꝙ argumentū † est per coniecturam.l.apud antiquos. C. de furt. cū simil. quæ notissima sunt ergo sequit̄ ꝙ sumus in claris, & limitatio Dec.nō facit ad propositum, immò ex istis statutis expresse decidit̄ ꝙ non solum ualet testm̄: sed mater ēt ratione legitimæ & ususfructus nihil petere poterit, & sic potuit fieri dete-

19 rioris ꝯditionis ex testō q̄ esset ab intestato:&†merito cū etiam poterat fieri melioris conditionis si in totum instituetur.argumen.l.s̄m naturam.de reg. iur.statutum igitur cū excludebat matrem ad eius exclusionem dedit latiores habenas filio confisum de amore filioli,& confidēs ꝙ potest ēt eius conditionem meliorem facere,nec existimat filiū uelle præferre patruos matri absque iustissimis causis,& cū præfert prout fuit in casu nostro habet pro cōperto filiū ex iustissimis causis id fecisse, & prætereundo

20 exhæredasse, cū † præteritio a sciente facta sit exhæredatio.l.sicut certi.& in l.si cū uel utero.de test.mil.l.si patronus.in prin.de bon.lib. Bar.in auth. ex cā. de l.b. præt. & sic per præteritionem mater est exhæredata, quæ exhæredatio ualet uirtute statutorū, nec pōt dici ꝙ non ualeat statutum excludens matrē a legitima: iuxta ea quæ ponit Dy.in cap.indultum.de reg.iur.in 6.& Bal.in cōsi.47. lib.

21 j.cū concordant.qn̄ cōis est in ꝯrium:†ut attestant̄ Imo. & Alex.in l.ꝙ de bonis.§.fi.ad l.Falc. Corn.in consi. 150. lib.j.& late per Doct.qui ita attestatur esse communē opinionem.& allegat plura in l. iura sanguinis.de reg.iur. & in terminis consuluit Capra in cons. 11. & in cons. 151.& multi alij citati per Dec.in d.l.iura. ¶Item non obstat si obijciatur ꝙ statutum nō dicit simpliciter præteritum testamentū non posse impugnare,nec aliquid petere, sed dicit ut supra. & in superiori parte locutum est statutum qn̄ minus legitima erat relictum,uel legitima erat relicta cum grauamine uel mora & dilatione, & sic erat aliquid relictum, & uidetur uelle statutum ꝙ nihil ultra relictum possit petere,sed in casu nostro nihil fuit relictū:ergo statutū non loquit̄ in hoc casu,cum cui non conueniunt uerba statuti nec eius dispositio.l.4.§.toties.de dam.infect.& ita alias in contingentia facti consultum uidi. ¶Nam

22 ad istud r̄ndetur ꝙ†statutū ponit propositionē generalē & uniuersalem negatiuam ibi nihilque indistincte debet intelligi ēt in materia correctoria. gl.in c.ꝯ Christianos.

23 de hære.in 6.Alex.in aut.ex testō.C.de collat.† & si in parte falsificatur in totū redditur falsa. per Bar. in l. si is qui ducēta.§.utrū.de reb.dub.& dicit ꝙ præterita filia testm̄ non pōt dicere nullum,nec uigore legitimæ aliquid petere:& deinde ponit exceptionem nisi,ut supra scribit̄,quæ

24 † exceptio per dictionem nisi inducta,cū præcedit oratio negatiua stat affirmatiue in casu excepto.l. actiones. ubi plene per Bar. de transactio. & firmat regulā & præcedēs dictum in omni casu præter exceptum. l.nā ꝙ liquide. §. fi.de pen.leg.plene tradit̄ in l.j.de reg.iur.Sed casus exceptus nō est iste de quo agit:ergo includit sub dispositiōe generali,scilicet ꝙ petere non possit tum ratione generalis dispositionis quæ ḡnaliter debet intelligi, & si sit correctoria, ut dixi, & si maior ratio militat in uno casu q̄ in alio.l.j.§.ꝙ autem.de aleat.cum concord.tum ratione exceptionis quæ non complectit̄ hunc casum, & illum nō excipiendo firmat sub regula:ꝙ aūt hic casus in exceptione nō comprehendatur probatur:quia exceptio dicit,nisi, ut supra scribit̄:sed casus affirmatiuus ut possit petere legi-

timam, uel supplementum legitimæ, ac testamentū impugnare qñ nihil est sibi relictum non est scriptus, nec legi potest, ut patet cuilibet intuenti: ergo iste casus tanquam non exemptus includit sub regula gñali, nec potest dici per maioritatē rationis, uel extensionē cōprehendi: qm̄ hac comprehensione statutum non contentatur, sed uult
25 scriptum esse: id dicitur scriptum q† legi potest, non autem q subauditur, uel ratione uenit. l. j. §. legi. & ibi Bart. & Bal. de his quæ in testamento delentur. Ergo hic casus non comprehenditur in exceptione, nec obstat q statutū non dicit simpliciter præteritā nō posse impugnare testamentum: quia immo non solū dicit simpliciter sed gñaliter & uniuersaliter: & licet excipiat, exceptio nō loquit in hoc casu, ut dixi, sed in casu quo supra dictū est in statuto ubi non agit de præteritione, & ubi dr̄ q institutis masculis nihil possunt petere, sed institutis fœminis possunt ad supplementū agere, & ita alias consului & obtinui in causa magni ponderis: immo aduertēdum est q statutū uult unum mirabile, & si fœminæ sint institutę quę ab intestato repellebanē a præteritis, nihilominus præteritę nō possunt dicere testm̄ nullum: ut in §. filiabus. & in §. & de nullitate. Si igitur non possunt hoc casu dicere nullum quando præteritę excludunt institutum ab intestato, & quo ad proprietatem & quo ad usumfructum: ergo minus quando quo ad usumfructum tantum excluderent institutos, & ab illis in proprietate excluderentur, ut hic. & ad hoc animaduertendum patres cōscriptos rogatos esse uelim, & clarissime conspicient hoc testamentum ualere nō obstante præteritione matris: & ex hac ponderatione ad limitationem Dec. de qua supra alia colligitur responsio.

¶ Præterea non obst. si obijciat oēs. §. statuti. supra ponderati loqui in filia præterita, nos autem loquimur in matre, qm̄ ex supra dictis apparet responsum, cum dictū est in filia illudmet statutū debet procedere in quibuscunq; ascendentibus ibi: & idem intelligat in quibuscunq; ascē-
26 dentibus pręteritis. Dictio† idē, repetit omnes qualitates præcedentes in seq. & ponit eandem determinationē. glo. in l. cū hi. in §. si uni. in uerbo, obligatus. de transact. Bart. in l. consequens. de hæred. instit. cum simil. & probatur ratione, nam si ius dicendi nullum & petendi legitimam denegatur filiabus præteritis, multomagis matri denegari
27 debet, cū prima cā sit† filiorum. §. j. in auth. de hær. ab intesta. uenien. & in successoribus etiam ꝯ testamentū mul-
28 ta conceduntur filijs quæ† denegantur parentibus: ut per Bar. in aut. nouissima. C. de inoffi. test. & per Bar. in l. non usque adeo. si quis a parente fuerit manumiss. per Bald. in l. fi. de petit. hæred. per Ang. in l. nā is. de inoffi. test. & per mod. late in l. qui se patris. C. unde lib. in quibus locis enumerant plura remedia quæ cōpetunt filijs & deneganē parentibus, non transscribo, cum notissima sint, & in locis supradictis facile uideri possint, & idemmet statutum magis fauet filiabus cū ipsius uirtute in totū excludant patruos quos mater nō excludit: sed ab illis quo ad proprietatē excludiē: ergo q denegatū fuit filiabus præteritis, idē ascendētibus denegatū fuisse indubitatissimum est.

¶ Vltimò nō obstat si obijciatur istud statutū non posse
29 præiudicare matri quæ non erat† subdita statuentibus cū sit Mantuana. argumento. l. j. in fi. de tuto. & cura. dat. ab his. cap. ut animarum. de constit. plene not. in l. fi. de iur. omn. iudic. per Guido. in q. quæstio talis est Bononieñ. cū
30 simil. qm̄ respondeo magis† cōem opinionem esse quo ad bona sita in territorio filij, & si mater nō sit subdita statuta loci filij seruari: prout per Iac. de Rauen. Cyn. Guil. de cun. Rayn. & late per mod. in l. cunctos populos. de sum. trini. & fide catho. & maxime quando testator habebat incolatum in loco: ut in proprijs terminis uoluit Sali. in d. l. cunctos populos. & Alex. in cons. 19. iura primū. colu. 2. uol. 6. qui ita respondent & dicunt esse indubitatam opinionem: sed iste testator habebat oia bona & incolatū, & est testatus hic Bonoñ. ergo &c. ex quibus clarissime con stat huiusmodi testm̄ ualere, & matrem nihil petere posse ratione legitimæ. Et ita per patres cōscriptos pronunciādum fore, quos ita facturos esse neminē fugit, & cū ex deductis istos comites esse hæredes ex testamēto cōstat, sequitur resolutio alterius quæstionis q tenet tutrix reddere rationē & ostēdere libros rationū cum teneaē hæredi: nec obstat q incidenter petaē, & per consequens officio iu
31 dicis: iuxta dicta per Bar. in l. j. §. officio. de tutel. & rat. distr. & per consequens stet eius iuro de amissione. † l. si quis ex argentarijs. §. an hæredi. per Bar. de eden. quia argumētum transit de quid in quale: nec merentur allegari salua
32 pace, & si primi aduocati cōsistorialis esse asseratur, quod non credo, cum Bar. in §. officio. non dicit q † non possit actione conueniri: sed dicit q potest habere locū officiū iudicis: nō negat actionē non cōpetere, & hic puto intentatam fuisse actionē. in §. an hæredi. loquit qñ solum officium iudicis competit & actio competere nō potest. & ratio diuersitatis, quia uno casu magis obligatus est quam
33 alio, cū† officiū iudicis non ita præsuppoonat obligaē. l. qui per collusionē. de act. empt. l. quintus. mandati. ut latius demonstrabiē, cū principaliter de hoc scribam. & cō-
34 silium Alex. nu. 164. uol. 5. nō facit, decisio † sua est an uideaē renunciare legato de quo hic nō agiē: quantū ad reddition ē rationis non determinat, ibi per eum: plura scripsissem in hac causa maximi ponderis si coram reuerendis auditoribus tote Romanæ uerba non facerem, qui ut iudices totius orbis sunt, ita prima inter iudices iuris lumina esse constat, adeo ut apud eos solum per iudicem rem ipsam ostendere liceat. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Clausula ad habendum, & quicquid placuerit faciendum, inducit renunciationem fideicommissi. quod limita infra. nu.*
2 *Diuisio debet interpretari ut sit æqualis.*
3 *Emphyteuta cōmoditatē & perceptionem fructuū alienare pōt.*
4 *Alimentorum causa est fauorabilis.*
5 *Vidua dicitur miserabilis & eius causa indicatur pia.*
6 *Vidua manens in familia uiri gaudet omnibus priuilegijs quibus gaudebat tempore uitæ mariti.*
7 *Matri iura multū fauent qñ agitur de luctuosa hæreditate filij.*
8 *Alimenta uxori uiduæ relicta non debentur de bonis emphyteuticis, liuellarijs, & fideicommissarijs secundum cōem opinionē.*
9 *Pater uel alius comprehensus in emphyteusi auita & antiquissima testando non potest præiudicare filijs & alijs comprehensis in emphyteusi, qui habent a primo, secundum communem opinionem maxime quando non fuit author.*
10 *Emphyteuta est similis usufructuario.*
11 *Vsufructuarius licet commoditatem usus fructus uendere possit, non tamen potest ultra eius uitam.*
12 *Quod una uia est prohibitum, alia concedi non debet.*
13 *Fideicommissum non censetur esse remissum per diuisionem, non se referentem ad fideicommissum.*
14 *Verba prægnantia in renunciationibus intelliguntur ex causa de præsenti, etiam si referantur ad futurum.*
15 *Verbum potest est extensiuum ad futurum.*
16 *Renunciatio est stricti iuris.*
17 *Verba prægnantia quæ uidentur inducere renunciationem fideicommisi si ad aliam causam possunt referri, ut quia alia causa adsit, potius ad illam quam ad fideicommissi renunciationem referenda sunt.*
18 *Verba quamuis generalia non referuntur ad illud quod est cōtra uoluntatem concedentis ad casum impossibilem, nec ad casum prohibitum.*
19 *Bona subiecta fideicommisso possunt aliquādo ad libitum magis quam in alium transferri.*
20 *Bona unius fideicommissarij decedentis sine filijs acquiruntur alteri nō obstāte promissione de euictione, & si in diuisione unus habuit bona emphyteutica alter allodialia.*
21 *Contractus non dicitur claudicare, quando partes sciunt & contentantur.*
22 *Conuentio emphyteuta non præiudicat superuenientibus, & maxime non natis.*
23 *Subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*
24 *Causæ priuilegiatæ iudicantur ut aliæ, nisi in casibus a iure expressis, in quibus reperiuntur priuilegiatæ.*

RESPON-

RESPONSVM XXII.

¶An alimenta legata uxori debeantur ex bonis subiectis fideicommisso & emphyteuticis & liuellarijs, etiam facta diuisione cum clausula ad habendum.

INVOCATO diuino suffragio. ¶In causa Illustrium dominorum de Pepulis quæritur an alimenta & legata uxori relicta sint præstanda etiam de bonis emphyteuticis, liuellarijs & fideicommisso subiectis? Et prima fronte uidebatur quod sic: quoniam fratres in diuisione uidentur dedisse hanc facultatem & maiorem cōcedendo partem suam comiti Camillo seniori ad habendum, tenendum, & quicquid sibi pla-
1 cuerit faciendum: per † quæ uerba non solum uidetur data potestas relinquendi alimenta, sed uendendi & alienandi nō obstante fideicommisso, cum ipsi per huiusmodi uerba renunciatum esse intelligatur præsupposita scientia testamenti & fideicommissi: ut per Bar. in l. qui Romę. §. duo fratres. q. 8. de uerb. oblig. ubi Crotus allegat plures rationes, & dicit per ista uerba ita consuluisse, sed ultra eū ita consuluit Alex. in cons. 8. uol. 6. uiso. colu. 2. & Curt. antiquus in cons. 64. cum simil. sed præsupponitur hos comites diuidentes habuisse notitiam testamenti: ergo per illa uerba fideicommissum remisisse uidentur. ¶Corroboratur: nam omnia fere bona quæ obueniunt in partem comitis Camilli senioris, sunt emphyteutica: alia uero bona quæ nonnullis alijs obueniunt sunt allodialia, & alie-
2 nari possunt: ergo ut æqualis fit diuisio † prout esse debet. l. inter filios. C. famil. ercisc. & ne contractus claudicet. l. litigatores. ff. de arbitr. sicut respectu bonorū allodialiū & aliarum partiū permissa est alienatio, ita respectu bonorū emphyteuticorum, & partis. d. comitis Camilli permissa esse debet alienatio. Et maxime cum emphyteuta, licet nō
3 possit alienare ius emphyteuticum: † commoditatem tñ & perceptionē fructuū alienare potest sicut usufructus. l. arboribus. §. usufructu. de usufr. Et sic isti comites, cū saltem potestatem alienandi commoditatem dedisse uidentur contra uenire non possunt. Et hæc saltem debent concedi attenta qualitate causæ & personæ. Nam causa est alimentorum
4 † quæ quam sit fauorabilis haud quenquam latet: iuxta tradita per Bar. in l. mela. in prin. de alim. & cib. legat. ubi late persona cui relicta sunt est uidua & uxor, & pro ui-
5 dua † pronunciandum est cum sit miserabilis persona: ut per Bart. in l. j. quoniam inter pup. & uid. & est causa pia: ut per Spec. in tit. de instr. edit. §. 14. uersi. scias. & uxor quæ repu-
6 tatur esse in familia gaudet † omnibus priuilegijs, ac si maritus uiueret. l. fi. de uerb. sign. & plene not. in l. cum quædā puella. de iur. omn. iud. & etiam de luctuosa hæreditate
7 † filij debentur: ad plene tradita in l. fi. C. de impub. & alijs subst. Et hæc sunt quæ ad fauorem dñæ comitissę principaliter allegari possunt, quæ nolui omissa facere ut ueritas ex oppositis magis elucescat. ¶Quibus non obstātibus determino contrarium, & non laborando ubi non expe-
8 dit dico, quod uera & communis opi. est alimēta † uiduę relicta non deberi de bonis emphyteuticis, liuellarijs, & fideicommissarijs: ut consuluit Alex. attestans istam esse communem opinionem in cons. 100. super primo. col. fi. uol. j. & in cōs. 3. uol. 4. super processu. & Firmianus in suo ope. in uer. alimenta. quæ opinio ultra allegata per ipsos probatur à sufficienti partium enumeratione. Nam ratione utilis dominij in bonis emphyteuticis comes Camillus antiquior aliquid uxori relinquere non poterat, cum sit emphyteusis auita & antiquissima pro filijs & nepotibus ac descendētibus masculis: ita quod solū in casu quo omnes masculi deficiant fœminæ possint admitti: in qua emphyteusi, cum nepotes & descendentes habent a primo concedente, & non a patre uel alio comprehenso in ea forma: &
9 cōis opin. est patrem, uel alium † cōprehensum in emphyteusi legando, uel testando non posse ipsis præiudicare quibus secundum tenorem inuestituræ debetur, etiam si uni filiorū prælegasset: ut per Fride. de Senis cons. 218. factum est tale. Ang. in l. item uidendum. §. nunc uideamus. de pet. hæred. ubi refert Iaco. Butr. ita consuluisse. & ita consuluit Angel. in cons. 92. & in consi. 199. Petr. de Ancha. in consi. 317. Dyn. Bal. Ang. Paul. de Cast. & alij scrib. in l. apud Iulianū. §. si quid alicui. de leg. j. & hoc est indubitatissimū quoniam pater nō fuit author, sed est auita & antiquissima: ut per Ias. in l. 2. de iur. emphy. cartha. 20. col. j. uersi. 3. limitā & ita esse communem opin. in hoc casu attestatur Alex. in consi. 27. uol. j. Ergo comes Camillus ea bona uxori prælegare nō potuit, minus et quo ad cōmoditates potuit re-
10 linquere uxori, cū † emphyteuta sit similis usufructuario: ut est gl. not. in cap. j. in fi. de inuest. de ali. re fact. & not. Bal. in l. j. §. j. C. de cad. tol. per Soci. in cons. 177. non inutilis
11 col. 4. uol. 2. cum simi. sed usufructuarius licet alteri † commoditatem ususfructus cedere possit. l. arboribus. §. usufructuarius. & ibi Flor. de usufru. Bar. l. is qui. §. usufr. de pign. non tñ pōt ultra tēpus quo durat eius ususfructus. ut late per Soci. in cons. 82. ex his. circa secundam quæstionem in fi. in prima parte. & sic non potest post mortem, cū morte finiatur. §. finitur. insti. de usufr. & hoc est uerissimū, cū primo mortuo sequens uocatur in totum a primo concedente cui non potest præiudicare prædefunctus. l. uero procuratori. in uer. alia cā. de sol. ubi quia certam conditionē habet stipulatio mutare non potuit: quod esset si cōmoditatem alteri legare posset, cum sequens ea priuaretur & posset euenire quod toto tpe uitę suę inutile ac solum nudū nomen ha-
12 beret quod nullus admitteret, cū † quod una uia esset prohibitū alia concederetur: contra regulam cap. cum quid. de reg. iur. in 6. & de hoc uti de iure not. breuibus me explico. ¶Non obst. adducta in contrarium: & primo per diuisionē & clausulā ad habendum & tenendū & c. quod censeatur data potestas alienandi, ac et uideatur esse renunciatū fideicommisso: quoniam re-
13 spondetur quod per diuisionē † non se expresse referentem ad fideicōmissum non censetur amissum fideicōmissum: ut per Bar. & cōiter Doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 2. de uerb. obli. & ita ibi attestantur istā esse cōem opin. Alex. & Ias. sed huic non fuit expresse renunciatum fideicommisso, nec de eo factū est aliquod uerbū, ergo & c. & licet sint
14 uerba prægnantia † nihilominus semper intelligunt ex cā de præsenti: & propterea si quis diuidendo remittit om-
15 ne ius quod habet, uel habere sperat, uel pōt, quod uerbū † est extensiuū et ad futurū. l. si ita quis. de leg. 2. intelligitur tñ ex cā de præsenti. l. quod seruus. de cond. ob causam: per Bart. in d. §. duo fratres. 9. q. & facit dictū Bar. in l. si uxor. §. diuus de adulte. ac in l. post emancipationē. §. j. de lib. leg. & fa-
16 cit quia renunciatio † est stricti iuris. l. si domus. de seruit. urb. prædio. Nec in diuisione ista sunt uerba maioris efficacię quā supradicta: ergo nō intelligitur per dictā clausulā renunciatū fideicōmisso, & dato quod adessent uerba magis prægnantia, & quæ ex sui natura non possunt intelligi ex cā de præsenti, tñ cū subest aliqua cā futura uel timor præ-
17 ter causam fideicōmissi dēt referri ad illā causam, † & nō ad fideicommissum. Ita Alex. in cons. 201. col. 2. uol. 6. & in consi. 102. uiso. eo. lib. Corn. in cons. 329. quamuis. col. fi. in j. uol. Cur. iunior in consi. 24. col. 3. & 4. idem Cur. cons. 101. præsupponitur. sed hę adsunt alię causæ, scilicet multa relicta facta per fratrem, præsertim reuerend. do. Pirro suo filio naturali. Item sunt multę obligationes factæ per aliquos ex dictis fratribus existentibus in communione propter quas multæ possent oriri lites & euictiones: ideo dato sine præiudicio ueritatis quod in diuisione adessent uerba remittentia iura futura, ita quod nō possent restringi salua ratione recti sermonis ad iura futura ex causa de præsenti, nihilominus cum expresse non remittatur ius fideicommissi, nō intelligitur remissum fideicommissum, & debent referri ad alias causas: & hoc casu non loquuntur Doct. allegati in contrarium, fundantes se in uerbis prægnantibus. & ita concordat opiniones Cur. iunior in consilijs supra allegatis, & in cons. 16. ubi dicit istud procedere, & si dictum sit de iure in futurum ex quacunque causa cogitata uel incogitata, & per plenissima uerba cum iuramento.

¶Nec clausula ad habendum, habet aliquid operari, cum in ea nō est expressā facultas alienandi, nec sub illa generalitate debet uenire, cū uerbum quod plura potest contine

 re, non

18 re, non debet referri † ad illud quod est contra uoluntatē concedentis, & ad casum sibi impossibilem. argu. not. in l. Lucius. §. imperatores. ad munici. & ad casum prohibitū argumento eorū quæ ponit Ioan. And. in c. fi. de immun. ecclesiarū. ¶ Item nō est uerisimile ꝙ uelint impugnare uoluntatē primi concedentis q̃ approbarunt acceptādo bona emphyteutica, & persequendo ſm tenorē ꝯctus, & ꝙ generalis locutio talia non contineat ponit Rom. in consi. 436. & hæc si habent locum in bonis subiectis fidei
19 commisso quæ nituntur uoluntate unius, & possunt † in unum de familia magis q̃ in aliū transferri: iuxta tradita in l. uoluntas. C. de fideicō. quanto fortius habebunt locū in bonis emphyteuticis quę nituntur uoluntate duorum. arg. not. in l. j. C. de pact. & quæ non possunt transferri in unū magis quā in aliū, per ea quæ supradicta sunt: & ꝙ qñ fratres diuidentes bona emphyteutica promittunt adinuicem non ꝯuenire, & de euictione, & in forma latissima, ni
20 hilominus † mortuo uno sine filijs, portio deficientis accrescit nō obstante quacunq; renunciatione: uolunt Bar. Alex. Ias. & cōiter Doct. in §. duo fratres. in ulti. qō. Alex. in cons. 21. uol. 5. & in cons. 183. in 2. uolu. uiso & mature. & in consi. 105. uol. 4. in causa. ubi etiam dicit ꝙ idem est & si in diuisione unus habuit bona emphyteutica, alter allodialia. Bal. Ang. & Sali. in l. si familiæ. C. famil. ercis. & hic est casus noster, ergo &c. in quo eo magis habet locū communis opin. quia fratres diuidentes expresse uoluerunt conseruari illa bona emphyteutica, & per pactū expressum prouideruut canonē solui, ut bona non incidāt in cōmissum, & illi qui bona emphyteutica non habēt nō soluant. ex quo pacto colligiī ꝙ ueniente casu non intendebant renunciare, ac ēt cū per illud pactum constat de scientia sequiī doctrina Bal. & scrib. in d. l. si familiæ. quod
21 † ꝯctus diuisionis non debet claudicare, nec diuisionē inęqualem esse, cum sciunt naturā rei, & scienti ac uolenti nulla fit iniuria. l. j. §. adeo. de iniur. & propter hāc inęqualitatē non recedit a natura rei, ut habens allodialia, nō obstante renunciatione eueniente casu ſm ꝯctum emphyteusis non succedat: ut ibi per eos & Alex. in consilijs supra allegatis: & cū ipse sciens contenteī, nec de legitima, nec de alio curandū est. ¶ Præterea in casu nostro cessant oēs istę obiectiones, cū & si millies hi comites diuidendo renunciassent bonis emphyteuticis, & permisissent alienationē illorū bonorū ꝯ naturā ꝯctus, ꝙ tñ est falsum, nihilominus hæc ꝯuentio nō potuit præiudicare, nisi ipsis pa
22 ciscentibus, † non aūt sequentibus, & maxime non natis uocatis in inuestitura, ut est cōis opi. & per ꝯsequens non potuit pręiudicare comiti Camillo iuniori qui adhuc nō erat natus: sed isti comites ueniunt in locum comitis Camilli iunioris, & sic sicut comes Camillus nō ligabaī illis
23 ꝯuentiōibus, ita nec isti cū † subrogatus sapit naturā eius in cuius locū subrogaī. l. j. §. hæc actio. si famil. furt. fecis. dicaī. cum simil. ¶ Non obst. ꝙ sit uxor uidua, & de cā alimentorum agatur quæ habent multa priuilegia: quia nihil est, cum de hoc in specie non reperiantur priuilegia tę. Nam causæ † priuilegiatę iudicātur ut alię, nisi in casi
24 bus expressis. l. in fraudem. in fi. & ibi Bald. de milita. testamen. Decius late in cons. 5. sed non reperiuntur in hoc casu, ergo. ¶ Nec obst. quia emphyteuta potest cōcedere commoditatem &c. quia intelligitur durante eius uita & non ultra, per ea quæ supradicta sunt, non repeto. Et ex his & alijs supplendis per reuerend. dominos meos liquidissime constat non obstante diuisione & dispositione comitis Camilli senioris alimenta non posse præstari de bonis emphyteuticis huic nobilissimæ comitissę de familia illustrissimi ducis Mantuæ. Laus Deo.

¶ Ita de iure respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM

1 *Legatum in quo mater fuit relicta anologista in testamento patris pupilli, operatur ut ipsa non teneatur reddere rationem administrationis, etiam concurrente culpa: secundum unam opinionem.*
2 *Legatum factum a patre pupilli illius matri de his quæ propter male gesta reperta fuerit debere; operatur ut etiam de dolo & reliquorum consignatione in effectu non teneatur. quod declara ut infra. nu. 18.*
3 *Frustra fieri petitur id cuius effectus nihil operatur.*
4 *Liberatas a redditione rationis propter iuramentum ab eo præstitum de amissione librorum, eorum prætextu ulterius molestari non posse uidetur.*
5 *Iuramentum iuste ad probandum librorum amissionē ei præstatur, contra quem officio iudicis ad illorum exhibitionem agebatur.*
6 *Publica uox & fama probata per quatuor testes ciues optimos, qua asseritur tutorem fuisse in dolo & lata culpa circa res pupillares, operatur ut non obstante legato liberationis & reliquorum teneatur reddere rationem administrationis.*
7 *Tutor et quilibet administrator tenetur suæ uillicationis reddere rationem.*
8 *Liber per administratorem quemlibet confici debet in quo describātur data & accepta, & exitus ac introitus rerum administratarum.*
9 *Dolus tutoris arguitur, & contra eum in litem iuratur, nisi confecerit librum rationum administrationis.*
10. *Tutrix mater pupilli quæ fuit relicta anologista, & cui legatum fuit id in quo reperietur debitrix, nihilominus tenetur de dolo & reliquorum cōsignatione, & per consequens ad rationis redditionem, secundum communem opinionem.*
11 *Statutum loquens indistincte de dolo & lata culpa, debet sibi uēdicare locum tam in dolo commisso & lata culpa commissa in omittendo quam in faciendo.*
12 *Casus ille dicitur fauorabilis per quem euitantur fraudes.*
13 *Lata culpa dolus est præsumptus.*
14 *Tutor qui non conficit libros rationum, uel non reddit rationem est in dolo præsumpto.*
15 *Rationem administrationis non reddere dolus est.*
16 *Tutor immiscens rationes tutelæ suis rationibus quas separatas tenere debebat, est in dolo.*
17 *Tutor reditus pupilli in proprios usus exponens & immodice dilapidans dicitur committere dolum.*
18 *Concordia data ab authore inter communem opinionem & eos qui contra illam tenere uidebantur.*
19 *Iuramento asserentis se libros rationum administrationis amisisse non statur, nisi doceat casum.*
20 *Tutori dicenti & iuranti se rationes amisisse non creditur, nisi probet casum.*
21 *Clausula omni meliori modo &c. operaī ut melior uia sit electa.*
22 *Iuramento asserentis amissionem librorum statur, quando contra eum officium iudicis duntaxat intentari potest.*
23 *Debitum quod solo iudicis officio peti potest non ita est debitum, sicut illud quod actione recuperari potest.*
24 *Exceptio de qua est casus legis apertus, non potest dici requirere altiorem indaginem.*
25 *Recedendum non est ab interpretatione quæ per stylum & longā consuetudinem introducta est.*
26 *Dispositio iuris communis cessat, quando adest statutum in contrarium.*
27 *Contumacia restituere debentis actiones in fideicōmissarios transferuntur.*

RESPONSVM XXIII.

¶ An mater relicta anologista in testamēto patris pupilli & cui fuerūt legata ea quæ propter male gesta reperta fuerit debere, teneatur reddere rationem administrationis & reliqua inferre, ubi multa in materia redditionis rationum.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ In causa illustrium comitum de Pepulis dubitatur an comitissa Isabella teneatur reddere rationem administrationis? & uidetur non teneri, quoniam fuit relicta anologista in testamento patris pupilli, quod legatum operatur, ut non teneatur reddere
1 † rationem administrationis etiam concurrente culpa. l. seruus. & ibi nota. Bald. Angel. de lega. j. & in l. cum tale. §. j. de cond.

§.j.de cond. & demonstr.per Alex.in cons.42.uol. j.col.j.
quod eo magis in hoc casu locum uendicare debet, cũ si
ꝙ deberi propter male gesta reperta fuerit,ei legatum ac
2 donatum fuit,†quæ uerba operant ut etiã de dolo ac reli
quorum consignatione in effectu nõ teneat,cum sibi reli-
ctum esse dicatur.l.quidam decedens.in uerbo, damnum
quodcunque.& ibi gl. de administra. tut. Dec. in ꝯs. 193.
brunellus.per Alex.in cons.54.col.fi.uol.2.pariter frustra
3 peti† uidetur redditio rationum,cũ nihil operari potest.
l.hæc stipulatio.§.diuus.ut leg.nomi.cau.cum uulg.
¶Præterea & si hæc sibi non patrocinarentur propter iu-
4 ramentum de amissione librorum † liberata uidetur : per
tex.in l.fi.C.de fide instru. ꝙ iuramentũ pr̄stitũ fuit inci-
5 denter,† cũ officio iudicis agi dicebatur:iuxta dictũ Bar.
in l.j.§.officio.de tutel.& ratio.distra. cũ similibus.Et hęc
tantomagis effectũ habere debent, cũ omnino non sint le
gitimæ personæ quibus reddítura sit ratio, cum nõ proba
uerunt se esse hæredes: & talis probatio requirit altiorem
indaginem,& per consequens differenda est petitio.
¶Maturius uero cõsideranti hãc comitissam ad rationes
reddendas teneri facile apparebit, nonnullis præsupposi-
tis.Et primo ꝙ hæc comitissa tutrix,& ut tutrix, admini-
strauit. ¶Secundò ꝙ fuit in dolo & lata culpa circa res
pupillares,& ita est publica uox & fama probata per qua
tuor testes ciues Bonoñ. quæ probatio & fama probata
operantur ut non obstante legato liberationis & reliquo-
6 rum† teneatur reddere rationem administrationis:ut ex-
presse in lege municipali cautum esse reperitur. ¶Ter-
tiò præmitto ꝙ principaliter per modum reconuentionis
& omni meliori modo petunt rationes reddi,sed explora-
7 tissimi iuris est tutorem, & quemlibet † administratorẽ
teneri ad reddendum rationes suæ uillicationis. l.j.§.offi
cio.de tutel.& ratio.distra.Abb.in cons.12.& Rom.in ꝯs.
8 404. cum uulg. & † ad cõficiendum librum ubi sint data,
& accepta & introitus & exitus descripti: & oportet offer
ri illũ ut legat, deinde ut computus fiat ut cognoscat an
probe uel improbe gestum sit:ut per Ang.in cons.277.tu
tor pupilli.& per Bart. in cons. 150. ꝙ adeo procedit ut si
9 ita factum non erit † dolus arguatur & in litem iuretur:ut
no.in d.§.officio.& in l. Lucius.§.tutelę.de adminst.tut.
l.fi.§.inter cætera.de lib.leg.late per Soci.in cons. 49. ubi
multa accumulat quæ breuitatis cã uti nota omitto:ergo
cũ probatũ est hanc comitissam fuisse tutricẽ & admini-
strasse necessario, sequit eã obligatã fuisse ad conficiendũ
librum rationũ administrationis, ac illũ edere & compu-
tare: ꝙ facilius apparebit ex responsionibus ad adducta
in ꝯrium, in quibus tota uis præsentis consultationis con
sistere vr:ad quæ sigillatim respondendo dico,& si analo-
gista facta est, & omne id in quo reperiet debitrix legatũ
fuerit, nihilominus tenet de dolo & reliquorũ ꝯsignatio-
ne, & per cõsequens ad redditionẽ rationis ſm cõem opi.
ut late tenet Pet.de Anc.in ꝯs.117. casus talis est. Alex. in
10 ꝯs.62.serenissimo.†col.2.& 3.in lib.4. Ang. in cons. 180.
uiso.Io.de anan.in cons.80.uisis & intellectis. Ful. in cõs.
103.Sign.in cons.109.& 110.per Ias.in l.in actione.in ult.
col.de transact.& ita attestat esse cõem opin.Dec. in cõs.
179.& 192.& ista opinio cõis tanto magis in casu nr̃o lo
cũ habere debet,cũ iure municipali cautum est tutorẽ te-
neri de dolo & lata culpa,non obstante huiusmodi legato
ut dixi in secũdo præsupposito, ꝙ statutũ debet sibi uẽdi
11 care locum tam in dolo cõmisso & lata culpa†cõmissa in
omittendo q̃ in faciẽdo: tum quia loquit gñraliter,ergo
gñaliter debet intelligi,& si minor rõ militaret in uno ca
su q̃ i alio.l.j.§.ꝙ aĩt. de aleat. tũ qa idẽ esset & si odiosũ
esset gl.in c.ꝯ Christianos.de hær.in 6.ergo quãto fortius
12 cũ est fauorabile,ut euitent†fraudes:uerũ ẽt quia uult te
13 neri de lata culpa quæ est dolus†præsumptus:ut not. in l.
lata.de uerb.sig.& in l.ꝙ nerua.deposi. ubi per Bar. sed tu
14 tor qui nõ facit libros rationũ,uel nõ†reddit rationẽ,est
in dolo pr̄sumpto.d.l.j.§.officio.de tut.& rat.dist.immo
15 nõ reddere rationẽ†est dolus.l.si procuratorẽ.§.fi.cum l.
seq.ff.mand.Itẽ est in dolo qa introitus ad administratio
16 nẽ ptinentes immiscuit cũ rationib.suis quas† separatas
à rationib.pupilli tenere debebat:ſm Inno.Imol. Anto.de
But.in c.cũ in offi. de resti.& maxime in ciuitate Bonoñ.
cũ omnino reddere rationes debebat & multa facere, nõ
obstãte quacunq; remissione,absolutione,uel dispositiõe
testõris:ut lege municipali:sub rub.de tutel.cautũ reperi
tur.per ꝙ declarat pr̄cedens statutũ ut intelligat in dolo
& culpa.etiam in omittendo consistentibus:sed quid plu-
ra? nõne hæc mulier redditus pupilli in proprios usus ex
17 posuit,†etiam immoderate dilapidando, & sic ut prædo
se gessit,& in faciendo dolũ cõmisit?ut uolunt Ang.Imo.
& mod.in l.Pomponius.§.ex facto.ff.de acqui.poss.& per
Alex.in l.si ex stipulatione.eo.tit. ex quibus sequit omni-
no teneri ad rationes reddendas non obstantibus legatis
& liberationibus ſm legẽ municipalẽ & cõem opi.immò
si rite considerer in hoc casu particulari alij non ꝯriatur:
18 nam tenẽtes † ꝯ cõem dicunt legatũ ualere : quia de suis
bonis testator ad libitum disponere poterat:sed ista ratio
cessat in casu nostro,cum bona sunt liuellaria,emphyteu-
tica,& fideicõmissaria,de quib. non poterat disponere:ut
late dixi in alia allegatione, ergo non potuit facere illa le
gata:& doct. qui tenẽt potuisse non loquunt in hoc casu,
& vñr tenere ꝙ hoc casu non potuisset,cũ cesset fundamẽ
talis ratio. Itẽ forsan saluari possent in dolo præsumpto,
secus in uero,& de hoc alias dixi. Nec obstat ꝙ iurauit se
19 amisisse libros,quia non stat suo iuramento † nisi doceat
casum.Bar.in l.fi.de fide instru.allegata per eum : & mã-
xime quia tenebat custodire,ergo casu non stat iuramẽto
ut per Feli.in c. accipit. in fi. de fid. instr.& in terminis in
tutela ꝙ nõ stet tutori dicenti & iurãti se amisisse libros,
20 nisi probet casum.†ꝯsuluit Pet.de Anch. in ꝯs. 317. in cã.
col.3.sequit Soci.in cons.159.uol.2.col.2.sed hæc dña nõ
probauit casum, ergo non stat suo iuro,siue iure actionis
ortum fuerit,siue officio iudicis:& tãtomagis hic cũ prin
21 cipaliter per uiam reconuentionis & omni meliori † mõ,
ad hoc agebatur ut ratio tutelarũ redderet quæ cũa omni
meliori mõ,operat ut melior uia sit electa, & sic per uiam
actionis, & principaliter argumento eorũ quæ ponunt ꝑ
Card.& Imo.in c.ex literis.de of.deleg.& Fulg.in ꝯs.90.in
qõne.col.2.cũ simil.Præterea no.ꝑ Bar.in l.j.§.officio.de
tutel.& rationi.distra.dũ uult ꝙ stet iuro de amissione qñ
intentatur officium iudicis:per.l.si quis ex argentarijs.§.
22 an hære.nõ facit ad casum nostrũ:quia loquitur † in casu
qñ solũ officium iudicis cõpetit:& actio cõpetere nõ põt
si recte intueretur:sed hic actio cõpetere potest & cõpetit
ac fuit intẽtata,ergo nihil ad nos, & ratio diuersitatis est
23 quia qñ tale officium iudicis competit,nõ†est ita debitũ,
sicut qñ actio competit.l.qui per collusionem.de act.em-
pt.cum simil.Non obstat non constare de persona legiti-
ma cui credi debet,qm̃ cum comites de Pepulis sunt hære
des tam ex testamento quam ab intestato uirtute statuto
rũ loci sunt legitimæ personæ quibus credi debet:ut not.
in d.§.officio.Nec obstat testamentum uideri nullum pro
pter matrem præteritam quia saluatur ex dispositione sta
tuti,ut latius scripsi in alia allegatione super ualiditate te
stamenti , nec potest dici requiri altiorem indaginem,
24 † cum sit casus legis apertus. l. continuus. §. cum ita. de
uerb.obli. cum uulgarib. & hoc eo magis cum audio per
stylum & longęuã cõsuetudinẽ ita obseruatũ fuisse,a qua
25 interpretatione†nõ est recedendũ.l.minime.de leg.& l.si
de interpretatiõe.eo.tit.& propterea si de successiõe iuris
26 cõis non est obijciendũ,cũ cesset † ubi adest statutũ in ꝯ-
rium:ut plene tradit in l.oẽs populi.de iusti.& iure. Præ-
terea sunt fideicõmissarij ex testõ comitis Guidonis,& cũ
27 fuerit cõtumax dicta Isabella actiones† sunt translatę in
ipsos:per.l.fi.C.ad Trebel.cum similib. Nec obstat ꝙ ista
respiciant petitorium,cum sit intentatũ principaliter per
uiam reconuentionis, & non impediat possessoriũ, & sit
materia multum fauorabilis,& separata a petitorio.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus in lite
uertente in curia Romana.

SVMMARIVM

1 *Spoliatus ad hoc ut restituatur,spolium,& tempore spolij se pos-
sedisse, probare debet.*

2 *Restitutio ei nō competit, qui nunq̃ rei petitæ habuit possessionē.*
3 *Actus nomine proprio factus esse præsumitur.*
4 *Obligatus ad faciendum actum nomine alieno, si illum fecerit, alieno nomine fecisse præsumitur.*
5 *Interpretatio semper fit ut dolus excludatur.*
6 *Pupillus possidere dicitur, licet tutor administret.*
7 *Possidere non dicitur, qui non habet possessionem certam tam respectu loci quam quotæ.*
8 *Restitutio tunc non fit, quando constat per confessionem actoris alium habuisse possessionem.*
9 *Libelli uerba probant contra proferentem.*
10 *Actor in petitione asserens simpliciter bona per aliquem fuisse possessa, in solidum & in totum intelligi debet.*
11 *Determinatio plurium determinabilium æqualis esse debet.*
12 *Interpretatio debet fieri ne libellans sibi contrarius uideatur.*
13 *Restitutio tunc cessat ubi notorium est ad agentem non pertinere possessionem.*
14 *Maritus nō potest constituere usumfructum in bonis feudalibus, uel aliud onus imponere, in præiudicium eorum qui ad feudum uocantur, præsertim ex prouidentia.*
15 *Uxor relicta a marito domina massaria, & usufructuaria ex interpretatione uulgari alimenta consequi debet.*

RESPONSVM XXIIII.

¶An & q̃n spoliatus ueniat restituēdus. Et quæ teneatur probare ad hoc ut restituatur. Et an maritus possit bonis feudalibus aliquod onus imponere, ut puta uxori usumfructum constituere in præiudicium uenientium ad feudū

INVOCATO diuino suffragio. ¶Reuerē di patres cum materia spolij sit tritissima, breuibus agam. Nā ad hoc ut spoliatus restituat̄ requiritur ꝙ probet spolium: & tēpore spolij
1 possessionem habuisse.†l.2.§.hoc interdictum. de ui & ui arm.c.cum ad sedem.de restit.spol.sed comitissa Isabella non probauit habuisse possessionem tempore spolij, & licet produxerit testes ad probandum tenuisse bona illustris comitis Camilli iunioris, nihilominus ex plurimis constat non tenuisse & possedisse nomine proprio, sed tutorio nomine.d.comitis Camilli: ꝙ demonstratur a sufficienti temporum enumeratione. Mortuo comite Camillo seniore statim illustris comes Alexander, & fratres possessionem bonorum apprehenderunt: & quia dubitabat̄ an esset prægnans, custodes uentri apposuerunt, & nato comite Camillo iuniore ei ut tutrici possessionem & curā dictorum bonorum tradiderūt, & ita eo nomine administrauit, & post pubertatem cum.d.Camillus excessit tutelam pluribus annis ab eo discessit, & Romam petijt, & ibi habitauit, & comes Camillus accepit possessionē o.m suorū bonorū, & cępit administrare: eo postea mortuo statim.d.comites hæredes instituti, possessionem.d.bonorū apprehenderunt ea adhuc inscia mortis filij, ita ꝙ ɔsideratis oībus tp̄ibus ac momentis quæ interuenerunt non pōt ɔsiderari aliquis possessionis status in persona huius comitissę. Nam post mortē mariti anteq̃ natus fuit filius non habuit, & nato filio tutorio nomine post mortē filij
2 nullo mō: ergo cū nō habuit†possessionē non pōt, nec debet restitui. ¶Nec obst. ꝙ simpliciter probauit se posse disse & tenuisse, q̃m cum tutrix erat intelligit̄ tutorio nomine, & prout tenebat̄. Nā lʒ quis præsumat̄ facere actum
3 nomine proprio.†l.& magis.de sol. tñ q̃n est obligatus fa
4 cere noīe alieno præsumit eo noīe fecisse: ut†no.in l.eius q̃ in prouinciā.si cer.pet. alias esset in dolo: ut uoluit Bar.in
5 l.tutor qui repertoriū.de adminis.tut.&†semper fit inter-
6 pretatio ut excludat̄ dolus, iuribus uulg. sed†pupillus possidet, licet tutor administret, cū est capax.l.q̃uis. in princ. & in §.pupillus.de acq.pos.ponit Bar.in l.j.in prin. colu. penul.ff.de acq.pos.cū ibi no.faciunt no.in l.ꝙ meo.de acquir.pos.C.si diligenti.de præscrip.in c. cū uenisset.de resti.spol. Nec dici pōt ꝙ multa bona ipsa comitissa Isabella pro alimētis & legatis sibi relictis nomine proprio possedit & tenuit, cū ea tutorio nomine non erat obligata tenere, & in eis non aderat dolus: quia respondet̄ cū adhuc non erant taxata, & erāt incerta, & sic possessio nō potuit
7 esse certa†tā ratione loci q̃ quotę, & per ɔsequens non dr̄ possessionē habuisse.l.3.§.incertam.l.locus.de acqu. pos. cum ibi plene not. per Alex. Ias. & mod. ¶Præterea q̃n constat per confessionem actoris alium habuisse posses-
8 sionem, &† sic sibi restitui non debere, tunc non fit restitutio: fm Bal.& cōiter doct.ubi late per repet.in l.naturaliter.§.nihil cōe.de acq.pos.per Ant.de But. in c. in literis. de resti.spol.in 16. col. Ang. in d.l.si quis ad se fundū. C. unde ui.sed cōstat ex cōfessione comitissę Isabellæ in sup
9 plicatione &† petitione ipsius quæ sufficit.l. cū precū. de lib.cā.cum uulg.bona petita per ipsam fuisse possessa per comites Camillū antiquiorē & iuniorē: ibi Camillus iunior ab humanis decessit, per cuius obitū oīa & singula bona tā ad dictū Camillū seniorē q̃ iuniorē spectantia & per eos pro tp̄e possessa & obtenta pertinēt &c.ꝙ expresse ɔfitet̄ bona petita fuisse possessa per dictos comites Camillos, ergo ipsa nō habebat possessionē.arg.l.cū prætor.
10 de iud.& quia† simpliciter dicit possessa, ergo in totū & insolidū.arg.l.j.§.qui in perpetuū.si ager uect.uel emphy. & quia appellatione rei intelligit̄ de tota: ut dicunt Ioan. mona.Io.And.in c.fi.de uerb.signi.& maxime, quia tempore antiquioris Camilli absque dubio ita intelligunt, er
11 go &† iunioris Camilli, ut æqualis sit determinatio.l.nā hoc iure.de uulg.& pupil.l.quāuis.de impub.& alijs substi.ergo ipsa non habuit possessionē tp̄e uitę illorū si ipsi insolidum successiue habuerunt, nec potest dici habuit possessionē, cū præsupponat ɔ̃rium, nec de parte certa tā ratione loci uel quotę apparet, ergo possessio uti nulla sibi suffragari nō pōt.d.l.3.§.incertam.de acq.pos. ex quo necessario sequit̄ ꝙ probatio suę possessionis intelligitur
12 administratorio nomine†ne sit sibi ɔ̃ria, alias repellenda foret.l.j.de furt.cum uulg.est ēt aduertendū postq̃ narrauit bona petita possessa fuisse per dictos comites Camillos, dicit comites Alexandrū & fratres post obitū Camilli iunioris occupasse dicta bona, & sic enumeratis tp̄ibus ɔstat ex sua confessione ipsam nunq̃ possessionē habuisse & per ɔsequēs non posse dici spoliatam: & dato ꝙ in possessione tutoris & administratoris nomine habita aliquis possessionis status restituibilis daret̄, ꝙ tñ negat̄, saltē ad uersus pupillum & eius hęredes cuius nomine possidebat̄ nihilominus dico hoc casu cessare, cum sit notorium iuris pubertate, & tutelam & tutoris administrationē expi-
13 rasse: ut in tit.quibus mod.tut.fi.in prin.sed ubi†notoriū est possessionē non pertinere ad agētem cessat restitutio, ut per Bal.& cōiter doct.in d.§.nihil cōe. Comitē uero Camillū iuniorē puberē factum fuisse ex actis ɔstat in quib. apparet de tp̄e natiuitatis & obitus. Et hoc intelligo esse debere in bonis feudalibus in quibus maritus nō potuit
14 ɔstituere usumfructū, uel aliud onus† imponere in p̃iudiciū eorū qui ad feudū uocant̄, præsertim ex prouidentia, ut sunt hi illustres comites. And.de Iser. in c. j. de prohib. feud.alien.per Frid.Roma.singu.640. scis ꝙ emphyteuta. Alex.ɔs.18.super primo.uol.5.Curt.in tract.feud. in quarta parte prin.Ias.nouissime.ɔs. 89.ad ɔsultationem.uol.j. q̃m dr̄ alienare.l.fi.C.de reb.alie.non alie.& quia est constituere ius in rem, & per consequens seruitutē.l.j.de usufru.& alijs rationibus de quibus per doc. in locis prætallegatis: nec etiam in bonis subiectis fideicommisso, ut late in alia allegatione probaui non repeto ac transscribo. Nā in his cum usus fructus, nec ius capiendi alimenta uxori relinqui non potest, sequitur ipsam, & si domina & massaria relicta fuerit in testamento mariti, in his nullum ius percipiēdi habuisse, nec possessionem uel quasi. & merito reuerendi patres Romanæ Rotæ dum pronunciarunt ha
15 buisse aliquod ius possessionis propter ius† alimentorū surgens ex interpretatione Bulgari, ex eo quia reliquit eā usufructuariam &c.cum filio: ad not.per Bal.in l.Titia.§. Titia.de leg.2.ubi Alex.in apost.in aut.ꝙ locum. de secū. nupt. Aret.in consi.40.præsupponitur.cum simil.reseruarunt ius declarandi, in quibus bonis illud ius competere intelligant, & ita puto eos declaraturos, cum aliter de iure dici non possit. Laus Deo.

¶Hieronymus Gratus.

SVMMA-

SVMMARIVM

1 *Pactum sicut uendendi de tota hæreditate non ualet, ita nec de parte.*
2 *Pactum de certis bonis post mortem ualet.*
3 *Bonorum mobilium & immobilium appellatione nõ continentur iura. quod limita in nume. 25.*
4 *Hæreditatis pars dici non potest ubi etiam iura nõ continentur, sed dicuntur certa bona, uel particularia, seu dispositio iurium particularium.*
5 *Donationis fauore actio ex pacto nudo oritur.*
6 *Dotis fauore actio ex pacto nudo oritur.*
7 *Pactum ut inducatur sufficit ex interuallo consensum adhiberi*
8 *Pactum cum sit duorum in idẽ consensus, ibi non potest dici quod adsit aliquis contractus.*
9 *Donatio licet sit ex una parte obligatoria contractus dicitur.*
10 *Illatio non fit ex diuersis.*
11 *Mandatum non præsumitur, nisi ostendatur instrumentum mandati.*
12 *Mandati fines sunt diligenter custodiendi.*
13 *Mandatum de uno, in alijs uidetur denegatum.*
14 *Tacens & præsens non habetur pro consentiente quando expresse non debet consentire.*
15 *Tacens non habetur pro consentiente quando nõ omnino tacuit, sed ad aliqua respondit: nam tunc ad ea ad quæ non respondit non uidetur consensisse.*
16 *Donatio facta ecclesiæ in præsentia plurium personarum, si nullus pro ecclesia acceptauit, non ualet.*
17 *Pollicitatio non producit naturalem obligationem, secundum cõmunem opin.*
18 *Confessio facta parte absente & nemine acceptante, nihil nocet.*
19 *Actio per aliam personam liberam acquiri non potest, etiam per matrem.*
20 *Actio per aliam personam liberam alteri acquiritur fauore dotis, quod intelligas quando acquiritur mulieri & agitur de re dotali, alias uero non: secundum authorem, ut in nume. seq.*
21 *Verba ista fauore matrimonij, in donatione apposita signant causam impulsiuam.*
22 *Causa quando non adest in dispositione præsumitur donationis.*
23 *Lex, si quis argentum. C. de dona. non habet locum in donatione præsumpta.*
24 *Item in donatione ob causam, quod maxime uerum putat author, quando illa causa habet in se necessitatem saltem causatiuam.*
25 *Bonorum mobilium & immobilium appellatione ueniunt iura quando est positum uerbum, quorumcunque.*
26 *Verbum succedat, signat obuentionem post mortem, maxime quãdo est geminatum.*
27 *Geminatio arguit præcisam mentem.*
28 *Pactum uidetur appositum principaliter ad fauorẽ illius ad cuius commodum spectat.*
29 *Dictum doct. in l. pactum quod dotali. dum uolunt posse filio primogenito in auantagium acquiri, limitatur per supra dicta, quãdo est super re particulari: secundo quando pactum interuenit, non simplex consensus: item quando pactum uerum, non præsumptum: item quando pactum fit per personam quæ acquirere potest: item quando est de parte hæreditatis.*
30 *Ratificari non potest quod nullum est.*
31 *Ratum habere non possum quod nomine meo non est gestum.*
32 *Omissum hr̃ pro omisso, & inclusio unius est exclusio alterius.*
33 *Dictum doc. in l. legem. de pac. ut contractu uestiatur pactum nõ procedit in simplici consensu, & quando pactum erat pro tertio.*
34 *Collatio cessat inter institutos in quota bonorũ uel re particulari.*
35 *Dispositio qualibet intelligitur rebus sic stantibus.*
36 *Pactum factum in fauorem alicuius remitti non potest: quod intelligitur quando ab eo fuit acceptatum, ut in nu. seq.*
37 *Donans absenti potest donationem reuocare ad libitum suum antequam donatarius acceptauerit, etiam si notarius stipulatus sit nomine suo, idem in constituto, & huiusmodi.*
38 *Verba cum non possunt referri nisi ad unum, perinde est ac si ad illud essent relata.*
39 *Hæredes non possunt præiudicare dispositioni defuncti & contra uenire facto defuncti, sicut nec ipse defunctus.*
40 *Doctori alleganti consuetudinem, uel sententias latas, non est credendum.*
41 *Iudicandum non est exemplis aliorum iudicum.*
42 *Deceptio non cadit, quando illud dicit se deceptum, est de iure cõi ꝙ contrahens præsumitur scire, & sibi imputare si contrahitur.*
43 *Verba in fine posita ad omnia referuntur.*
44 *Verba generalia per species enumeratas per dictionem, scilicet, restringunt, ut non cõprehendãt aliud quã species enumeratas.*
45 *Generalis promissio & alia uerba generalia semper intelligũtur, ut ad honesta & licita referantur.*
46 *Iuramentum habet in se tacitam dispositionis conditionem.*

RESPONSVM XXV.

¶ An ualeat pactum in contractu matrimonij, ut primus masculus ex eodem matrimonio procreandus habeat, & succedat in medietate quorumcũque bonorum mobiliũ & immobilium quæ habebit in auantagium. Et an testator potuerit illud pactum testando reuocare, & si reuocauerit an hæres filij possit reuocationi contrauenire.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ In præsenti causa de tribus quæritur: primo, an ualeat pactum factum in cõtractu matrimonij per dominum Ioannẽ monasterij, ꝙ primus masculus ex eodem matrimonio procreandus habeat, & succedat in medietate quorũcunque bonorum mobiliũ & immobiliũ ipsius nobilis Ioannis, quę habebit in auantagium absque eo ꝙ habeat conferre dictam medietatẽ alijs liberis. ¶ Secundò quæritur, an testator potuerit istud pactum testando reuocare & reuocauerit. ¶ Tertio an domina Claudia uti hæres Francisci possit contra uenire reuocationi factę per. d. Ioãnem in suo testamẽto.
1 ¶ Circa primum & si sit cõis † opinio pactum de parte hęreditatis nõ ualere, sicut nec de tota hæreditate: ut probatur in l. pactũ ꝙ dotali. C. de pac. ubi late per Dec. & alios mod. per Alex. in l. fi. eo. tit. col. fi. per Pet. de Anch. Imo. &
2 alios in rub. de testamen. in fi. tñ limitaĩ istud qñ † esset de certis bonis, & non de quota hæreditatis: ut per Barr. in consi. 72. ex facto proponiĩ. col. 2. per Dec. in d. l. pactũ ꝙ dotali. & conf. 225. col. 2. & 3. sed in huiusmodi specie facti bonorum mobilium & immobilium medietatis in pactum deducta fuit, sub quibus non cõprehendunĩ iura
3 & actiones † actiue & passiue. l. a diuo pio. §. in uenditiõe. de re iud. Bar. in l. potest. de auth. tut. & ratio, quia iura nõ sũt mobilia, nec immobilia, sed tertia species: ut no. Bar. per illũ tex. in l. quam tuberonis. §. peculio. ff. de peculio. & in ꝯs. 49. illius Petri. & in l. centurio. col. 8. per Ias. de uulga. in l. stipulatio hoc mõ concepta. in fi. de uerb. obli. si iu
4 ra ergo nec continentur non est pars † hæreditatis: ad notata in rub. de acquir. hæred. in l. nihil aliud. de uerb. sign. & dr̃ pactum certorum bonorum legatum donatio si bõa mobilia & immobilia tm̃ sunt cõprehensa: ita respondẽt Bar. & Pau. de Cast. per illũ tex. in l. si qs seruũ. §. fi. de leg. 2. & in donatione bonorũ mobiliũ & immobiliũ, ꝙ sit rerum particulariũ consuluit Dec. in consi. 237. in 2. parte. igitur de primo ad ultimum uidetur istud pactum ualere uti de bonis particularibus, licet sit collatũ post mortẽ & appositũ uerbum succedat: & ita loquiĩ Guido pap. in decis. 267. ibi, ut succedat in domo uel in castro. ¶ Com-
5 probaĩ per textum in l. si quis. C. de donationi. † ubi fauore donationis ex pacto nudo oritur actio: sequunĩ omnes ibi. & in l. iuris gentium. §. quinimmo. de pactis. ꝙ eo magis in hoc casu esse debet cũ dicaĩ in instrõ fauore matrimonij futuri. d. dñm Ioannẽ ꝯsensisse & fauore matrimonij & dotis multa priuilegia ꝯceduntĩ: & in l. j. sol. mat. per Bal. & Campegium in suis tract. de dote. & est casus ĩ l. ad exactionẽ. C. de dotis promis. & in alijs legib. illius tit. in
6 quibus ꝓbaĩ fauore dotis ex pacto † nudo oriri actionẽ. sed hic fuit pactum, cum præsens habeĩ pro ꝯsentiẽte. l. ꝗ patiĩ. mandati. & saltẽ per instrm ratificationis, ubi oĩa contenta in primo instrõ ratificauit, & est inductum pa-
7 ctum, cum sufficiat in † pacto ex interuallo cõsensum adhibere: sm̃ glo. & doc. in l. si stipuler. §. fi. de uer. obli. licet ibi

ibi Imol.& Aret.uideantur sentire contrarium. ¶Ma-
turius uero consideranti ueritas in ꝯrium esse uř si uerba
instrumenti recte animaduertantur. Nā in eo simpliciter
dñs Ioannes uoluit & cōsensit ꝙ filius nasciturus habeat
& succedat in dimidia parte bonorum suorum, nec nota-
rius est stipulatus nomine filij nascituri, nec procurato-
res pro parte fratris uxoris futuræ, nec alij acceperunt .d.
simplicē ꝯsensum & uoluntatē do. Ioannis, ergo illa sim-
plex uoluntas non habet in se ꝯuentionem uel pactū, cū
pactum sit duorū in idē placitus consensus.l.j.de pactis.
& per cōsequens cū ibi non fuerit pactum & ꝯuentio non
8 potest dici ꝙ aliquis fuerit ꝯctus,† cū nullus sit ꝯctus qui
in se pactum non habeat.l.j.§.adeo.de pac. cum simil. &
per istud apparet ꝙ cum nullus ꝯctus adfuit donationem
9 non fuisse, cum donatio † ꝯctus dicatur: ut per gl. & doct.
in l.si donatiōis.C.de his quæ ui metus ue cau.in l. si quis
emptionis.in prin.C.de præscri.30.uel 40.anno.& ita cō-
suluit Bertha.in consi.173.ubi in terminis ita determinat
nec potest dici per præsentiam illorum procuratorum ta
cite consensum adhibitum fuisse per ea quæ uoluit Ange.
in consi.185. Berta habens uirū. ubi uoluit sufficere præ-
sentiā donatarij:& plene per oēs in l.quæ dotis.sol.matri.
qm̄ aduertendum est in hoc casu illos qui præsentes erāt
non tractare de suo cōmodo & utilitate, nec etiā tractare
de utilitate fratris sponsę futuræ a quo prætendūt habere
mandatū, sed filij nascituri: & eo casu non loquunt̄ Ang.
& doct.in locis supra allegatis, sed qñ donatarius pręsens
erat: ergo nihil obst.cum loquat̄ in diuersis terminis di-
10 uersam rationē habentibus, & ex † diuersis nō fit illatio.
l.papinianus.de minor.l.fi. de calum. immò cū non ꝯstet
illos habuisse mandatū ad donationem, seu cōsensum, &
necessario consensus iste non se habebat ad matrimoniū
11 ꝯhendum: ꝙ satis probat, cum non ostendat̄ † mandatū:
ad not.per Alex.in cons.81.lecto. col.5. lib.3. & in consi.
70.in causa.col.penult.& in cons.88.uiso puncto.in fi.uol.
2.& late per omnes in auth.si quis in aliquo. C.de edēdo.
12 sequit̄ ꝙ expresse acceptare non debuisset, cum † diligen-
ter fines mandati sint custodiendi. l. diligenter. mandati.
c.cum dilecta.de rescrip.ita quod in alijs non expressis in
13 † mandatis uř ipsis denegatum fuisse aliquid agere. l. eū
qui duobus.§.filius.de acquir. hæred.not. in l.si maritus.
14 de procu.sed † illi qui expresse non debent acceptare, & si
præsentes sint, non habent̄ pro cōsentientibus:ad not. per
moder.in d.l.quæ dotis. solu. matri. ꝙ absque dubio ad-
misi, & approbaui in lectura. de l. quæ dotis. qñ ille qui
fuit præsens non oīo tacuit, sed de aliquibus locutus est
15 & ꝯxit: qm̄ tunc † ex quo ad aliqua respondit & ꝯxit: quo
ad alia quibus non respondit non uř consensisse. arg.l.cū
prætor.de iud.& c.nonne de.præsum. sed huiusmodi pro
curatores circa alia ꝯxerunt, quo ad istum consensum ni
hil dixerunt, ut in facto præsupponitur, ergo illud non ac
ceptarunt:pro hoc facit gl.in l.illud. quam ibi sequuntur
Bar.Bal.& alij de sacr. san. eccle. per Io. And. in additio.
Spec.in tit.de insti.edit.§. nunc uero. uersi. sed an paupe-
res. & per Ias.in l.qui Romæ.§.flauius.de uerb.oblig.col.
16 penul. ubi donatio † facta ecclesiæ in præsentia plurium
personarū, si nullus nomine ecclesiæ acceptet, nihil ualet,
ergo &c. Itē ꝯsidera ꝙ hic est minus q̃ pollicitatio cū iste
17 simpliciter consenserit & uult, sed non promittit:sed † pol
licitatio non producit naturalem obligationem: ſm com
munē opin.in rub.de uerb.obli.& in rub.de pac.ergo mi-
nus iste ꝯsensus & uoluntas simplex parte huiusmodi præ
sente prolata, si nō est acceptata a parte expresse non no-
18 cet: ut dř in † simili de ꝯfessione per Alex.in cons.19.uol.
4.per Ias.in l.postq̃ liti.col.j.de pact.Ergo ex istis apparet
ꝙ non fuit ꝯctus aliquis donationis simplicis, uel ob cau
sam matrimonij obligatorius cum nulla adfuit conuen-
tio, uel pactum: & dato sine ueritatis præiudicio ꝙ pactū
adfuisset, nihilominus puto nullius momenti esse quo ad
acquirendum filio nascituro, cum per aliam personam ēt
19 matrem alteri descendenti † actio quæri non potest: se-
cundum gl.& Bar.& cōiter docto.in l.pater.C.de pact.ꝯ-
uen.cum concordan.ibi alleg.& in l.debitor.in fine.ff.ad
Treb.Bar.& doct.in l.ꝙ dř.in ulti.col.ff.de uerb.obliga.&
in l.stipulatio.§.alteri.col.j.ꝙ in casu nostro nullam uide
tur habere difficultatem, cum mater noñ fuerit præsens
ꝯctui, & procuratores fratris matris non habebant man-
datum ad hoc, ut diximus:& nihil nomine filij futuri acce
ptarunt:ergo si mater acceptasset, non potuisset ei acqui-
rere: quanto fortius supra dictis accedentibus nihil filio
nascituro acquiri potuit, nec pōt dici fauore dotis per al-
20 terū † acquiri posse.l.caius.sol.matri.per Bal.in tracta.de
dot.in.6.q.prin.in 22.q.quia procedit qñ agit̄ de dote &
acquiritur ipsi mulieri: ſm Bar.& doc.in d.l.caius.sed hic
non agitur de dote, nec de acquirendo mulieri: ergo non
21 facit ad propositum, & illa † uerba fauore matrimonij si-
gnant causam impulsiuā:Oldr.in cons.5. Alberi. in rubri.
C.de donat.Alex.in cōs.14.uol.j.col.2.& casu quo deno-
tarent ēt finalem non sunt ualida ad inducendum ꝙ alius
possit alteri stipulari sup his quę nō sunt de dote, & alijs
personis q̃ mulieri, cū iure cautum nō reperiatur, & regu-
la sit in contrarium:& dispositio.d.l. caius. sit exorbitās,
nec militat omnimodo ratio non debet extendi regula,
quæ exorbitāt.de reg.iuris.& plene.l.si ꝯstante.sol.matr.
¶Confirmat̄ etiam præsupposito pactum adfuisse, & per
matrem filio acquiri potuisse: ꝙ tñ dico in hac facti spe-
cie actionem non producere, & ita donationē inefficacē
esse:& cōsidero ꝙ hic est donatio præsumpta.Nam qñ di-
xit ꝙ consensit non dixit ex qua causa, & intelligitur ex cā
22 † donationis.l.campanus. de operis liber. notatur in l.a
Titio. de uer.obli.ꝙ intellige ut declaraui in.l.cum quid.
si cert.pet.post alios. Nam licet dixerit fauore matrimo-
nij, illa non est cā finalis, sed impulsiua: ut supra dictū est
post Oldr.& alios citatos: & casu quo illa esset cā finalis,
tunc esset donatio pſumpta, cū nō est expressum uerbum
dono ob causam ad fauorē matrimonij. mō licet dona-
tio hodie pacto nudo inducta producat actionē. l.si quis
23 argentum.C. de donat.tñ qñ est donatio † præsumpta ex
pacto non producitur actione duo singularia circa idem
ꝯcurrant. ſm Ray.Bal.Ange.Pau.de Cast.Alex.in §.sed cū
nulla.in l.iuris gentiū.de pactis.Imol.Roma.in l.in ędib.
de donationib.Guid.Bar.Ias.& cōiter doct.in d.l.iuris gē
tium.§.quinimmo. de pact.& etiā non habet locum. d. l.
24 † si quis argentū. in donatione ob causam propter uerbū
ibi positum liberalitatem plenam:per Ray.Alberi. Guid.
Bar.& Ias.& quamplures alios in d.l.iuris gentiū.§.quin-
immo.de pact.quam opinionem maxime reputo ueram,
si non uolumus dicere ꝙ ex necessitate saltē causatiua ut
ꝯheretur matrimonium ille nobilis Ioannes consensit, cū
tunc nullo mō adest mera liberalitas.Præterea ultra præ-
sumptam donationē ex parte donantis adest præsumpta
uoluntas ex parte recipientis, cum expresse non accepta-
uit, quæ sufficit ut non oriat̄ actio ex donatione: ſm Dec.
in rub.de pac.in l.semper qui.de reg.iur.& in cōsi.245.ꝙ
quidem accedētibus supra deductis uerissimum puto.&
alias de eius ueritate dixi in d.rub.de pac. ergo nullo mō
possumus dicere consensum istum ualere in uim donatio
nis, cū noīe filij non adfuit stipulatio, nec pactū, & stipu-
latio per alteram personam, ēt matrem, filio acquiri non
poterat, & pactū nō poterat perducere actionē, ēt fauore
donationis, cū donatio non solū sit præsumpta, sed etiam
ob causam:quibus casibus concurrentibus. l.si quis argē
tum.non habet locum absque aliquo contradictore: ergo
iste consensus nullius momenti fuit:& est: non omitto ēt
ꝙ fauore dotis non datur duplex specialitas, in l. j.de do.
promis.& in §.gener.l.cum post.de iur. do. Sed hic plures
adessent specialitates.ergo nec fauore dotis pōt ualere, da
to ꝙ fauor dotis in hoc casu sit considerabilis, & si supe-
rius id negauimus. ¶Primum speciale esset præsumpta
donatio:ꝙ speciale.Bar.& cōiter doc.reputant in d.§.qui
nimmò. ¶Secundum ꝙ ex pacto nudo orietur actio.
¶Tertium quod per alterum alteri acquireretur.
¶Vltimò istud probat̄:nā istud pactū est de dimidia here
ditatis, cū in hoc casu appellatiōe bonorū mobiliū & im
25 mobiliū, ꝯtinent̄ iura & actiones propter uerbū † quorun
cunq; ut in terminis ponūt Moderni in l. mouentium. de
uer.sig.& in l.unius.§.cognitor.de qō. & uerbū succedat
26 † signat obuētionē post mortē ac acquisitionē hřditatis:
ut not.

ut no.in l.cẽturio.de uulga.faciũt no.per Soci.in cõs.30. quãuis.in 1.uol.cũ uulgarib.& maxime in hoc casu pp il la uerba,si habilis reperiatur ad succedendum, quæ uerba conferunt actũ & substãtiã actus post mortẽ & tpe succes sionis,cũ conditio suspendat:ut in l. j.de cond.& demon.
27 & ex illo uerbo succedat,& ad succedẽdũ geminato † eni xa mẽs disponẽtis demõstrat ut in clc.1.in gl.ĩ uerbo,diç cesanos.de iur.patr.ex quib. apparet.d.proferentẽ intelli gere de successione post mortẽ:sed pactũ & stipulatio de parte successionis fauore dotis & mrimonij,nõ valet. d. l.pactũ qđ dotali.de col.cũ alijs supius allegatis:vbi licet ualeat matrimoniũ & nõ possit rescindi pactũ,tñ cõtẽpla tione matrimonij factũ nõ valer, & ex his oib.saltẽ simul iunctis puto pactũ & consensum non ualere. ¶ Non obst. adducta in cõtrariũ.& primo qđ pactũ post mortẽ aliqñ ualer,qm hic non est pactũ,sed simplex consensus,qui mi noris est efficaciç quã pollicitatio.nec per partẽ fuit acce pta,nomine filij nasciturì, cuius cã principaliter pactũ vř appositũ,cum ad eius commodũ,& † emolumentũ prin-
28 cipaliter spectat.arg.no.per Bar. in l.fideicommissa.§.in-terdũ.de leg.3.per illũ tex.& casu quo esset pactũ esset nul lũ uti de futura successione,& cõtraria loquuũtur qñ in re particulari habeat succedere : & casu quo sit aliquid esset pactũ præsumptũ, ac hẽt in se alia specialia, de quib.s.& doc.qui tenẽt ꝙ possit acquiri primogenito auãtagiũ nõ
29 loquũtur in hmõi casib.si bene considerent:nec † possunt extẽdi pp rõnes supra deductas:& ita puto dños arbitros iudicaturos,nec loquũrur qñ pactũ fuit factũ ab eo qui uti libera persona nõ poterat acquirere, & multa specia-lia cõcurrebãt prout hic currũt,ut supra demõstrauimus. & ad l.si quis argentũ.de don.& ad l.ad exactionẽ.respon sum est. ¶ Nõ obst.instrm ratificationis, quia cũ pactum uti de parte hæreditatis sit nullũ,nõ potuit ratificari,cum
30 qđ nullũ † est ratũ haberi nõ põt:ur late per Rom.in con si.160.Ang.in cons.208.Pet.de Anch. in cons.122.unus. ¶ Itẽ cũ rõne dominç Ludouicæ & eius fratris nõ fuit ad-hibitus cõsensus succedendi,sed nomine filij nasciturì ab illis nõ potuit haberi ratũ.Nã qđ nomine meo nõ ẽ gestũ
31 † ratũ habere nõ possum.l.si pupilli.§. si ego.de neg. gest. l.si seruus.de preca.c.cũ qs de sent.excõ. ¶ Tertiò dico ꝙ nõ possumus dicere ꝙ sit acceptatus ille consensus nomi-ne filij,ut ex uerbis ꝯctus apparet.Nã ibi expresse declarat
32 quod nomine suo & sororis ratificat, & nihil de filio:† & qđ est omissum hr pro omisso. l. quicquid astringẽdæ.de uer.obl.& includẽdo unũ aliud excludit. l. cũ prętor.de iud. ¶ Itẽ restringit illã latissimã ratificationẽ ad ꝯiũcta per suos procuratores, & ex uerbis ꝯctus apparet:sed sui procuratores circa hunc consensum succedendi nihil ege rũt:ergo intrepide dici põt ꝙ consensus succedendi adhi-bitus nomine filij non fuit ratificatus:cum uerba genera-lia sint restricta,& ratificari nõ poterat, & ratificatio non ualuisset rationibus de quib.supra Nec põt dici quod ille consensus habeat robur a contractu : quia no. per doc.in
33 l.legẽ.C.de pact.& in l.lecta.si cer.pet.non loquũtur † in simplici cõsensu,nec qñ pactũ erat pro tertio minus quo-que obstant illa uerba filius hæres habeat in auantagium nec teneatur ꝯferre,quasi testõr uelit quod licet sit institu tus illa sint sua præcipua:qm procedunt ab intestaro, uel ex testõ,in quo collatio potuisset habere locũ,ut quia alij filij uel filiç essent institutç in iure vři, secus quãdo quota
34 bonorũ uel re particulari,quo † casu nõ hẽt locũ collatio ut per oẽs.in l.si emancipati. de colla. itẽ procedit reb.sic
35 stãtib.,put quælibet dispõ † intelligit.l.ꝙ seruus. de con. ob cãm.sed hic filiç fuerũt uocatç ad dotẽ & legitimã,& sic nõ ad partẽ hrditatis.itẽ donationes fuerũt reuocatæ, ergo illa uerba ꝯctus nõ faciũt ad propositũ,cum loquã-tur in alio casu.Et ex his licet sint resoluta oĩa dubia,nihi lominus ut de ueritate pręsentis causæ clarius appareat, & conscientiæ dñorũ iudicãtium magis satisfiat data do nationis ualiditate absq; præiudicio ueritatis aggredior fm,& vř quod nõ potuerit reuocari. arg. not.per Io.Fab. Bal.& Saly.in l.j.C.si mãci.ita uen.ne prostit.ubi quis ubi
36 non potest remittere pactũ factũ in † fauorem alicuius, & infert ad istã.q.& facit quia alias deciperent ꝯhẽtes mri-

moniũ qui apponũt ista pacta : & ita cõnsuetudo recepit: ut attestantur apostil.dec.Tolos.in dec.453.ubi dicunt se audiuisse ita sæpius iudicari,ut ibi per eos:& ad hoc mul tũ facit instfm ratificationis, ubi promisit nõ ꝯuenire,& iurauit.d.nobilis. ¶ Quib.non obst.teneo ꝯriũ & breuib. me explico & dico,præsupposito in facto qđ donator re-uocauerit donationẽ antequã donatarius absens ratã ha buerit quod ipse donator potuit de iure illã reuocare ad
37 libitum in præiudiciũ † ipsius donatarij,dato sine præiu-dicio ueritatis,ꝙ notarius stipulatus fuisset filio nascitu-ro:per rex.in l.si ego. de neg. gest. per theoricã scribentiũ in l.qui absen.de dona.ubi absenti ius donationis nõ ac-quiritur antequã ratũ habeat factũ:ut no.per ..lex. in l.ꝙ meo.in prin.col.2.de acq.pos.ubi loquitur de constituto facto noĩe absẽtis.p Anr.de Bu.in c. cũ uenissent.de rest. spo.per Rotam in dec.cl.incip.licet amicus. ¶ Et ideo an te ratificationẽ ad libitũ reuocari potest, prout in termi-nis ꝯsuluit Pau.de Cas.in cons.197.in dubio.2.ubi respon det ad stipulationẽ notarij,ut per eũ.& idẽ ꝯsuluit.in ꝯsi. 182.in nouis.& idẽ uoluit in l.illud.circa fi. C.de sac.san. eccl.& ita determinauit Dec.plura allegãdo in l.ꝯctus.de de reg.iur.col.5.in consi.226.uol.2.plura alleg.& ita etiã uoluit idẽ in cons.464.uol.4.& per Bertrã. in d.cons.173. & in cons.1.uol.2.licet de quamplurib.supra allegatis mẽ tionẽ non faciat:& sępius ita consului & plures authorita tes adduxi,& per rõnes id uerissimũ esse late demõstraui, quæ in hac cã nõ adduco ranquã nõ necessaria, cũ in psen ti cã res absq; aliqua difficultate se habear, cũ hic pactũ nõ interuenit,uel saltẽ stipulatio notarij noĩe filij nascitu ri:quib. casibus nullus,si bene aduertat, adest ꝯdictor ma gni põderis:& casu quo possit dici adesse pactũ est psum-ptũ,& nullus loquit in psumpto pacto, & eo magis cũ ap pareat donãtẽ in testõ reuocasse donationẽ de bonis suis
38 factam,& instituisse hrdẽ.d.Francis.quæ † uerba de neces sitate ad hanc donationẽ referũt,cum de alia uõ cõstet.ad no. in l. j. & 2. de lib.& posth.& si de alia ẽt ꝯstaret,& pp sui generalitatẽ ad oẽs referrent.arg. l.j.§.generaliter.de leg.præst.& in l.j.§.qđ autẽ.de aleato. & in l. cum lege.de test.& cum præsupponatur do.Francis. adijsse hæreditatẽ dicti patris reuocantis in dicto testõ donationẽ,& obser uasse uoluntatẽ defuncti, ex qua aditione & obseruantia testamenti liquidissime apparet approbasse. d.Franciscũ uoluntatem,& restamentum.d.Ioannis, & per ꝯns reuoca tionẽ factam dicto testõ sicut. d. Franciscus hæres factus
39 † nõ potuisset uenire ꝯ factum defuncti.l.cum a matre.de rei uend.l.ex qua persona.l. hæredem. de reg.iur.quia re-putatur eadẽ persona cũ defuncto.§.j.in auth. de iureiur. a moriẽ.pręst.& ita dicit Fulg.in consi.77.paterfa.Pet.de Anch.in consi.26.& ideo dixit Rom. in cõsi.18.uisa facti. quod filij hæredes non possunt pręiudicare dispositioni te statoris.& late per Dec. consi. 447. uol.4.& alibi sæpe:& maxime quia non confecit inuentarium, ita nec Claudia uti hęres ab intestato.d.Francisci potest dicere aliquid dç donatione reuocata,& Ioannẽ donationẽ reuocare non potuisse in testamento, cum Franciscus ex cuius persona uult uenire iam approbauir dictum testamẽtum,& factus est hæres.d.Ioannis reuocantis,ita qđ præsens casus nul-lam uidetur habere difficultatẽ, cum Franciscus non po-tuisset ꝯuenire:ergo nec Claudia ueniẽs ut hæres & ex per sona.d.Francisci d.l.hæredem.& l.nemo plus. cum uulga rib.de reg.iur. Et ex his apparet resolutio tertij dubij,& quod d.d.Claudia uti hæres Francisci non potest contra-uenire reuocationi factæ per Ioannem. ¶ Non obst.ad-ducta in contrarium,quoniam communis opin.est in con trarium:ut probatur in d.deci.Tolo.453.iunctis adductis per apostil.& per doc. in d.l. fi. & l.pactum quod dotali. de colla.& pro communi iudicandum est: ut per Io.And. & omnes in c.1.de consti. & do. Io.Fabr.in l.j.si serui.&c. non est curãdum eo magis,quia ibi solum infert ad.q.ali bi:ur in l.j.de sac.san.eccl.& in d.l.fi.de pac.determinat ꝙ possit reuocari,nec etiã nõnulla allegata in contrariũ per apostil.d.dec.Tolos.aliquid faciunt, cum non loquantur in ista quæstione,licet nõ uelint posse reuocari id quod tẽ dit principaliter in fauorẽ alterius,sed loquuntur in alijs termi-

terminis,nec ita debebat erigere cornua contra cōmunē, authoritatibus eorū qui quando principaliter loquuntur de ista quæstione tenent cōem,nec creditur ei allegāti cō
40 suetudinem & sententias † latas cū sint facti:ut per Ias.in l.de quib.de leg.per Alex.in l. post dotē.sol.mat.per Are. in consi.132.per Corn.in consi.83.lib.4.¶Præterea dicit
41 imperator exemplo † aliorum non esse iudicandum,in l. nemo.de iur.om.iud. & æquitas considerata per eum pp deceptionē non est in consideratione, cū istud sit cōe ius qđ quis præsumitur scire.l.regula.de iur. & fa. igno.ideo sibi imputandū est si ɔ̄hit eo modo,nec cadit deceptio,cū
42 præsumitur † scire naturā rei,& ita æquitas est contra eū qui uoluit ita contrahere . Præterea etiā retenta sua opin. quę iudicio meo nō est tenēda,nō obstat cū illā restringit ille doctor qñ interuenit stipulatio , & ab eo qui poterit acquirere ut hic nulla interuenit stipulatio,nec ab eo qui pōt stipulari:ut in primo quęsito late dixi. ¶Non obstat ꝙ in instr̄o ratificationis promisit & iurauit non contrauenire,quia illa uerba fuerunt prolata aduersus ratificationem,ut in dicto instr̄o expresse dicitur. Igitur uidendū est an ratificauerit ipsum consensum & uoluntatē,& dico ꝙ non.qm̄ in instr̄o specialiter nullū fit uerbū de illo consensu succedendi nomine filij nascituri adhibiti,ergo non includit,cū quicquid est omissum hr̄ pro omisso.d.l.quicquid astringēdę.de uer.obl.nec sub illis uerbis generalibus comprehēditur dū approbat dictos tractatus & ɔ̄ctū matrimonij de se & de domicella Ludouica &c.quoniā ille consensus succedendi non est nec tractatus , nec ɔ̄ctus matrimonij,cū habeant in se cōuentionē utriusq; ɔ̄hētis colloquium.arg.l.& si amicis. de adult. & l.labeo.§.contractū.de uer.obl.& ille est simplex uoluntas unius. Item quia sunt restricta illa uerba ad.d.Ludouicā,& ipsum Ioā
43 nem per subsequētia uerba de se,quæ cū sint in fine† posita referuntur ad omnia.l.talis scriptura. de leg.1.c.2.requiris.de appel. & maxime pp naturā dictionis de, & ita nōn approbat aliquid quod sit filij futuri. Itē per illa uerba subsequētia in sequendo promissa:sed ille simplex consensus non habet in se promissionem , ut supra dixi : ergo non loquitur in ratificatione de illa simplici uoluntate. Præterea dico & si sub istis uerbis tractatus posset comprehendi,iste consensus tñ comprehendi non debet,& illa uerba generalia prius posita per enumerationē specierum promissarū in dicta ratificatione expressarum restrin
44 guntur,ut † non cōprehendant aliquid ultra species enumeratas in ratificatione,maxime quia adest dictio scilicet,istud est dictū Bar.approbatū in l. quæsitū.col.4.in 3. q.in uersi.aut constat ut per.i.scilicet &c. de fund.instruc. alleg.l.legata.de supelle. leg. facit. l.sed si adijciatur.ubi Bart.pro soc. ¶Præterea & si non uelles ꝙ illud iuramentum & promissio referrentur ad conuentionē ratificationis prout uerba sonant,non debent referri ad istam uolūtatē simplicem de uniuersali successione partis bonorū, cum sit cōtra bonos mores & sermo generalis ac promis-
45 sio semper interpretatur,ut † referatur ad honesta & habilia.l.ut gradatim.de mun.& hono.& plene per omnes in l. 3.§.nunc.de nou.ope.nunc.immo casu quo expresse se referrent ad illam uolūtatem , quod tñ uerum non est, dico ꝙ iuramentum & promissio habent in se conditionem dispositionis collatæ in absentem si acceptabit, & cum acceptauerit & interim potest reuocari : ad no.in l.qui absen-
46 ti.de dona.& dixi supra cum iuramentum semper in † se recipiat tacitam actus ɔditionem:ut no.in l.fi.de non nu. pecu.& in l.fi.qui satisd. cog. per Ang. in cons.315.statuto cauetur.Roma.consilio. 249. non est dubium. Aret. in consilio cum uulga. & hæc sint dicta ex abundanti , cum hæres non possit uenire contra factum defuncti , etiā inualidum,ut in iuribus supra allegatis : ergo minus Claudia hæres hæredis qui approbauit testamentum & reuocationem in eo contenta quamuis esset inualida contrauenire non potest. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Matre exclusa censentur omnes coniuncti per matrem exclusi. quod declara ut infra nu.58.& seq.*
2 *Filia non debet habere maius ius in bonis auiæ quam matris.*
3 *Intellectus absurdus euitandus est.*
4 *Mater & auia a iure æquiparantur.*
5 *Quoties duo sunt æquiparata dispositum a lege noua in uno,habet locum in alio.quod declara ut infra nu.63.cum seq.*
6 *Quod habet locum in pœnalibus correctorijs & exorbitantibus.*
7 *Statutum excludens fœminas propter masculos fauore masculorum est principaliter introductum.*
8 *Ratio fauoris masculorum est unica , & habetur pro expressa. quod declara ut infra nu.30.& 49.*
9 *Extensio est licita ubi ratio est expressa.*
10 *Extensio est licita,ubi tantum unica ratio potest assignari.*
11 *Expressum dicitur quod ratione comprehenditur .*
12 *Verbum masculos.prolatum a statuto,uidetur gratia masculinitatis non agnationis prolatum.quod declara ut infra nume.51. & sequentibus.*
13 *Statutum loquens in una persona extenditur ad aliam quæ late sumpto uocabulo comprehenditur, quod declara ut infra num. 32.& 66.*
14 *Statutum ubi permittit decidi per simile,uidentur cessare regulæ prohibitiuæ extensionis.quod declara ut infra nu. 67. cum seq.*
15 *Rubrica quando est generalis,uel indefinita,licet nigrum sit particulare,tamen per rubrum extenditur.*
16 *Statutum excludens filiam ab hæreditate matris, excludit etiam ab hæreditate patris propter rubricā indefinitæ positam . quod limita ut infra nu.72.& 73.*
17 *Statutum excludens ascendentes per lineam fœmininam, habet locum in descendentibus per lineam fœmininam propter generalitatem rubricæ.*
18 *Rubrica generalior nigro ampliat nigrum , & dicitur de textu.*
19 *Differentia sexus est hodie sublata.*
20 *Argumentum a sufficienti partium enumeratione est ualidum in iure.*
21 *Casus omissus a statuto remanet sub dispositione iuris communis.*
22 *Verbum quod potest capi large & stricte,debet capi stricte in statutis contra ius commune .*
23 *Interpretatio sumitur,ut minus derogetur iuri communi, etiam cum improprietate.*
24 *Verbum quod potest unum & duo operari,interpretatur ut unū tantum operetur in statutis.*
25 *Appellatione matris non uenit auia, quando tractatur de exclusione beneficij iuris communis.*
26 *Verbum auus,magis se habet ad auiam quam uerbum matris.*
27 *Aui appellatione non comprehenditur auia in statuto excludente fœminas.*
28 *Statutum quando facit mentionem de patre & de auo paterno, deinde solum de matre , non debet habere locum in auia materna.*
29 *Fratris appellatione non uenit soror, quando in alia parte dispositionis est facta mentio filij & filiæ separata.*
30 *Ratio si non est expressa,non præsumitur unica, sed plures,& ex præsumpta ratione non potest argui.*
31 *Extensio in correctorijs,ubi non est expressa ratio,nec unica præsumitur,non admittitur.*
32 *Extensio de persona ad personam non admittitur , ex identitate rationis.*
33 *Statutum excludens amitam,non extenditur ad materteram.*
34 *Quod procedit etiam ex maioritate rationis.*
35 *Statutorum exclusiones sunt quædam exhæredationes,ideo nominatim fieri debent .*
36 *Argumentum a maioritate rationis,non ualet in restringibilibus secundum Ioan.And.*
37 *Statutum loquens de nepotibus masculis, ex filijs masculis,nō habet locum in nepotibus ex fœminis.*
38 *Ablatiuus absolutus importat conditionem.*
39 *Forma proprie adimpleri debet.*
40 *Formæ nec addi,nec minui potest.*
41 *Statutum si excludat aliquā fœminam propter masculum, si non extat masculus fœmina succedit.*
42 *Verbum,dictum,signat quod expresse fuit nominatum.*
43 *Statutum excludens propter descendentes prædictos, si adsunt alij descendentes,non excludit.*
44 *Statutum per inclusionem unius masculi contra fœminas , alios mascu-*

masculos excludit.

45 *Extensio fieri non debet quando resultaret uerborũ superfluitas.*

46 *Extensio impeditur propter uerbum sæpius geminatum, ac sæpius triplicatum.*

47 *Extensio non admittitur, nec impropriatio quando duæ sequerentur improprietates.*

48 *Filij appellatione non uenit nepos ex filio quando statutum uult uerba intelligi prout iacent, ubi plura de illa clausula.*

49 *Ratio statuti excludentis fœminas, principalior & potior uidetur illa de conseruanda agnatione licet plures præsumantur.*

50 *Statutum excludens fœminas gratia conseruandæ agnationis, nõ habet locum in personis in quibus non conseruatur agnatio.*

51 *Masculi sustinent onus.*

52 *Statutum non obstantibus his uerbis, & ex linea masculina, uendicat sibi locum in linea materna, quod declarat ut in sequentibus numeris.*

53 *Communis opinio est statutum fuisse introductum ratione agnationis, & non masculinitatis, & in casu Ias. ideo est quia factum est uerbũ nõ solũ de matre, sed de omnibus ascẽdẽtibus fœminis.*

54 *Mater dicitur de agnatione mariti, secũdum cõem usum loquẽdi.*

55 *Dictiones uniuersales faciunt uenire in dispositione id quod alias non ueniret.*

56 *Verbum ex linea masculina descendentes, uerificatur in descendentibus ex fœmina aliquo modo.*

57 *Dictio ex, signat mediate aliquando ex larga significatione.*

58 *Separata separatorum debet esse dispositio.*

59 *Statutum excludens filiam ab hæreditate matris excludit ab hæreditate auiæ.*

60 *Statutum excludens proximiorem, non censetur excludere remotiorem quãdo ratio excludẽdi proximiorem cessat in remotiori.*

61 *Dispositio statuti præcedentis seu regula procedit in dubio, secus in casu claro.*

62 *Regula legis, si uiua matre. C. de bonis maternis, loquitur in exclu so, non autem in eo a quo excluditur.*

63 *Ratio diuersa reformat dispositionem.*

64 *Aequiparatorum idem est iudicium quando sunt æquiparata in omnibus.*

65 *Aequiparatio consideranda est in eadem materia.*

66 *Aequiparationis ratio non attenditur quando uerba dispositionis repugnant.*

67 *Extensio ad casum late sumpto uocabulo non fit quando uerba repugnant.*

68 *Statutum disponens quod procedatur de similibus, intelligitur prout res patitur, item salua proprietate uerborum, & ut non contradicat alteri.*

69 *Statutum interpretatur, ut concordet cum alio statuto.*

70 *Statutum disponens ut procedatur de similibus ad similia debet intelligi dummodo non corrigatur ius commune.*

71 *Statutum recipit interpretationem a iure communi.*

72 *Correctio non debet fieri per tacitos & subauditos intellectus.*

73 *Consilium Pau. de Cast. 334. de quo per Dec. & alios in l. 1. si cer. pet. limita quando uerbum successionis non est expressum.*

74 *Tacitum & subauditum non extenditur.*

75 *Consilium Pauli de Castro de quo supra, & Bal. limitatur, quando in nigro sunt uerba quæ repugnant, uel sunt geminata & prolata per modum formæ.*

RESPONSVM XXVI.

¶ Vtrũ statutum excludẽs filiam ab hæreditate matris si sit dotata intelligatur excludere ab hẽreditate auiæ maternæ.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ Videtur Tiberium præferendum fore Lucretiæ & Catarinæ sororibus suis in hæreditate Leonoræ auiæ maternæ uirtute statuti positi sub rubrica. Quod mulier dotata sit contenta dote sua multipliciter põderando. ¶ Et primo, nam dicitur si fuerit mulier dotata a fratre carnali excluditur ab hæreditate matris, ergo fortius ab hæreditate auiæ maternæ, cum coniũgatur auiæ per matrem. argumento eorum quæ ponit Bar. in l. ij. §. uidendum. ff. ad senatuscon. tertul. quem sequuntur Fulgo. Paul. de Cast. & Alexan. in l. illam. C. de
1 collat. ubi † matre exclusa cẽsentur omnes coniuncti per matrem exclusi, licet sit facta mentio tantum de matre, cũ sint coniuncti ex infecta radice. ¶ Et secundo bene facit. l. si uiua matre. C. de bon. mater. cum concordant. Sed si excluditur ab hæreditate matris cuius uiscerum portio est, ergo fortius ab hæreditate auiæ excludi debet. auth.
2 multo magis. C. de sac. sanct. eccle. & quia absurdum † resultaret quod filia maius ius haberet in bonis auiæ quam
3 matris quæ est in proximiori gradu, sed † absurdus intellectus euitandus est. l. nam absurdum. de bon. liber. Ergo dici debet quod si excluditur mulier ab hæreditate matris fortius ab hæreditate auiæ maternæ. ¶ Tertiò, con
4 sidero quod mater † & auia sunt a iure æquiparata tam in onere quam in honore. authen. matri & auiæ. C. quando mul. tutel. officio fung. poss. authen. defuncto. C. ad tertu.
5 † Sed quoties duo sunt æquiparata a lege antiqua & superueniat lex noua, disponens in uno de æquiparatis habet locum in alio. l. si quis in uno. cum gl. & ibi Bar. & alij.
6 C. de furt. quod habet locum etiam † in pœnalibus: secundum gl. & Abb. in c. multa. de præb. & dicitur ista extensio passiua quæ habet locum in correctorijs & exorbitantibus. l. j. §. lex falcidia. ff. ad l. fal. & ibi Bar. Alex. & omnes: ergo statutũ excludens mulierem dotatã a fratre ab hæreditate matris, excludere dicitur ab hẽreditate auiæ maternæ cũ mater & auia sint æquiparatæ: & dispositum in uno habeat locum in alio. ¶ Quartò considero quod statutũ
7 excludens fœminas propter masculos est † introductum principaliter fauore masculorum, licet in consequentiam tendat in odium fœminarum, & reputatur fauorabile attẽta principali intentione: ut no. in l. qui exceptis. de condi. indeb. arg. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. ¶ Et istam opinionem quod sit fauorabile istud statutum tenet Io. de Ana. in consi. 89. uisis. Pet. de Anch. in consi. 112. superstite. idem Io. de Ana. in consi. 69. pro breui. ubi dicit quod ista est communis opinio. per Franc. Cur. in consi. 9. per Corn. in consi. 127. lib. 1. consideratis. & ista ratio fauoris
8 masculorum etiam † si nõ sit expressa cum unica sit habẽt ac si esset expressa. gl. in l. quamuis. C. de fideicom. & ibi Bal. & Pau. de Cast. Imo. in l. fi. ff. de hæredibus institu. Sed
9 † qñ ratio est expressa in lege uel † unica tñ põt assignari
10 tunc licita est extensio etiam in correctorijs. tenẽt Pau. de Cast. Raph. Cum. in l. si uero. §. de uiro. ff. sol. mat. per Alex. in l. si cõstante. in prin. in 6. col. ff. sol. mat. Et ideo est quia ista non est extensio sed comprehensio, & dicitur uerbis ra
11 tionis † comprehẽdi sicut sub genere. Bal. in l. de quibus, ff. de legib. in 5. col. & in l. post fratres. C. de legit. hæredit. ergo cum fauor masculorũ ita militet in hæreditate auiæ sicut matris, statutum loquens de matre habebit locũ in auia ex identitate rationis, & erit non uigore extensionis sed comprehensionis, & maxime quia sumus in fauorabilibus, ut dixi. in quibus quam facile admittatur extensio neminem latet: ut per omnes in d. l. si constante. ff. sol. ma. ¶ Nec obstant uerba statuti quæ uidentur cõstringere il
12 lud ad natos ex masculis, † quia illud fuit factum gratia masculinitatis non agnationis: & ideo masculi ex fœminis possunt uenire: ut per Ias. in consi. 115. col. 4. ¶ Quintò facit: nam appellatione matris uenit auia saltem lato sum
13 pto uocabulo, † sed dispositio loquens in una persona extenditur ad aliam quæ lato sumpto uocabulo comprehẽditur, etiam si sumus in odiosis & exorbitãtib. l. filium habeo. ad Macedonia. cũ simil. ergo quãto fortius hoc statutũ loquẽs de matre cõprehẽdit auiã, cũ sumus in fauorabilib. ¶ Et quod in istis statutis excludẽtibus fœminas pp masculos appellatione matris ueniat auia materna, etiam si fiat mentio matris in capite exclusiuo, consuluit principaliter Corn. in consi. 188. in præsenti uol. 2. ¶ Sextò probatur per aliud statutũ illius loci sub rubrica per quæ statuta & iura &c. ubi deciditur quod ubi statuta non loquerentur expresse debeat procedi de similibus ad similia in statutis huius uoluminis, sed mater & auia æquiparãtur & similes sunt adeo quod una uenit appellatione alterius, ut diximus. s. Ergo cum statutum de quo agitur loquatur in matre, & non faciat expressam mẽtionẽ de auia: & orta sit quæstio circa auiam, & uirtute statuti de quo supra qõ nõ est expressa in statuto, & debeat decidi per simile expressum in

sum in statuto,utique erit decidēdum per statutū loquēs
de matre,cum maius simile nō possit reperiri, ut ita dicā:
14 & hoc casu omnes regulæ prohibitiuę † extensionis uidē
tur cessare,cum ex dispositione expressa hoc permittatur.
¶ Vltimo considero rubricā illius statuti quæ est genera-
lis,& ita est apta ad successionem rerum auiæ sicuti rerū
matris. Nam dicit mulier dotata sit contenta dote sua,&
hoc fuit dictū pp successiones,& sic est indefinita,& se ha
15 bet ad omnes successiones:quo casu qñ rubrica est † ge-
neralis uel indefinita,licet statutū sit particulare,& loqua
tur respectu certę personæ, tñ hēt locum etiam in alia per
sona propter rubricam generaliter,& indefinite positam.
¶ Et ideo Pau.de Cast.in consi.334. præsens casus.col.4.
16 dicit quod quamuis † statutum excludit ab hæreditate
matris filiam,tamen erit etiam exclusa ab hæreditate pa
tris propter rubricam indefinite positam. ¶ Et dicit Bal.
17 in cōsi.316.an † statutum.1.lib. quod statutum excludēs
ascendentes per lineam fœmininam habebit locum etiā
in descendentibus per lineam fœmininam propter gene-
18 ralitatem rubricę. ¶ Et ratio, † quia rubrica genera-
lior nigro ampliat nigrum, & dicitur de textu: ut plene
notatur in rubri. si cer.pet. ¶ Si ita est in casibus supra
adductis,fortius in casu nostro hoc esse debet, tum pro-
pter absurditates,tum propter casus æquiparatos identi-
tatem rationis similitudinem nominis appellationem,ac
alterius statuti declarationem. ¶ Maturius uero consi
derans dico ueritatem esse in contrarium, & omnino de
iure Lucretiā & Catarinam sorores successuras fore, una
cum Tiberio fratre in hæreditate auiæ maternæ. ¶ Et
præsuppono quod de iure communi fratres & sorores
æqualiter succedunt in hæreditate auiæ maternæ,cū sint
in pari gradu.l.iurisconsultus.§. transeamus.de gradib.
19 st.& est † sublata differentia sexus.l.maximum uitium.C.
de lib.præte.& est tex. in §. quia uero. & in §. nullam. in
auth.de hæred.ab intest.uenien. ¶ Et sic istę feminæ ha
bent intentionem fundatam de iure communi, solum igi
tur uidendum est an statutum,de quo supra factum est uer
bum,excludat has fœminas in hæreditate auiæ maternæ
& profecto neminem integri animi rectique iudicij puto
iudicaturum esse in hoc casu iuri communi per statutum
derogari,& sic fœminas excludi. Ad quod demonstrandū
multipliciter moueor. ¶ Et primo considero quod si
hic casus a statuto decidatur bifariam contingere potest,
20 uel quia uerbis exprimatur,uel quia ratione statuti com-
prehendatur:sed nec uerbis nec ratione complectitur,er-
go † per locum a sufficienti partium enumeratione:iuxta
no.in l.patre furioso. de his qui sunt sui uel alieni iur.&
in §.omnium institu. de actio. nullo modo deciditur iste
21 casus in statuto,sed ut penitus † omissus remanet sub di-
spositione iuris communis.l.commodissime.de lib.& po-
sthu.l.si extraneus.de condict.ob causam.quod autē uer-
bis non exprimatur patet in dicto statuto,ubi in nulli sui
parte fit uerbum de auia materna. ¶ Nec potest dici
quod ex quo fit uerbum de matre dicatur etiam facta mē
tio de auia materna tanquam comprehensa saltem lato
sumpto uocabulo appellatione matris: quia respondetur
22 ꝙ in statutis correctorijs † uerbum quod potest accipi
large & stricte debet capi stricte,cum materia statutorum
sit stricta,argumen. notatorum per Bar. & docto. in l.ta-
lis scriptura.ff.de legat.1.ergo tantum pro matre.Et quia
tractatur de derogando iuri communi, quo casu ut mi-
23 nus derogetur † fit interpretatio, etiam cum impropria-
tione uerborum.Abb.& alij in c.cum dilect.col.fi.de con
suetudi. ¶ Ergo fortius non debet recedi a proprieta-
te,ut minus derogetur iuri communi. ¶ Sed hic recede
retur a proprietate si appellatione matris ueniret auia cū
derogatione iuris communis:ergo nullo modo debet ue
nire,& bene facit dictum Anto. de But. in c.dilecti.de fo.
24 competen.ubi † uerbum quod potest unum & duo opera
ri si sumus contra ius commune debet tantum unum opę
rari,ergo uerbum mater debet tantum significare matrē,
& non utrunque,scilicet matrem & auiam. ¶ Præterea
25 † quando tractatur de excludendo aliquem a beneficio
legis communis,tunc appellatione matris non uenit auia.
casus est in l.j.iuncta.l.ij.C. de bo. mater. & ibi notat Bal.
ubi per l.j.patet.priuantur bonis matris filij quantum ad
proprietatem,& appellatione matris non uenit auia, &
propterea fuit introductum per l. ij. quod etiam deberēt
priuari bonis auiæ,& ita ibi not.Bal. ¶ Sed ita est in ca
su nostro,quia disponitur per statutum de priuatione fi-
liarum in bonis matris,ergo appellatione matris non ue
nit auia.& ita per illum tex.deciditur expresse quod in ca
su nostro appellatione matris non uenit auia. ¶ Corro
26 boratur:† nam magis uerbum auus se habet ad auiā quā
uerbum matris ad auiam, cum in uno casu adsit aliqua
nominis conformitas,& regula iuris communis. l.j.cum
materia.ff.de uerbo.signifi.in alio casu nulla nominis cō
formitas,sed penitus difformitas, nec aliqua firma iuris
regula,ergo eo casu difficilius ad tale nomē trahitur,arg.
eorum quæ ponunt Pau.de Cast.& doc. in l. in ambiguo.
ff.de reb.dub.sed in terminis statuti excludentis fęminas
27 propter masculos † appellatione aui non comprehēditur
auia.Bal.in l.quicunq;.in 4.col.C.de ser.fugi.Alex.consi.
45.in 7.uol.col.1.incip.habita, ergo in tali statuto nullo
pacto appellatione matris debet uenire auia. ¶ Corro-
boratur ex uerbis illius statuti ex quibus expresse apparet
fuisse de intentione statuentium appellatione matris non
comprehendi auiam. Nam fecerunt mentionem de ma-
tre,& nō de auia,fecerunt mentionem de patre,& de auo
paterno.Certe si uoluissent quod illud statutum haberet
locum in auia de ea fecissent uerbū sicut de auo fecerunt,
28 non contenti † sola nominatione patris, ita non fuissent
contenti sola nominatione matris, arg.tex.in c.2.de tran
sla.præla.ubi dicit tex.quod si de translatione ita uoluis-
set sicut de cessione, expsse dixisset sicut dixi de cessione.
¶ Ergo si uoluissent quod statutum haberet locū in auia,
expresse dixissent sicut de auo dixerūt:& cōfirmatur ex no
tatis per Alex.in dicto consi.45.habita.col.2.uol.7.ubi uo
29 luit quod licet appellatione † fratris ueniat soror. l.tres
fratres.de pac.tamen quando in alia parte dispositionis
est facta mentio filij & filiæ,& sic quando uoluit quod ue
niret respectu filij illud expressit, ergo datur intelligi qđ
quando expressit fratrem, & non fecit mentionem de so
rore,non uult quod ueniat, quia fecisset de ea mentionē
sicut fecit de filia:ita dicēdum est in casu isto qui uidetur
decidi ex uerbis.d.Alex.& facit quod una pars orationis
declarat mentem disponentis in alia parte.l.utrum.de pe
tit.hæredi.& ibi Ange. ¶ Nec potest reddi ratio quare
expressissent uerbum auo, si de intentione sua esset quod
appellatione matris auia contineretur: quia ita appella-
tione patris uenit auus sicut appellatione matris uenit
auia, nisi cōstet quod intendit uerba intelligi in specie,&
in propria significatione prout in dubio debet interpreta
ri.l.hoc legatum.ff.de leg.3.l.iij.§.hæc uerba.ff.de neg.ge
stis.ex quibus manifeste constat quod uerbis statuti ca-
sus noster nō comprehenditur, & melius infra apparebit,
ubi demonstrabimus quod statutum se restringit ad ex-
pressa,& uult quod intelligatur ad literam. ¶ Quod au
tem uirtute rationis non comprehendatur etiam per mo
dum extensionis casus iste in statuto aperte demonstra-
tur.Nam in statuto nulla est expressa ratio ut constat ex
sui inspectione:nec etiam unica tantum ratio potest assi-
30 gnari,scilicet conseruandæ agnationis:† quia quando nō
est expressa ratio non præsumitur unica, sed plures, & ex
illa præsumpta non potest argui: secundum Bar.in l.libe
rorum.uersi.his præmissis.ff.de uerbo. signi. Io. de Imol.
in l.si uero.§.de uiro.ff.sol.mat. Dec. in consi. 71. Soci.in
consi.28.col.pe.uol.4.Bal.in l.si defunctus. de suis & leg.
Alex.in consi.80.uiso.col.5.lib.1.& in consi.97. uiso the-
mate.col.fi.lib.2.Aret.in consi.27.proponitur. Cur.in cō
si.81.recte præfatus. ¶ Igitur cum non est expressa nec
præsumatur unica,& sumus in correctorijs iuris commu
31 nis † sequitur secundum omnes scribentes in l.si constan
te.solu.matrimo.& in auth.quas actiones. C.de sacrosan.
eccle.quod dispositio statuti non extenditur ad aliam per
sonam uel casum non expressum in statuto,ergo &c.
¶ Præterea dato & non concesso quod ratio unica tantū
possit assignari,nihilominus cum hic agitur de extēsione
de

32 de persona ad personam non admittitur † extensio: nō so
lum ex identitate rationis, sed etiam ex maioritate: ut uoluit
Are. in d. Gallus. §. & quid si tātum. ff. de libe. & posth. col.
2. & etiam in col. 4. post gl. in l. Titius. eo. tit. & ita tenetur
maxime in materia statutorum excludentiū fœminas pro
pter masculos: ut uoluit Bal. in l. quod uero. de legib. col.
33 2. ubi uult quod † statutum excludens amitam non exten
ditur ad materteram, licet maior ratio sit in ea excludēdi.
34 ¶Et ita dicit expresse † quod ex maioritate rationis non
fiat extensio Alex. in consi. 97. uiso themate. colum. 3. uo
lumi. 2. & ita dicit Corneus in consi. 196. uidetur. col. fi. &
in consi. 161. colu. 8. uol. 4. & plura per eundem Corn. in
consi. 271. constat matrem. uolum. 4. & Socinus in consil.
38. uolum. 4. ubi allegantur plura, & inter alia consilium
collegij Perusini, & etiam quod propter omnimodam ra-
tionem non fiat extensio ad aliam personam: per Corneū
in consi. 85. plura dubia. colum. 1. uolu. 3. & in consil. 116.
col. 5. uol. 2. ubi attestatur ita uoluisse in fortioribus ter-
minis famosissimos doctores Ioan. Pet. Benedi. Capram,
Bal. de Bertol. Philip. Francum. Thomam doctum, Maria-
num Soci. & Areti. & plures sunt authoritates quas breui-
tatis causa omitto. ¶Et ratio fundamentalis est, quia
35 istę † exclusiones statutorum sunt quædam exhæredatio-
nes, ideo nominatim debent fieri, & factæ in una perso-
na non extenduntur ad aliam. l. ij. de libe. & posthum.
cum materia. ¶Et pro ista opinione allego dictum Io.
And. in additio. Spec. in titul. de act. & peti. in additione
36 magna, ubi dicit quod † in restringibilibus non ualet ar-
gumentum a maioritate rationis, de cuius ueritate alias
dixi. ¶Sed quantum materia correctoria & statutaria
sit restringenda nemo est qui nesciat. l. præcipimus. de ap-
pella. cum similibus. ergo in tali statuto non potest argu-
mentari a maioritate rationis. ¶Et ex his apparet q̃d
nec ex uerbis, nec ex ratione statutum istud uendicat sibi
locum in successione auiæ, & sic remanet iste casus in di-
spositione iuris communis. ¶Præterea si qua est ratio
est causa conseruandæ agnationis, ut dicam in ultimo fun
damento, quæ hic non conseruatur etiam si ueniat iste ma
sculus ex filia, cum sit de alia agnatione: & profecto pro
decisione huius casus hæc sufficerent, sed ut magis satisfa
ciam iudicare debentibus. ¶Secundò principaliter cō
sidero quod istud statutum loquitur in capite inclusiuo
de filijs masculis, uel nepotibus masculis natis ex filio uel
filijs masculis: ergo statutum non uendicat locum in casu
isto, quia Tiberio uerba statuti non conueniunt, cum sit
nepos ex filia: & cui non conueniunt uerba legis, nec eius
dispositio. l. iiij. §. toties. de dam. infect. & ibi plene per
Alexand. per Iacob. Butriga. Salyce. Fulgo. & docto. in l. si
mancipia. C. de seruis fugit. cum similibus. Nec possunt
37 † impropriari illa uerba, nepos ex masculo ad nepotem
ex fœmina, nec in eo sibi locum uendicant, cum sint peni-
tus discrepantia: ut dicit Paul. de Cast. in l. in ambiguo. ff.
de reb. dub. cum concordan. ¶Tertiò considero uerba
illa, superstitibus filijs masculis & nepotibus masculis na
tis ex filio masculo &c. quæ uerba fuerunt prolata per
38 ablatiuum absolutum qui † importat conditionem. l. a
testatore. ff. de condit. & demonstra. l. euictis. ad legem fal
cid. conditio importat formam. Bal. in authen. matri &
auiæ. quando mul. tutę. offic. fungi pot. Alexand. in l. sci-
mus. in princip. C. de iur. delibe. colum. fin. sed † forma de
39 bet seruari ad unguem. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac.
40 plene in c. cum dilecta. de rescript. † nec ei aliquid addi
uel diminui potest: secundum Bal. in l. ij. C. de legit. hære.
nec potest adimpleri per æquipollēs: ut per Bal. Imo. Alex.
Iaso. & communiter doct. in l. j. ff. de lib. & posthum. ergo
uerbum nepos ex filio masculo, non potest uerificari in ne
pote ex filia fœmina, cum si staret uerbum masculo, pro-
prie non staret. Immo nec improprie ad illud se haberet,
ut dixi. si autem adimeretur tunc formæ traditæ detrahe
retur, quod fieri non potest, ut dixi, ergo. &c. ¶Quartò
considero quod illud statutum excludit fœminas existen-
tibus nepotibus ex filio masculo, & sic contemplatione
nepotum ex filio masculo: iuxta theoricam Barto. in l. ij.
§. uidendum. ff. ad trebell. immò dictum statutū illos sta-

41 tim uocat ad hæreditatem expresse: † sed quando quis ex-
cluditur a statuto contemplatione alterius, ut puta fra-
tris, tunc intelligitur exclusus in casu quo adsit ille, & suc
cedat: alias si non adest succedit: ut per Corneum in cons.
61. licet. col. 2. uolumi. 4. & in consi. 314. eod. uolum. 4. per
totum. immo dixit idem Corne. in consi. 48. de pluribus.
col. 2. & consi. 98. in hac consultatione. colum. 2. & in con
sil. 206. uiso. col. 2. uolumi. 3. ergo cum in casu nostro non
existant nepotes ex filio masculo quorum contemplatio-
ne fœminæ sunt exclusæ nō dicunt exclusæ, sed debent suc
cedere una cū masculis. ¶Quintò considero uerba dicti
statuti, ibi, & omnia bona ipsorum defunctorū deueniant
ad dictos filios, & nepotes masculos. pondera quod dicit
ad dictos, ergo non uerificatur in nepote ex fœmina, quia
42 supra nō fuit dictum. † Nam istud uerbum dictum, signat
quod fuit expresse nominatum. l. sciendum. §. dictum. de
ędili. edic. cum similibus, & sic statutum se restringit ad no
minatos. per quæ uerba uidetur alios excludere quantum
cunque sint masculi. ¶Ita uoluit Corneus in consilio
134. eleganter. uolumi. 2. columi. 3. uersi. quod quidem. per
43 totum. ubi † si excluduntur fœminæ per hæc uerba, si de-
scendentes ex prædictis adsunt, & non adsunt, sed adsunt
alij masculi, fœminæ nō sunt exclusæ, immo quod fortius
44 est † per simplicem inclusionem unius masculi alij censen
tur exclusi, etiam si non adsit restrictiuum dictos: ut uo-
luit Angel. in consilio 210. incip. statutum. per Bartol. in
consilio 100. ad Cyn. ergo fortius hic cum adsit uerbum
dictos &c. ¶Sextò probatur: nam si uenirent per istud
45 statutū nepotes ex filia sub illis uerbis nepotes, uel † per
extensionem illa uerba ex filio masculo, fuissent superflua.
Nam tantum esset ac si non adessent & non haberent ali-
quod iuris ministerium: ergo non est dicendum quod ue-
niant nepotes ex fœmina, cum interpretatio capiatur ut
uerba non sint superflua, immo nulla syllaba. l. si quando.
de leg. 1. Bald. in rubric. de contrahend. emp. cap. si Papa.
de priuile. in 6. adeo quod potius toleratur correctio quā
superfluitas. l. nulla. iuncta authen. diaconissam. C. de epi-
sco. & cler. ponit Alex. in l. j. ff. de officio eius cui manda.
est iurisdict. licet nonnulli neoterici dixerunt cōtrarium,
de cuius tamen ueritate dic, ut ibi dixi. Ergo quanto for-
tius in casu nostro non debet tolerari superfluitas cum, cū
superfluitate concurreret correctio, immo per eam induce
retur. ¶Septimò probatur istud, considerando totum
illud statutum in quo non solum dicitur superstitibus ne-
potibus ex filio masculo bona deueniant ad dictos nepo-
tes, sed etiam dicitur in sequentibus uerbis relictis supra
dictis nepotibus masculis: & in sequenti parte etiam dici-
tur, & dicti filij & nepotes masculi. & in alia parte etiam
dicitur, & si prædicti masculi &c. & sic non solum se restrin
git ad dictos nepotes ex filio: & de eis restrictiue mentio-
nem facit non solum semel & bis, sed quatuor & quinque
uicibus & plus, adeo quod ex ipsa geminatione cōstat de
euixa uoluntate statuentium quod tantum nepotes ex fi-
lio masculo excludant fœminas, & non nepotes ex fœmi-
na. Nam geminatio multum operatur. l. balista. ad trebe.
per Alexand in rubri. de uerb. oblig. col. fina. & arguit præ
cisam mentem Bald. in capitu. cum tu. de rescript. adeo,
quod licet masculinum comprehendat fœmininum. l. qui
duos mulos. ff. de leg. 3. tamē quando masculinum est ge
minatum non comprehendit: ut per Decium in l. ij. ff. de
regul. iur. ubi tamen de ueritate dixi: ita dicam in casu
nostro quod licet alias possent uenire nepotes ex fœ-
mina quod omnino negatur per supradicta, cum omnino
46 uerba repugnent, † tamen hoc casu non deberent uenire
propter geminationem in contrarium factam, immo ut
ita dicam, quadruplicationem & ultra. ¶Octauò consi
dero quod hic duæ concurrunt improprietates ultra alia
inconuenientia & repugnantia de quibus supra, scilicet
quod appellatione matris ueniat auia: quod est cōtra pro
prietatem uerbi. l. iuxta. ff. de uerbo. significatio. & dixi in
primo fundamento. ¶Item quod appellatione nepo-
tis ex filio masculo ueniret nepos ex filia, quod non solū
est impropriandum, sed omnino repugnans: sed licet uer
ba propter identitatem rationis uel ex aliquo capite im-
pro-

47 proprientur † non tamen impropriantur ita ut admittã-
tur duæ improprietates.arg.eorum quæ ponit Are. in l.a
Titio de uerb.obli.& faciunt nota.in l.j.C.de dot.promis.
& in l.cum post.§.gener.de iur.dot. & præsertim hoc esse
debet in casu nostro ubi est statutum positum sub rubri-
ca,quod statuta communis &c.ubi uult quod uerba intel
ligantur prout iacent simpliciter pure, & non recipiant
interpretationem,seu extẽsionem, nec ab illis recedatur,
quibus casibus appellatione matris non continetur auia,
48 cũ ueniat ex impropria significatione: † immo stante tali
statuto appellatione filij nõ uenit nepos ex filio qui alias
ueniret:secundum Bal.in l. maximum. C. de libe. præte.
& in l.in suis.in ulti.col.ff.de libe.& posthu.Pet.de Anch.
in cle.1.de pen.sequitur Alex.in consi.198.uol. 6.col.fin.
perspectis his.ubi etiam dicit idẽ esse,& si adsint ista uer-
ba quod intelligantur statuta ad literam:allegat not.per
Bal.in l.2.col.3.C.de patr.qui fil.distraxe.Ergo quãto for
tius hic ubi adsunt,& illa uerba ad literam & multa alia
maiora,ut non recedatur a uerbis, & pure & simpliciter
&c.& sequitur Alex.in consi.45.habita.uol.7.col.2.
¶ Vltimò probatur:nam certum est,quod istud statutum
licet non sit expressa ratio in eo,& plures præsumantur,ta
men ut dixi etiam si uis unam tantum considerare nulli
49 † dubium,quod fuit factum ad conseruandam agnatio-
nem,& inter alias rationes ista est potior,licet non unica,
& conuenit cum alijs,& est de principalioribus, ut tenet
Cyn.in l.j.C.de adul. Io.And.in additio.Spe.in rub.de suc
ces.ab intesta.Ang.in consi.68.Martinus. Corn.in consil.
127.lib.1.ubi dicit istam esse magis communem opinio.
& plura sunt consilia & doctrinæ,de quibus in l.uenia.de
in ius uoc.sed hic non agitur de conseruanda agnatione,
cum sumus in descendentibus ex filia qui extra agnatio-
50 nem sunt,† ideo istud statutum non uendicat sibi locum
in isto casu,cum sumus in personis non conseruantibus
agnationem,& hoc a constante ratione quod argumentũ
est infallibile.secundum Bal. in l. generaliter. C.de episc.
& cle.& in c.cum cessante.de appel.cum simi. ¶ Nec po
test dici quod hic consideretur ratio non agnationis, sed
masculinitatis:ex quo agiẽ de exclusiõe a successione ma
51 tris,cuius descendentes non sunt sui agnati, † & hoc ra-
tione oneris quod sustinent masculi.l.Titia cum testamen
to.§.Lucius.in l.ij.de leg.2.& ibi no. Bal. ita uoluit Paul.
de Cast.in consi.91.præsupposito quod statutum. uolu.2.
quod allegat,& sequitur Ias.in consi.115.uol.4.licet cor-
rupte alleget secundum impressionem meam,ubi consul
52 uit † quod statutum disponens quod omnis hæreditas
ascendentium masculorum uel fœminarum ab intestato
deferatur masculis quibuscunque descendẽtibus ex linea
masculina exclusis semper fœminis, non obstantibus illis
uerbis ex linea masculina,uendicet sibi locum in auia ma
terna & hoc principaliter per dictum consilium Paul.de
Cast.& rationem supra adductam. ergo non obstantibus
illis uerbis ex filio masculo, uendicat sibi locum in auia,
cum loquatur de matre. ¶ Respondetur quod immo
53 † communis opinio est quod sit inductum tale statutum
ratione agnationis, & non masculinitatis, ut dixi:ut per
doc.in d.l.uenia.& in pluribus consilijs. ubi dicunt quod
est ratione agnationis,licet statutum excludat a successio
ne matris. unde agnatio non consideratur respectu eius
cui succeditur:sed respectu patris illorum qui habent suc
cedere.præterea a præsumpta ratione non potest argumẽ
tari,ut supra dixi. ¶ Præterea dico dato quod in casu
illo fuerit ratio masculinitatis, ideo fuit, quia loqueba-
tur illud statutum non solum de matre, sed de omnibus
ascendentibus fœminis quæ nullo pacto poterant dici de
agnatione patris ipsius succedentis,ideo in eis non pote-
rat considerari ratio agnationis, sed quando statutum so
lum facit mentionem de matre, ut in casu nostro,tunc sal
54 tem attento communi usu loquendi † mater dicitur de
agnatis mariti: ut per Ias.in l.fi.ff.de uerb.sig. ¶ Vnde
in casu nostro saltem ex cõi usu loquendi, qui præfertur
proprietati uerborum,ut plene in rub. de no. oper. nunc.
ratio agnationis competit matri quæ non competit alijs
ascendentibus fœminis: merito si non attenditur in illis
ratio agnationis,sed in matre sic. & ita concordantur istę
opiniones probabiliter. ¶ Tertiò dico quod immo ra-
tio masculinitatis nullo pacto fuit considerata a statuto,
cum considerauit fratrem carnalem:& exclusit uterinũ,
quod quidem non fuisset consideratum si ratio masculini
tatis fuisset in consideratione, cum ita uterinus sit mascu
lus sicut carnalis. ¶ Quartò respondetur quod in statu
55 to de quo in consi.Iaso.aderant quædam uniuersales † di
ctiones quæ faciunt uenire in dispositione illud quod de
iure alias uenire non potest,ut est dictio omnis &c.argu.
c.quamuis.& ibi glo.de elect.in 6. Item dictio quibuscun
que,arg.not.per Abb.consi.110.& per Alex.in l.etiam.in
prin.sol.matri.Tertiò adest dictio semper, quæ importat
omni casu:ut in l.j.sol.mat.ergo & in hæreditate etiam fę
minarum debent præferri masculi: quæ uniuersales di-
ctiones non adsunt in casu nostro : ergo illud cõsilium nõ
meretur allegari in casu isto, cum termini non sint pares:
arg.no.per Bal.in l.quisquis.C.de neg.gest. ¶ Præterea
56 considerandum est,quod † uerba illa descendentibus ex
linea masculina uerificantur in descendentibus ex fœmi-
na aliquo modo,ut puta mediate cum fœminæ licet non
sint de linea masculina nec in linea,tamen sunt descendẽ-
tes ex linea masculina,ut de se patet.& no. in l. Gallus.§.
nunc de lege. ubi Soci.de libe. & posth. unde descendens
ex fœmina dicitur mediate descendens ex linea masculi-
na,& immediate descendens ex fœminina. ¶ Si igitur
mediate † capiatur dictio ex,prout saltem ex larga signi
57 ficatione capi potest:ut no.in l.j.§.ex incendio. de incen.
rui.naufra.& in l.si plures.§.in arrogato.ff.de uulg.& pu-
pil.uerba illa ex linea &c. conueniunt descendentibus ex
fęmina saltem ex impropria significatione:sed ista uerba
nepotibus natis ex filio masculo non cõueniunt natis ex
fœmina,nec proprie,nec improprie, nec aliquo modo:ut
per Pau.de Cast.& alios in d.l.in ambiguo. de reb.dub.ut
dixi supra:ergo nihil faciunt dicta consilia ad casum no-
strum. ¶ Et maxime quia nostrum statutum uult qd
non recedatur a uerbis,& loquitur restrictiue,ibi,prædi-
ctis,prædictorum &c.ut supra dixi:quæ omnia cessant in il
lo statuto.ergo nihil ad casum nostrum, cum sint penitus
diuersa:ex quibus non infertur.l.Papinianus exul.de mi-
no. ¶ Item in statuto nostro fit mentio de matre,quod
uerbum non signat auiam,ibi,de ascendentibus,quæ uer-
ba conueniunt auiæ:ergo penitus separata, & separatorũ
58 † separata debet esse dispositio,ex quibus manifeste ꝯstat
illud consilium Ias.nihil obstare, & ex supra dictis recte
intuenti apparet responsum ad omnia adducta in contra
rium,sed ut de euidenti iustitia fœminæ magis constet se-
riatim respondeo. ¶ Et primò non obstat quod si ex-
cluditur filia ab hæreditate matris a fratre carnali multo
magis ab hæreditate auiæ:quia † illud procedit existente
59 matre.Nam ea existẽte si ab hæreditate illius excluditur,
multo fortius ab hæreditate sui ascendentis, alias non.
ita Pau.de Cast.& Alex.in d.l.illam quod dixit,me audiẽ-
te,esse uerum Carolus Ruynus præceptor meus insignis
in l.Gallus.§.nunc de lege.de libe.& posthu. sed hic mater
non existit, ergo licet sit exclusa ab hæreditate matris,
non tamen est exclusa ab hæreditate auiæ.
60 ¶ Secundò dico quod illud † non procedit quando ratio
excludendi proximiorem cessat in remotiori, & ideo si a
statuto excludatur mater a tutela,auus maternus non cẽ
setur exclusus:ut per Dec.in consi. 188.in casu proposito.
per totum.sed si qua ratio est excludendi in dicto statuto,
certe est ratio agnationis,& non masculinitatis, licet etiã
illa ratio agnationis nõ sit unica, & ex illa possit argumẽ
tari,ut constat ex illis quæ supra deduxi: quæ ratio cessat
in istis nepotibus qui sunt alterius familiæ. ¶ Tertiò re
61 spondeo quod illa † regula procedit in dubio,& quando
uerba possunt conuenire, cum proueniat ex coniectura,
quæ coniectura cessat ubi uerba adsunt. l.ille aut ille.§.cũ
in uerbis.de leg.3.sed hic illa uerba repugnant ex filio ma
sculo,& multa alia de quibus supra:ergo nihil ad casum
nostrum. ¶ Item illa regula procedit quãdo proximior
excluditur,fortius remotior. ita loquitur lex,si uiua ma-
tre.sed non excluditur mater ab hæreditate matris suæ in
casu

casu nostro existente filio,& sic nepote respectu personæ:
62 ergo nec filia ab hæreditate auiæ, & sic loquitur illa † regula in excluso,non autem in eo a quo excluditur si recte consideretur:ergo nihil ad nos:& multipliciter possem respōdere:sed quia ut dixi, illa est fundata in cōiectura quæ cessat ubi repugnant uerba, ut hic. Ideo aliter nō insisto. ¶Præterea cum saltem secundum communem usum loquēdi dicitur de agnatione mariti,ut dixi, quæ ratio ces-
63 sat in auia respectu nepotis, ex filia merito cessat: & † diuersa ratio reformat dispositionem, & cessat absurdum. ¶Non obstat quod sint æquiparata mater & auia, ergo
64 &c.quia procedit † quando sunt æquiparata in omnibus & per omnia. Papien. in auth. quas actiones.C.de sacrosan.eccle.sed ista non sunt æquiparata in omnibus,ut apparet ex his quæ dixi in primo fundamento,ergo &c.
65 ¶Secundò procedit † quando æquiparatiō est in eadem materia:ut per Alex.in l.si legatarius. C.de leg.sed in materia priuationis de qua agitur non sunt æquiparata.l.j. iuncta.l.ij.C.de bon.mater.& dixi supra,ergo &c.
66 ¶Item non procedit quando † uerba dispositionis repugnant.ut hic: ibi, ex filio masculo. ratio,quia illud est ex coniectura quam faciunt cessare uerba. ¶Ad quartū quod sit fauorabile & inductum fauore masculorum respondetur, quod non est inductum fauore masculorum simpliciter,sed masculorum descendentium ex masculis: quæ uerba non conueniunt huic casui. Ad illud de identitate rationis patet responsum ex primo fundamento,non repeto. ¶Ad quintum fundamentum quod lato sum-
67 pto uocabulo &c.respōdetur† quod non procedit in materia priuationis alicuius in bonis matris, ut dixi in primo fundamento prout est hic. ¶Secundò nō procedit quando uerba repugnarent, quia non solum quando lato sumpto uocabulo comprehenditur casus, sed etiā quādo de proprietate comprehenditur restringitur propter uerba sequentia, quæ non competūt omnibus casibus de proprietate in præcedenti comprehensis:ut plene no.in l. si seruus pluriū.§.fi.de leg. 1. Nam una pars orationis declaratur restringitur & ampliatur per aliā. l. utrum. & ibi Ange.de petit.hæredita. ¶Ad sextum respondeo quod non sunt similes illi casus in priuatione,ut dixi supra.
¶Secundò quia uerba repugnant tali extensioni,& sic res
68 & materia non patitur. Et illud † statutum quod procedatur de similibus &c.intelligendo prout res patitur:iuxta. l.2.de stat.homi.& plene per doct. in l. j.§.nunciatio.de oper.noui nuncia.Item propter aliud statutum uolēs proprietatem uerborum seruari &c.d.bet intelligi salua proprietate uerborum,quæ clausula inest etiam de iure com-
69 muni:ergo fortius existente statuto ut unum † statutum non contradicat alteri,& cōcordetur cum alio,prout fieri debet.l.j.de inoffic.do.l.sciendum.qui satisd.cogan.iūcta auth.offeratur.C. de lit. contest. sed cum hic proprietas uerbi ex filio masculo repugnat non potest extendi ad simile. ¶Præterea illud statutum debet intelligi quod procedatur de similibus ad similia,sine tamē correctione
70 iuris communis,id est in illis casibus in quibus † ius cōmune non corrigatur,& hoc ut euitetur legum correctio, qui intellectus debet capi, etiam cum improprietate uerborum.Abb.in c. cum dilectus. in fin. de consuetudi. per Dec.in l.quoties idem serm.de reg. iur. quāto fortius hic cum per eum proprietas uerborum saluatur. ¶Præterea
71 † statutum recipit interpretationem a iure communi. l. si serui uestri. de noxa. sed de iure cōmuni non fit correctio
72 † per tacitos & subauditos intellectus ac similia. gl. in c. cupientes.§. quod si per uiginti. de elec. cum simi.merito debet capi hic intellectus, ut intelligatur dummodo non corrigatur ius commune,sed hic corrigeretur si extēderetur ad auiam:ergo nullo modo debet extendi: & tunc de similibus debet procedi quando correctio nō inducitur. ¶Vltimò non obstat rubrica ipsius statuti quæ est apta ad successionem respectu auiæ:quia non facit aliquod uerbum de successione:sed solum de dote, ut patet in ea.ad-
73 ducta † in contrarium procedunt quando sunt uerba expressa de successione:quæ uerba propter sui generalitatē extenduntur ad alium casum successionis. Et sic termini sunt diuersi,& ex diuersis non infertur.l.fi.de calum. ¶Nec potest etiam istud in ista rubrica considerari, quia primo debent subaudiri uerba successionis. ¶Secundò
74 illa debent extendi, & tacitum & † subauditum non extēditur:per Bar.in l.seruum filij.de leg. 1. cum simi. ideo nihil facit ad hūc casum. ¶Præterea dato quod adessent uerba successionis in rubrica,& essent apta ad successionem respectu auiæ,tamen ex quo in nigro sunt uerba quę repugnant,ut illa ex filio masculo &c. non extenduntur, & maxime cum sint ita geminata, & prolata per modum formæ:ut dixi supra in fundamētis,ita quod arguitur pre-
75 cisa mens disponentis in illo † casu, & non in alio,quo casu cum extensio fiat ex uoluntate quæ hic cessat,per supra dicta,cessat & dispositio:ut nota. per modernos in d. rub. si cer.peta. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes & neptes,tam ex masculis quam ex fœminis descendentes,in suorum parentum iura succedunt, & uocantur in successione cum propriis filiis masculis & fœminis.*
2 *Ratio statuentium in dubio uidetur esse ut bona remaneant in familia & agnatione.*
3 *Statuta recipiunt interpretationem a iure communi.*
4 *Filius de iure communi subintrat locum matris, in hæreditate materteræ.*
5 *Filius comprehenditur appellatione proximioris.*
5 *Filius subintrat locum patris in fideicommisso quo uocantur proximiores.*
7 *Argumentum de lege & statuto ad ultimam uoluntatem ualet & econtra.*
8 *Filius in statutis subintrat locum patris.*
9 *Extensio passiua admittitur in statutis.*
10 *Soror proximior est sorori quam nepos ex sorore.*
11 *Filius sororis est in tertio gradu.*
12 *Filius matris locum subintrat de iure communi ficte & extraordinarie.*
13 *Statutum non intelligitur secundum ius commune,quando ius cōmune fictæ procedit.*
14 *Statutum faciens mentionem de agnatis agnatum ex priuilegio non comprehendit.*
15 *Statuta in casu proprio intelligi debent.*
16 *Filius in statutis subintrat locum patris quando statutum de filio facit mentionem.*
17 *Filij appellatione,largo modo,nepos continetur.*
17 *Filius in statuto subintrat locum, quando inest filio qualitas statuti competens patri.*
19 *Filius licet subintret locum patris,succedit tamen ex propria persona.*
20 *Gloss.in l.cum ita.§.in fideicommisso. de lega.2. communiter est reprobata.*
21 *Statutum loquens de proximioribus cum aliquibus qualitatibus quæ non competunt nepoti,nepotem non comprehendit.*
22 *Dispositio uocans aliquos de aliqua linea uel familia, intelligitur eos uocare ordine successiuo.*
23 *Verba debent aliquid operari.*
24 *Verbum aliquod importat illud quod alias non solet importare, ut non sit superfluum.*
25 *Verbum linea, capitur duobus modis, scilicet contentiue & effectiue.*
26 *Filius patris originem,& lineam ac familiam sequitur,non autē matris.*
27 *Verbum proles,idem significat quod familia.*
28 *Statuti una pars alteram declarat.*
29 *Statutum excludens matrem existentibus agnatis infra tertium gradum,multo magis excludet nepotem qui non est agnatus,& est in remotiori gradu.*
30 *Fratris appellatione non uenit nepos ex fratre, sed bene soror.*
31 *Dictio soli est taxatiua,& excludit alias personas.*
32 *Rationes quæ separatim consideratæ ad exclusionem nepotis non sufficiunt,simul unitæ sufficere debent.*

33 *Argu-*

33 *Argumentum a ratione quæ non eſt in ſtatuto expreſſa,ſumi non poteſt.*

34 *Statutum introductum ut bona in familia conſeruentur, maſculos agnatos agnatis fœminis præferre intelligitur.*

RESPONSVM XXVII.

¶An in ſtatuto uocante proximiores ex linea paterna nepos ex filia ſubintret locum matris in hęreditate materterę,& multa ſubtilia in materia quando filius ſubintret locum patris.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Cum magnifica domina de qua in puncto mihi tractato ex caſtro burgi Valiſterrę deceſsit relictis duabus ſororibus & uno nepote ex altera ſorore prędmortua:quæritur an nepos ſubintret locum matris ſuæ defunctæ & ſuccedat in bonis iſtius materteræ de cuius ſucceſsione tractatur, cũ alijs ſuis materteris & ſororibus perſonę defunctæ. ¶Apertiſsimi iuris eſſe uidetur nepotem ſubintrare locum matris & una cũ ſuis materteris ſuccedere:per tex.in §.item uetuſtas. inſti.de hære.quæ ab inteſt.defer.& in §.hoc etiam addendum. inſti. de leg.agn.tut.& in l.lege.12.tab.C.de legi.hęre.& melius probatur in §.reliquum.in uerſi.huiuſmodi.in auth.de hęre.ab inteſt.ueni.col.9.ibi, præbemus fratrum maſculorũ
1 † & fœminarum filijs aut filiabus, ut in ſuorum parentũ iura ſuccedatur.& ſubdit in fine,& uocãtur cum proprijs chijs maſculis & fœminis.& ſic eſt tex.decidens iſtam quęſtionem:& ita tenent Cy. Bal. & doct. in auth.ceſſante.C. de leg.hære.Odofre.in auth.itaque. C. commu.de ſucceſ. Iaſ.& alij Mod.in l.ij.C.de ſucceſ.edic. ¶Nec obſtat ſtatutũ loci in quo tractatur de ipſa ſucceſsione, quia illud ſtatutum non uendicat ſibi locum in caſu noſtro cum ra-
2 tio ſtatuentium † in dubio ſit ut bona remaneãt in agnatione:ſecundum Io.And.in addi.Spec.in rub.de ſucceſ.ab inteſt.de cuius ueritate alias dixi ad quæ me remitto,ſed in caſu noſtro iſta bona debent peruenire omnino ad perſonas,quæ licet ſint agnatæ, tamen nõ conſeruant agnationem,ſcilicet ad ſorores defunctæ,ergo non uendicabit locum in caſu noſtro &c.uult quoque ut illi qui ſunt de linea paterna excludant proficiſcentes ex linea materna defunctæ perſonæ,ſed iſte nepos non eſt de linea materna defunctæ,quia defuncta coniungitur ſibi per patrem ſuum qui generauit matrem iſtius nepotis, & ipſam ſuam ſororem,& in hoc non inſiſto.Præterea & ſi concedamus ut loquatur in terminis,tamen hoc ſtatutum debet intelligi,ſe-
3 cundum † ius commune.l.ſi ſerui ueſtri.de noxa.& ibi Saly.l.fi.§.ſi quis in cõputatione.de iur. delib.ubi per Alex.
4 & omnes,ſed de iure cõmuni filius † ſubintrat locum matris in hæreditate materterę,ut dixi ſupra,& appellatione
5 † proximioris uenit.d.§.reliquum.ergo licet ſtatutum uocat proximiores,debet tamẽ nepos ſubintrare locum matris,& tanquam proximior uenire,ut intelligatur ſecundũ ius commune,& pro hoc facit gl. in l. cum ita.in §.fideic.
6 in uer.proximo.de leg. 2. ubi in fideicommiſſo † quo uocantur proximiores filius ſubintrat locum patris, & tanquam proximior uenit:ſi ergo ibi in diſpoſitione hominis appellatione proximioris uenit ille qui ſubintrat locũ patris,ergo & hic in diſpoſitione legis & ſtatuti, cum de
7 lege † & ſtatuto ad ultimam uoluntatem ualet arg.& ecõtra.§.diſponat.in auth.de nup. l. ſeruus ea lege.de manu.
8 teſta.Et regulam iſtam ꝙ filius ſubintret † locum patris in ſtatutis admitti noluit Are. poſt alios in l. Gallus.in §. inſtituens.in fi.de lib.& poſth.quia iſta eſt extenſio paſſi-
9 ua:regula enim extendit ſtatutum quæ † extenſio admittitur in ſtatutis.l.j.§.lex falci. ad legem Falcid. ¶Maturius uero cogitanti uerius eſſe uidetur hunc nepotem nõ ſubintrare locũ matris a ſororibus defunctæ perſonæ excludi,& hoc uigore ſtatuti dicentis proximiores ex linea paterna defuncti ſuccedant uſque in tertium gradum,prætermiſsis,& excluſis omnibus alijs ex linea materna proficiſcẽtibus.nam iſtud ſtatutum uult proximiores ex linea paterna ſuccedere, ſed certum eſt ſororem eſſe proximio-
10 rem ſorori,cum † ſit in ſecundo gradu quam filius ſororis
11 qui eſt in tertio † gradu.l.ij.C. de legi. hæred. l.iuriſconſ. §.2.& 3.de gradib.inſti.de grad.§.j. ergo ſorores præferũtur filio ſororis,nec obſtat ſtatutum dẹbere intelligi ſecũdum ius commune,& de iure communi filius ſubintrat lo-
12 cum matris,reſpondetur filium ſubintrare ficte,& † extraordinarie,ſecundum Alex.in conſi.204.uol.2.conſidera-
13 tis uerbis.col. 2. quo caſu quãdo ius cõe ficte † procedit, ſtatutum non intelligitur ſecundum ius cõe:ſecundũ Iaco.Bur.Bal.Ang.Saly.Pau.de Caſt.& alios in l.lege duodecim tabularum.C.de leg.hære.ubi licet per illam legem filius ſororis connumeretur inter agnatos, tamen quia uere eſt cognatus quamuis habeat illud priuilegiũ,ideo ſta-
14 tutum faciens mentionem † de agnatis non comprehẽdit talem agnatum.ita hic licet filius,quia ſubintrat locũ matris efficitur proximior,tamen uere remotior eſt,ergo ſtatutum loquens de proximiore non comprehendit iſtum,
15 & facit regula ꝙ † ſtatuta debẽt intelligi in caſu proprio. l.iij.§.hæc uerba.de neg.geſt.& ibi Bar. & alij. l. quicquid aſtringendę.de uerb.obli.l. quod conſtitutũ.ad muni.nõ obſt.ꝙ ẽt in ſtatutis ſubintret locũ patris:ſecundũ Are.in
16 d.§.inſtituens.quia procedit † quãdo ſtatutũ facit mẽtio-
17 nem de filio:& appellatione filij uenit † nepos largo mõ: ut no.in l.liberorum.de uer.ſig.& ideo fit extẽſio.arg.l.filium habeo.ad maced.ſed in caſu nr̃o fit mẽtio de fratre, ut infra dicam.& appellatione fratris nullo modo uenit
18 nepos.Vel ſecũdo dicas in ſtatuto filius ſubintrat † locũ patris qñ qualitas ſtatuti competens patri ineſt filio:ſm Bar.in l.liberorum.col.6.de uerb.ſig.in l.ij.§.uidendũ.ad
19 tert.quia licet filius ſubintret locũ patris † ſuccedit tñ ex propria perſona.ſm Bar.in l.j.§. ſi ſit nepos.de colla.bon. & Are.§.inſtituens.in fi.ſed qualitas ſtatuti, ſcilicet quod ſit de linea paterna non competit nepoti, ut dicã infra,& de ſe patet,ergo &c. ¶Et ita etiam reſpõdetur ad gl.in
20 §.in fideic.uel ad illam † gl.dicas ꝙ eſt cõiter reprobata: ſecundum Dec.in conſi.1.uel dic,ꝙ loquitur ſolũ de pro-
21 ximioribus,ſed ſtatutum † loquitur de proximioribus,cũ alijs qualitatibus,ut dicam infra, quæ non competunt nepoti iſti:ideo non facit ad rem. ¶Secundò probatur ſi uerbum proximiores de quo in ſtatuto non intelligeretur de proximiore uere adeo ꝙ excluderet inferiorem ſubintrantem proximiorem locum eſſet ſuperfluum,quia certũ
22 eſt quando aliqui † de aliqua linea uel familia ſunt uocati,& ſic nomine collectiuo intelligũtur uocati ordine ſucceſsiuo.l.fi.C.de uerb.ſig.per Alex. & alios in l.Gallus.§. quidam recte.de libe.& poſth. & ſic ꝙ proximior admittatur excluſo ſequenti declarat Pau. de Caſt.in d.§.recte.
23 ſed uerba debent aliquid † operari. l. ſi quando.de leg.1.
24 & unum uerbum importat illud † qđ alias non ſolet importare,ut nõ ſit ſuperfluũ.ponit Bal.in c.1.§.pręterea.de c.Corra.in uſib.feu.ponit Iaſ.in c.j.qui feu.da.poſ.col.ante pe.ergo dici debet quod requirat proximiorem uerũ &. excludat fictum , & ſic iſtum nepotem. ¶Tertiò facit, ſtatutum uocat proximiores ex linea paterna ad ſucceſſionem,ut patet ex rub.dicti ſtatuti dicentis de his qui ad ſucceſsionem ex linea paterna uocentur,ſed nepos iſte natus ex ſorore nõ eſt de linea paterna ipſius defunctę,ergo non debet concurrere,cũ materteris quæ ſunt de linea pa-
25 terna.ꝙ autẽ non ſit de linea paterna probatur.uerbũ † linea paterna capitur duobus modis, ſcilicet ꝯtẽtiue,& effectiue,ſm Bal.in conſi.inci.quæritur utrum.& in cõſi.inci. in qõne quæ uertitur.de quibus per Soci.in l.Gallus.in §. quidam recte.de libe.& poſth.effectiue in linea quã pater facit,& de hac nõ eſt nepos iſte,quia eſt de linea patris ſui,
26 qui etiã facit lineã ſuę agnationis. filius enim † ſequitur originem patris & lineam ac familiã, nõ autẽ matris.§.j. inſti.de leg.agn.tut.& ibi gl.in uer.itaq;.inſti.de patr.potę.§.fi.l.cũ legitime.de ſta.hom.no.in l.fi.C.de legi.hære. Itẽ capiꝰ ꝯtentiue,id eſt linea in qua continetur pr̃ defunctę,ſed nepos ex ſorore non eſt de ea linea in qua cõtinetᷣ pater ſororis,ſed in qua cõtinetᷣ pater ſuus, ut dixi ſupra. ergo iſte nepos nullo modo eſt de linea paterna defunctę perſonę, & ſic excludiᷣ expreſſe a ſtatuto,& ꝙ uerbũ linea paterna cõprehendat ſolũ illos qui ſunt de familia & caſata pa-

ta patris: patet quia in præcedenti statuto sub rub. quando mater non succedat ab intestato &c. fit mētio quasi de eodē casu, & dicit coniuncti ex prole paterna infra tertiū
27 gradū excludāt cōiūctos ex prole materna: sed uerbū † ,p les, significat idem quod familia. l. officiales. & in auth. statuimus. C. de epis. & cle. no. Alex. in l. 2. §. 1. in apostil. ad
28 Barto. ff. de iur. immun. & una pars statuti † declarat aliam. l. utrū. & ibi per Ang. de peti. hære. & si uerbū linea paterna, licet ex se excludat istū nepotē, fortius habet excludere propter uerbum prole' supra positum, cum idem signat quod familię, & de ea familia non est nepos, sed patris sui. ¶ Quartò probatur si excluditur mr̄ existētibus agnatis infra tertium gradum: quia ipsa nō est de agnatione defuncti, ut patet in statuto præfato sub rub. quod mr̄
29 non succedat, ergo † fortius nepos qui nō est de agnatione, & est in remotiori gradu: ad no. in l. si uiua matre. C. de bo. mat. & in l. de accessionib. de diuer. & tēpo. præscrip. &c. ¶ Vltimò probatur in eodē statuto ibi fratres soli in
30 gradu proximiores hæreditatē obtineāt, sed † appellatione fratris non uenit nepos ex fratre, sed bene soror. l. tres fratres. de pact. cum ibi plene no. per Ias. qui declarat quis comprehendat appellatione fratris. ¶ Item dictio soli, est
31 taxatiua & † excludit alias ꝑsonas. l. 3. §. cū Titio. de adi. leg. per Alex. in l. si constante solu. matri. col. 3. ¶ Itē uerbum proximiores in gradu, de quo supra, & si singula nō
32 excluderent nepotem de per se, tamen omnia unita † simul debent excludere. l. neque. de proba. no. in l. spadonē. §. qui iura. de execu. tut. per Bar. in l. admonēdi. de iureiu. quando imperfecta coniunguntur. ¶ Ad adducta pro cōtraria parte patet responsum ex deductis in primo fundamento, solum restat ut respondeamus ad illud quod cessat rōne statuti, scilicet ut bona conseruentur in familia & agnatione: quia cōseruantur in agnatione quātum potest, cum istę sorores sunt agnatæ defunctæ, nec alius reperiatur in quo magis conseruetur agnatio. Itē ad istud dicas,
33 cum ista ratio † non est expressa in statuto ab ea argumētari non potest: secundū Bar. in l. liberorum. de uerb. sign. col. 6. Bal. in l. si defunctus. de suis & legi. Alex. in cons. 80. uiso. col. 5. lib. 1. in cōsi. 92. uiso themate. col. fi. lib. 2. Are. in consi. 27. proponitur. Franc. de Cur. in cōsi. 81. recte pręfatus. Vel secundo illud procedit quando per agnatos cōseruatur familia quod non est hic. Vel tertio dicas procedere quando uerba statuti ultra non se haberēt & cōprehenderent personas etiā fœminas, ut puta in casu quo omnes agnatos præferret cognatis, quia ēt fęminas agnatas intelligitur præferre cognatis masculis. bene uerū est, qđ agnatos † masculos intelligitur pręferre agnatis fęminis,
34 secundum Ang. in cons. 282. inci. inaduertētia statuentiū, sed in casu nr̄o pręfert agnatos & coniūctos per lineā paternam: ergo nō cōsiderata ratione agnationis pręfert fęminas agnatas in casu quo nō sint masculi agnati cognatis: sed considerat agnatos & coniūctos per lineam paternam, & sic ipsam lineam diligit, & merito quia per eā conseruatur familia. arg. l. j. de uen. inspi. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio competens principali super sequestro, competit etiam fideiussori.*
2 *Instrumentum non indiget disceptatione iudicij.*
3 *Sequestrum est nullum quando eius forma non est seruata.*
4 *Requisitum a statuto in dubio iudicatur formale.*
5 *Sequestrum nullum non habet impedire solutionem.*
6 *Forma debet exprimi nec sufficit per relationem ad aliud.*
7 *Forma non adimpletur per æquipollens.*
8 *Relatum quando est incertum non potest iuuare.*
9 *Regula l. asse toto. non habet locum quando referens contradicit relato.*
10 *Pronomen ipsius denotat personalitatem.*
11 *Iuramentum ubi proprium requiritur nō sufficit præstari per procuratorem etiam specialem.*
12 *Statuta stricte interpretanda sunt, & ab usu recipiunt interpretationem.*
13 *Notario non creditur asserenti se esse rogatum de aliquo instrumento.*
14 *Sequestrum omne tollitur spatio triennij.*
15 *Sequestrum Ferrariense non potest mandari seu fieri Bononiæ.*
16 *Fideiussor quando principaliter se obligauit & iurauit cum renūciationibus, potest principaliter conueniri.*
17 *Fideiussor non potest conueniri ante principalem quando principalis est in alio territorio.*
18 *Fideiussor potest conueniri ante principalem quando est campsor, etiamsi in promissione non apparet eum esse campsorem.*
19 *Exceptio concernens personam principalis, non prodest fideiussori.*
20 *Sequestrum non concernit radicem obligationis, & nihil alterat.*
21 *Exceptio non competit fideiussori quando sua non interest.*

RESPONSVM XXVIII.

¶ An obligatus ad soluendum excusetur propter sequestrum sibi factum. Et quādo fideiussor teneatur, licet principalis habeat aliquam excusationem.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ Euidentia rei me a scribendo retraxisset, nisi precib. harum nobilium matronarum agentium aliqua ex parte indulgendum fore putarim: & licet prima frōte nobiles comites Alphōsus & fratres de Biuilacquis & Albertus de Gogiadinis uideātur tueri debere a sequestro antequam per eos pollicita adimpleant, cū illi de Biuilacquis sint Ferrariēses: & lege municipali Ferrariensi cautum sit: non posse quoquō sequestrum reuocari, nisi satisdatione præstita, ab ipso debitore de iudicio sisti, & iudicatum soluendo: quæ exceptio competit etiam
1 Alberto, tanquam † fideiussor. arg. no. in l. ex persona. de fideius. & in l. tam mandatori. C. de non nu. pec. & no. in l. exceptiones. de excep. ¶ Nihilominus rectius considerando dico dictos de Biuilacquis, uel saltem Albertum reum conuentum eorum fideiussorē, ac principaliter & insolidū obligatum, uirtute celebrati contractus &c. esse in mora, & teneri, iuxta tenorem dicti contractus: in quo nō me extēdo, cū eius uerba optime cantent, & instrm̄ sit probatio
2 probata, quæ non indiget † disceptatione iudicij: ut plene per Bar. Ias. & omnes in prin. de no. oper. nun. solum super est ut obiectioni de sequestro factæ respōdeamus: cui multifariam r̄ndeo. ¶ Et primo dico sequestrum esse nullum, ut constat ex actis: in quibus apparet formam, & qualitatem, requisitam a statuto Ferrariensi ad sequestrationem non fuisse seruatam: scilicet iuramentum de suspicione debitoris, uel suspicātis non posse consequi creditum suum, nisi cū maxima difficultate: ut in dicto statuto. nā in actis non apparet interuenisse aliquod iuramentū de suspicio
3 ne: ergo sequestrū est nullū tanquā forma † non seruata. l. cū hi. §. si pretor, de trans. cū simi. & illud requisitū a statu
4 to in dubio † iudicat̄ formale: ut per Bal. in l. cōparationes. de fid. instr. sequitur Ias. in l. 2. §. prius. de uul. & pup. si nul
5 lū, igit̄ est sequestrū: ergo † nō hꝫ impedire quin fiat solutio: iuxta plene tradita in l. 4. §. ꝯdemnatū. de re iud. cum uulga. ¶ Nec obstat, si dicatur immo adest iuramentū, ut in actis, quia in eo iuramēto nullū uerbum de suspicione: nec eū nō potuisse ꝯsequi creditū, nisi cū maxima difficultate: sed potius uerba sunt demonstrantia totū ꝯ̄rium, dū dicit, se posse commodius consequi &c. quæ uerba ꝯ̄riantur his uerbis, cōsequi cum maxima difficultate: ergo nō solum est adimpleta forma iuramenti: sed totum contrarium est iuratum: nec huic iuramento opitulātur illa uerba: s̄m formā statuti, quia forma dēt exprimi: nec sufficit
6 per relationē † ad aliud, cū illud sit mediate, & nō ꝑ prius,
7 ut requiritur in forma: facit ꝙ per æquipollens † nō adimpletur: iuxta no. per omnes in l. j. de libe. & posth. quod in hoc casu absq; dubio procedit, cum dicat statuti simpliciter: nec dicit cuius, nec sub qua rub.: quo casu cū relatum
8 sit † incertum non potest iuuare: iuxta tradita per mod. in l.

in l.admonendi. de iureiur.& in l. edita.in fi.C.de edē.dū declarant regulā.l.asse toto.de hære.insti.& hoc eo magis esse debet,cum uerba iuramenti nō coueniant statuto:im
9 mo contrarientur : † quo casu uon procedit regula. l.asse toto.de hære.insti. ¶Secundò dico sequestrum esse nullum:quia fuit præstitū per procuratorem, cum ex forma statuti per proprium creditorem debeat præstari ibi iuramentum ipsius creditoris : nam tantum est dicere ipsius,
10 † quantum proprij:immo hoc pronomen denotat personalitatem:gl.& ibi no.in uer.in ipsa.§. fuerat.insti.de act. cum simi.sed ubi proprium iuramentum requiritur : non
11 sufficit præstari per † procurarorem, ēt specialem : ut est tex.in c.licet ex quadam.de testi.&ibi no.Bal.Abb.& alij. & hæc absque dubio consideranda sunt:cum simus in sta
12 tutis:† quæ stricte intelligi debent.l.3.§.hæc uerba.de nego.gest.cum uulgarib.in hoc tamen me subijcio interpretationi quæ ab usu, & consuetudine recipit illud statutū. ¶Tertiò tanquam non iustificatum non habet eis opitulari:nam dicitur in actis per procuratorem iuratum fuisse,& non est probatum mandatum : nec probatur per illa uerba habere speciale mandatum rogatum per ipsum notarium:quia nō statur dicto notarij dicentis se esse roga-
13 tum † de mādato:ut uoluit in terminis Ang.in l.si donat. de dona.& Soci.in consi.225.in causa quæ uertitur.col.1. & Dec.in auth.si quis in aliquo.col.6.C.de eden.
¶Quartò dico,& si aliquod sit expirasse, cū omne seque-
14 strum tollatur tempore † triennij : ut per Bar.cōmuniter approbatum in l.litibus.col.fi.C.de agri.& censi.cū simi. & maxime cū ad eius iustificationē fuerit productus pro cessus agitatus,cum illis de Biuilaquis:ut ex actis cōstat. ¶Quintò dico & si aliquod esset sequestrum nō tamē Albertum ligare:tumquia ei non est mandatum,cum etiam
15 ei non potuit † mandari, cū sit Bono.arg.l.fi.de iurisd.om. iud.cum similib. ¶Præterea cum sit campsor uirtute statuti Ferrariensis, sequestro obtemperare nō tenetur:ut in dicto statuto expresse cauetur:ergo nō obstante sequestro tenetur adimplere contractum:& maxime cum principaliter pōt ɔueniri iste Albertus: ut ex pluribus demonstratur. ¶Et primo quia principaliter & insolidū promisit,& iurauit cum renunciatione &c. quo casu potest
16 principaliter † cōueniri.Bal.in c. ex rescripto.in 2.col.de iureiur.& Alex.in l. Marcellus. de fideiuss. in apostillis per
17 Hippoly.in rub.de fideiuss. 2.col. ¶Secundò † quia fideiussor potest conueniri ante principalem,quando principalis est in alio territorio : ut per Roma.in consil.93.in prin.& Alex.in consi.84. in causa. col.fin. lib. 3.sed ita est hic,ergo &c. ¶Tertiò fideiussor potest conueniri ante
18 † principalem,quando est campsor : ut per gl.in auth.de fideiuss.in §.fi.Franci.de Curt.in consi. 6.Anan.in consil. 52.Aret.in consi.126.& per mod. in l.fi.si cer.pet.qui doctores loquuntur quando talis fideiussor promisit simpliciter:absque eo quod dixerit,ut campsor &c. sed iste Albertus est campsor,& narratur in instrumento promissionis:ergo &c.Ex quibus manifeste probatur posse coueniri tāquam principalis:& ante illos,de Biuilacquis,& teneri soluere:nec ei prodest sequestrum, quia sibi non est factum:nec eo ligatur,& cum sit iussus iudicis,& mandatū, qui strictissime debet intelligi iuribus uulgarib.& sit tantum factum in personam illorum,de Biuilacquis:nō complectitur ipsum,ut de se patet:nec potest dici exceptionē competentem principali sibi competere, scilicet ut conseruetur indēnis antequā soluat ratione sequestri quodāmodo prouenientis facto,& culpa creditoris,quoniā exceptio competens principali cōpetit fideiussori quādocohęret rei:ut puta obligationi,& promissioni,& radicē obligationis ɔcernit:alias si personā principalis, uel eius qua
19 litatē cōcernat,tūc † exceptio nō prodest fideiussori.l.exceptiones.de excep.& ibi no.& per Saly. in l.tam mādatori.C.de non nu.pecu.sed sequestrum non concernit radicem obligationis ipsius debitoris quin teneatur, ut de se
20 patet:immo † qñ est iudiciale nihil alterat : ut dicit Saly. in l.j.de prohi.seq.pecu.post gl.in l.interesse.de acq.poss. cum ibi no.ergo ista exceptio nō competit fideiussori:ex quibus apparent sublata ɔria : & hoc absque difficultate debet esse,cum non intersit habita ratione sequestri fideiussoris soluere creditori cui promisit, cū sibi nō sit factū sequestrū,nec interest principalis fideiussorē soluere:quia cum ipse non soluit sequestro sibi facto contrauenit,nec obligatur sequestro propter solutionem fideiussoris:quia per solutinē fideiussoris non ɔuenitur sequestro , cū ei nō sit factum:quo casu nunquā cōpetit exceptio fideiussori,
21 qñ sua † non interest;ut plene no. in d. l.tam mandatori. ¶Ad quodquidem ultimum rogo,do.iudicem uelle animaduertere:& hæc sint dicta ex abundāti, cū sequestrū ex pluribus supra dictum non sit in cōsideratione:quib.omnibus saltem simul iunctis,pro comperto habeo partes dñi iudicis esse in faciendo adimplere ɔtum iuratū reiectis his friuolis exceptionib.ac per partē aduersam productis,cum ipsi rem habeant,cuius uirtute fuit factum sequestrum,& sint soluendo,& illa sit in specie hypothecata sequestranti. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Vsura proprie committitur, cum quid ex usu pecuniæ percipitur.*
2 *Vsura diuinæ legi contraria est.*
3 *Dotis causa semper, & ubique præcipua est.*
4 *Statutum intelligi debet, ut non comprehendat casum per quem inducatur peccatum.*
5 *Dos consistens in pecunia intra annum restitui, de iure non debet.*
9 *Hæredes intra annum dotem existentem, in pecunia numerata non restituentes, negligentes & iniuste recusantes dici non possunt.*
7 *Statutum permittens aliquid posse solui mulieribus intra annum a die, & tempore restituendæ dotis, de dote consistente in pecunia numerata loqui non uidetur.*
8 *Statutum generaliter loquens etiam odiosum, & corrigens nihilo minus generaliter intelligi debet.*
9 *Ratio statuti ampliat statutum etiam ad casum cui uerba conuenire non possunt.*
10 *Ampliatio statuti quæ fit propter eius rationem non dicitur extensio, sed comprehensio.*
11 *Genitiuus denotat causam constituentem.*
12 *Leges magis succurrunt casibus necessarijs.*
13 *Pronunciandum in dubio pro causa dotis, & alimentorum.*
14 *Tempus concessum, ad restituendas dotes miserationis causa censetur esse permissum.*
15 *Mulieres intra tempora restituendæ dotis, ubi uiget consuetudo mortuis uiris a domo recedere alimenta ab hæredibus uiri petere, & percipere debent.*
16 *Statuti Bononiensis sub rubric. de restitu. dot. §. insuper declaratio.*
17 *Difficultas est inter doct.an.§.ex actio.l.unicæ.C.de rei ux.actio. in muliere paupere sibi locum uendicet.*
18 *Statuti ratione cessante & eius dispositio cessat.*
19 *Statuta occasione dotium ultra præstationem alimentorum usuras aut certum quid pro centenario permittentia sunt nulla.*
20 *Statutum a iure communi recipit interpretationem.*
21 *Statutum eam interpretationem requirit, quæ remoueat absurdum, & secundum eam intelligi debet.*
22 *Oblatio alimentorum ut excuset hæredes a præstatione dotis mulieri extra domum fieri debet.*
23 *Statutum sanciens ut certum quid ratione alimentorum, intra annum a die soluti matrimonij mulieribus præstetur, non dicitur usuras inducere, sed alimenta quæ de iure taxari debent, taxare.*
24 *Dos pro alenda muliere & matrimonij oneribus, regulariter præstatur.*
25 *Lex, secundum ea quæ communiter arbitrari solent, intelligi debet.*
26 *Statutum concedens mulieribus alimenta suarum dotium ad rationem septem pro quolibet centenario, considerat id quod esse debet, & frequentius accidit.*
27 *Statutum taxans id quod alias ueniebat soluendum, usuras non dicitur continere.*

28 Statu-

28 *Statutum concedens mulieribus alimenta ſuarum dotium ad rationem ſeptem pro centenario intelligitur quando illa mulier non poteſt exigere dotem, uel quia non uenit tempus, uel aliter impedita.*

29 *Intentio agentes iudicat.*

RESPONSVM XXIX.

¶An ſtatutum cōcedens aliquid pro centenario mulieribus prætextu dotium illis non reſtitutarum, habeat locū quando dos cōſiſtit in re mobili, & in pecunia numerata, ubi multa egregia in terminis dicti ſtatuti, & §. exactio. l. unice. C. de rei uxo. act.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Dubitatur an ſtatutum concedens mulieribus alimenta ſuarum dotium ad rationem ſeptem pro quolibet centenario intra annum a tempore ſoluti matrimonij, & pro quolibet anno, habeat locum in mobilibus bonis & in pecunia numerata. ¶Et uidebatur dicendum locum non habere, quia tunc uidetur continere proprie prauitatem uſurariam, cum uſura
1 proprie ſit ex † uſu pecuniæ: per omnes ſummiſtas in titu.
2 de uſur. quę † eſt contra legem diuinam, ut no. in l. cunctos populos. de ſum. Trin. & fid. catho. & licet dos † ſit fa
3 uorabilis. l. j. ſolu. matri. anima tamen eſt præferenda. argu. not. in l. ſancimus. C. de epiſc. & cler. & cū ſtatutū non
4 appareat debet intelligi ut non comprehendat † hunc caſum ut euitetur peccatum. argu. c. iuuenis. de ſponſal. & quoniam diſputatur inter doct. utrum poſſet expreſſe in tali caſu diſponere: ut per omnes in l. diuortio. ſol. mat. ¶Secundò principaliter uidetur colligi ex uerbis ſtatuti, ibi, In caſu quoque reſtitutionis ſuarum dotium eis de iure reſtituendarum poſſint &c. ſed intra annum dos conſi
5 ſtens in pecunia † de iure reſtituenda non eſt. l. j. §. exact. de rei uxo. act. ergo non loquitur de dote conſiſtente in pecunia. ¶Tertiò dicit quod poſſint petere a negligētibus & recuſantibus reſtituere intra annum immediate ſecutum a tempore diſſolutionis matrimonij, & uerbū
6 recuſantibus debet intelligi iniuſte, ſed in pecunia numerata ſi hæredes non reſtituant intra † annum non poſſunt dici negligentes, & iniuſte recuſantes, cum habeant illud tempus a lege. d. §. exactio. cum ſimilibus. ¶Quartò facit dum dicit ſtatutum, debent ſolui intra annum a die, & tempore reſtitutionis dotis, ſed non reſtituitur dos conſi
7 ſtens in pecunia numerata intra annum. d. §. exactio. ergo † non loquitur de dote conſiſtente in pecunia numerata, cum uerba non conueniant: ut notatur in l. iiij. §. toties. de damno infect. ¶His tamen non obſtantibus determino
8 contrarium. Et primo propter generalitatem ſtatuti, quod & † ſi ſit odioſum, & correctorium debet generaliter intelligi. l. in lege. de teſtamen. per Areti. Iaſ. & Dec. in conſi. 5. ¶Secundò propter rationem ſtatuti expreſſam, ut ex eis uiuere poſſint, & cum non habeant unde ſe alant in rebus ſuis, quæ ratio ita comprehendit caſum do
9 tis conſiſtentis in re immobili quam in pecunia, & dato quod uerba ſtatuti non conuenirent, † quod tamen negatur per infra dicenda, per iſtam rationem ampliaretur, quia ratio ampliat dictum. l. regula. de iur. & fac. igno. &
10 ibi Bar. Bal. & alij. Nec dicitur extenſio ſed comprehēſio, & † perinde eſt ac ſi uerbis eſſet expreſſa, ut per Bal. in l. de quibus. de leg. & in l. fratres. de leg. hæred. ¶Tertiò probatur ex uerbis, dum ſtatutum uult quod habeant ſeptem pro quolibet centenario librarum dictæ dotis: ergo dos conſiſtebat in libris, & per conſequens in pecunia nu
33 nalibus in quibus fit interpretatio † ut excludatur magis quam sit possibile.regula,in pœnis.de reg.iur.l.si de interpretatione.& in l.præsens.de pen.cum simili.ex quibus sequit̃ ſm decretum non esse ꝯ statutum illud, & per conse
34 quens ualidum & tanquã † posterius aptum ad tollendũ primum:iuxta tradita in l.pacta nouissima.de pactis.

¶Nec obstat easdem solennitates requiri in destructione
35 actus &c. † quia non habet locum qñ fit reductio ad ius antiquum & primęuum:ut ponunt mod r.in l.ab emptione.Ias.in l.si unus.§.pactus ne peteret.in nota. de pactis. post Bar. in l.omnes populi. de iustitia & iure. & alios citatos per ipsos,sed ita est hic ut dixi supra,ergo &c.

¶Præterea primum est nullum propter rationem correctam,ut dixi,ergo &c.& sic nulla solennitas requiritur.

¶Circa aliam pœnam incursam qm̃ emerunt ꝯ formam primæ ordinationis dico,cum habeant rescriptum quod & si iniustum & inualidum fuisset,nihilominus est potens
36 † ad faciendum euitari pœnam , cum quælibet iniusta cã excusat a pœna.l.igitur.de libera. cau. adeo ut consuetu-
37 do quantuncunque iniusta † & bestialis excusat a pœna;
38 ut hic Bono.ꝙ pueri ludunt saxis & † si unus fuerit interfectus occisor non punitur,nisi ut Petr.de Ancha.in consi. 272.iure scripto.per Alex.in consi.72.in 2.uol. uisa facti. cum similib.de quibus late per Iaso.in l.de quibus.de leg. colum. 3. sed quorsum hæc ? cum statutum sit nullum & correctum,& sic non possit per illud aliquis puniri,ut late dixi. non repeto, quoniam non est opus instruere Mineruam . hoc solum dico uelle dominos iudices rogatos esse ut iurisdictionem reuerendissimi gubernatoris tueantur ac defendant,qua nituntur isti mei clientes uexati ac
39 perturbati, † & ne sub clypeo principis periclitentur:iuxta.l.j.de his qui ueniam ętа.impe.cum simi.absque tamen fractura iurium illustrium dominorum meorum quadraginta uirorum status libertatis reformatorum:sic eam totis uiribus tueantur. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Legitima dicitur tertia pars eius quod quis habiturus esset ab intestato.*

2 *Statutum uolens matrem succedere in tertia parte eius quod habitura esset ab intestato, idem operatur ac si dixisset in legitimam.*

3 *Leges multum laborant,ut mater minus excludatur a luctuosa filij hæreditate quam sit possibile.*

4 *Verba testantium debent interpretari,ut se confirment cum dispositione statuti.*

5 *Interpretatio in legato stricta fieri non debet, quando adsunt uerba iure restitutionis.*

6 *Interpretatio in testamentis latissima fieri debet.*

7 *Matri ius competit ad petendum supplementum legitimæ,quãdo minus ipsa legitima in testamento filij sibi relictum est.*

RESPONSVM XXXII.

¶An filius legando matri uideatur legare prout tenetur ex forma

ex forma statuti,& an matri competat ius petendi supplementum legitimæ.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Thema tale est, existente statuto loci per hæc uerba, statuimus ꝙ matre & agnatis simul masculis & fœminis de iure cõi defuncto ab intestato succedentibus,tunc matre ipsa & agnatę fœminæ, & quælibet ex ipsis,& præmortuarũ agnatarũ filij succedant in tertia tm̃ parte eius quam habitura,uel habituri essent ab intestato, & masculi agnati unus uel plures succedant in reliquo toto bonorum & hæreditatis, saluo in omnibus prædicto iure successionis in stirpem, uel in capita &c. ¶Quidam filius fecit testm̃ in quo extraneos hæredes reliquit,& in eo legauit matri suæ per hæc uerba, Item reliquit & legauit iure institutionis & legati. d. Mariæ eius matri tm̃ suam legitimã sibi debitã a iure & statutis cõis Centi. ¶Quęrit mõ stante dicto legato & dicto statuto, an ista mater debeat habere legitimã totius hr̃ditatis, an tm̃ legitimam legitimæ superiori debitæ a statuto, & sic an habeat tertiam partem totius hæreditatis,an tertiam tertiæ,& sic nouam ex uerbis & mente dicti statuti.

¶Præsens causa paruam habet dubitationem,cum legi-
1 tima dicatur tertia † eius ꝙ quis habiturus est ab intestato:ut per gl.j.& 2. & cõiter doct.in auth. nouissima.C.de inoffic. test. Igit̃ cum statutum dicat ꝙ mater succedat in tertia parte eius,quam habitura erat ab intestato, idẽ est,
2 ac si dixisset ꝙ succedat in legitima,cum†idẽ sit legitima & tertia pars eius &c.per no.in dict.auth. nouissima.quo stante certum est ꝙ testator legando legitimam debitã a iure & statutis &c. legauit tertiam partem quã habiturã erat cum illa sit legitima statuti, & testator non dixit legitimam eius ꝙ habitura erat a statuto,sed legitimã debitam a statutis:quæ nihil aliud est q̃ tertia totius hr̃ditatis,cum idem sit dicere legitimam uel tertiam:& hoc debet esse ut minus a luctuosa hæreditate filij modo exclu-
3 dat̃,circa†ꝙ leges multũ laborant ẽt impropriando, subaudiendo &c.iuxta plene tradita in l.fi. C.de impuber.& alijs substi.ergo fortius hic cum uerba conueniant.

¶Accedit quoq; illud uulgare,uerba testantiũ interpre-
4 tanda fore ut † se confirment cum dispositione statuti:ut per Bar.in l.hæredes mei.§.cum ita. ad Trebellia. ubi late per Alex.per Soci.& alios in l.Gallus.§.quidã recte.de liber.& posthu. ergo dici debet ꝙ intellexit testator de tã ta rata & parte quæ conceditur a statuto & non minus.

¶Nec obstat si dicatur in legatis fieri strictã interpreta-
5 tionem & minimum uenire:quia hoc tollit̃ propter † uerbum iure institutionis &c. ꝙ tanq̃ potentius potius attẽ
6 dendũ est & in eo latissima fit interpretatio.l.in†testamẽtis.de reg.iur. ¶Præterea cum multũ dilectę personæ, scȝ matri, relictũ est & adest interpretatio se ꝯfirmandi cum statuto &c.& cũ uerba ꝯueniunt proculdubio cessat obiectũ,iuribus uulgarib.sed quorsum hæc?nonne iure cautũ est, si minus legitima debita ab intestato de iure cõi ma-
7 tri relictũ fuerit in testõ filij † ꝙ sibi cõpetit ius ad petendum supplementum legitimæ in testõ filij:ut per Anto.de But.in consi.12.absque allegationibus superfluis.per Ias. in l.omnimodo. de inoffic. testa. col. 2. ergo dato & non concesso ꝙ minus legitima debita de iure cõi relictum esset, nihilominus matri per ius petendi supplementũ succursum est: nec statutum obstat, quia & ipsum concedit tantundem quod & ius commune elargitur. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM

1 *Compromissum fraudulenter petentes iudex ex officio suo repellere debet.*
2 *Boni iudices fraudibus obuiare tenentur.*
3 *Compromissum non fit de instrumento executiuo iurato & re liquida.*
4 *Statutum simpliciter disponens debere fieri compromissum de litibus & differentijs, non intelligitur de litibus uertentibus super instrumentis iuratis & executiuis.*
5 *Exceptio debet esse de regula.*
6 *Exceptio casus non comprehensi sub regula,ampliat regulam.*
7 *Regula per exceptionem non ampliatur, quando per ampliationem induceretur iuris communis correctio.*
8 *Exceptio facta in aliquibus casibus,ad similes porrigitur.*
9 *Regula statuti cogentis ad compromissum contra ius cõmune per eius exceptionem ampliari non debet.*
10 *Quoties quid simpliciter profertur iuxta eius naturam intelligit̃ esse prolatum.*
11 *Confessio in iudicio facta sui natura multas patitur exceptiones.*
12 *Statutum compellens affines ad compromittendum limitatur in confessione uel sententia uel alio simili modo.*
13 *Dispositio statuti non debet intelligi ut reddatur elusoria.*
14 *Compromissum in dubio non debere fieri respondendum est.*

RESPONSVM XXXIII.

¶An statutum simpliciter disponens quod de litibus & differentijs ortis inter affines fiat compromissum, habeat locum in litibus uertentibus super instrumentis iuratis & executiuis uel similibus,& quando sumus post causam instructam, & ubi apparet de euidenti calumnia petentis.

INVOCATO diuino suffragio. ¶In causa huius nobilis equitis paucis me absoluam cum præsuppositis in facto quæ mihi narrata fuere, causam esse instructam, & esse post publicationẽ processus,& post schedulas ad allegandum missas, & non constat unquam compromissum fuisse petitum, res nullã habet difficultatẽ, cum ea lege qua ad compromittendum compellimur eadẽ liberamur,ut expresse in ipso statuto cauetur, ꝙ cum etiam repellit petentem cõpromissum post dimidium instantiæ,cum ex quo stetit per tantũ tempus quod non petijt: postea petendo, vr̃ in fraudem petere causa prorogandi lites,& euitandi iudicem in quo per tot actus consensit & quem approbauit, ergo fortius repellit petentem in casu nostro, cum causa sit instructa & sumus in calculo ferendę sententiæ. nã huiusmodi petẽ
1 tes fraudulenter compromissum† iudex ex officio repelle
2 re debet,& si lege municipali cautũ non esset,cũ†boni iudices fraudibus obuiare debeant.l.in fundo.de rei uẽdic. & itá respondit hoc in cõpromisso.Soci.in conf. 300.col. pe.uol.2.ergo quãto fortius hic iudex repellere debet, cũ expresse lege municipali id cauet̃, ꝙ quidẽ iustissimũ ac doctissimũ iudicẽ nostrũ,tam p.p obseruantiam iuris, q̃ propter singulares eius animi uirtutes facturũ esse pro cõ perto habeo,eo maxime,quia istud est de iure cõi: ut uoluit Bal.in l.j.de transac.& Roma.in l.prætor ait.de noui oper.nunc.Alex.in l.si causa cognita.de transact. & in ꝯs. 82.uol.j.& in cons.72.uol.2.Are.in cons. 161.& per mod. in l.elegãter.de cond.indeb. & his casibus nonnullę obiectiones & rationes factę ad demonstrandũ statutũ uẽdicare sibi locũ in instrõ iurato & executiuo cessant cũ supradictis interuenientibus uel uno ex eis non solum statutũ non habet locum in re tam liquida, sed ẽt in quacunque re dubia.¶Nihilominus ut magis consultum sit conscientiæ domini iudicantis sigillatim obiectionibus respondebo etiam non præsuppositis in facto supra deductis.

¶Et pro resolutione præmitto ꝙ habemus fundatam in-
3 tentionem de iure cõi, cum † de instrumẽto executiuo & iurato, & re liquida non fiat compromissum: ut per oẽs in l.eleganter.de cond.indeb.& in l.si cã cognita.C.de trãsac.cũ simi.& cõcor.de quibus ibi plene per mod.adeo ut
4 statutum † simpl̃r disponens ꝙ fiat compromissum de litibus & differentijs non intelligit̃ de litibus uertentibus super instrumentis iuratis & executiuis:ut per oẽs in d.l. eleganter.de ꝯdi.indeb.& in d.l.si causa cognita. de transac. ¶Et sic si de instrumentis iuratis intelligeret̃ corrigeret ius cõe,ex quo sequit̃ responsio ad obiectionem factã de exceptione statuti:nam dicebatur cum statutum excipit casum executionis laudi,uel sententiæ quę transiuit in rem iudicatam,uel cõfessionis iudicialis qui casus sunt liquidi,

quidi,ergo nult ꝙ regula ut fiat compromissum cōprehē
5 dat etiam liquida,ut † exceptio sit de regula.l.nā ꝙ liqui-
6 dę.§.fi.de penu.lega.& hoc casu † exceptio ampliat regulam:ut per Domi.in c.qui ad agendum. de procurato. in 6.per Alex.in l.fi. ꝙ quisque iuris.& maxime qñ uerba cōueniunt ut hic,ibi quotiescunque lis, quæstio &c.qm̄ di-
7 ctum Domi. non procedit qñ si regula † uirtute exceptionis ampliaretur correctio iuris sequeret:ita est gl.in d.l.fi. ꝙ quisque iur.quam ita declarat ibi Alex.& alij,ergo non habet locum in casu nostro, cum sequeretur correctio iuris,ut dixi. ¶Secundò respondeo dato dictum Domi. uendicare sibi locum in casu de quo agitur & sic statutū loqui de re liquida, cum postea excipiat casus de quibus supra: quippe & si non excipiat casum instrumenti iurati & executiui nihilominus,cū iste sit casus similis exceptis & saltem confessioni iudiciali exceptę,immo habeat maiorem rationem ut non comprehendat exceptio habebit
8 locum in hoc casu,cum exceptio † facta in aliquibus casibus ad similes porrigat:ut per gl.in l.j.de condictio. inde biti.C.Abb.& alios in c.cum dilecta. extra de confirmatio.utili uel inutili.per illum tex. immò & si hæc cessaret, habemus authoritatem Alexan. in consil. 65. in fin. uol. 5. ubi alias consulendo in causa maiorum huius equi-
9 tis dicit † per exceptionem illius statuti non debere ampliari regulam statuti cogentis ad compromissum ꝯ ius cōe, ergo cessant obiectiones, cum pendeant ab ampliatione descendente ex exceptionibus, ex quibus quoque exceptionibus colligitur alia declaratio ad statutum,scilicet,ut statutum non habeat locum in re liquida,ut puta per sententiam, uel confessionem etiam si potest opponi aliqua exceptio ꝯ ista,ꝙ demonstrat:nam excipit ista sim
10 pliciter ergo s̄m sui naturam: nam † qñ quid simpliciter profertur,iuxta eius naturam intelligit esse prolatum.l.si stipulatus.de usuris.per Alex.in cons.43.uol.5.sed sui na-
11 tura † confessio in iudicio facta patitur multas exceptiones,scilicet erroris, & multas alias de quibus per mod. in c.si cautio.de fide instru.& in regula,non fatetur.Et idem res iudicata ut nullitatis:ut in cle. j. de senten. & re iudic.
12 cum simi. ¶Ergo sequit ista declaratio ut statutum † limitet in confessione,uel sententia,uel alio simili casu,per ea quæ dixi supra s̄m cōem opinio. etiam si ipsis casibus exceptio aliqua opponi potest,dummodo sui natura rem liquidam reddant & sint executiua,ex quo tollit alia obiectio qua dicebatur & si statutum limitet in cā liquida & executiua,nihilominus hoc nō procedit qñ tali causæ potest opponi exceptio:ut per Alex.qm̄ de intentione statuē tium apparet ꝯrium,& ꝙ immo & si potest opponi exceptio,tñ attenta sui natura cum res sit liquida & executiua non cogitur fieri compromissum, & sic ipsum met statutū tollit obiectionem,quæ profecto facta nō fuisset, si ad statutum recte animaduersum fuisset, & ita tollitur ultima obiectio dum dr̄ ꝙ instr̄m executiuum cessat, si pars aduersa soluerit,& ipsa prætendit soluisse, & sic adest dubiū. ¶Secundò r̄ndetur ꝙ cum hæc oppositio facti est, & ad aduersarium spectet onus probandi,& tm̄ temporis præterijt quo probare poterat,sibi imputandū est,& ita alias per hunc modum & similes posset fraudari statutū, quia diceret pars sententiam esse nullam,confessionem fore erroneam, & similes exceptiones opponere, ut rem liquidā redderet dubiam, & sic statutum redderetur elusorium
13 † quod fieri non debet.c.cum quid.de regu.iur. in 6. & in c.quanquam de usur.&.in simili respondit Soci.in d.consil.300.uol.2.col.penul.Ex quibus omnibus simul iunctis apparet satisfactum obiectionibus, & rem satis claram esse ad fauorem magnifici equitis, & casu quo res uidere-
14 tur dubia succedit regula,in dubio † pronunciandum esse compromissum fieri non debere, secundum Bald. in l. j.C.qui accu.nō pos.& Soc. in loco præallegato,ergo &c.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio a partibus reijci potest.*

2 *Remotio appellationis inter alios effectus operatur, ut & si non obstante remotione appellationis adhuc appellari possit, nihilominus executio non impeditur.*

3 *Iuri suo quis magis renunciare & præiudicare potest,quam possit ipse princeps.*

4 *Reductio ad arbitrium,&c.est quid mistum, capiens a supplicatione effectum deuolutiuum, & ab appellatione effectum suspensiuum.*

5 *Laudum emologatum sui natura uenit exequendum.*

6 *Verba omni meliori modo &c.faciunt ualere actū qui alias non ualeret,etiam ex omni capite quo fieri potuit.*

7 *Reductioni ad arbitrium &c.quo ad effectum suspensiuum renunciari potest.*

8 *Statuti Bononiensis quo cauetur eius uirtute laudum & arbitramentum censeri emologatum & ualidatum,& executioni mādari debere per potestatem qui partes ad parendum tali laudo compellat,declaratio.*

9 *Præsumptio iuris,tunc dicitur quando lex præsumit & super ea præsumptione disponit.*

10 *Contra præsumptionem iuris & de iure non admittitur probatio.*

11 *Exceptio quæ requirit altiorem indaginem non impedit executionem.*

12 *Censendum minime est statutum, a principe approbatum, ac diu obseruatum,non ualere.*

13 *Statuto non obstāte quando ex laudo infertur enormissima læsio reductio ad arbitrium boni uiri peti potest.*

14 *Statuto stante super executione laudi, quamuis petatur reductio, & obtineatur, nihilominus de iure non impeditur executio.*

15 *Sermo generalis quando non potest referri nisi ad unum,perinde est ac si illud nominatim esset expressum.*

RESPONSVM XXXIIII.

¶An ꝯ laudum possit peti reductio ad arbitrium boni uiri non obstante renunciatione,& statuto disponente ꝙ debeat mitti executioni, & an saltim possit impediri executio.

INVOCATO diuino suffragio. ¶In præsenti articulo,cū coram peritissimo ac iustissimo agitur conclusiue, ac breuiter quid sentiam explicabo.Dico quod cū † reiecta est ap
1 pellatio per partes prout de iure fieri potest.l.fi.C.de tempo.appel.l.j.§.j.a quib.appel.licet.ubi no. per omnes scri
2 bentes: † & ubi appellatio remota est inter alios effectus operatur istum ut & si nō obstante remotione appellationis adhuc appellari possit.nihilominus executio non impeditur:ut per omnes in c.pastoralis.col.2.de appel.& ad uertēdum est ꝙ loquuntur in appellatione remota a principe qui non potest illam remouere sicut possunt ipsę partes,cum † quis possit magis iuri suo & defensioni renūcia-
3 re & præiudicare quam possit princeps:ut per Bal. & oēs in dicta.l.fi.de appel.per omnes mod.in rubri.extra de appel. ¶Si igitur in casu illo in quo remotio appellationis debilior est,& si ex aliqua causa admittatur saltem nō impeditur executio, quanto fortius hic debet impediri, cum remotio appellationis fortior & efficacior est, & sic inquantum admittitur appellatio nō obstante renunciatione ut cognoscatur,an uere sint exceptiones iniquitatis contra laudum operatur tantum effectum deuolutiuum
4 non autem suspensiuum:& cum † reductio ad arbitriū &c. sit quid mistum capiens a supplicatione effectum deuolutiuum ab appellatione effectum suspensiuum: ut late per Angel.Aret.post alios in l.j.§.j.ff.quib.appel. nō licet.per l.non distinguemus.§. cum quid. de arbi. & licet remota sit reductio in instrumento compromissi & nihilominus possit peti reductio ad arbitrium ut renunciatio operetur debet intelligi quo ad effectum deuolutiuum non autem quo ad effectum suspensiuum, cum ab appellatione hoc accepit & accipere non potest, cum appellatio in hoc casu id non habet:iuxta illud uulg.de quo in l.si eius: si certum peta.& per istam rationem id in puncto iuris est uerissimum

uerisimum concurrentibus iuramento super ipsa renunciatione reductionis ad arbitrium boni uiri & uerbis positis in instrumento compromissi quibus emologarunt ex tunc & pro emologato habere uoluerunt omni melio-
5 ri modo &c. ¶Nam laudum † emologatum sui natura exequendum est: ad notata in l. cum antea. de arbit. cum concordan. ibi plene traditis. ¶Item dicit omni melio ri modo, ergo saltem quo ad effectum suspensiuum: nam
6 illa † uerba faciunt ualere actum, qui alias non ualeret & ex omni capite quo fieri potuit: ut per Bald. Imo. in l. cũ pater. §. filius matrem. de leg. 2. Cardina. & Imo. in c. ex literis. de offic. deleg. per Dec. in cons. 55. in additione.
7 Sed† quo ad effectum suspensiuum potest renunciare deductioni & ualet renunciatio si constat de uoluntate renunciantis quod exequatur, cum pars potest iuri suo renunciare: ad nota. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. & quo ad executionem solum agitur de præiudicio partis, & occasio delinquendi satis tollitur ex effectu deuolutiuo, cum laudum reuideri possit, omnes rationes quę ponuntur a doct. ad probandum quod renunciatio non ualeat cessant, cum si probantur purgantur per bonum uirũ ad quem habetur recursus per effectum deuolutiuum.
8 ¶Præterea aduertendum est quod in hac † ciuitate Boniæ adest statutum particulare ad quod contrahentes se referunt quo cauetur quod illius legis uirtute laudum & arbitramentum emologatum & ualidatum sit & esse intelligatur & executioni mandetur per potestatem qui partes ad parendum tali laudo compellat. Pondero primo illa uerba emologatum & ualidatum sit, & esse intelligatur
9 quæ important † præsumptionem iuris, & de iure, cum super ista præsumptione statuti ut ibi & executionem mãdat: ad not. per gl. in cap. ferrum. 54. distinc. & in l. non est
10 uerisimile. quod met. cau. & in rubri. de præsump. sed† cõtra præsumptionem iuris & de iure non admittitur probatio. gl. in l. in contractibus. in uersi. nullo modo. C. de non num. pecu. & not. in l. antiquę. C. ad Velleia. & in authen. cũ iam necesse. C. de donatio. ante nupt. ergo ibi est statutum ualidans compromissum uti emologatum, & remouens omnem probationem in cõtrarium, ut executio locum habeat: & sic est tex. apertus decidẽs istum casum: ergo ulterius non est laborandum cum habemus casum legis s̃m quem contraxerunt ipsi contrahentes iuribus uulgaribus. Nec potest dici, ꝙ istud statutum non ualeat
11 cum istud requirit altiorem indaginem † quo casu non impeditur executio: ut per Bar. Alex. Ias. Rip. & alios in l. 4. §. cõdemnatum. de re iud. profecto quis dicet matrem octuagenariam ab arbitris enormissime læsam iudicantibus dulcissimis suis filijs quid debitum esse reseruatis dotibus suis ipsi matri quibus honorifice uiuere potest. & maxime in casu, ubi agitur de apicibus iuris, & præser-
12 tim cum istud statutum sit approbatum † a pontifice ac diu obseruatum: ad not. in l. de quibus. & in l. minime. de legib. & pontifex secundum illud rescripsit: immo istud statutum ualet cum solum reijcit probationem in c̃trium quo ad executionem, & sic quo ad effectum suspensiuum, & non deuolutiuum quo casu doct. qui dicunt: ut in l. quidam cum filium. de uerb. oblig. & in alijs locis, quod
13 † non obstante statuto stante enormissima lęsione potest peti reductio &c. Loquuntur quo ad effectũ deuolutiuũ
14 ut est uidere: immo uoluit Ang. quod † stante statuto super executione laudi quod non impeditur executio de iure etiam si petita reductio concedatur: ut per Ang. in cõsi. 171. Laudum. & Bart. in consi. Statuto cauetur quod lauda. & infiniti alij quos uti notissimos prætermitto, ergo quanto fortius in casu nostro habemus dicere non solũ statutum ualere, sed in totum executionem non impediri cum non solum mandat exequi: sed præsumptione iuris, & de iure ualidum facit ipsum laudum. & quod sit de intentione statuti, patet ex sequentibus uerbis: nam postquam dixit quod executioni mandetur per uerba imperatiua & pręceptiua subdit quod compellat partes ad parendum tali laudo. ¶Nam ut hæc uerba aliquid operẽtur datur intelligi quod uult mandari executioni etiã parte reclamante quod non potest esse nisi per petitionẽ reductionis ad arbitrium boni uiri, stante hoc quod sit emologatum: prout uult statutum, secundum doct. communiter in l. quidam cum filium. de uerb. oblig. ubi per Iaso. col. 8. qui infinitos allegat in lecturis & in consilijs: & per alios in l. cum antea. de arbi. & in l. societate. §. arbitrorum. pro socio. ergo perinde est ac si statutum dixisset in specie quod mandetur executioni etiam si pars petierit reductionem &c. ad nota. in l. 2. de libe. & posth. cũ
15 cõcordan, ubi quando † sermo generalis non potest referri nisi ad unum, perinde est ac si illud nominatim esset expressum. ¶Et ex his omnibus simul iunctis concludo ex mente contrahentiũ & dispositione statuti expressam petitionem reductionis admittendam non esse sine præiudicio executionis & omnino exequẽdum esse laudum non obstante dicta petitione reductionis: & ad hunc casum rogo dominum iudicem animaduertere, & facile cõspiciat quod de iure procedit absque aliquo contradictore in proprijs terminis. Nam qui dicunt executionem nõ impediri non loquuntur in casu talis statuti & concurrentibus iuramento, ac renunciationibus cum modis & formis de quibus supra, & hæc opi. quotidie ita obseruatur. ¶Præterea dominus iudex id non debet simpliciter admittere, sed tantum in casu quo fuerit sibi relaxatum iuramentum habita matura causæ congnitione de enormissima læsione statuta competenti dilatione, ne sine ordine procedatur, & in infinitum lites inter filios, fratres, & matrem, protrahantur. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a sufficienti partium enumeratione in iure procedit.*
2 *Ascendentium hæreditas transmittitur ad suos successores.*
3 *Statutum loquens de transmissione debet intelligi de hærede uniuersali.*
4 *Statutum uolens hæreditatem transmitti ad quoscunque successores, comprehendit etiam particularem successorem.*
5 *Absurdum est, immo falsum, fortius esse ius ad rem, iure quod habetur in re.*
6 *Exclusus ab uno, ab omni alio censetur exclusus per quod peruenitur ad illud.*
7 *Hæreditas ut adeunda, & ut delata, transmittitur.*
8 *Priuilegium personale non transit ad hæredes.*
9 *Fœmina exclusa a statuto cõtemplatione masculi, intelligitur exclusa si masculus adiuerit, secus si non adierit.*
10 *Pater succedens filio masculo in bonis maternis, filiabus exclusis si transeat ad secunda uota priuatur proprietate, & eam filiabus primi matrimonij seruare tenetur.*
11 *Pœnæ quæ imponuntur mulieribus ad secunda uota transeuntib. quæ non continent meram pœnam, sed prouisionem filiorũ primi matrimonij, hodie non sunt sublatæ.*
12 *Priuatio proprietatis propter transitum ad secunda uota quæ habet locum in muliere, etiam in uiro uendicat sibi locum.*
13 *Statutum ubi expresse & in indiuiduo decidit aliquem casum, amplius non est excitandum.*
14 *Dotis uel alterius rei appellatione uenit etiam proprietatis.*
15 *Statutum ita debet interpretari, ne sit superfluum & frustratorium.*
16 *Statutum deferens lucrum marito, in dote & augmento etiam in præiudicium filiorum in totum ualet.*
17 *Fœmina à statuto per masculum semel exclusa a successione materna, perpetuo remanet exclusa, etiam si filius postea repudiet.*
18 *Pars una statuti, secundum aliam intelligi debet.*
19 *Præcedentia magis influunt in sequentia, quam econtra.*
20 *Statuta recipiunt interpretationem a iure communi.*
21 *Absurdum est sororem esse melioris conditionis, quam hæredem descendentem ipsius masculi, uenientem ex transmissione.*
22 *Statuta semper intelliguntur ut euitetur absurdum.*
23 *Lex, fœminæ. de secun. nupt. non loquitur in casu quo pater habet lucrum a statuto sine præiudicio filiorum.*
24 *Extensio, non fit in pœnis.*

25 Lex fœmi-

25 *Lex fœminæ.C.de secun.nupt. hodie habet tantum locum in his quæ tendunt ad filiorum prouisionem.*
26 *Prouisio nulla, conceditur negligenti, & nolenti.*
27 *Relatiuum, in quibus &c. stat restrictiue.*
28 *Casus quicunque non excepti, sub regula manent.*
29 *Regulam pro se habens, dicitur habere fundatam intentionem.*
30 *Interpretatio per quam minus a regula deuiatur, habet etiam locum in statutis.*
31 *Regula statuti in alijs casibus sequenda est, præterquam in casu in quo fecit exceptionem.*
32 *Exceptio statuti his restricta ad casum quando soror concurrit cum filiabus, in illo duntaxat casu intelligi debet.*
33 *Ratio statuentium, in successionibus, pro maiori parte semper est, ut familiæ conseruentur.*
34 *Rationes statuentium in dubio præsumuntur plures.*
35 *Ius adeundi non est in bonis, nec uenit appellatione bonorum.*
36 *Ius adeundi non transit in singularem successorem, & appellatione hæredis non uenit singularis successor.*
37 *Verba in correctorijs generaliter capiũtur iuxta eorum proprietatem.*
38 *Casus omissus a statuto remanet sub dispositione iuris communis.*
39 *Iudex in dubio ad reorum absolutionem pronunciare debet.*
40 *Iudices debent semper laborare, & iudicare ut æqualitas inter filios seruetur etiam recedendo a regulis iuris.*
41 *Constitutus in articulo mortis, uiuus mori censetur.*
42 *Transmissio fit seruato ordine iuris.*
43 *Tenentes statutum loquẽs de hæredibus per uerbum quoscunque comprehendere singularem successorem, non loquuntur, quãdo ultra uerbum hæres, adesset aliud uerbum repugnans.*
44 *Soror a fratre per statutum exclusa remanet perpetuo exclusa, quando non fuit simpliciter exclusa sed sub conditione.*
45 *Pater per transitum ad secunda uota non priuatur proprietate, quando filij consenserunt, uel nunquam conquesti sunt.*

RESPONSVM XXXV.

¶ An frater hæreditatem matris non aditam, neque repudiatam transmittat ad sororem quæ stantibus masculis excludebatur, ubi multa in materia transmissionis, & circa intelligentiam statutorum, necnon egregia quædam de pœnis parentum transeuntium ad secunda uota.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ Viso puncto mihi transmisso, ac statutis Lucanę ciuitatis, ipsisque diligenter consideratis, & si prima fronte uidebatur Caterinam actricem ad dotem ac bona materna admittendam fore post mortẽ Siluestri eius fratris, qui ut in facto præsupponitur hæreditatem matris non repudiauit neque agnouit, & hoc a
1 † sufficienti partium enumeratione: ad not. in l. patre furioso. de his qui sunt sui uel ali. iur. & in §. omnium. insti. de actionib. Nam aut uolumus quod ius adeundi & acceptandi dotem & bona ex linea materna obuenientia fra-
2 tri defuncto transmissum sit a fratre, quia † hæreditas ascendentium transmittitur: ad no. in l. j. C. de his qui ante aper. tab. & in terminis id probatur per statutum loci super transmissionibus emanatum, quo cauetur ut ad quoscunque hæredes transmittatur, siue ex testamento, siue ab intestato uenientes, & tunc dico cum per aliud statutum soror utriq; coniuncta in dote, & in bonis ex linea materna obuentis defunctę personę ab intestato succedat, quod ad eam est transmissum uti in dictis bonis uenientem ab intestato, & per consequens ex iure transmisso bona dotalia consequi debet. ¶ Nec obstat quod soror in dictis bonis dotalibus sit successor particularis fratris cum in alijs omnibus bonis pater succedat, & secundum idem met statutum: & statutum loquens de transmissione de-
3 bet intelligi † de hærede uniuersali, cum appellatione hæredis non ueniat succedens in re certa: ut per Bald. in l. si non speciali. C. de testamen. in l. sicut. §. in computatione. C. de iure delib. plene per omnes in l. quoties. C. de hære. instituen. & per mod. in l. fi. de edi. diui Hadr. tol. quia ad hoc respondetur per statutũ de transmissione, quod uult ad quoscunque transmitti: quo casu propter dictionem
4 † quoscunque, uenit particularis successor & legatarius: ut per Alex. & moder. post Bald. & alios citatos per eos in l. etiam. ff. solut. matrimo. & hoc eo maxime esse debet quoniam alias resultaret absurdum, quod ius trãsmitteretur ad eum qui non successisset si ius transmissum fuisset acquisitum perfecte a transmittente: & ita hic sensus reijciẽdus est. l. nam absurdum. de bon. liber. cum uulgarib.
5 nam absurdum immo est falsum quod fortius † sit ius ad rem quam in re: ad not. in l. qui auth. de his quæ in fraud. cred. & in terminis in l. precia rerum. ad leg. Fal. sed hęres uniuersalis non successisset in ius existens in rebus: ergo minus potest succedere in ius ad rem, & facit illud uulga.
6 quod † ab uno remotum est omne etiam aliud per quod peruenitur ad illud censetur esse remotum, & econtra, qui admittitur ad unum, ad omne ius præambulum censetur esse admissus. l. cum oratio. de sponsa. l. illud. de acquir. hær. l. ad rem mobilem. de procurato. plenè per docto. in l. 2. iurisdi. om. iud. ergo cum pater est exclusus ab omni iure adeundi & consequendi illa bona, & econtra, soror cum sit admissa ad illa bona cẽsetur etiam admissa ad ius perueniendi & acquirendi illa bona &c. ¶ Considero
7 quoque † hæreditas transmittitur ut adeunda, & ut delata. l. si quis filium. in princip. de acquir. hæred. & no. in l. j. de his qui ante apert. tab. sed pater per suam aditionem non habet excludere filiam. l. j. de bon. mat. & per totum titu. etiam quando agitur de successione fratris, & per statutum de quo supra, ergo non excludet sororem, & licet frater exclusisset ex priuilegio particulari a statuto sibi concesso: tamen cum illud priuilegium erat personale nõ
8 debet transire ad † hæredes, licet hæreditas transeat. c. priuilegium. de reg. iur. in 6. plenè in l. in omnibus. eo. tit. ¶ Aut uolumus dicere quod ius adeundi non est transmissum, & tunc dico quod cum masculus non agnouit, fœmina debet posse succedere, cum & de iure cõi. toto tit. de bonis mater. & in l. maximum uitium. C. de libe. præte. & ex forma statuti de quo supra, & masculi & fœminæ debent succedere ante patrem: & non obstat ꝙ statutum nõ uelit fœminas succedere existentibus masculis, quia uidetur permittere ꝙ possit succedere nõ existentibus masculis a ꝯrio sensu, ꝙ argumentum est fortissimum. l. j. de officio eius cui manda. est iurisdi. & in terminis quando fœ-
9 mina est † exclusa cõtemplatione masculi ꝙ intelligatur si masculus adiuerit, secus si non adiuerit. uoluit Bar. in l. 2. §. sed fine. & ibi no. ff. ad Tertul. in l. j. §. ꝙ si filium. de ꝯ tab. cum concord. ibi traditis. ergo cum in hoc casu præsupponitur masculum non adiuisse, dicendum est ꝙ soror in bonis maternis possit succedere. ¶ Vltimò dico dato ꝙ mulier nõ possit uenire ad ista bona materna neque iure transmissionis ex persona fratris, neque iure proprio post mortem fratris, sed pater omnino habet succedere istud, tñ debet intelligi quo ad usumfructum, non autem quo ad proprietatem. qm̃ qñ pater succedit filio masculo
10 in bonis maternis exclusis filiabus si pater transiuit ad † secunda uota priuaẽ proprietate, & eam tenetur conseruare filiabus ex primo matrimonio, & non debent peruenire ad filios secundi matrimonij. l. fœminæ. §. illud. C. de secũ nupt. & ibi no. gl. Bar. & in terminis ponit. q. Sali. & determinat, ut supra: per Ioã. And. in add. ad Spe. in tit. de secũ. nup. & ratio, quia fm̃ cõem opi. pœnæ quæ imponanẽ mu-
11 lieribus ad secunda uota transeuntibus quæ nõ sunt † merę pœnæ, sed prouisio filiorum primi matrimonij, hodie non sunt sublatę: ut per Ias. Cy. Bar. Sali. & alios in l. j. de secun. nup. Inno. Host. Ant. Abb. Zabarel. in c. fi. de secun. nupt. & illa priuatio proprietatis propter transitum ad se-
12 cunda uota quæ habet † locum in muliere, habet etiam locum in uiro, ita post Bar. & gl. in d. l. fœminę cõsuluit Soc. in consi. 34. uol. j. col. 2. & 3. Dec. in consi. 87. col. 3. & ideo uir per transitum ad secunda uota non solum successione, sed etiam lucro a statuto per mortem mulieris quo ad partem dotis marito concesso priuatur, quia immediate ex causa lucratiua uenit: ut per plura cõcludit Dec. in l. si qua mulier. C. de secun. nup. & in cõs. 260. & hęc sunt quę pro soro-

pro sorore principaliter facere uidentur. ¶Maturius uero considerans, determino ɔ̃rium per statutum loci sub rub. de mulie. defunc. in matrimo. liber. remanen. in §. si uero ius succeßionis. ubi si liberi eiusdē matrimonij ius succeßionis in bonis maternis non agnouerint, uel repudiauerint, & mulier deceßit post annū uir lucretur duas partes ex tribus: & istud statutum intelligitur de liberis masculis si adsunt tempore mortis mulieris, prout ipsummet se declarat supra in prin. ibi, existentibus masculis, & fœminis, fœminæ per masculos excludantur, sed in facto præsupponitur ꝙ ista mulier deceßit relictis filijs fœminis, & Siluestro masculo, & masculus non agnouit, & deceßit, ergo pater duas partes ex tribus lucratus est, cum uerba statuti conueniant: ad not. in l. si mancipia. C. de seruis fugi. & in l. 4. §. toties. de damno infec. & maxime, cū expresse, & in indiuiduo statutū decidat hunc casum am
13 plius† non est excitandum, l. ille aut ille. §. cum in uerbis de leg. 3. cum uulga. sed sola dispositio statuti attēdenda est, ꝙ in loco iuri cōi præfert: ad no. in l. omnes populi. de iusti. & iure. & in c. j. de consti. quæ habent locum ēt respectu proprietatis, ut ex proprietate uerborum colligit, cū appellatione dotis, uel alterius rei uenit proprietas: ad
14 † not. in l. j. ff. si cer. pet. ubi per moder. & quia alias illud statutum esset superfluum & frustratorium, ꝙ esse non debet: ad no. in l. si qn̄. de leg. j. & in l. nulla. iuncta auth. dia-
15 conissam. de episcop. & cleri. cum per aliud † statutū sub rub. de usufruc. permittatur patri, & ita frustra duas partes daret, cum totum haberet frustra, etiam fieret distinctio an ante annum, uel post annum mulier decesserit, & & an duæ tertiæ, uel dimidiū acquiratur, ergo absque difficultate intelligitur respectu proprietatis: & huiusmodi
16 statutum deferens lucrum † marito in dote, & augmento ēt in præiudiciū filiorū in totum ualet: ut per Bal. in l. hac edictali. de secun. nup. per Bald. & Pau. in l. j. C. de inoffic. do. per Dec. in consi. 19. ergo fortius istud statutum debet ualere, & large interpretari, cum non solū reseruet tertiā partem filijs, sed etiam dimidium si filij agnouerint, & ita ipsis uolentibus & consentientibus, adeo ꝙ nullam patiūtur iniuriam: ad not. in l. j. §. adeo. de iniurijs. cum uulgarib. ipsimet enim sunt illi qui sibi præiudicant, & propterea huiusmodi statuti dispositio absque difficultate seruāda est, & super ea aliter non insisto. ¶Nec potest dici ꝙ appellatione liberorum ueniant fœminæ. l. liberorum. de uerb. signi. & licet liberi masculi non agnouerint, non potest tn̄ dici filias non agnouisse, cum filia adhuc uiuat, & est intra tempus agnoscendi datum sibi a lege: ad no. in l. licet. C. de iure delib. qm̄ rn̄detur ꝙ cū in terminis illius statuti per ipsummet statutum per masculū fœmina fuit
17 exclusa a succeßione materna, † ꝙ fœmina perpetuo remanet exclusa, etiam si filius postea repudiet. Bal. in l. sed si quis. in 6. col. & in l. in quibus. de secund. nup. per Alex. in consi. 20. uol. 3. & per Dec. in cons. 87. quæ opi. etiā procedit in hoc casu ubi maritus transiuit ad secunda uota: ut infra ostendam in responsionibus ad ɔ̃ria: ergo quanto fortius hic ubi non repudiauit, & fateor ꝙ appellatione liberorum ueniunt fœminæ, sed dico ꝙ non ueniunt qn̄ adsunt masculi, in hoc casu simpliciter ex expressa intentione disponentis, quæ sola attenditur iuribus uulga. qm̄ tunc excluduntur per masculum, sed ueniūt qn̄ sunt solę,
18 prout statutum supra expresse dicit, & hoc ut una † pars statuti intelligat̄ s̄m aliam: ut per Ang. in l. sed utrum. de peti. hæred. & præcedentia declarant sequentia. l. si seruus
19 plurium. §. fi. de leg. j. & quia magis influunt in seq. † quā econtra: per Bar. in l. auia. de condi. & demonstra. & ut ex-
20 cludendo† intelligat̄ s̄m dispositionem iuris. l. si serui uestri. de noxa. & ne resultet absurdum ꝙ esset, ꝙ soror esset
21 melioris conditionis quam† hæres descendēs ipsius masculi ueniens ex transmißione: nā ibi respectu non agnoscentis nō considerata transmißione, nec succeßione maritus lucratur: patet in fine illius statuti, ubi uult seruari statutum de succeßionibus: saluo tamen lucro, ut dictum est, deferendo marito, sed respectu successorum nō agnoscentis indistincte, & perpetuo defert lucrum marito quo ad duas partes, & sic si fœmina iam exclusa posset uenire, in casu quo masculus non agnouit esset descendens masculus deterioris conditionis, quā fœmina exclusa: quod quidem absurdißimum est in statuto exclusiuo fœminarum propter masculos, prout est illud cum in descendente ratio masculinitatis a statuto cōsiderata adhuc uiget,
22 sed † statuta semper intelliguntur, ut absurdū cesset. Bal. in l. ex facto. in prin. de uulg. & pup. Bar. in l. omnes populi. de iusti. & iure. in 6. q. prin. cum concord. ibi traditis. ¶Nec obst. ꝙ proprietate huius lucri uideatur pater priuatus, per transitum ad secunda uota: ut per Dec. in cons. 260. quia aduertendum est quia Deci. habet multos ɔ̃dictores, & non loquitur in isto casu qn̄ pater habet lucrum a statuto sine præiudicio filiorum: immo in casu quo filij repudiauerint, uel non agnouerint, & ita ex tacita uolun-
23 tate filiorum, & in † hoc casu non loquitur. l. fœminæ. de secun. nup. & docto. in ɔ̃rium allegati loquunt̄ qn̄ filij inuiti priuabantur, & ideo non ɔ̃dicunt, nec de uno casu ad alium potest inferri, cum sint casus diuersi: ad not. in l. si. de calum. in l. Papinianus exuli. de mino. & maxime cum materia. l. fœminæ. est pęnalis, & ɔ̃ libertatē matrimonij,
24 & in † pœnis non fit extensio: ad no. in l. si constante. sol. matri. & in aut. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. & militat diuersa ratio, immo ɔ̃ria, cū in hoc casu cum cōsensu saltem tacito filiorū acquirit pater alio casu inuito filio: & ubi est diuersa ratio ibi diuersum ius esse debet, sicut econtra: ad no. in l. a Titio. de uerb. obli. immo. l. fęminæ.
25 hodie habet tantum locum in his quæ† sunt ad prouisionem filiorum: ut concludunt omnes ibi, & Soci. in d. cōsi.
26 34. uol. j. Sed † nulla prouisio conceditur negligēti & nolenti. l. hoc iure. §. non potest. de dona. l. inuito. de reg. iur. ergo filijs in hoc casu negligentibus, & tacite renunciantibus prodesse non debent legum prouisiones ad eorum beneficium introductę. Ex his concludo patrem duas partes ex tribus dotis ac eius augmenti habiturum fore, ꝙ clarius ex obiectorum resolutione apparebit. ¶Quo uero ad aliam tertiam partem breuibus me expedio, & aliqua considero, quæ non solum ad determinationem tertiæ partis, sed totius summę conferre uidentur, & dico ꝙ pater in hoc casu tertiam partem integram ac totam dotem, & ēt si aliud statutū non adesset, habere debet per statutū positum sub rub. de success. ab intesta. ubi uult ꝙ pater succedat in quibuscunque bonis undecunque quæsitis præterq̄ in bonis maternis in quibus succedat soror, utrinq; ɔiuncta una cū filiabus ex fratribus præmortuis. ¶Pondero ꝙ statutum ponit regulam uniuersalem, ꝙ pater succedit ab ista regula, excepit bona materna, & hanc exceptionē restringit ad casum in quo soror succederet
27 cū filiabus ibi, in quibus &c. † ꝙ uerbū stat restrictiue: ad no. in l. oēs populi. in prin. de iusti. & iure. & in l. cunctos populos. C. de summa Tri. & fide cath. & ita illa exceptio procedit in illo casu & perinde est, ac si tm̄ ille casus esset
28 exceptus: sed quicquid † non est exceptum remanet sub regula: ad no. in l. omnis diffinitio. de reg. iur. & in l. j. eo.
29 tit. & in rub. eo. tit. in 6. & ideo qui habet regulā † pro se, dr̄ habere fundatam intentionē: ut per Bar. in l. 2. col. j. de in ius uocan. & in l. quoties. si quis cautio. & s̄m eam debet iudex iudicare: ut per Mathesi. in nota. 19. & late per Dec. in cons. 8. in prin. & hoc magis esse debet in hoc casu quia si bene ɔsideret illud statutum, & regula, & exceptio sunt derogatoriæ iuris cōis: nam si non esset posita regula, pater non succederet in totū, sed æqualiter cū sorore. auth. defuncto. C. ad Tertu. itē si nō esset posita exceptio, soror non succederet in totū in bonis maternis, sed cum patre. d. auth. defuncto. ergo cū utrunque sit ɔ̃ ius cōe, nō poßumus dicere ꝙ magis unum sit ampliandum q̄ aliud, ut minus derogetur iuri communi, cum semper eodem modo derogat̄, sed ex alijs rationibus regulæ inhærēdum est nō solū per interpretationē legis, de qua supra, & in d.
30 l. omnis diffinitio. quæ † interpretatio habet locum in statutis cum sit paßiua. l. j. §. lex Falcidia. ubi per omnes ad leg. Falcid. sed etiam ex alijs rationibus. ¶Et primo, quia statutum illud habet pro principali ratione masculinitatem, ut in eo facile est uidere, sed hæc ratio militat pro regula, ergo ista regula intelligenda est præterquam in illo casu ad

31 illo casu ad quem illam exceptionē † restrinxit,& ita pro regula pronunciandum est in casu non excepto, cum statutum & quęlibet dispositio a ratione moderetur. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. cum uulgarib. ¶Secundò istud probatur esse de enixa institutione statuentis: nam infra in alio casu restringit eodem modo illam exceptionem, ex qua geminatione demonstrat̄ pręcisa intentio statuentis, uolentis ꝙ tm̄ in casu quo concurrat cum filiabus fratris soror utrinque coniuncta succedat. argu. not. per Bal. in c. cum tu. de rescrip. & no. in l. balista. ad Treb. & facit gl. & ibi omnes doct. in cle. j. in uerbo, dięcesanos de iure patro. quæ uult ꝙ dispositio sit restricta ad dięce-
32 sanum, cum bis de eo est facta mentio, ita hæc † exceptio erit restricta ad casum qn̄ soror concurrit cum filiabus, quùm bis illum casum expressit per modum exceptionis. ¶Tertiò patet, quia si alias exceptio illa extenderetur ad alium casum, & large interpretaretur non solum ius cōe corrigeret: de quo in auth. defuncto. ad Tert. sed semetipsum restringeret & arctaret & hoc sine ratione: ꝙ quidem non est dicendum: nam bona materna solent reseruari ita fœminis sicut masculis, ut ius cōe seruetur, ut in omnibus fere statutis uidere licet, sed hic in hac reseruatione dero gatur iuri communi, ut dictum est, ergo. ¶Item, ratio
33 † quoque statuentium pro maiori parte semper est in successionibus ut familię conseruentur: ad no. in l. 2. de in ius uocan. & in l. maximum uitium. de liber. pręter. sed in hac reseruatione destruitur agnatio & familia, ergo istud statutum est sine ratione, saltem efficaci: igitur ultra casum expressum non debet extendi, sed strictè debet interpretari in hac exceptione, & in regula large, cum ratio masculinitatis uigeat in regula ac familiæ conseruatio: ad no. in l. 2. de in ius uocan. ¶Quartò dato ꝙ ratio efficax red di posset, tamen cum in ista exceptione non sit expressa &
34 sumus ꝯ ius cōe & in dubio † præsumuntur plures. Bart. in l. liberorum. de uerb. signi. Ioan. de Imo. in l. si. uero. §. de uiro. sol. matr. Dec. in cōsi. 7. Soci. in consi. 28. col. pe. uol. 4. Alex. in consi. 8. col. 5. lib. j. & in cons. 7. lib. 2. Aret. in ꝯs. 27. proponitur. Cur. in consi. 81. rectè præfatus. quæ opi. admittēda est in hac dispositione & alijs. & si in casu Bar. in d. l. liberorum. habeat difficultatem propter opi. multorum attestantium unicam tm̄ rationem in casu Bart. assignari posse ꝙ hic non est, ergo ex identitate rationis non potest casus exceptus extendi ad alium casum: ut per omnes in locis præallega. & in d. l. si constante. solu. matri. ¶Quintò dico, ꝙ immo istud statutū non pōt habere locum in hoc casu, cum statutū loquat̄ de bonis fratris cui
35 succedat soror, & hic agitur de iure adeundi ꝙ nō est † in bonis. l. precia rerum. ad leg. Falcid. & bonorum appellatione non uenit: ut per Pau. de Cast. in consi. 107. per Soci. in consi. 52. in fi. uol. 4. ergo non comprehendit̄ sub uerbo bonis, prolato a statuto, & si comprehenderet̄ esset specialissimum & ꝯ proprietatem uerbi, & ita ultra supra deducta istud speciale cōcurreret. aliud quoque adesset speciale, scilicet ꝙ istud ius adeundi competeret sorori particulari successor: nam ius adeundi non transit in singularem
36 † successorem, & appellatione hæredis non uenit singularis successor: ut per omnes in l. quoties. de hæredib. instituen. & in l. cum antiquioribus. C. de iure delib. & ita inter alias specialitates admitteret̄ concursus horū duorū specialiū ꝙ esse non debet. l. j. de dotis promissio. & per istam rationem Bar. & oēs in l. iuris gentiū. §. quinimmo. de pactis. restringunt l. si quis argentum. C. de donationib. quæ specialitates cessant in patre, cū sit uniuersalis successor. & multa alia prætermitto uti non necessaria, cum bifariā hoc statutū ꝯsiderādo ad decisionē huius casus res clarissima est, si uel ex uerbis uel ex ratione: nā uerba regulę cōueniunt cum dicat̄ quibuscunque inde quoque quæsitis, & sic per uerba uniuersalia geminata & prægnantia apta sui natura & ex proprietate etiam bona materna compre
37 hēdere: nā in correctorijs generaliter † uerba capiunt̄ iuxta eorū proprietatē. gl. in c. ꝯ Christianos. de hæreti. in 6. Alex. in auth. ex testō. de collationi. & in odiosis. l. cū lege ubi Are. de testamen. ¶Item pro regula militat ratio masculinitatis ꝯsiderata in principio statuti, ibi, in successionibus omnibus præferant̄ &c. ergo pro regula & uerba & ratio militant, & ita ſm̄ regulā traditā a statuto pater in hoc casu in bonis ēt maternis habet succedere, nec exceptio de bonis maternis obst. quia non loquit̄ in isto casu, nec debet extendi ad istum casum aliqua ratione: per ea quæ supra dicta sunt. profecto in ueritate non potest negari ꝙ iste casus non sit omissus in exceptione, ergo remanet sub regula posita in eodem statuto: & si quis pertinacius uellet dicere ꝙ hic casus sub regula statuti ꝙ pater succedat &c. non comprehendat̄, non poterit tn̄ in ęternū negare ꝙ saltem non remaneat in dispositione iuris cōis,
38 cū casus omissus a statuto † remanet sub dispositione iuris cōis. l. cōmodissime. de liber. & posthu. l. si cū dotem. solu. matr. idq; probat̄ postq̄ posuit regulam excipit, per hæc uerba, præterq̄ in dote, & in bonis maternis in quib. &c. & ponit unū casum successionis. quis aūt succedat in alio casu qn̄ nō adsunt filiæ ex fratribus? nō debet nec potest extendi per supradicta, ergo saltē inuitis dentibus habebit confiteri ꝙ remanet sub dispositione iuris cōis si nō uult ꝙ sub regula comprehendat̄: & ita hic casus si rectè considerer̄ concurrentibus omnibus supra deductis clarissimus esse vr̄: & propterea pro comperto habeo partes iudicare debentium esse debere, in absoluendo reos conuentos: pro quibus ēt dato, ꝙ res haberet dubium quod
39 saltem per supra deducta negari non potest † pronunciandum est. l. arrianus. de actio. & obliga. l. fauorabiliores. de reg. iuris. & præsertim cum, ut mihi in facto præsupponitur, hæc mulier habuit in dotem ultra dimidium totius hæreditatis paternæ, etiam in ea computatis bonis maternis adeo quod sua petitio iniquissima esse uidetur, nec a iudicibus exaudiri debet, cum iudices debent semper
40 † laborare ac iudicare ut æqualitas inter filios seruetur, etiam recedendo a regulis iuris. l. ut liberis. de colla. ubi infinita per moder. cumulantur quæ nō transcribo: ergo fortius hic ita iudicare debent, cum non solum filij reducantur ad æqualitatem, & a regulis iuris nō receditur, sed seruat̄ uerborum proprietas, ac iuris regulæ specialitates euitantur, & multa iuri ꝯria reijciuntur: ut supra deduxi, non repeto, cum satis ultra quam proposuerim ac res ex postulet iniquitas petentis me deduxit. ¶Et licet ex his appareat responsum ad adducta in ꝯrium, tamen ut ueritas magis appareat sigillatim respondeo. Et ad primum dum opponebat̄ de transmissione respondet̄ ꝙ nō potest habere locum aliquo modo quo ad duas partes lucratas per maritum, cum dum constat filium non agnoscere: ut
41 quia est in articulo † mortis, cum uiuens moritur. l. qui duos. de manumis. testamen. statim anteq̄ expiret maritus consequitur lucrum. faciunt no. in l. fi. de condi. institu.
18 *Verba hæc in alijs uero casibus seruetur ius commune inserta statuto, debent interpretari ut potius excludant extensionem quã ut sint superflua.*
19 *Soror consanguinea tantum, cum matre non concurrit.*
20 *Declaratio & limitatio ad dictum Rom. & Ang.*
21 *Statutum dicens quod frater excludat sororem non comprehendit fratrem patruelem.*
22 *Filia fratris defuncti subintrat in locum patris sui, & succedit ex propria persona in uiriles partes, cũ amita & auia paterna.*

RESPONSVM XXXVIII.

¶An appellatione fratris ueniat frater patruelis ad exclusionem sororis. Et an statutũ excludens matrẽ ꝓpter filios patruorum uendicet sibi locũ in sorore utrinq; cõiuncta, uel ab una parte tantum.

INuocato diuino suffragio. ¶Viso ac diligenter considerato præsenti puncto paucis agã. Et prima fronte uidetur Io. Augustinum Baptistam, Christophorum, & Sebastianum consobrinos, seu fratres patrueles Laurentij & Matthei defunctorum de quorum successione nũc agitur præferendos esse dominę Camillę sorori, ac dominę Magdalenę matri defunctorum, & hoc per statutum Bononien. positum sub rubrica, de successione ascendentium & collateralium. in §. dicti uero fratres mares. ubi fratres præ-
1 feruntur sororibus, sed statutum † loquens de fratribus ad exclusionem sororum comprehendit fratrem patrue-
2 lẽ, qui licet sit improprie frater. l. † lucius. §. q̃situ de leg. 3. per Bar. tamen quia sublato sumpto uocabulo cõprehenditur appellatione fratris, ideo uenit in statuto quãtumcunq; correctorio, cum militet in eo etiam ratio cõseruandę agnationis: ita uoluit Rom. in l. j. C. de success. edict. & refert se ita consuluisse. ¶Nam & statutum loquens in una persona habet locum in alia quando milita-
3 tat eadem ratio conseruandę agnationis: & † præsertim, quia lato sumpto uocabulo comprehenditur. argumen. l. filium habeo. ad Maced. l. senatusconsulto. de rit. nupt. Et pro ista parte facit statutum illud in §. dicti fratres. cam. §. sequen. ubi statutum uult ꝙ patrui & filij patruo-
4 rum excludant matrem: sed tale statutum uendicat † sibi locum in sorore, adeo ꝙ si sit mater & soror utraque excluditur: ita Ang. in consi. 251. qui loquitur in statuto Bononien. ¶Maturius tamen considerando dico ꝙ mater & soror sunt præferendę fratribus patruelibus, & præsuppono ꝙ istud est de iure communi: ut not. in auth. defuncto. ad tertul. cum concordantibus ibi traditis. ¶Secundo præsuppono statutum Bononiense sub rub. de successione ascend. & collateraliũ. uelle expresse seruari ius cõmune preterquam in casibus infrascriptis: sed iste casus non est ibi scriptus, ut infra latius ostendam, ergo etiam statutum expresse uult matrem & sororem præferri fratribus patruelibus, nec potest dici ibi hunc casum subaudiri, uel à maioritate rationis includi: quia statutum
5 hoc uetat cum † scriptum dicatur illud quod legi potest & oculis prospici, non autem intelligi ex mente, uel per præcedentia & sequentia, l. j. §. legi. de his quæ in test. delentur. & ibi gl. in uerbo, extrinsecus. & ibi not. Bar. Bal. & alij, & plenè in l. fi. C. de edict. diui Hadr. tol. ¶Tertio dico ibi esse statutum expressum decidens casum istum in §. agnati namque masculi transuersales. ubi uult masculos preferri fœminis usque ad quartum gradum prẽterquã sororibus defunctę personę: sed frater patruelis est agnatus transuersalis in quarto gradu existens. l.
6 iurisconsultus. de grad. & ꝙ sub illo uerbo, † agnati namque in isto statuto. comprehendatur frater patruelis: uoluit Alex. in consi. 80. uol. 6. ergo ibi est casus expressus ꝙ fratrer patruelis, & si preferatur fœminis, non tamen debet preferri sororibus personę defunctę: comprobaẽ ex uerbis sequẽtibus etiam si prius nõ fuisset expressum, dum dicit, saluo si sorores concurrerent cũ patruis, quo
7 casu æqualiter admittuntur, ut ibi: ergo patruos † includendo uidetur excludere omnes alios agnatos existentes infra quartum gradum cum inclusio unius sit exclusio alterius. l. cum pretor. de iudi. c. nonne. de presumpt. & ulterius non est laborandum, cum ibi sit casus expressus ut consideraui d. l. ille. aut ille. §. cum in uerbis. de leg. j. unde me conuerto ad contraria. ¶Et primo ad statutũ supra in contrarium ponderatum in quo est tota uis: &
8 dico, statutum in sensu directo non dicit ꝙ † fratres patrueles preferantur sororibus, ꝙ demonstratur considerãdo totũ statutũ, nã in principio loquitur de ascendentibus ibi, ꝙ ascendentes &c. & in §. item preferantur prędicti ascendentes masculi, & sic in illis. §. non loquitur in transuersalibus. in §. necnõ fratres mares. & in §. ipsi quidem fratres. usque ad. §. ascendentes. licet loquantur in transuersalibus, & in consobrinis, & fratribus patruelibus, tamen non loquuntur respectu sororum, & transuersalium: sed respectu matris & auię, & ascendentiũ, & nullum uerbum de sorore expressum in specie, nec in genere, nec aliquo modo conueniunt, ergo nec eius dispositio. l. 4. §. toties. de damn. infec. & in §. ascendentes præfati. loquitur tantum de ascendentibus & nullum uerbum de transuersalibus, nec de sorore, nec ex proprio & improprio sermone possunt adaptari sorori si recte cõsiderentur, postea sequitur. §. fratres, in quo cadit dubiũ rationibus de quibus supra, sequitur. §. agnati. qui nõ facit in contrarium, sed pro opi. nostra. ideo solum insistendum est in duobus. ¶Primum an ex quo fratres patrueles excludant matrem censeantur etiam excludere sororẽ & an statutum loquẽs in una persona extendatur ad aliã, & sic in descendentibus uel ascendentibus extendatur ad transuersales. ¶Secundo an in §. fratres. ueniat frater patruelis, & licet ad omnia ista dico posse unico uerbo responderi ex quo in §. agnati. casus deciditur agnatos nõ excludere sorores, licet alias statutum excludens matrem propter patruum excludat etiam sororem & appellatione fratris ueniat frater patruelis, tamen isto casu non ueniunt cum statutum expresse disponat contrarium, & in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de uerb. obl. cum sim. tamen ut magis satisfaciam conscientiæ iudicantis dico & si in §. agnati. non decideretur casus noster adhuc statutum istud non excluderet sororẽ.
9 Nam † statutum excludens matrem propter patruos non excludit matrem existente sorore, de qua in statuto non est expressum, ut hic: ita in terminis consuluit collegium Perusinum, quod consilium est insertum inter consilia Ange. in consi. 210. quod cõsilium sequitur & approbat Pet. de Anch. in c. canonum statuta. in 13. q. prin. de consti. & ita consuluit nouissimè Dec. in consi. 71. per totum, ultra quem allego tibi Corneum qui ita consuluit cõs. 191. uidetur. col. fi. uol. 4. & in consi. 161. col. 8. uol. 4. ubi etiam
10 hmõi statutis non † possumus facere extensionẽ de una ꝑsona ad aliã, ẽt ex maioritate rõnis: & ꝯsiliũ Perusinũ ẽt sequit. d. Cor. in ꝯs. 266. ꝯstat matrẽ. col. pe. uol. 4. & Soci. in ꝯs. 38. uol. 4. circa primũ. col. 5. & per totũ. adeo ꝙ in ꝓprijs terminis dico istã esse firmissimam opin. & licet non nullę doctrinę reperiant ꝙ exclusa una ꝑsona multę alię ĩ
11 remotiori † gradu existentes censeant exclusę, tñ illud ꝓcedit qñ illę personę existentes in remotiori gradu succedunt in locũ personæ exclusæ, uel ueniunt ꝯtemplatione & rõne personæ exclusæ, ita ꝓcedãt no. in l. si uiua matre. C. de bon. mat. & in l. illã. C. de coll. sed in casu nr̃o soror nõ uenit in locũ matris, nec ex ꝑsona matris, sed ex ꝓpria etiam in propriũ locum: & ista soror succedẽs, ex quo statutum

tatum expresse eā remouet, excludit patruū & fratres patrueles tanquā existentes in remotiori gradu:qbus exclusis remanet ipsa cum matre, & æqualiter succedunt, put est de iure cōmuni:facit tex.in l. 2. §. & si sit ꝯsanguinea. ff.ad tertul.uide latius per Soc.& dn̄os ꝯsulentes in locis supra allegatis,& latius ultra terminos nostros ꝙ statutū
12 †excludens unā personam non extendat ad aliā,licet militet omnimoda ratio, ꝯsuluit Cor.in ꝯsi.85.plura dubia. col.j.uol. 3.ubi statutum excludens auum maternum nō uendicat sibi locum in auia materna, & plus etiam consuluerunt Io.Petrutius,Benedictus Capra,Bal.de Bertolinis,Philippus Frācus,Thomas Doctius, Marianus Soc. & Aret. quos omnes refert, & sequitur Cor. in cōsi.116. col.5.uol.2.ꝙ statutum† ꝙ filij patruorum excludant au
13 unculos non uendicat sibi locum in materteris,licet militet omnimoda ratio:quia casus omissus remanet sub dispositione iuris communis.l. commodissime. de liberis & posth. & hic sumus in his quæ sunt ꝯ ius cōmune,ideo nō fit extēsio, & si militat omnimoda ratio iuxta notata in auth.quas actiones.C.de sacrosanctis eccle.& qa †istę
14 priuationes statutorū sunt quędā exhęredationes, ideo nominatim debent fieri, & factę in una persona non extē duntur ad aliam.l.2. cū ibi plene not. de liberis & posth. unde cessat argumentū de identitate & maioritate rationis,& pręsertim in casu nostri statuti debet cessare, cū in statuto non sit expressa ratio,quo casu & si uideatur ꝙ tātum illa sola conseruandę agnationis possit assignari,tamen cū nō sit expressa nō pręsumitur † unica,sed plures.
15 ita Bar.l.liberorū.uersi.his pręmissis. de uerb. sign.Io.de Imol.in l.si uero.§.de uiro.sol.matri. & Dec. in consi.71. supra allegato:& Soc.in consi.28.col.pen.uol.4.de ueritate tn̄ dicti Bar.alibi dixi & nunc,cū nō sit necessaria ad pręsentem casum, ut ꝯstat, solum illam recitare uolui,& ita sępius facio:sed quid de ea & alijs citatis sentiam, uidendum est in illis locis in quibus principaliter de illis ago. Item in fortioribus terminis ꝯsuluit Alex. in ꝯs.97. uiso themate.col.3.uol.2.statutum † excludens matrem
16 nō intelligit excludere amitā, licet sit in remotiori gradu, & ibi dicit nō debere fieri extensionem ēt ex maioritate rationis, & maxime hoc debet esse in casu nostri statuti, cū remoueat & expresse prohibeat extēsionē dū dicit seruet ius cōe,pręterquam in casibus pręscriptis,ergo nō uult fieri extensionem: & facit id quod uoluit Angel. in ꝯs.281.subtiliter & diffuse, ubi sit† statutū dicit de tali
17 gradu uidet prohibere extensionem ad aliū, quanto fortius.ergo hic ubi est prohibita extensio, cū alias illa uerba seruet†ius commune, si non excluderent extensionē
18 essent superflua:ꝯ not.l.si quando.de leg. j.& in c.si papa. de priuil. in 6. ad illud ꝙ lato sumpto uocabulo cōprehendat frater patruelis statim respondebo. ¶Nec obst. consilium Ang.in consi.251.quia loquit in sorore consanguinea tantum,quæ non concurrit†cum matre.auth.
19 defuncto.C.ad tertul. cum ibi plene not.nos autē loquimur in sorore utrique coniuncta quę cōcurrit cū matre: & ratio diuersitatis est, quia qn̄ nō cōcurrit cū matre nō debet uenire ad exclusionem patrui, quia sua nō interest: quia si patruum excluderet superesset mater quæ excluderet ipsam:unde cū nō possit agi de aliquo suo interesse nō habet in consideratione, ut statutū semp intelligat de eo qui succedit, uel succedere potest. Sed qn̄ est utriq; cōiuncta & ꝯcurrit cū matre excludit patruum, quia sua interest cū postea non excludat à matre, & ita procedat consilium Ang.ut collegij Perusini,& tot ꝯsilia pro parte nostra allegata, alias Ang.tanquam ꝯrius nō deberet audiri.l. j. C. de furt.& ita ꝯcordat istas opin. licet non declaret Corne. in cons. 276. constat matrem. col. fi.uol.4. ¶Non obst.§. dicti uero fratres mares. ubi fratres pręferuntur sororibus, & appellatione fratris uenit frater patruelis in statuto correctorio:ut per Rom. & docto.de quibus supra:quia illa adducta non procedunt quando
20 appellatione†fratris uenit frater patruelis ad exclusionē sororis,uel matris,uel alterius psonę quæ sit in anteriori gradu q̄ frater patruelis: ita Alex. consulendo concordauit istas opiniones in consi. 89. circa primum.col.4. uol. 6. sed hic sumus in sorore quæ est in anteriori gradu q̄ frater patruelis, ergo &c. & ꝙ qn̄ statutum dicit ꝙ fra-
21 ter excludat sororem nō ueniat† frater patruelis : in terminis uoluit Bal.in c.j.de feu. mar. & dicit se ita ꝯsuluisse,& idem Ang.in l.j.de inof.test.& ita in terminis Bal. in l.iubemus.§.fi.C. ad Trebel. Ang. in auth. matri & auię. qn̄ mulier tut.of.fung.pōt. Io.de Imo. in l.si dotali. solu. mat.Alex.in consi. 97. uiso themate. per totum.uol.2.& in consi.221. ponderatis uerbis. uol. 6. & est firma & cōmunis opi.ꝙ non uenit frater patruelis appellatione fratris ad exclusionem sororis: secus ad exclusionem aliorū existentium in remotiori gradu. Et ex his ꝯcludo matrē & sororem præferendam esse fratribus patruelis tam de iure cōi q̄ uigore statuti. Quantum uero ad f'm dubium quo quęrit de filia Philippi fratris pręmortui horum defunctorū de quorū successione agitur cū matre & sorore defunctorū?& breuiter dico admittendam esse quia sub
22 intrat locū patris sui & succedit ex propria † persona in uiriles partes cū amita & auia paterna. tex. est expressus in auth.ut fratr.filij. in prin. gl. & oēs in auth. defuncto. C.ad tertul.nec statutū ī hoc aliquid disponit. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum à contrario sensu ualidum est, & procedit in statutis.*
2 *Hæres non potest uenire contra factum defuncti.*
3 *Hæres ex persona sua non tanquam hæres,contra factum defuncti uenire potest.*
4 *Lex quantumcunque correctoria generaliter loquēs generaliter intelligi debet.*
5 *Lex,non debet intelligi in casu frustratorio.*
6 *Statutum loquens in uno casu, uerificatur in alio casu æquipollenti.*
7 *Filius quicquid acquirit,acquirit patri.*
8 *Casus omissus à statuto remanet sub dispositione iuris cōmunis.*
9 *Distrahere res suas ad libitum suum cuilibet permissum est.*
10 *Inclusio unius casus facta à statuto operatur alterius casus exclusionem.*
11 *Statutum contra ius commune,limitatiue interpretari debet.*
12 *Interpretatio illa capi debet per quam conseruatur ius commune,& si uideretur extranea & contra proprietatem.*
13 *Hæredis appellatio in dubio refertur ad sanguinis hæredem.*
14 *Hæredis appellatione ubi agitur de grauamine ita ueniunt filij sicut extranei.*
15 *Semel hæres non potest desinere esse hæres.*
16 *Hæres, licet teneatur ad pœnam promissam à testatore,tamē totum damnum debet esse illius qui contrafecit.*
17 *Pater & filius una & eadem persona esse censentur.*
18 *Argumentum à contrario sensu non admittitur ad correctionem iuris.*

RESPONSVM XXXIX.

¶An filius possit uenire contra factum patris cui successit & admittatur uirtute statuti ad recuperam rei alienatę p patrem,ubi late de intellectu statuti Lucani, uolentis, in uenditione omnes agnatos requiri an uelint emere &c.

INuocato diuino suffragio. ¶Visis statutis ciuitatis Lucanę circa uenditionem rerum patrimonialium, ac pręsupposito instrumento renunciationis illorum statutorum factę per Iacobum & suos hæredes, licet prima facie uidebat non obstāte renūciatione filiū dicti Iacobi uigore illius statuti posse uenire ad recuperam,quia dr̄ in illo statuto ꝙ omnes agnatos usq; ad quartum gradum debeat inquirere ut emant, sed iste filius erat infra quartum gradum & nō fuit requisitus,ergo fuit contrafactum statuto. ¶Secundo quia dr̄ in statuto ꝙ ille q est proximior prius admittatur ad recuperam, ergo proximior solum reijcit alios quando uult admitti, ergo renunciando & omitten-

do non excludit alios inferiores. ¶Tertio quia dicit̃ ꝙ requisito patre filij non requirantur, ergo à ↄtrario sensu
1 quod†argumentum ualidum est. l. j. de of. eius cui mād. est iurisdictã.& ꝓcedit in statutis. ut ibi ꝑ Ias. Dec.& omnes alios docto. in casu isto filij debebant requiri,& si nō fuerunt requisiti non ualet ueditio. ¶Nec obst. quod pater renunciauerit per se & suos hæredes, & filius sit hę
2 res†patris, & hæres non possit uenire contra factum defuncti. l. cum à matre. de rei uendic. & teneatur stare contractui ipsius defuncti: quia illud procedit quando uult
3 uenire ut hæres: †secus si ex ꝑsona sua: ut not. in d. l. cū à matre. faciunt not. ꝑ Bar. in l. iurisiurādi. in §. si liberi. de oper. libe. sed isti filij ueniunt ex ꝑsona sua: quia sunt infra quartū gradū, nō q̃a sunt filij & hęredes illius Iacobi qui renūciauit. ¶Maturius uero cogitanti uidet̃ filiū dicti Iacobi à dicta recupera exclusum esse, & probatur. Nā certū est ꝙ nō pōt uenire, nisi aut ex persona patris tanq̃ eius hæres, aut persona sua tanq̃ sit de illis ꝑsonis quę debent requiri ex forma statuti, ex persona aūt patris indubitati iuris est eū uenire nō posse, cū pater renūciauit ꝑ se & suos hæredes,& hoc nō indiget probatione. ¶Restat ergo ut uideamus an ex ꝑsona sua possit uenire,& sic an sit de ꝑsonis quę tunc temporis debebāt requiri? & dicendum est ꝙ non: quia statutum dicit ꝙ requisito patre filij non debeant requiri: dicit statutum requisito patre simpliciter & nō se restringit ad casum quo pater noluerit emere uel emerit, sed solum ↄsiderat ꝙ requirat̃ pater, & sic ꝓut simpliciter loquit̃ & generaliter,
4 ita debet intelligi cū lex†quantūcūq; correctoria generaliter loquēs generaliter intelligat̃. gl. in c. ℨ Christianos. de hæret. in 6. Alex. in auth. ex testamento, C. de coll. pone igit̃ ꝙ pater fuerit requisitus & noluerit emere certe filij erunt exclusi uigore illius statuti: quia satisfactū est statuto cū requisitus fuerit: sed quoties ↄstaret & istud expresse probaretur ꝙ aliquis nollet emere: ille talis non deberet requiri: quia frustratorium esse, & in eo casu lex
5 †intelligi non debet. l. stipulatio. §. diuus. ut legat. nom. caue. cum concordantibus. Sed in casu nostro ↄstat apertissime ꝙ dictus Iacobus nolebat emere, ut patet ex instrumēto renūciationis, ergo non debebat requiri, & perinde est ac si requisitus fuisset & noluisset emere, quo ca-
6 su eius filij nō debuissent requiri,& † statutum loquēs in uno casu uerificat̃ in alio casu æquipollenti, cū nō referat quid ex æquipollēti fiat. l. mulier. ad Trebel. l. mater. C. de inst.& substi. l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib.& posth.& ibi plene not. sed paria sunt & æquipollentia, ac eiusdem effectus ꝙ requiratur, & non uelit emere, uel ꝙ requisitioni renunciet, ergo sicut si requisitus fuisset filij excluderent̃, ita si requisitioni renunciauit. ¶Tertio non potest dici quod in casu nostro & illius statuti ius requirendi passiue spectet ad filios existentes in potestate patris in casu quo pater renunciet, ut hic: quia ꝙ pater una
7 manu remitteret alia acciperet, cū quicquid acquirat†filius acquirat̃ patri. l. placet. de acquir. hęre. cū similibus. & hac ratione multa reijciunt̃ quę alias admitterent̃: ut in l. à filio. & l. quęsitū. & in l. cū filio. & ibi plene not. de leg. j. ¶Quarto dico ꝙ filij requirant̃ repudiāte patre,
8 uel eo nō requisito est casus omissus à statuto qui †remanet in dispositione iuris cōmunis. l. si extraneus. de ↄdi. ob causam. l. commodissime. de lib. & posth. sed de iure
9 cōi filij nō sunt requirendi, cū † ad libitum quis possit distrahere. l. sed si lege. §. ↄsuluit. de pet. hęre. cū ↄcordātibus, ergo &c. ¶Quintò probat̃ cū in sequenti casu uocat̃ filios q̃n loquitur de patruis:& sic q̃n existunt patrui dat̃ intelligi ꝙ in pręcedēti casu q̃n pater adest nullo modo
10 uult ꝙ requirantur, cū inclusio†unius sit exclusio alterius. l. cū pretor. de iudi. cap. nonne. de pręsumpt.& facit ꝙ si uoluisset utiq; dixisset sicut dixit in sequēti casu. l. j. §. si autē ad deficiētis. C. de cad. tol. Bar. in l. Cęsar. de publ.
11 in fi.& istę interpretatiōes†omnino capi debēt, cū istud statutū sit ℨ ius cōe: ut ꝑ doc. in l. q. Romę. §. cohęredes. de
12 uer. obli.& interpretatione†illa capi debeat quæ ↄseruet ius cōe, & si uideat̃ extranea & ℨ ꝓprietatē: s̃m Abb. in c. cum dilectus. col. fi. de ↄsue. ergo fortius hic cū sit ↄgrua & necessaria. ¶Sexto dico ꝙ casu quo uigore statuti debuissent requiri ꝙ omnino nego, tñ propter renunciatione paternā nō posset admitti dictus filius, q̃a pater cū renunciauit per suos hæredes, habebat filios, & est uerisimile ꝙ uolebat eos esse hæredes: unde illud uerbū hæredes,
13 intelligit̃† de hærede sanguinis, & sic de filio. arg. tex. in c. j. de succes. feud. & eorum quæ ponunt̃ per scrib. in l. Gallus. in §. ēt si parente. de lib. & posth. ubi uolunt Bal.
14 Soc.& alij ꝙ† appellatione heredum ubi agitur de grauamine ita ueniūt filij sicut extranei: immò in uita illius, quo casu non sunt heredes, & sic est de mente renunciantis quod uult ꝙ filij non ueniant ut filij, & sic nullo modo contrauenirant:& si dicatur pater non potuit filijs, ut filijs præiudicare, dico ꝙ potuit in casu isto, cum fuit hæres. illud enim procedit quando filius non est hæres; post quam factus est hæres non potest considerari ut filius,
15 quin cum eo concurrat † qualitas hæredis cum sit inseparabilis. l. minor. §. Papinianus. de minor.& saltem inficiari non potest ꝙ timore pœnę appositæ in contractu renunciationis filius iste non reijciatur: nam licet ut per sona separata ueniret, uerum tamen esset quod contrauenire promissioni defuncti,& per consequens committeretur pęna quam ipse soluturus esset: quia licet quādo
16 testator promisit hæres † teneatur ad pœnam in totum damnum, debet esse illius qui cōtra fecit: ita decidit Bar. in l. 4. §. cato. in 6. q. in fi. de uerb. obl. cum quo transeunt Paul. Ang. Alex. Soci.& communiter doct.& sic per uiam indirectam potuit eum impedire. ¶Et ex his patet respōsum ad adducta in contrarium: nam licet esset infra quartum gradum non per se erat in consideratione ex quo uiuebat pater, sed ius suum dependebat à iure patris, cum quicquid acquirebat, patri acquirebat. d. l. placet.& una
17 & eadem persona†censebatur. l. fi. C. de impube. & alijs substitu. merito excluso patre censetur exclusus filius. ¶Non obst. argumen. posita in illis uerbis si quis proximior & patre requisito &c. quia procedunt à contrario sensu,& licet argumentum à contrario sensu ualeat, non
18 † ualet tamen ad correctioonem iuris. l. nemo post litem C. de iur. omn. iudi. not. plene. in d. l. j. de offic. eius cui mād. sed hic si filij debuissent requiri magis ius commune corrigeretur, cum de iure communi nullus debeat requiri, ergo &c. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SUMMARIUM.

1 *Restitutio est in pristinum statum repositio.*
2 *Fœmina semel exclusa à statuto propter masculos, est perpetuo exclusa, etiam si masculi deficiant.*
3 *Statuta sunt eius naturæ ut quicquid in eis est omissum habeatur pro omisso.*
4 *Statuti Utiniensis intelligentia atque declaratio.*
5 *Statutum per quod fit reuersio ad ius commune est fauorabile, ideo latissime debet interpretari.*
6 *Portio hæreditatis debita coniuncto deficienti, accrescit alteri coniuncto superstiti.*
7 *Argumentum de dispositione testatoris ad dispositionem legis, & statuti, ualidum est in iure.*
8 *Dispositio statuti loquens in uno casu, habet locum in alio, super quo uerisimile est statuentes, si de eo fuissent interrogati idem statuisse.*
9 *Ratio quæ unica & sola ad statutum assignari potest, pro expressa habetur.*
10 *Tempus delatę hæreditatis attenditur & consideratur ad cognoscendum qui defuncto proximior sit, & admitti debeat ad hæreditatem.*
11 *Vocatus ad successionem hæreditatis cum altero, si ille alter moriatur, admittitur ad totam hæreditatem, quando ei successio delata fuisset, in totum à principio, si mortuus non adfuisset.*
12 *Statutum uocans aliquem uerbis directis ad totam hæreditatem, inducit directam successionem, ita ut nihil uocato detrahi possit.*

13 *Ciuis,*

13 *Ciuis, sui statuti præsumitur scire dispositionem.*
14 *Casus qui ex ratione statuti includitur, & uerisimili mente statuentium, non uidetur, nec dici potest a statuto omissus.*

RESPONSVM XL.

¶An statutum excludens fœminas propter masculos, & non existentibus masculis reintegrans fœminas, si excluserit duas uel tres, & tempore reintegrationis una tantum reperiatur, illam admittat ad portiones omnium.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Viso ac diligenter cõsiderato statuto ciuitatis Vtini in casu ad me transmisso, prima fronte uidebatur quod cum Francischina tempore quo fuit exclusa a Bertrando eius patruo habebat duas sorores, adeo quod si non fuisset exclusa per statutum, eius patri quo ad tertiam partem solum succedere potuisset, & cum per statutum reintegratur per mortem Bertrandi decedentis sine filijs, ad hæreditatem patris, quod intelligatur tantum uocari quo ad tertiam partem, & non ultra: & sic ad illã partem quam habuisset si tempore mortis patris ei successisset, cum illa admissio statuti sit quædam restitutio, sed restitutio † est in pristinum statutum
1 repositio. l. quod si minor. §. restitutio. de minoribus cũ ibi plene notatis: ergo solum statutum uidetur uoluisse ea bona ad filiã peruenire, a quibus fuit exclusa: sed fuit exclusa a tertia parte, ergo &c. ¶Secundo considero statutum excludere filias propter existentiam patrui: & fœ-
2 mina † semel exclusa a statuto propter masculos est perpetuo exclusa, etiã si masculi deficiant. Bald. in l. in lege. C. de legi. hæred. & in l. sancimus. C. de nupt. per Deci. in consil. 87. col. 1. ita quod ista fœmina de iure cum semel fuit exclusa a statuto propter patruum, amplius (etiam moriente patruo sine filijs) successura nõ esset, nisi ꝑ statutum admitteretur, sed in hoc casu a statuto non uidetur admitti, cum non reperiatur hic casus expressus in statuto scilicet quando erant tres filiæ & duæ sunt mortuę ante masculos, & mortuis masculis ultima uult admitti non solum ad portionem suam, sed ad portionem soro-
3 rum præmortuarum, & † quicquid est omissum a statuto habetur pro omisso. l. quicquid astringendæ. de uerb. obliga. l. quod constitutum. ad municipales, & remanet sub dispositione iuris communis. l. commodissimè. de lib. & posthu. l. si cum dotem. solu. matrimo. quod eo magis in hoc casu esse debet, cum expresse in eodem statuto caueatur quod in casibus non expressis stetur dispositioni iuris communis, ergo &c. & hæc sunt quæ principaliter rẽ dubiam facere uidentur. ¶Melius uero ipsum statutum considerando determino contrarium, & dico Francischinam per statutum admitti ad bona patris, moriente patre sine filijs non solum quo ad tertiam partem quam cõsecuta fuisset tempore mortis patris nullo existente masculo, sed etiam quo ad totam hæreditatem, & portionẽ quam habiturę fuissent sorores præmortuæ. ¶Et primo considero statutum loqui de fœminis in singulari numero, ibi, excludentes mulierem: item loquitur in plurali, ibi, exclusas filias, & sic promiscue utitur singulari & plu
4 rali respectu fœminarum, ex † quo datur intelligi ipsum habere locum tam in una sicut in pluribus, tam in capite inclusiuo quam in capite exclusiuo, & loquitur semper respectu totius hæreditatis, ergo ex uerbis manifeste probatur quod licet una sola reperiatur tempore non existẽti masculorum debet in tota hæreditate succedere. ¶Secundo moueor: nam per istud statutum, quatenus inducit filias succedere ad bona patris mortuo patruo, reuer-
5 titur ad ius commune, ideo est fauorabile & † latissimè debet iterpretari. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. ubi late per mod. & propterea debet uerificari in una q̃ superuixerit, mortuis alijs sororibus exclusis, cum sola tẽpore admissionis reperiatur, & uerba statuti non repugnant, immo & si repugnarent ex eo, quia per ipsum fit reuersio ad ius commune, ad hunc casum debent extẽdi, argu. glo. notabilis in ca. statim. in uerbo, numerandum. de præben. in 9. per Are. per illum tex. in cap. olim. de uerbo. sig. per Alex. in l. si constante. solu. matrimo. ¶Tertio facit: nam statutum uocat filias sub una oratione, sub conditione non existentię masculorum, & sic sunt cõiunctę: ad abundanter tradita in l. j. quando non pet. part. ergo
6 † portio unius deficientis accrescit alteri. l. unica. §. finautem sub conditione. C. de cad. tol. qui textus licet loquatur de dispositione testatoris, tamen debet etiam habere
7 locum in dispositione legis. cum † ualidum sit argumẽtũ de dispositione testatoris ad dispositionem legis. l. seruus ea lege. de man. testa. & de dispositione testatoris ad statuta doctores in l. j. ff. de his quib. ut indig. per Ias. in l. nemo potest. col. 3. de lega. j. ergo portio filiarum ꝑmortuarum accreuit portioni Francischinæ. ¶Quarto facit: nam uerisimile est quod si statuẽtes de hoc casu fuissent interrogati, idem respondissent in casu quo una filia tantum reperiatur tempore non existentię masculorũ sicut in casu quo plures aderant & sunt mortuę, cum sit succes-
8 sio reducta ad unam, ergo † dispositum in pluribus habebit etiam locum in una argu. gl. in l. tale pactum. §. fin. de pactis. cum concordantibus traditis ibi per Ias. & per Alex. in l. si mater. C. de instit. & substit. sub cond. fac. ¶Quinto considero ita militare rationem statuti in una mortuis alijs sicut in pluribus. Nam ideo illas admittit, quia prima causa successionis est filiarum, quæ licet erãt exclusæ a masculis, ut cõseruaretur agnatio, tamen cum masculi cessant cessat exclusio, & ista ratio primæ successionis & masculorum cessationis cum sola potest assigna
9 ri † habetur pro expressa, ad abũdanter tradita per Alex. in l. si constante. solu. matr. & per moder. in auth. quas actiones. C. de sac. san. eccle. ergo statutum habet locum in hoc casu, in quo militat ea ratio. l. illud. ad l. Aquil. l. a Titio. de uerb. obli. & ex uerbis dicitur decidi. l. nominis & rei. §. uerbum ex legibus. de uerbo. signifi. ergo &c. ¶Sexto considero quod in hoc casu quando cessant masculi & uocantur fœminæ filiæ prius defuncti eis iam exclusis, cum perpetuo essent exclusæ, ut supra dixi, a statuto defertur hæreditas tempore quo masculi deficiunt, ergo eo tempore sunt considerandæ, & non ante, quia tem-
10 pore delatę † hęreditatis cõsideratur quis sit proximior & quot sint, & non considerantur qui primo, & ante aderant: ut notatur in l. j. §. sciendum. ff. de suis & legit. & in §. proximus. inst. de agn. suc. sed tempore delatę hæreditatis adest Frãcischina, ergo solũ ipsa ꝯsideratᷣ & nõ ꝯsideranᷣ alię sorores, quæ tꝑe delatæ hęreditatis non adsunt. ¶Septimo & ultimo uidetur casus in l. j. §. si quis ex nepotibus. de coniun. cum eman. lib. eius. ubi probatur ista regula, ſm Crot. & communiter doc. in l. re coniuncti. de
11 lega. 3. quod † quoties plures concurrunt in successione hæreditatis, & unus moriatur, alius admittitur ad totã successionem cui a principio in totũ delata esset, si mortuus in medio non fuisset: sed si aliæ sorores non adfuissent Francischinæ, in totũ sibi delatum fuisset a iure communi ius succedendi, & secundum statutum spes succedẽdi deficientibus masculis, ergo eis mortuis in totum succedere debet: & ita hic casus uidetur procedere sine difficultate, saltem concurrentibus omnibus supra deductis. ¶Et propterea concludo. d. Francischinam ad totam hæreditatem admittendam esse, & absq; aliqua diminutio-
12 ne, cum statutum dicat, tota † hæreditas, & per uerbum directum, quo casu inducitur directa successio, & nihil debet detrahi: ut late per Areti. Alex. Ias. & communiter doct. in l. Centurio. de uulgar. & pupil. per Areti. in consil. 156. & maxime quia sumus in statuto fauorabili, & per quod reuertitur ad ius commune, ut supra dixi: & cũ ista
13 sit dispositio statuti, & † præsumitur quod Bertrãdus uti ciuis sciuerit: ad notata per Soci. in l. Gallus. §. quidam recte. de lib. & posthu. sequitur quod si alienauerit alienatio non ualet in præiudicium Francischinæ. argu. notatorum in l. fi. C. commu. de lega. ¶Non obstant adducta in contrarium, & primo quod est restitutio, quia esto quod esset, restituit in totum, cum tota hæreditas sit delata nunc filiæ, & portio illarum accreuit uiuenti.

¶Secundo

¶Secundo dico quod non est propria restitutio, sed delatio hæreditatis, dilata in tempus non existentiæ masculorum. ¶Vltimo non obstat, & si dicatur hunc casum fuisse omissum a statuto, quia dico istud non esse uerum, cum statutum loquatur de filia in singulari. Nec curat ante delatam hæreditatem quot essent, & ideo istud nõ fuit expressum, sed fuit expressum, quod attẽditur tempus delationis. ¶Secundo dico istum casum non uideri, nec
14 dici omissum cum † ex ratione includatur, & ex uerisimili mente statuentis: & ita in specie respondet Ias. in d. l. tale pactum. §. fi. de pactis. cum similib. Et hæc sufficiant q̃tum ad dubium statuti. Laus Deo.

Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Lapsu longissimi temporis omnis tollitur actio.*
2 *Exclusus ab aliquo iure sine statuto, multo magis censetur exclusus extante statuto.*
3 *Doctores dubitãt de ualiditate statuti Bononiensis positi sub rubri. de præscrip. loquentis de decennali præscriptione.*
4 *Actio hypothecaria de iure communi durat spatio quadraginta annorum.*
5 *Actio competens pro debito iurato, uirtute iuramenti, durat quadraginta annis.*
6 *Lex generaliter loquens, etiam si sit odiosa, generaliter intelligi debet.*
7 *Statutum Bononiense, sub rubr. de præscript. excludens creditorem a iure suo præscriptione decennali, non uendicat sibi locum in actione reali.*
8 *Disputatione, in claris non est opus.*
9 *Verba statuti, ut non sint superflua interpretari debent.*
10 *Superfluitas ut euitetur, non solum fit restrictio ad unum casum, reducendo statutum ad ius commune, sed etiam inducitur correctio.*
11 *Statutum ita interpretari debet, ut fiat reductio ad ius commune.*
12 *Verba statuti debent esse de dubitabili, & importare iuris ministerium.*
13 *Debitor, is etiam dicitur qui personaliter est obligatus.*
14 *Statuta huiuscemodi loquentia de decennali præscriptione in debitis iuratis non uendicat sibi locum, secundum communem.*
15 *Iuramentum statutis laicorum tolli non potest.*
16 *Communis opinio est indubitabilis in casu Imolæ, in capi. cum cõtingat. de iureiur.*
17 *Dispositio legis annullantis iuramentum, dispensans aliquid contra ius naturale, uel æquitatem iuris gentium, iuramentum tollere non potest.*
18 *Statutum disponens, ut stetur dicto unius in causa propria est contra ius naturæ, ac meram æquitatem.*
19 *Papa super iuramentum, & huiuscemodi diuinis habet potestatem.*
20 *Dispositio ualidata à confirmante efficitur confirmantis.*
21 *Confirmatio generalis statutorum, a pontifice facta non trahitur ad dispositionem iuratam, & ad statutum annullans iuramentum.*
22 *Priuatio præsupponit habitum.*
23 *Statuta auferentia iuramenta, & super eis disponentia loquuntur tantum in iuramentum interueniente renunciatione ipsorum.*
24 *Dispositio legis ei non conuenit, cui non conueniunt uerba legis.*
25 *Quod procedit etiam si uerba conueniant in aliquo dummodo nõ conueniant in totum.*
26 *Statutum quod potest intelligi, ut duo operetur contra ius commune, ut unum tantum operetur interpretari debet.*
27 *Statutum Bononiæ sub rubr. de præscript. & alia similia non tollunt officium iudicis quod incipit competere finito tempore decennali.*
28 *Statutum Bononien. de quo supra non habet locum quoties aliquo modo potest apparere solutionem factam non fuisse.*
29 *Probatio nulla maior quam partis aduersæ confessio.*
30 *Statutum de quo supra non procedit quando debitor tenebatur soluere sine alia interpellatione.*
31 *Iuramentum habet eam uirtutem, ut debitor teneatur soluere absque interpellatione.*
32 *Debitor qui tenetur ad aliquod debitum bursale, quod habet soluere, ut non incurrat in moram, debet ire ad domum creditoris, quando sunt ambo eiusdem domicilij.*
33 *Communis est opinio statutum, de quo supra non ualere.*

RESPONSVM XLI.

¶Super statuto Bononiensi de præscrip. ubi multę dantur limitationes, & an iuramento statutis laicorũ possit derogari.

INVOCATO diuino suffragio. Queritur an pręscriptio inducta per statutũ Bononiẽse, noceat reuerendo clerico. d. Ioan. Mariæ de Landinis: & uidebatur dicendum nocere, cum non solum decennale tempus transactum sit, sed tri
1 ginta & septem anni sunt præteriti, quo † casu etiam de iure communi omnis actio sublata est. l. sicut. l. omnes.
2 de præscrip. 30. uel 40. annorum. ergo † quanto fortius per istud statutum, cum & sine eo sit exclusus. argu. l. j. §. j. de rei uxo. act. & in hoc casu nullus de ualiditate statuti dubitat, sed omnes præsupponunt ualidum esse statu-
3 tum, licet in tempore † decennali dubitent, ut per doc. in l. omnes populi. in 3. q. principali. de iust. & iur. in l. sequitur. §. uiam. de usucap. & in cap. fi. de præscript. ¶Melius autem considerando dico ei nullam statuti Bononiensis, nec cuiuscunq; alterius legis præscriptionem obstare, & præsuppono huic reuerendo. d. actionem hypothecariã competere uigore primę obligationis sibi cessę, ut cõstat ex instrumento in actis producto, ac eius uigore in bonis hypothecatis tenutam accepisse, ut in processu: quo
4 casu nulli dubium est de iure communi † actionem hypothecariam durare. 40. annis. l. cum notissimi. §. quaobrẽ. de præscrip. 30. uel 40. annorum: & ibi Bartol. Bal. Cy. Sali. & omnes, & notatur inst. de usucap. & est firmissimum in iure, ergo cum tãtum trigintaseptem anni sunt elapsi, de iure communi, non est præscripta ista actio hypothecaria. ¶Secundo considero illud debitum fuisse iura-
5 tum, ut patet in instrumento, quo casu uirtute † iuramenti actio est perpetuata usq; ad quadraginta annos, secundum gloss. Iacob. Butri. Bar. Ang. Saly. Alex. Ias. & cõmuniter doct. in l. nam & postea. in §. si is qui speciali. ff. de iureiur. ergo de iure communi aliqua præscriptione non est exclusus, & lex, sicut. & l. omnes non procedunt in hypothecaria, & etiam in debito iurato, per supra allegata, solum igitur restat uidere an præscriptio statuti, quod generaliter loquitur obstet huic. d. Io. Marię, & casum istũ comprehendat, quem quidem & si ex generalitate sua cõ
6 prehendere uidebatur, cum lex generaliter † loquens generaliter debeat intelligi. l. j. §. quod autem. de aleat. etiã si sit odiosa. l. cum lege. ff. de test. & ibi notat Aret. cum similibus. ¶Ex multis tamen dico statutũ in casu nostro
7 sibi locum non uendicare, & primo quia † non procedit in actione reali, secundum Bald. Ang. & Ias. insti. de act. in prin. in gl. in uerbo, debetur. Rom. in consi. 201. prodecisione. in princ. & est firma opinio: ut per Feli. in c. fi. de præscript. colum. 7. & pro ista communi opinione pondero statutum nostrum, in uersic. debitorem. ubi dicit debitorẽ autem intelligimus ipsum qui in sua persona se obligauit, & sic textus aperte se restringit ad debitum personale, unde & si uerbum debitum, in statutis stricte intelligatur per supra adducta, fortius hic cum statutum se restringat, ergo ex intentione statuti, & ex uerbis apparet expresse illud in actione reali sibi locum non uendicare,
8 & in † claris non est opus disputationibus. l. ille aut ille.
9 §. cum in uerbis. de lega. 3. ¶Nam † si illa uerba non excluderent debitum reale superflua fuissent contra. l. si quã
10 do. de leg. 1. quę superfluitas, ut euitetur non † solum fit restrictio ad unum casum reducendo statutum ad ius
11 commune, quę reductio † fieri debet, ut l. si serui uestri. de noxal. per mod. in l. si unus. §. pactus ne peteret. de pac. sed

pac. sed inducitur correctio. l.nulla. iuncta auth.diaco-
nissam. de epis. & cler.& no.in l.j.de officio eius cui man.
est iur.in materia arg.à contrario sensu, ergo dicendum
est multo magis in casu nostro, ut tollatur superfluitas,
fuisse prolata illa uerba ad exclusionem debiti realis, cũ
hoc modo minus læditur ius commune: item illa uerba
12 essent de † indubitabili,& non importarent iuris ministe
rium contra.l.quod labeo.de carb.edic.&.l.ancillę.C.de
13 furt. ¶Nam cui dubium † debitorem dici personalẽ,
l.debitor. de uerb.sign.plene in gl.in uerbo,debere.insti-
tu.de action.in prin.ergo &c.& ex hoc solo fundamento
apparet esse de expressa uoluntate statuentis, illam præ-
scriptionem huic agenti actione reali non obstare, sed ut
ueritas magis appareat aliter demonstro. ¶Et secun-
do considero esse communem opinionem scribentium,
14 huiuscemodi statuta nõ † uendicare sibi locum in debi-
tis iuratis, s'm Ang.Rom.Ias.& communiter doct.in d.l.
nam & postea.§.si is qui speciali.de iureiur.Angel.in l.cũ
notissimi.de præscrip.30. annorum.in §. immo & illud.
Feli.in d.c.fi.de præscrip.& est communis opinio,sed de-
bitum de quo agitur est iuratum, ut patet in instrumẽto.
& dixi supra, ergo statutum non uendicat sibi locum in
ipso,& si dicatur statutum illud etiam annullat debita iu
rata,ut patet sub rubri. de præscript. patet in fine statuti
in 2.col.in subr.quę incipit,conclusio præsentium statuto
rum.ubi uult omnia statuta contenta in eo libro habere
effectum etiã si interuenerit iuramentum in contrarium,
15 quia respondetur iuramentum † non posse tolli a statuto
laicorum, s'm Bal.Sali.& Corn.& communiter doc. in au
then.sacramenta puberum.C.si aduer.uend.& licet multi
teneant contrarium,ut plene notatur in l.omnes populi.
de & iustit.& iur.in 3.q.principali,tamen ista est commu
nis opinio,ut attestatur Soci.in consi.289. uisa donatio-
ne.col.1.& Are.in consi.22.mature.ideo nihil facit ad de
bitum iuratum,quia statutum hoc facere non potuit,uel
dico prout dicit Felin.in c.præterea.col.11. de sponsal.cõ
16 munem † opinionem esse indubitatam,in casu.Imo.in c.
cum contingat.de iureiu.char.22.uersi.quid igitur tene-
dum.& dicit Feli.in loco præallegato ab opinione Imo-
læ recedere esse difficile, cum seruetur in practica.
17 ¶Nam dicit Imol.quod si per † dispositionem legis an-
nullantis iuramentum dispensatur aliquid contra ius na
turale,uel æquitatem iuris gentium,tunc legem iuramẽ-
tum tollere non posse, sed ita est in casu nostro: nam fa-
cit istud statutum, quod statur iuramento debitoris, &
18 sic dicto unius,& in causa propria quod est † contra me
ram æquitatem,ac ius naturæ,ut notatur plene in c.in no
mine domini.de test. ergo ista annullatio non debet esse
in consideratione.Et si dicatur,istud statutum fuit confir
matum à Pontifice, ita quod saltem ratione confirmatio
19 nis potuit fieri dispensatio super iuramento, cum † Papa
habeat potestatem in huiuscemodi diuinis: ut plene in
20 cap.1.de constit.& dispositio † ualidata a confirmante ef
ficiatur confirmantis:ut plene per Bar.in l.& quia de iur.
omn.¶Respondetur hanc confirmationem fuisse gene-
21 ralem,& † non trahi ad dispositionem iuratam,& ad iura
mentum,ita in statuto Bononiensi:consuluit Are. in cõs.
8.per totũ.& Alex.in cõsi.38.uol.3. uisa petitione.& sic ni
hil facit ad iuramẽtum,& hoc firmiter tenetur, ideo ali-
ter non discutio. ¶Nec ob.confirmatio Iulij secundi
facta ex certa scientia:quia non dicitur esse in usu, nõ est
facti causa cognita prout requiritur:uerbũ ex certa sciẽ
tia non refertur ad confirmationem statutorum principa
liter,& multas patitur responsiones de quibus alias dixi
disputando de illa constitutione, ubi quid sentiam dixi,
hic cum non expediat,non determino. ¶Itaque dicas,
dato statutum posse tollere dispositionem iuratam, non
tamen in casu nostro tollit,idque aperte demonstro.
¶Nam præsuppono,ut dixi,quod dum loquitur de debi
to non loquitur de iurato,dum postea dicit huic statuto
non posse renunciari etiam cum iuramento, intelligitur
in casibus in quibus loquitur statutum, & sic renuncia-
22 tio tendit ad casum comprehensum a statuto,quia † præ
supponit habitum.l.decem.de uerb.obl. cũ ibi plene no-
23 tatis.& statuta † auferentia iuramenta & super eis dispo
nentia loquuntur tantum in iuramento interueniente in
renuntiatione illius statuti, hic autem nulla renunciatio
statuti interuenit:ergo nõ loquitur in casu nostro. Nam
24 † cui non conueniunt uerba legis, nec eius conuenit di-
spositio.l.4.§.toties.ubi plene notatur de damno infect.
25 quod procedit etiam † si uerba conueniant, si modo in
omnibus non conueniant, ut per Fulg. Sali. & doc. in l. si
mancipia.C.de ser.fug.ergo cum saltem in omnibus uer
ba non conueniant casui nostro cum loquantur in renũ-
tiatione quę non cadit in casu nostro,ergo nec statutum.
& hoc maxime debet esse cum simus in his super quibus
statutum libere disponere non potest, ut super iuramen-
to,super quo regulariter disponere non potest, ergo dẽt
intelligi eo modo quo minus disponat, & minus cõpre-
hendat.& bene facit dictum Ant.in c. dilecto de foro cõ-
26 pet. quod † quoties statutum contra ius commune po-
test intelligi, ut unum & duo operetur, debet intelligi ut
unum tantum operetur. ¶Tertio aliter demonstro, nã
27 huiuscemodi statuta † nõ tollunt officium iudicis quod
incipit competere finito tempore decennali: s'm Calca-
ne.in consi.74.quod de filiabus,& in consi. 23.prima fa-
cie.quod demonstrat multis rationibus,& legibus,de q-
bus ibi per eum non aliter refero ne in denigrando papy-
rum tempus conteram, & officium fuit hic interpellatũ,
cum implorauit officium iudicis ad petendum tenutam,
& illã petijt,& habuit omni meliori mõ, forma, iure &c.
28 ¶Quarto istud statutum † non habet locum quoties ali
quo modo potest apparere solutionem factam non fuis-
se,s'm Rom.in consi.102.in 2.col.Feli.in d.c.fi.de præscr.
sed hic apparet ex.29. positione, ubi unus ex fratrib. fa-
tetur promisisse soluere istud debitum.d.Ioanni Mariæ in
terpellanti,ergo non debet præstari iuramẽtum, quia nõ
sumus in casu dubio, & statutum non uendicat sibi locũ
29 in casu isto,cum † nulla maior probatio quam partis ad
uersę confessio.l.generaliter.C.de non num. pecu.cũ con
cordan.& est uerissimum hoc casu non loqui statutum,
alias esset nutritiuum peccati,& daret materiam periurã
30 di, ergo &c. ¶Quintò † non procedit quando debi-
tor debebat soluere sine alia interpellatione, ut plene in-
stitu.de actio. in prin. per Hispanos, ut quia tenebat ire
ad domum creditoris.secundum Abb.in cap.quod cleri-
cis.de foro compet.& in cap.fi.de præscrip. sequitur Ale-
xand.in consi.214.põderatis his.uol.6. & ratio quia fuit
factum in odium negligentis, & quia nihil poterat impu
tari debitori,quod non procedit quando stetit per debi-
torem quod non soluit,ut quia iurauit, uel ex alio capite
tenebatur ire ad domum creditoris, sed hic debebat sol-
31 uere sine alia interpellatione † propter iuramentum qđ
hanc hẽt uim ultra alias suas uirtutes: ut p oẽs in l. si qs
maior. C.de transact. Item quia creditores & debitores
erant eiusdem fori ratione domicilij, & habitabant Bo-
32 noniæ,quo casu quando debitor ad † aliquod debitum
bursale tenetur quod habet soluere, ut non incurrat in
moram:nam tunc tenetur ire ad domum creditoris, se-
cundum gloss. Bartol. & communiter docto. per illum
textum in l.item illa.de constitu.pecu. colum.3. in princ.
cum similibus.sed iste erat talis. ergo statutum nostrum
non uendicat sibi locum in eo,cum non habeat locum in
debitore qui tenetur ire ad domum creditoris, uel solue-
re sine alia interpellatione, & ista interpretatio debet ca
pi contra istud statutum quod est contra ius commune,
33 & est communis opinio ipsum † non ualere:ut tenet Fe-
li. in d. cap.fina.colum. 4. de præscript. & ita attestatur
Alexan.in consil.63.incipi. In causa appellationis. colũ.
1.uolu.6.& consil. 172. incipien. In causa & lite. in 4.co-
lum.& in consil. 220.ponderatis his.in 2.colum.uolu. 6.
& idem Alexand.in consil.58.in causa mota. uolum. 7.&
Corn.in consi.189.per totum.uolu.3.cum similibus, sed
tenendo ualere, saltem debet restringi, & maxime in ter-
minis nostris,cum ex uerbis statuti colligatur, & poten-
tia statuentium ad hunc casum non se habebat,& si se ha-
bebat non intendebat includere,& quia constat per con-
fessionem partis non esse satisfactum, & ex uarijs ratio-
nibus

nibus & communibus limitationibus, de quibus ſupra, quæ cum ſingula per ſe ſufficiant multo magis unita ſtringunt. Laus Deo.

¶ Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia libera eſſe debent.*
2 *Statutum prohibens poſſe contrahi matrimonium cum filiafamilias minore, ſine uoluntate patris, non ualet.*
3 *Statutum uetans abſque fratris conſenſu, qui nullo iure ciuili uel canonico requiritur, matrimonium poſſe celebrari, eſt nullum.*
4 *Conſuetudo derogat ſtatuto.*
5 *Conſuetudo per quam fit reductio ad ius cõe eſt iuuanda.*
6 *Ius canonicum in terris eccleſiæ eſt ſeruandum.*
7 *Lex ſiue cõſuetudo per quam fit reductio ad ius commune adeo adiuuatur, quod ut facilius talis reductio fiat regulæ non ſeruantur.*
8 *Statuti Bononienſis pon entis deſponſantem filiamfamilias, ſine patris conſenſu, egregia limitatio.*
9 *Statutum contra ius commune ſtricte debet interpretari, ut minus lædat ius commune quam ſit poſſibile.*
10 *Raro euenit puellam accedere ad domum uiri, & multis lachrimis poſtulare, ut eam deſponſet &c.*
11 *Statutum pœnam imponens, ubi dolus non interuenerit ſibi locum uendicare non debet.*
12 *Dolus qualibet cauſa excuſatur.*
13 *Dolus in dubio non præſumitur, niſi probetur.*
14 *Præſumptio excludens delictum, tollit aliam per quam delictum induceretur.*
15 *Præſumptionibus nemo uenit condemnandus.*
16 *Statutum loquens cum certa qualitate, ſi qualitas non probetur, locum ſibi uendicare non poteſt.*
17 *Diſpoſitio legis ei non competit, cui non conueniunt uerba legis.*
18 *Intellectus qui eſt ſecundum communem uſum loquendi præfertur proprietati uerborum.*
19 *Probatio eſt infallibilis quæ ſit a ceſſante ratione.*
20 *Verba prolata per modum præfationis, denotant cauſam finalẽ.*
21 *Statutum in eo caſu locum non habet, in quo ipſius ratio ceſſat.*
22 *Semel abſolutus amplius inquiri & accuſari non poteſt.*
23 *Sententia quæ propter falſos teſtes ueniebat reſcindenda, quando conſtat iudicem falſis probationibus non fuiſſe motum ad iudicandum, reſcindi non debet.*
24 *Aetas dupliciter probari poteſt, uere ſcilicet, & præſumptiue. quod declara, ut ibi.*
25 *Teſtis deponens de auditu ætatis, quamuis ſubiungat, ex aſpectu, non debet diminuere probationem de auditu.*
26 *Lex loquens de probatione ex aſpectu, non uendicat ſibi locum in ea quæ non eſt ſimpliciter ex aſpectu.*
27 *Aetas per aſpectum ſenſu immediate non percipitur, ſed iudicio intellectus diſcutitur, & ſecundum communem hominum peritiam declaratur.*
28 *Sententia prætextu falſarum probationum lata, niſi mediante in integrum reſtitutione reſcindi non poteſt.*
29 *Teſtis ſi uariauerit, primo eius ſtatur dicto, & ueritas per primum dictum dicitur eſſe probata.*
30 *Dicta teſtium ſunt adiuuanda.*
31 *Dicta teſtium debent interpretari, ut non ſint captioſa.*
32 *Teſtis deponens de ætate, iuſte & impune in quatuor uel quinque annis decipi poteſt.*
33 *Teſtis qui in primo examine fuerat atteſtatus aliquem eſſe 23. annorum, uel circa ex aſpectu, & ex dictis matris, & poſtea in ſecundo negat ſe ex aſpectu dixiſſe, intelligitur tantum, & ſimpliciter, ut non contradicat.*
34 *Teſtis ſecundo examinati reſponſio, quando in interrogatorio non fuit expreſſum primum examen, intelligitur facta de eo de quo agitur, ut ſibi non contradicat.*
35 *Teſtis qui in primo examine determinauerat ætatem, & poſtea in ſecundo interrogatorio, dixit ſe neſcire, intelligitur, præter quam eo modo quo ſupra dixit.*
36 *Teſtes duo, ſi aſſerant alius Titium fuiſſe præſentem, alius dicat fuiſſe abſentem, unus intelligitur de præſentia corporali, alius de intellectuali.*
37 *Sententia lata contra ambiguum ſtatutum non eſt nulla.*
38 *Sententia ualet contra legem lata quæ habet plures intellectus.*

RESPONSVM XLII.

¶ An ſtatutum Bononienſe puniens deſponſantem filiãfamilias ſine conſenſu patris ualeat. Et quando locum habeat. Et an teſtes contrarij ſuper aſpectu concordentur, ubi multa circa probationem ætatis.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ Viſis elegantiſsimis dubijs paucis agam: tum q̃a ueritas in paucis conſiſtit, tum etiã quoniam res coram peritiſsimo ac iuſtiſsimo iudice agit, & quoniam omnes difficultates emanarunt propter ſtatutum Bononienſe puniens deſponſantem domicellam uel non domicellam minorem.22. annorum ſine uoluntate patris &c. quod ut euitaretur coram præcedenti iudice illa ætas uigintiduorum annorum dicitur præſumptiue probata, immo per falſos teſtes, & cõtra notorium facti permanentis, & propterea abſolutio uigore dictæ probationis facta poteſt & debet retractari. ¶ Conſidero, dato quod illæ probationes eſſent tales, quod tamen nego, ut infra oſtendam: tamen ſi demonſtretur illud ſtatutum non obſtare, ac etiam præcedentẽ iudicem illis probationibus motum non fuiſſe, utiq; omnes difficultates ceſſabunt. ¶ Et primo, quod ſtatutum non obſtet nec poſſit ſuper eo fieri fundamentum, probatur. Nam ex quo impedit ſeu reſtringit libertatem contrahendi matrimo-
1 nium per appoſitionem pœnæ non ualet, † cum libera debeant eſſe matrimonia. l. Titia. cum materia. de uerb. obl. & ita in terminis quod ſtatutum prohibens † contrahe-
2 re matrimonium cum filiafamilias minore ſine uoluntate patris non ualeat: uoluit Ioan. And. in additio. Specu. in rubr. de ſponſa. Ang. in l. conſulta. de teſta. Ant. de Bu. in c. 1. de ſponſal. & iſtud ſine difficultate procedit quan-
3 do ſtatutum requirit cõſenſum fratris qui nullo iure † ciuili uel canonico requiritur: ſm Alex. qui ita determinat conſulendo in conſi. 97. principalis dubitatio. uolu. 1. per totum, ubi in fine dicit quod iſta eſt cõmunis opinio, ergo quanto fortius non ualet ſtatutum noſtrum, quod requirit non ſolum fratris cõſenſum, ſed agnati uel cognati uſque ad quartum gradum? & bene facit text. in l. cum talem. §. reſcriptum. de cond. & demon. ubi dicitur auferri libera facultas contrahendi matrimonium: quãdo nõ poteſt contrahere matrimonium ſine arbitrio fratris.
¶ Secundo dato q̃ de iure ualeret, tamen quia conſuetudo eſt in contrarium, & ſeruatur contrarium, ut dicitur eſſe probatum, ideo non habet obſtare, cum conſuetu
4 do deroget † ſtatuto: ut plene per omnes in l. de quibus.
5 de legib. & in l. j. C. quæ ſit long. conſue. & iſta † conſuetudo eſt iuuanda, cum per eam fit reductio ad ius commune canonicum, quod non requirit conſenſum patris. c. cũ cauſam. de reſcrip. nota. in cap. hoc ſanctum. 32. q. 2. q̃d
6 † ius canonicum in terris ſeruandum eſt eccleſiæ: ut plene no. in c. 1. de noui oper. nun. & maxime in cauſa matri
7 monij, & adeo adiuuatur † lex, ſeu conſuetudo per quam fit reductio ad ius commune, quod non ſeruantur regulę ut fiat talis reductio: ut per Iaſo. & docto. in l. ſi unus. §. pactus ne peteret. de pac. ergo &c. ¶ Tertio dato quod ualeret ſtatutum & eſſet in conſuetudine, dico quod non uẽdicat locum in caſu noſtro, cum in eo iſte caſus non ſit ex
8 preſſus, ſcilicet quando † mulier ſponte ſua iuit ad domũ mariti, & genibus flexis rogauit eum ut illam acciperet in coniugem, & proteſtabaẽ quod amplius ad domũ patris nolebat redire, & potius uelle mori & fugam arripere, ut probatum fuit legitime: de qua probatione nõ diſputatur, ergo iſte caſus remanet ſub diſputatione iuris communis. l. commodiſsime. de liber. & poſthum. l. ſi extraneus. de condict. ob cauſam. ¶ Nec poteſt dici quod ex generalitate uerborum comprehendat in ſtatuto, quo
9 niam cum ſtatutum † ſit contra ius commune ſtricte debet interpretari, ut minus lædat ius commune quam ſit poſsibile, Nam dicit Ant. de Bu. in ca. dilecto. de fo. cõ-
ret.

pet.quod statutum quod potest operari unum, & duo cõtra ius commune, semper debet interpretari ut tantum unum operetur, ergo debet restringi ut hunc casum non comprehendat: maxime cum iste casus non sit de frequẽ
10 ter accidẽtibus: nam rarissime euenit quod puella † eat ad domum uiri, cum alijs concurrentibus de quibus supra: ergo statutum non debet referri ad istum casum, argu.l.nam ad ea.cum simi.de legib.& ut minus corrigat. ¶Et maxime quia ipsi marito nihil potest imputari, & potius functus est officio pietatis, & ad utilitatem & honorem ipsius patris, cum & si hęc maritus non peregisset, mulier turpia, & inhonesta perpetrasset, profecto neminẽ puto dicturum statuentes hunc maritum pœna afficiendum fore existimasse, & hunc casum comprehendere uoluisse, cum non sit actus de iure communi de genere prohibitorum. ¶Pręterea statutum ex uerbis expressis excludit hunc casum. Nam in primo dicit quod nullus audear dolose &c.& sic loquitur interueniente dolo, & postea ponit.§.& quia. ubi ponitur casus de quo agit. Certe dispositio illius.§. debet intelligi quando dolose actũ est, cum uenit continuatiue ad præcedentia, & sequẽtia intelligantur secundum præcedentia.l.si seruus plurium. §.fi.de lega.1.& quia adest copula,&, quæ repetit qualitates præcedentes in sequentes.l.Seiæ.§.Caio. & ibi Bar.de fun.instruc.ergo qualitatem doli, & ita omnino debet es
11 se cum statutum imponat † pœnam: pœna autem non debet esse ubi non est delictum.l.grauis.de adul.delictum ꝓprie non est ubi non est dolus, ergo debet intelligi inter-
12 ueniente dolo: sed † quælibet causa excusat a dolo. l. iij. de lib. causa. ergo hæc causa urgentissima quod iuit ad domum, & protestata est expurgat omnem dolum. ¶Et si dicatur, præsumitur ex quo mulier est dolo seducta, re-
13 spondetur quod in dubio † non præsumitur dolus nisi ꝓ
14 betur.l.quoties.§.qui dolo.de probatio.& ista † pręsumptio quæ est ad excludendum delictum tollit aliam: iuxta no.per Bar.in l.non solum.§.sed probari. de noui oper.nun.cum una præsumptio tollat aliam, & casu quo nõ tolleret, tamen non esset uere probatum & qualitas requisita a statuto debet uere probari, & ex pręsumptioni-
15 bus † nemo debet condemnari.l.fin.de proba.& bene fa-
16 cit quod statutum † loquens cum certa qualitate si qualitas non probetur non habet locum eius dispositio. Bartol. in l.j.§.quod autem ait prætor ne quid in flu. publ. Io.And.in c.j.de homic. Petr. de Anch. in consil. 271.de titulis criminum, ergo cum ista qualitas doli non sit probata cessat statutũ. ¶Quarto probatur: nam certum est
17 cui † non competunt uerba legis nec eius dispositio.l.iiij. §.toties.de dam.infe.& hoc procedit etiam si unum minimum uerbum non competit: secundum Bal.Fulg. & alios in l.si mãcipia.C.de ser.fugiti.qui loquuntur in statutis, sed uerba statuti loquuntur in uidua, & domicella: q̃ uerba secundum communem usum loquendi non competũt sponsę: nam aliud nomen habet, arg.l.si idem.de codicil. & hoc maxime secundum communem usum loquendi secundum quem statuta, & omnes dispositiones intelligũ
18 tur, & iste † intellectus præfertur proprietati uerborum: ut no.in l.quod labeo.de supel.leg.plene notatur in rub. de noui oper.nun.per Iaso.& alios doct.per Soc. in cons. 102.nu.5.uol.3. ubi dicit quod statutum debet intelligi secundum uulgarem modum: cùm ergo saltem secundũ uulgarẽ modũ uerba non ꝯueniant, ergo nec dispositio dicti statuti. ¶Quinto probatur a cessante ratione, quæ
19 † probatio est infallibilis.l.generaliter.& ibi Bal. de episc.& cleri.l.plene in c.cũ cessante.de appel. sed ratio finalis illius statuti est, quia sub prætextu ampli patrimonij, & amplę dotis & hæreditatis matrimonia contrahuntur & c.ut in d.§.& quia.quod patet cum adsit dictio, quia, q̃ denotat rationem. Item cum sint prolata illa uerba per
20 † modum præfationis, quæ denotãt causam finalem.l.fi. de hæred.instit.& in casu nostro præsupponitur in facto, & dicitur probatum quod non aderat amplum patrimonium, & dos habito respectu ad maritum, cum habuit maiorem dotem à præcedenti uxore, & habuisset & sibi oblata fuit si aliam uoluisset: & sic non fecit ob ampla patri

21 monia, & ratio † statuti cessat in isto casu, ergo & dispositio, & hæc omnia cum prosint singula multo magis unita debent iuuare.l.spadonem.§.qui iura.de excus. tuto.& animum iustissimi ac doctissimi iudicis ad absoluendũ trahere. ¶Et ex his apparet responsum ad obiecta, cũ omnia sint fundata in dispositione statuti quod cessat, & propterea præcedens iudex sententiam suam tulit: non quia illa mulier esset maior uigintiduorum annorũ: sed ob id quod ad domum mariti sponte accessit, & sic quasi non essemus in casu statuti, ut satis demonstratum est.
22 ¶Vnde sequitur quod cũ semel † fuit absolutus amplius inquiri, & accusari non potest. c.de his. de accus. & ibi ꝑ omnes, & maxime cum absolutoria transiuit in rem iudicatam: ex quo non fuit appellatum, & fuit lata ex illis ꝓbationibus de quibus non disputatur, scilicet quod sponte accessit &c.& licet adessent in processu alię probationes circa ætatem de quibus dubitatur, tamen non habẽt officere sententiæ, cum super illis non sit fundata, ut pa-
23 tet ex inspectione ipsius. Nam quando † potest apparere quod iudex non est motus falsis probationibus ad iudicandum, tunc sententia quę propter illos falsos testes ueniebat rescindenda non debet rescindi: no. in l.falsam. C.si ex fal.instru.no. Alex.in l.diuus. in 1. col. ff. de re iudi.& sic obiectiones cessant. ¶Attamen ut pro uiribus satisfaciam doctissimo ac iustissimo iudici in indiuiduo ad obiectiones respondeo: & ad primum quod est ꝑsumptiua probatio, cum ex aspectu & ideo sententia lata ex præsumptiua probatione non transit in rem iudicatam:
24 dico quod ætas † dupliciter probatur uere & præsumptiue. uere quando deponit de tempore natiuitatis uel de aliquo tempore quod sit certum, ut puta talis belli uel aduentus regis, & eo tempore dicit illum fuisse natum: secundo præsumptiue quando ex aspectu solo. ista est doctrina Bar.& communis in l.de ætate. col.3.uersic. uenio ad secundum.de mino. & Sali. & aliorum in l. si minorẽ. C.de in integ.restit.sed primus testis nõ deponit de aspectu, sed de ueritate de tempore natiuitatis dictæ mulieris, & sic non præsumptiue sed uere probat: secundus testis non deponit simpliciter ex aspectu, sed deponit, quia mater dictæ sponsę ita sibi dixit quod erat tantę ætatis, & quod uolebat eam tradere nuptui: & ultra etiam dixit quod ita sibi ex aspectu uidebatur unde ista non est probatio ex aspectu, sed de auditu matris, & licet subiungat
25 ex aspectu † non debet diminuere probationem de auditu, cum sit inducta ad augmẽtum, cum inducta ad augmentum non debẽt operari diminutionem.l.legata inutiliter. de adimen. leg. & bene facit quod utile per inutile non debet uitiari, regula, utile. de reg.iur. in 6.Item non
26 est simpliciter ex aspectu, ideo † lex loquens de probatione ex aspectu non uendicat sibi locum in ea, argu.l. hoc legatũ. de leg. 3.& pręsertim cum loquatur in casu exorbitanti quod sententia non transeant in rem iudicatam: & sic non sumus in terminis præsumptiuę probationis. ¶Secundo non obstat quod ex inspectione personæ uidetur lata contra notorium facti permanentis: quia cum istud factum pendeat ex aspectu circa ætatem, quæ ętas difficulter cognoscitur propter uarietatem hominum, & ideo non datur uera probatio per aspectum, sed dicitur præsumptiua, ideo nõ potest dici notorium facti permanentis, & hoc maxime cum notorium facti permanentis, ꝓprie sit quod immediate sensu percipitur, ut quod turris est in tali loco. ¶Sed ætas per aspectum sensu im-
27 mediate † non percipitur, sed iudicio intellectus discutitur, & ſm communem hominum peritiam declaratur, ut de se patet: & no.in d.l.de ætate. de mino. ergo in ea non potest dari illud notoriũ propter quod lex annullat sententiam, intelligo excessu duorum uel trium annorum. ¶Præterea in casu isto solũ differentia est in quatuor uel quinq; annis, cum omnes fateãtur, etiam pater accusans quod habet decimumoctauum annum: sed excessus tanti temporis non potest esse notorium immo non est cognoscibilis: ſm Bar.in d.l.de ætate.colu.5. de mino. ergo hic non est notorium facti permanentis aliquo modo, & saltem illud propter quod lex uult sententiam esse nullam.

¶Vltimo

¶ Vltimo non obstat quod sit lata ex falsis testibus: quia dato quod falsi essent testes, quod tamen nullo pacto admitto, tamen non fuit motus propter illos ut patet in sententia, sed ex alio. quo casu non debet retractari: ut per Alexand. in l. diuus. de re iudi. & dixi supra. ¶ Praeterea etiam quod illis probationibus falsis fuisset motus
28 sententia ualet, & non potest † rescindi nisi mediante restitutione in integrum petita aduersus sententiam: secũdum Alexan. post alios quos allegat in d. l. diuus. sed hic non fuit petita restitutio in integrum, ergo iudex non potest praecedentem sentẽtiam rescindere, ergo remanet absolutus dictus maritus. ¶ Praeterea dico quod nullo pacto testes sunt falsi. Nam duo sunt, dictum primi non refricatur in dubium, & licet fuerit citatus, & non comparuit, tamen istud non est ex uitio: sed quia abest prout solitus est ex suis negotiationibus, & de hoc curiam informatam esse pro comperto habeo, ideo nõ me extẽdo.
¶ Quantum ad secundum qui uidetur uariasse a suo primo dicto in secundo examine dico esto quod esset uerũ
29 quod statur primo dicto, & † dicitur ueritas probata ꝑ primum dictum. c. sicut nobis. de testib. Abb. in c. cum in tua. eod. tit. & ita est communis opinio: ut dicit Corn. in consi. 27. in praesenti consultatione. col. penul. lib. 3. & Deci. in consi. 175. col. 10. & hoc procedit sine dubio quando nulla depositio esset facta in tormentis, ut in casu nostro. ¶ Praeterea dico dictum suum concordari posse,
30 & concordandum esse ut saltem euitet falsum. † Nam dicta testium sunt adiuuanda. Bal. in l. de quibus. colu. fi. de
31 legib. & † debent interpretari ut non sint captiosa Ang. in l. ex militari. in fi. de testa. milit. etiam impropriando uerba: secundum Anto. Imol. Abb. & alios in c. cum tu, de testi. Et in hoc teste considero quod in primo dicto deposuit, quia mater sibi dixit, & ex aspectu habito ante ꝑ quatuor annos, uel circa. In secundo examine deponit ex alio aspectu habito per septem annos antea, & sic deponit de aspectu habito in diuerso tempore. Et in illo primo tempore quando uidit, & dicit quod habebat undecimũ annum: iuste secundum regulas iuris potuit decipi impu
32 ne in quatuor † annis, & sic potuisset esse quindecim annorum. In secundo tempore quando eam uidit, cum erat maior potuit iuste, & impune decipi in quatuor uel quinque annis: ut late per Bar. in d. l. de aetate. de mino. quibus simul computatis, & adito etiam quadriẽnio quod post ultimum aspectum praeterijt, aperte demonstratur quod est ętatis. 23. annorum, uel circa, & hoc ex aspectu ultimo ut in primo dicto deposuit, & licet facto computo secundum primum aspectum secundum quem in secundo examine deposuit esset minoris aetatis, & per consequens uideretur contraria deposuisse in dicta ętate, & semper ex aspectu, tamen non debet tanquam contrarius reijci, & de falso puniri cum aspectus prouenit diuerso tempore. Et propter diuersum aspectum diuerso tempore habitũ talis uarietas lege toleratur, & ad cõcordiam reducitur, Nam tunc proprie contrarietas esset quando prouenisset ab codẽ aspectu eodem tempore habito. profecto nõne quotidie uidemus puellã unius aetatis q̃ postq̃ excessit pubertatem per aliquos annos uidetur alia puella, & alterius formae, & aetatis? ita quod ab eis qui illam per aliquos annos non uiderunt amplius non cognoscitur ut docet experientia quae est rerum magistra: & hoc patet in ultimo examine in fine, ubi quando interrogatur: curtam uarie dixit: respondet quod dixit propter aspectum qui fuit iam sunt septem anni, & sic se declarat.
¶ Nec obstat quod in ultimo examine negat se attestatũ fuisse esse illam. 23. annorum, uel circa ex aspectu, & tamẽ erat attestatus in primo examine: quia respõdetur quod in primo examine non simpliciter ętatem ex aspectu testificatus erat, sed ex dictis matris, & ex aspectu copulatiue dũ postea in secundo examine negat ex aspectu dixisse in
33 telligitur † tantum, & simpliciter ut non contradicat. argu. eorum quę ponit Feli. in c. cum tu. de testib. col. 4.
¶ Item intelligitur in suo examine de quo agitur, & non de praecedenti examine, & hoc ut sibi non contradicat: & quia in interrogatorio illo non fuit expressum primũ
34 examẽ, ergo † intelligitur de eo de quo agitur, & cum de iure fit interpretatio contra interrogãtem qui non expressit: ut no. in l. quicquid astringendae. de uerb. oblig.
¶ Non obstat quod in alio interrogatorio dicat se nescire aetatem, & tamen eam prius determinauit: quia intelligitur uere & certitudinarie, cum supra dixit ex aspectu, & ex uerbis matris: unde stant simul quod nescit uere, tamen praesumptiue, & ex uerbis matris illud scit: uel respõ
35 detur quod † intelligitur nescire praeter quam eo modo quo supra dixit: ad plene no. ꝑ mod. in d. c. cũ tu. de test. ubi multa accumulant. ¶ Ex hoc apparet responsum ad aliud interrogatorium cui respondit quod si dixisset illam habere uiginti quatuor annos male dixisset, quod intelligitur si uere dixisset, & per modum uerę probationis, non autem si praesumptiue prout ipse dixit. Nam hęc & alia similia subaudiuntur, ut concordentur.
¶ Et propterea dicit Bal. post Cyn. in l. testium. C. de test.
36 quod si unus † testis dicat Titium fuisse praesentem alius dicat fuisse absentem unus intelligitur de praesentia corporali alius de intellectuali: & sic cum ętas probetur duobus modis uere & praesumptiue: & testis dicat probasse, & non probasse intelligi debet probasse, scilicet praesumptiue, non probasse uere, & multa possem accumulare in simili casu circa concordiam testium, de quib. per Feli. in d. c. cum tu. de test. & per doc. in l. ij. si cert. pet. in §. creditum. ¶ Et omnino iste testis debet concordari, cum sit homo bonę famę, & conditionis, & qui nunquam in iudicijs, & examine fuit, & suo exercitio ita impeditus ꝑpter eius singularem peritiam in medicandis morbosis equis: quod in cęteris, & extraiudicialibus insanus quodammodo uidetur, nec ad propositum respondere, cum semper freneticat, & de arte sua loquitur, ut probatum est, & iudex id aperte fatetur. ¶ Nec etiam potest dici quod iudex praecedens considerans eam minorem tulerit sententiam nullam, quoniam contra statutum tendit: quia ex quo communis opinio est contra statutum, nec comprehendit hunc casum, uel saltem habet dubium non potest dici quod sit nulla: iuxta notata per Bal. in c. fin. de cõsti.
37 ubi snia lata † contra statutum ambiguum non est nulla, & maxime quando communis opinio est in contrariũ: ad no. per Abb. in c. 1. de senten. & rei iudi. cum notatis ibi per mod. per Ang. Alex. Ias. & alios in l. cum prolatis. de sen. & re iudi. ubi multa: & faciunt no. per Bar. Cy. Bal. in l. ij. C. quando prouoc. non est necess. & Bar. in l. qui Romę. §. duo fratres. in 6. opposi. de uerb. oblig. ubi ua-
38 let † sententia quando est contra legem quae habet uarios intellectus seu dubitationes: ergo fortius hic cum dubitatur de eius ualiditate, immo communis est cõtra ipsum. Item dubitatur an comprehendat hũc casum, & per supradicta non uidetur comprehendere. ¶ Et ex his omnibus saltim simul iunctis puto iustissimum ac peritissimum iudicem. d. meum colendissimum supradictum maritum & testes absoluturum esse, cui me plurimum commendo. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

S V M M A R I V M.

1 *Prima successio est descendentium.*
2 *In dubio fit interpretatio contra fundantem se in statuto uel alia scriptura.*
3 *Statuta maxime correctoria strictissime sunt interpretanda, & ut minus derogent iuri communi.*
4 *Statutum quod potest contra ius commune unum & aliud operari, debet interpretari in uno tantum.*
5 *Verbum a statuto simpliciter prolatum quod potest duo significare debet intelligi de proximiori.*
6 *Verba intelliguntur secundum conditionem personae ad quam referuntur.*
7 *Statutum filias excludens extantibus fratribus, debet intelligi de fratribus filiae & non defuncti.*
8 *Onus dotandi de iure spectat solum ad descendentes uel ad fratres dotandae, non autem ad patruum.*

9 *Statutum*

9 *Statutum excludens mulierem dotatam intelligitur ab hæreditate dotantis excludere.*
10 *Ubi uerba de proprietate aliquem casum exprimunt, etiam ad correctionem iuris amplius non est disputandum.*
11 *Verba in quacunq; materia et correctoria & odiosa generaliter intelliguntur quatenus eorum proprietas patitur.*
12 *Appellatione transuersalium de proprietate uenit patruus.*
13 *Rubrica perfectam continens orationem, potest allegari ad decisionem causarum sicut nigrum.*
14 *Per generalitatem rubricæ nigrum extenditur.*
15 *Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia.*
16 *Una determinatio determinās plura determinabilia, debet æqualiter ea determinare.*
17 *Dictio uel, sui natura ponitur inter æqualia & eodem modo determinata.*
18 *Suppletiones & subauditiones in statutis non admittuntur.*
19 *Ratio statuti fœminas excludentis, est ut agnatio conseruetur, & bona in familia contineantur.*
20 *Statutum excludens fœminas extenditur de una persona ad aliā ut agnatio conseruetur.*
21 *Statutum loquens de filijs masculis habet locum in nepotibus.*
22 *Statutum excludens feminas in personis excludentibus, & a quorum gratia fuit introductum dicitur fauorabile, & extenditur, licet in capite fœminarum non extendatur.*
23 *Appellatione fratris saltem largo modo, & defuncti frater continetur in statuto excludente fœminas existentibus fratribus.*
24 *Verbum indefinitum uniuersali æquipollet.*
25 *Statutum excludens filias fratribus extantibus, non solum intelligitur de fratribus filiarum, sed etiam defuncti.*
26 *Declaratio & concordia inter Ias. & Roma.*
27 *Ubi proprietas est ibi nulla cadit dubitatio.*
28 *Statutum non habet respectum ad personam quę tenetur dotarę quando ulterius procedit.*

RESPONSUM XLIII.

¶An statutum disponens mulierem dotatam ab aliquo ex ascendentibus uel a fratre non succedere ascendentibus, nec fratri, superstitibus descendentibus masculis, uel fratre ipsius fratris defuncti consanguineo, excludat filias ipsius defuncti, quando adest frater defuncto utrinque coniunctus.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Tria in facto præsupponuntur: primum patrem decessisse relictis tātum filiabus, & fratre utrinque coniuncto. ¶Secundo adesse statutum Imolense, sub rubrica, quod mulier dotata non succedat ascendentibus uel transuersalibus extantibus, cuius uerba sunt hæc, mulier dotata ab aliquo ex ascendentib. uel a fratre non succedat alicui ex ascendentibus, nec fratri, superstitibus masculis descendentibus, uel fratre ipsius fratris defuncti consanguineo, quod si dotata non sit dotari debeat. ¶Tertio statuta Imolæ, & præsertim istud statutum seruari in castro Bononiensi, ubi casus iste accidit. ¶His tribus sic in facto præsuppositis, dubitatur an uirtute illius statuti frater utrinq; coniunctus fratris defuncti preferatur filiabus ipsius defuncti.

¶Et prima fronte uidebatur dicendum, filias præferendas esse cum filiæ admittuntur de iure cōmuni, & excludunt patruum, cum prima † successio sit descendentium: ut in auth. de hæred. ab intesta. uenien. §. j. cum uulgar. & ita habent fundatam intentionem de iure communi, nec statutum repugnare uidetur cum in eo non sit expressum patruum excludere filiam: & licet dicat fratrem præferri mulieri & filiæ, non tamen exprimit an sit frater patris filiæ, & sic patruus, uel an sit frater ipsius mulieris, & sic filius defuncti: ergo cum hoc a statuto non exprimatur, allegans statutum non potest se in eo fundare cum possit intelligi duobus modis, & sic est dubium: ad no. in l. I am
2 biguo. de reb. dub. & † in dubio fit interpretatio contra fundantem se in statuto, uel alia scriptura. l. ueteribns. de pac. per Alex. in consi. 102. uol. 5. ergo debet intelligi de fratre filiæ, & non de fratre patris filiæ, & sic contra patruum fundantem se in statuto, quæ interpretatio admitti debet cum per eam minus iuri communi derogať.
3 ¶Et statuta maxime correctoria † strictissime sunt interpretanda, & ut minus iuri communi derogent quā fit possibile. l. 3. §. hæc uerba. de neg. gest. c. cum dilectus. de consue. cum similib. & bene facit quod uoluit An. de Bu.
4 in c. cum dilecti. de dona. statutum † quod potest contra ius commune unum & duo operari debere interpretari ut unum tantum operetur: ergo dato posse intelligi & de fratre patris, & de fratre filiæ, debet intelligi tantum de fratre filiæ ut unum tantum operetur contra ius commune; & merito quia facilius debet admitti filiam a fratre excludi, quam a patruo qui est in remotiori gradu.
¶Corroboratur ex notatis per Bal. quem sequuntur alij
5 in l. j. C. de succes. edic. ubi † quando a statuto simpliciter profertur unum uerbum quod potest duo significare debet intelligi de proximiori: ergo debet intelligi de fratre filiæ qui est proximior defuncto quam sit eius frater, cum sit filius defuncti. ¶Præterea cum dictum statutum ueniat ad exclusionem fœminarum debet intelligi de fratri-
6 bus fœminarum, † cum uerba intelligantur secundum conditionem personæ ad quam referuntur. l. plenum. §. æquitij, de usu & habi. l. ex militari. de mil. test. cum similib. & ita in terminis tenet Ias. in d. l. j. de succes. edic. col. 3. ubi reprobando Roma. in consil. 16. dicit statutum
7 † quo cauetur ne extantibus fratribus filia succedat, intelligi debere de fratribus filiæ, & non defuncti, quæ decisio eo magis in casu nostro locum habere debet, cum id statutum sit magis strictissime interpretandum, cū non solū mulier excludatur ab intestato, sed etiam facto testamēto, ut in eo. & sic magis est exclusiuum, & iuris cōmunis derogatiuum quam illud de quo per Ias. & ita strictius interpretandum, ut intelligatur tantum de fratre filiæ.
¶Suadetur quoque ultra deducta per Ias. Nam istud statutum habet respectum ad fratrem dotantem, ibi a fra-
8 tre dotata, sed onus † dotandi de iure solum spectat ad descendētes, uel ad fratres dotādæ, non autem ad patruū ad no. in l. qui filium. ubi pup. educ. deb. ergo debet intelligi de fratre ipsius filiæ, non autem de patruo, & ita qđ
9 libet statutum excludens † mulierem dotatam semper intelligitur ab hæreditate dotantis, ut per Bal. Pau. & communiter omnes in l. j. C. de leg. hæred. cum similib.
¶Maturius uero considerans determino contrarium, & dico statuto prædicto fratrem defuncti succedere debere in bonis fratris præmortui exclusis filiabus dotatis uel dotandis, idque apertissime demonstro, uerbis ipsius statuti, rationibus & authoritatibus. ¶Et primo: nam hoc uerbum fratre fratris prædefuncti consanguineo prolatum a statuto, de proprietate signat fratrem fratris prædefuncti, qui est patruus filiæ defuncti, id est procreatus ab eodem patre & matre a quibus procreatus fuit defunctus: ut plene notatur in l. tres fratres. de pac. cum uulgaribus: & id de se patet, ergo uerba statuti de proprietate comprehendunt hunc casum, & exprimunt: sed quoties sumus in statutis, uel in quacunq; alia dispositione quan
10 tumcūq; odiosa, & † uerba de ꝓprietate aliquem casum exprimunt, etiam ad correctionem iuris communis amplius non est disputandum: iuxta tex. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. de leg. 3. cum uulgarib. immo est cōmunis opi-
11 nio in quacunq; materia † etiam odiosa & correctoria uerba generaliter intelligi, quatenus uerborum proprietas patitur, & in correctorijs est gl. in c. contra Christianos. de hæreti. in 6. per Alexand. & alios in auth. ex testamento. C. de colla. & in odiosis per Aret. in l. cum lege. de testa. per illum textum. & etiam si maior sit ratio in uno casu quam in alio. l. j. §. quod autem. de aleato. per Calde. in consi. 1. & Dec. in consi. 5. ubi late cum uulgaribus, ergo & si specialiter non loqueretur, de fratre fratris defuncti, sed simpliciter de fratre, cum ex proprietate & generalitate ueniret frater defuncti in materia quātumcunque correctoria comprehenderetur iste frater defuncti. Et propterea tanto magis absq; ulla difficultate, cum frater defuncti specialiter exprimatur in dicto statuto, apertissime constat statutum intelligere de fratre defuncti,

functi,patris filiarum. ¶ Corroboratur ex uerbis rubricę
dicti statuti habentis orationem perfectam, quæ dicãt
mulierem dotatã non succedere ascendẽtibus,uel trans-
12 uersalibus,stantibus, sed† appellatione trãsuersalium de
proprietate uenit patruus.l. ij. de gradi. ergo ibi est ca-
sus, extante patruo mulierem non succedere ascendenti,
13 & sic patri. ¶ Et hæc rubrica sufficeret, cum† rubrica
habens orationem perfectam posit allegari ad decisio-
nem causarum, sicut nigrum etiam si in nigro nihil di-
catur:ut per gl.in proœmio sexti.in uerbo,titulis.per Ab-
ba.Ant.& alios in proœmio decretalium. col. pe. per Ale
xan.in consi.190.mature.col.2.lib.1.& in consi.82. uiso.
lib.3.& Corn.in consi.67.plene lib. 1.col.2.& est commu-
nis opinio,ut per omnes in l.j.in princip.si certum peta.
14 ¶ Et per generalitatem † rubricæ nigrum extenditur:ut
per Pau.de Cast.in consi.333.præsens casus.& communi
ter tenetur in d.l.j.si cer.pet. & loquitur in statutis corre-
ctorijs iuris communis, ergo absq; dubio in hoc casu de
monstratur uerbum fratre, positum in nigro generaliter
intelligi debere ut comprehendat patruum qui est ꝓprie
trãsuersalis , facit.l.imperatores.de in diem addic.
¶ Nec potest dici uerba trãsuersalibus, & stantibus re-
ferri ad successionem transuersalium,& non ad successio
15 nem descendentiũ:quoniam sunt in fine posita, & † clau
sula in fine posita refertur ad omnia præcedentia. l. talis
scriptura.de leg.1.c.secundo requiris.de appel. cum simi
lib.& ita tam ad successionem ascendentium quam trans
uersalium referri debet. ¶ Et maxime hoc esse dẽt in
præsenti rubrica,cum in utroq; casu eadem ratio conser-
uandæ agnationis militet, ut infra ostendã:ergo ad utrũ
que debet referri:ut per Bar.Ias.& alios in d. l. talis scri-
ptura.de leg. 1.& Deciũ in d. c. secundo requiris. & quia
16 sub uno uerbo determinate † ponuntur, ergo æqualiter
debent determinari.l.iam hoc iure. de uul. & pup. l. quã-
uis.C.de impuber.& alijs substi.& quia dictio uel,est posi
17 ta inter utrumq; uerbum quæ sui natura † apponitur in-
ter æqualia,& eodem modo determinata.l.j.de reb.dub.
cum ibi plene notatis per Soc.& alios, ergo superexisten
tia trãsuersalium est potẽs ad exclusionem fœminarum
in successione ascendentium sicut transuersalium, & hoc
omnino admittendum puto,quia alias illa rubrica indi-
geret suppletione , & subauditione respectu ascendentiũ
18 † quæ in huiuscemodi statutis non admittitur : ut no.in
c.cupientes.§.quod si per uiginti.de elect.cũ uulgarib.
¶ Et ex his clarissime constat uerbis ipsius statuti expres
sis , generaliter & specialiter hũc casum comprehendi &
exprimi secundum eorum proprietatem, itẽ ne amplius
foret ambigẽdum,iuribus uulgaribus.Nihilominus quo
magis sit consultum conscientiæ dominorum iudicare
debentium , rationibus & authoritatibus , ut pollicitus
sum,idque iuridicum esse apertissime demonstro.
19 ¶ Et considero istius statuti rationem fuisse, ut † agna-
tio conseruetur, & bona in familia conseruentur:ut per
Ioan.And.in additio. Spec.in tit.de succes. ab intest. per
Ang.in consi.68.Martinus. Alex.in consi. 26.uiso colu.1.
& in consi.90. lib. 1. & in consi.80. animaduersis.lib.2.&
in consi. 112.super eo lib.3.Ioan.de Ana.in consi.89.Pet.
de Ancha.in consi.112. Curti.antiquus in consi.9.colu.5.
Corn. consi. 127. lib. 1.& hoc in casu nostro absq; dubio
admitto cum statutum in specie agnationem consideret.
Et propterea loquitur de fratre consanguineo,ut demõ-
straret solam agnationẽ cõtemplari : & ex ista ratione tã
20 quam expressa, statutum † excludens fœminas extendit
de una persona ad aliã personam ut agnatio cõseruetur,
21 & ideo statutum † loquens de filijs masculis, habet locũ
in nepotibus,ut uult Bar.in l.liberorum. de uerbo. signi.
& late per Alex.& omnes in l. uenia. de in ius uocan. per
Alex.in consi.9.lib.1.& in consi.5.& in consi.26. lib, 3. &
cõmunis opinio, quia istud statutum saltem in personis
excludentibus, & quarum gratia fuit introductum, dicit
22 fauorabile,& † extenditur, licet in capite fœminarum nõ
extendatur:ut late per Alexan.Iaso.Decium,Cur. & alios
scribentes in d.l. uenia. ubi post alios Deci. & Curt.atte-
stantur istam esse communem opinionem.

¶ Et propterea eam aliter non corroboro,sed ad propo-
situm nostrum infero,dato milies statutum non loqui de
fratre defuncti,sed tantum in fratre filiæ, nihilominus ha
bere locum etiam in fratre defuncti, quia in utroq; mili-
tat ratio conseruandę agnationis:& sumus in capite ma-
sculorum,ideo statutum secundum communem opinio-
nem deberet extendi ad aliam personam, & ad fratrẽ pa-
tris. Et tanto magis cum de proprietate etiam frater ap-
pelletur,statutum in eo locum sibi uendicare debet,quo-
niam si extenditur ad aliam personam,contra proprieta-
tem propter illam rationem præsumptam ſm doctores
præallegatos,uel ut sine controuersia ego admisi : q̃a est
expressa,quanto fortius attenta proprietate habebit cõ-
prehendere , adeo ut iste casus uideatur procedere absq;
difficultate. ¶ Et propterea omitto multa fundamen-
ta quæ possent adduci,quod istud statutum est fauorabi-
le in capite masculorum : & latissime debet interpre-
tari, cum ueniat ad conseruationem agnationis, & redu
cat nos ad ius primęuum ꝟde quibus per doctor. in lo-
cis supra allegatis, & maxime per Curtium in d.l.uenia.
23 & cum † saltem largo modo appellatione fratris hic con
tinetur,dato illum proprie non uenire,absque tamen prę
iudicio ueritatis:& ideo comprehenditur.l.filium habeo
ad macedo.& ita tenetur , ut per Riminald. in d.l.j.C. de
succes. edic. facit etiam quia uerbum frater est indefinite
24 prolatum , ergo † in omni casu debet habere locum. l. si
plurib.de leg.2.& si aliquo casu posset dici restrictum,ad
uerbum defuncti , uidetur restrictum,quod facit ad rem
nostram. ¶ Vltimo istud probatur authoritate Roma.
in consi.15.uiso themate consultationis. quem sequitur
Cãpegius in tractatu, de dote, in ultima parte. q.24. ubi
dicit dictum Romani continere meram ueritatem:sequi
tur Alber. Brunus in tracta. de statut.exclud. fęmi. arti-
cul.12.q.17. ubi respondet ad fundamenta Iaso. sequun
tur moder.in l.j.de succes.edic.& Roma. uidetur loqui in
terminis terminantibus,& fortioribus.nam dixit, si statu
25 tum dicat stantibus † fratribus filię fęminæ nõ succedãt,
non solum intelligitur de fratribus filiarum, sed etiam de
fratribus patris filiarũ, & sic de patruis.ratio est quia in
utroq; casu militat rõ agnationis , ergo ita in casu nr̃o ,
uerbum fratre prolatum a statuto debet intelligi tam de
fratre filiarũ, q̃ de fratre pr̃is filiarũ,& opinio Romani li
cet habeat Iasonem ꝯdicentem, de quo parum est curan-
dum,cum Alber. Brunus in loco supra allegato eius mo-
tiuis optime responderit , & plures sint doctores nume-
ro,& pondere pro opinione Romani . ¶ Nihilominus
rogo dominos iudices bene animaduertere ad decisionẽ
Romani,& casum nostrum, & facile conspicient decisio-
26 nem Romani in terminis † nostris non habere Iasonẽ ꝯ-
dictorem , quia obiectiones Iasonis non procedunt ubi
rubrica statuti loqueretur per uerbum transuersalibus.&
ita nigrum posset declarari a rubro & ampliari. Item nõ
militant quando nigrum loquebatur de fratre defuncti,
quæ oĩa in casu nr̃o cõcurrunt, quibus omnibus conside
ratis facile liquebit hunc casum esse clarum:& procede-
re absq; Iasone ꝯdictore in proprijs terminis : & propte-
rea domini iudicantes possunt ac debent absq; contradi
ctione aliqua ad fauorem fratris defuncti iudicare.addu
cta uero in ꝯtrarium apparẽt ex supra deductis resoluta.
¶ Et primo non obstat & si diceretur statutum uideri du
bium,quia nõ declarat de quo fratre sentiat : quia immo
declarat,ex quo dicit defuncti . ¶ Præterea loquitur ge
neraliter:& uerba rubricæ sunt generaliora , ita ut ex eo-
27 rũ proprietate ueniat frater patris , & ubi † est proprie-
tas nulla cadit dubitatio. ¶ Item & si ista cessarent cum
adsit eadem rõ,& saltem lata uocabuli significatio, nullũ
adest dubium de fratre patris intelligi posse , & debere,
& ita cessat dispositio.l.ueteribus.de pact. & statuta intel
ligi debere ut minus derogent iuri communi , cum pro-
prietas uerbi , & ratio ac authoritas faciant hæc om-
nia cessare . ¶ Et de motiuo Iasonis amplius non fa-
cio uerbum,dum uolebat debere intelligi de fratre fęmi
narum , ad quarum exclusionem statutum uenit, cum sta
tutum expresse loquatur de fratre defuncti , & rubrica sit
generalior,

præallegato respōdeat, ac Decius in d. l.j. de succes. edic.
¶Nec obstat statutum habere respectum ad dotantem,
28 & patruum non teneri dotare, quia id non † procedit q̃-
do statutum ulterius procedit: ut per Paul. de Castro in
consil. 361. & Roma. in consil. 485. in princi. sed istud sta
tutum ulterius processit, & uult eas debere dotari ab his
qui habent succedere: & sic statutum non considerauit
successionem propter dotationem, sed uoluit dotari pro
pter successionem, ergo &c. Laus Deo.

Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM

1 *Coniuncta persona est in hoc priuilegiata, ut si gerat tutelam statim cum postulatur ut suspecta, non sit ei interdicta administratio. quod declara, ut infra nu. 13.*
2 *Statutum generaliter loquens, non comprehendit personam specialiter priuilegiatam.*
3 *Mater inter legitimos tutores connumeratur.*
4 *Dispositio quælibet, ab eius principio recipit declarationem.*
5 *Disputandum amplius non est, ubi adest expressa dispositio statuti.*
6 *Clausula in fine posita ad omnia præcedentia referri debet.*
7 *Statutum de tutoribus generaliter loquens, omnes tutores comprehendit.*
8 *Quod procedit etiam si maior ratio militet in uno tutore quam in alio.*
9 *Indefinita legis de proprietate æquipollet uniuersali.*
10 *Dispositio statuti quæ soli tutori coniuncto conuenit, & ad illum necessario referri debet, idem operatur, ac si nominatim, & expresse ad ipsum directa fuisset.*
11 *Statuti uerba debent interpretari, ut aliquid operentur.*
12 *Tutori statim ipso iure administratio interdicitur, cum suspectus postulatur.*
13 *Declaratio ad limitationem Bart. in l. quod si forte. §. 1. de solutionibus.*
14 *Infamia cessat, & si agatur de re in qua interuenit dolus, quando dolus non est expressus.*
15 *Iudex in dubio debet pronunciare ipso iure tutori esse interdictam administrationem, & ei non debere adiungi curatorem.*

RESPONSVM XLIIII.

¶An statutum de suspectis tutoribus uolens quod porrecta petitione, sit iterdicta administratio tutori, habeat locū in matre, ubi multa ad materiā suspecti tutoris.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Videbatᷓ
prima fronte statutum Bononiæ, de suspectis
tutoribus non uendicare sibi locū in matre
in quantum uult quod porrecta petitione sit
interdicta administratio, cū coniuncta persona sit in hoc
1 † priuilegiata: ut uoluit Bar. in l. si tutor. de suspec. tuto.
in l. si uero procuratori. §. sunt quidam. de solut. & statu-
2 tum † generaliter loquens non comprehendit personam
specialiter priuilegiatam Salic. in l. fin. C. de iur. dot. per
moder. in l. j. solut. matrimo. & per Decium in consil. 5.
& in consil. 301. ergo &c. ¶Melius considerando de-
termino contrarium ex pluribus: & primo quia statu-
tum in specie loquitur de leg. tutoribus, ergo de matre
3 quæ † connumeratur inter legitimos tutores. Bartol.
in l. ij. §. confestim. ad Tertul. & in l. si quis sub conditio-
ne. de testa. tutel. & sic statutum in sui principio expresse
loquitᷓ de matre, ergo omnis pars illius statuti debet ha-
4 bere locum in matre, cum † quælibet pars dispōnis uel
statuti intelligatur ſm eius principium. l. fi. de hæredib.
insti. per Imol. in l. si ita quis. §. ea lege. de uerbo. obl. De
ci. in c. cum non ab homine. de iud. in secundo notabili,
quod procedit ēt si qualitas inferius posita nō cōpetit
omnib. ut ibi per eos, ergo fortius hic, cū nihil repugnat.
¶Secundo probatur in uersi. quo casu. ubi expresse dicit
ꝙ debet remoueri tutor, & si sit persona cui de iure adiū
gendus erat curator, ergo dato quod mater secundū su-
pradicta esset talis persona omnino debet remoueri, &
5 sic adest expressa dispō statuti, ergo amplius † non est di-
sputandum. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. de leg. 3.
¶Tertio probatur in uersi. nec possit talis tutor qui pe-
tatur remoueri ut suspectus, petere curatorem sibi adiun
6 gi, quæ clausula cum est in fine posita debet † referri ad
omnia præcedētia. l. talis scriptura. de leg. 1. c. 2. requiris.
7 de appella. & cum est generalis loquitur † de omni tuto-
8 re. l. j. §. generaliter. de leg. præstan. & si maior † ratio mili
tet in uno tutore quam in alio. l. j. §. quod autem. de alea
to. & habet relationem ad tutorem supra indefinitè posi-
8 tum, quę indefinita cū sit legis, uniuersali † de proprieta-
te æquipollet, ut per Bar. in l. si plurib. de leg. 2. ergo com
plectitur quemlibet tutorē, & sic etiam matrem, & tamen
non uult ei adiungi curatorem, ergo cum lex aufert sibi
priuilegium supra oppositum, non possumus facere in ip
so fundamentum, & illa uerba referri debere ad matrem,
uel ad aliam personam coniunctam probo. Nam soli cō-
iuncto conceditur illa petitio cum effectu: iuxta no. in d.
l. si tutor. ergo cum petenti denegat perinde est ac si spe-
10 cialiter, & nominatim † coniuncto denegaret, cū ad aliū
sermo referri non potest. l. ij. de lib. & posth. ubi per Alex.
Aret. & omnes, ergo perinde est ac si dixisset neminē pos-
se petere curatorem sibi adiungi, alias illa uerba statuti
11 si non referrentur ad illas personas nihil operarenᷓ, † er-
go &c. argu. l. si quando. de leg. 1. cum uulgar. ¶Quarto
dico & si statutum non adesset, de iure communi porre-
12 cta † petitione interdictam esse administrationem ipso
iure. l. eū. C. de suspec. tut. l. ꝙ si forte. §. j. de solu. nec ob-
stat si dicatur hæc iura non procedere in ꝯiuncta persona
l. si tutor. ubi Bart. de suspec. tut. & per Bar. in d. l. ꝙ si for
te. quia respondetur hanc limitationem simpl̃r non pro-
13 cedere, sed solum † quando ꝯiuncta persona infamareᷓ,
& propter dolum remouenda esset, & tunc in casu doli re
linquiᷓ arbitrio iudicis an sit adiungēda persona, ubi au
tem non infamaretur etiam in ꝯiuncta persona standum
est regulæ de qua supra, scilicet quod ipso iure sit interdi
cta administratio, nec adiūgatᷓ alia persona. ita Bart. post
Dyn. ꝯcordādo dixit in d. l. si tutor. & ad illam distinctio-
nem se remittit in l. si forte. §. j. sed in casu nr̃o non fuit ex
pressus dolus, quo casu & si agatur de re in qua interue-
14 nit dolus, cū † nō est expressus cessat infamia. l. cessat. de
act. & ob. l. nō debet. de dolo. cum similib. adeo ut p istū
libellum ita cautè productū apertè demonstraᷓ nos esse
sub regula, ut ipso iure sit administratio interdicta ēt in
coniuncta psona & in matre, & sic non sumus in casu quo
mr̃ habet speciale priuilegium, & sic cessat obiectio su-
pra facta, cū statutū expresse loquatur in matre. ¶Secun
do quia etiam de iure cōi mr̃ in hoc casu non habet spe-
ciale priuilegium. ¶Præterea potest dici ēt dato ꝙ esse-
15 mus in dubio iustissimum iudicem † pronunciare debe-
re ipso iure interdictam administrationem, nec adiungē
dam personam, cum ista sit regula. ad plene tradita per
Decium in l. si cer. pet. & in l. j. de reg. iur. ¶Præterea ob-
iectio non loquitur in his quæ pendent ab arbitrio iudi-
cis ut hic, sed in his quæ sunt expresse clara in iure, ergo
non facit ad hunc casum. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Electio semel facta & si nulla fuerit dummodo a sciente facta, amplius retractari non debet.*
2 *Eligendi ulterius facultate priuatur qui intra debitum tēpus eligendi potestate non fuerit usus.*
3 *Statuti permittentis banniti interfectorem alterum nominare intelligentia & declaratio.*
4 *Pronomen ipse, habet in se relationem, & rei iam dictæ demonstrationem.*
5 *Relatio fit ad proximiora.*
6 *Statutum loquens in uno casu in alio sibi locum uendicat ubi eadem ratio est.*

7 *Casus qui a legis seu dispositionis ratione comprehenditur, perinde est ac si uerbis in indiuiduo esset expressus.*
8 *Dispositio ob publicam utilitatē inducta, ita late interpretatur, ut & casus inhabiles complectatur.*
9 *Dispositio quælibet quantumcunque generalis ad habilia restringitur.*
10 *Lex aliquid exprimens, tanquam magis frequens, & considerabile, casum, non excludit, non ita frequentem.*
11 *Rubrica generalis ampliat nigrum.*
12 *Ambigendum non est amplius ubi de legis seu statuti interpretatione ex consuetudine constat.*
13 *Regula est per electionem nullam non tolli facultatem iterum eligendi.*
14 *Intellectus.l.ij.in §.fi.de opt.leg.*
15 *Creditoris & debitoris uoluntate concurrente unum pro alio solui potest.*
16 *Electio incapacis scienter facta nulla est, & ius eligendi cōsumit.*
17 *Communis opinio est electionem nullam a sciente factam ius amplius eligendi auferre quando fit electio prælati, secus si alterius personæ ad beneficium seculare.*
18 *Extensio in pœnis non fit.*
19 *Interpretatio per regulam fit contra limitationem.*
20 *Pœna priuationis nunquam habet locum nisi a lege imponatur expresse.*
21 *Alterum sciuisse asserens probare tenetur.*
22 *Satuti tanquam facti alieni ignorantia præsumitur.*
23 *Alieni nominis tolerabilis est ignorantia.*
24 *Clausula annullatiua signat requisitum de forma.*
25 *Electio ex defectu formæ nulla a sciente facta, non priuat iterum eligendi potestate.*
26 *Gratia abutens, tanquam indignus priuari ea debet.*
27 *Absoluere in dubio debemus.*
28 *Verba cum effectu intelligi debent.*

RESPONSVM XLV.

¶ An statutum dans facultatem bannito qui alium bannitum interfecit, eligendi alterum ex proscriptis quē uelit a banno liberari, habeat locum in bannito damnato, & an illius uirtute occisor possit seipsum eligere, & an p electionē nullam tollatur facultas iterum eligendi.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ Vt uideo contra nonnullorum præscriptorū abolitionem opponitur cōcedentem præscriptiones lucratas ex damnatornm sede nihil egisse: cum & ipse damnatus erat, & damnatis a lege municipali nō tribuatur talis facultas, & casu quo damnatis huiuscemodi potestas concederetur eam amisisse per ele-
1 ctionem de semetipso factā: nā qui semel † eligit amplius
uariare non potest etiam si electio fuerit nulla, dummō
a sciente facta fuerit.l.ij.§.fi.de opt.leg. ubi Bar. per tex.
in c.qui propter.§.fi.& in c.cum in cunctis.de elect.& satis probatur defectus electionis sciuisse seu scire debuisse cum factum proprium concernebant.l.fi.pro suo. & hæc sibi uendicēt locum si nulla fuerit. sinautem ualidam fuisse affirmetur cum intra debitum tempus ea usus nō fue-
2 rit eligendi † non potestate a lege priuatur amplius eli
gere potuit: ut nota. in l. apud aufidium. de opt. leg. in c.cum autem.de iur. patron. & plene per modern.in l. serui electione. de leg. 1.& hæc sunt quæ rem dubiam prima fronte facere uidentur, quæ tamen si medullitus considerentur facile apparebit nihil prẹiudicij afferre his q iam diu absoluti fuerunt ac de libro damnatorum aboliti, & in pacifica absolutionis possessione existunt.
¶ Et circa primū breuib.me absoluo cū hic casus uerbis.
3 l. municipalis decidatur in §.uerū si † uel occisor. cuius
uerba sunt hæc: Verū si uel occisor talis uel in iuris fortiā p̄sentator, absoluendus & rebanniendus ex altero homicidio prius bannitus extiterit, & si uerisimiliter ille quem ob suum tale factū de banno cancellari postulauerit debet quidem ipse bāniti occisor aut præsentator, uel alius si alium præoptauerit ordine ut supra, sed absens stare debeat a ciuitate. &c. Et prosequitur ea quæ agere debeat bannitus qui occidit, & uult aliū rebanniri q̄ nō trāsferibo, cum ex superiorib. satis liquet statutum loqui de occisore tam bannito quam non bannito aliū eligente. Nā postq̄ locutū est de occisore banniti, qui quoq; bannitus erat statim subiungit hæc uerba, debeat quidē ipse banniti occisor, certe loquit̄ de occisore qui erat bannitus cum
4 de eo statim uerbū fecerat, & pronomen ipse, † habet in se
relationem & rei iā dictæ demonstrationē.gl.in uerbo, in
5 ipsa.insti.de act.§.fuerat.cum uulgarib.& relatio fit † ad
proximiora.l.si idem cū eodē.ff.de iurisdict. omn. iu. ergo necessario loquit̄ de occisore qui erat bannitus, & ēt subiungit q alium de banno cancellari præoptauerit, & ex alijs uerbis expresse colligit̄ q̄ uti nota p̄termitto, cū & si non expresse decideret̄, nihilominus statutum hunc casum cōprehenderet, cū rō statuti fuit ut in eius præfatione continet̄ ut terror, & hoc incommodū cæteros arceat ne prolabant̄ ad hominū cędē, & sic rō publicę utilitatis fuit principaliter considerata & expressa magis adimplet̄ si hoc præmium nominandi aliū bannitū concederet̄ non solum non bannito occidēti, sed & bannito cū attenta electione facilius inuitant̄ ꝯ bannitos, ergo illud statutum uēdicabit sibi locum in hoc casu ēt dato quod
6 expresse hoc mō diceret † cū statutū loquens in uno casu
habet locū in alio ubi militat eadem ratio.l.illud: ad leg. Aquil.l.a Titio. de uerb. obl.& no. in l.oēs populi.de insti.& iur.& maxime cum rō est scripta non dicitur extensio. sed cōprehensio, & habet locū in quacūq; materia ēt
7 odiosa cum † perinde est ac si uerbis ipsis casus in indiui-
duo esset expressus: ut p Bal.in l.de quib.de leg.& in l. lege duodecim.de legi.hæred. & ponit̄ in l. si ꝯstante. solumat.& facit id q uoluit iurisconsultus in l.si quis in gra-
8 ui.§.utrum.ff.ad Syllan.scilicet † dispōnem ob publicam
utilitatē inductā ita late interpretari, ut & casus inhabi-
9 les complectatur. Et si † quælibet dispō q̄tumcunq; gn̄a-
tinentia perquirere, & hæc sunt quæ principaliter rẽ du
biam facere uident. ¶ Quibus nõ obstantibus maturius
ꝯsiderans determino facti speciem in ꝯtrium, nam in fa-
cto præsupponit notorium, ac publicam famam esse in
loco Ludouicum esse feudatarium.d. magnifici Frãcisci,
& tẽpore homagij præstiti à patre excessisse uigesimum
annum,& uti iuuenem sagacẽ à patre multum dilectum,
& fere omnium quæ ad patrem, ac ius familię suę specta
bant fuisse conscium,& participem, immò sępius nomi-
ne patris quamplura quæ ad ipsum pertinebant admi-
nistrasse ac gessisse.nõnullis quoque uicibus pręter hanc
ultimam,post mortem patris sui nomine præfati magni
fici Francisci requisitum fuisse ut homagium præstaret,
nec unquam præstitisse: ex quibus probatur scientia hu
ius feudatarij, cum scientia † probatur statim,cum proba
8 tur notum fuisse in loco.clemen.j. in fi.de cõcess.prębẽd.
l.si tutor petitus.ubi gl. Bar. & alij. C.de pericu.tuto.gl.
in l.quinquaginta.de excusa.tuto. Bar.in l.j. per illũ tex.
de recep.& plenius per eum,& omnes in l.is potest.de ac
9 quiren. hæredita. & ideo probatur scientia † recipientis
bannitum statim quod probatur notum fuisse in loco, &
publicè dici:ut per Bar.in l.omnes.C.de agrico. & censi.
& quod dicitur ex eo,quia publicum in ciuitate est pro-
bari scientiam cuiuscunque ciuis, quanto fortius habe-
mus fateri probari scientiam filij simul cõmorantis cum
patre & conscij actorum patris: cum ratiõe conuersatio-
10 nis † facilius præsumatur scientia?Bal. in consi.195.Pe-
trus.col.j.lib.j.Cor. in consi. 340. col. penul. lib.j.immo
11 ratiõne uicinitatis † probatur scientia.c. quanto.de præ-
sump.Bar.Alex.& omnes in l.j.si cer.pet.Dec. in ꝯsi.583.
col.j.ergo quanto fortius in hoc casu, cum ratione coha
12 bitationis † præsumatur scientia. l. ad instruendum.de
admi.tuto.Bal.in consi.255.lib.3.col.j.Ancha.cõsi.170.
¶ Comprobatur ex qualitate facti:nam quando factum
13 † defuncti est de re ardua præsumitur sciri ab hærede,&
de eo hæredem habere scientiam:ſm Abb.consi.3. lib.2.
& ex qualitate facti probari scientiam attestatur Corne.
consi.168.col.2.lib.4.quod dictum accedentibus coha-
bitatione, & fama sine dubio admitto, an de se sufficiat
alias dixi:sed quam arduum sit istud factum homagij de
iurisdictione loci in quo moratur feudatarius nemi-
nẽ fugit,cum ab eo pendet eius status.:ergo præsumen-
dum est hunc filium, & hæredem actorum patris consci-
um, absque dubio huius ardui facti cognitionẽ habuis-
se: & his omnibus saltem simul iunctis probatur scien-
tia huius feudatarij, & si ei notificatum non fuisset:ergo
quantomagis cum notificatum præsupponitur etiã an-
te hanc ultimam notificationem coram testibus, & no-
tario factum prius sibi notificatum fuisse, probari saltẽ
per famam publicam:cum igitur constat hunc feudatari
um sciuisse se feudatarium, & non petijsse inuestituram
14 intra annum † & diẽ apertissimi iuris est eum cecidisse
à iuribus suis.c.j.in princ. quæ fue. prima causa benefi.
amit.ubi not.omnes.c.j.§.titius.si de feu.fuc.contro.in
ter domi.& agna.Roma.in consi. 22. in fi. per illum tex.
cum concor.¶ Item ex quo pręsupponitur requisitus, &
15 non † præstitit seruitium cadit à iuribus suis.c.a.j.§. sed
& alia.quib.mod.feu.amit.ubi Bal.And.de Iser.Alua. &
alij,si de feu.fuc.contro.c.imperialem.§.firmiter.de pro-
hi.alie.feu.per Frid. & incõtinẽti debebat pręstare homa
gium,cum erat in eodem loco & habilis,& de hoc habe-
bat cognitionem, ut patet per supradicta: ergo cum re-
quisitionibus præcedẽtibus multa tempora pręterierũt
absque dubio cecidit à iuribus suis.& etiam propter hãc
ultimam requisitionem & si parum temporum pręterijt,
cum nullam iustam causam deferendi allegat, & licet di-
cat uelle perquirere aliqua instrumẽta ad rem ipsam per
tinentia,tamen id eum non excusat,cum habuit longissi
16 mum † tempus perquirendi instrumenta, & si usque ad
illud tempus peruenit & non perquisiuit sibi imputan-
dum est,cum fuit in culpa perquirendi.l.ꝙ quis ex culpa
de reg.iur.c.damnum.de reg.iur.in 6.l.qui proprio.§.itẽ
de procur. igitur habemus determinare bonum iudicem
ex qualitate personarum,causę,& loci, ac facilitatis præ
standi recognitionem arbitraturum fore hunc feudata-
rium à iuribus suis cecidisse, ac apertum fuisse feudum
domino:per theoricã Iac.Ardi.& Aluaro. in c.licet.si de
feud.fue.contro.quos sequitur Cur.in d.trac. feud. in 4.
parte, in consi.28.de quo.s. memini:& ex his apparet re-
sponsum ad adducta in contrarium,& maxime ad secun-
dum & tertium fundamentum, cum ex pluribus constat
de scientia huius hæredis,tum quia sibi nunciatum fuit,
tum etiam quia cum patre manebat & erat cõscius acto-
rum patris,ac publicum erat in loco, & erat factum ar-
duum:quibus casibus probatur scientia & limitatur re-
17 gula.l.qui in alterius.de regu.iur.& Deci.cum has † limi
tationes omisit, & principaliter intendebat limitare re-
gulam & declarare redargui põt.retorquetur quoque il-
lud de tempore:&de iusta causa perquirẽdi,cum ex quo
sciuit iuris censurã,& tantum temporis habuit & non ꝑ-
quisiuit instrumenta,& alia quæ ad rem pertinere existi-
mare debebat,sibi imputandum est cum fuit in culpa, &
temere supersedit,& sic retorquetur fundamentum de ho
mine diligenti.¶ Nec obstat illud de pręscriptione,quo
niam ex quo sciebat se feudatariũ fuit in mala fide,& præ
scriptio nunquam currit existente mala fide.c. fi. de præ-
scriptionibus.& in c.uigilanti studio cauendum eo.tit.c.
19 possessor.de reg. iuris.in 6.& ista mala † fides probat per
famam in loco.gl. & alij in c. j. de præscrip. in 6.Aret.in
c.licet ex quadam. de testib. ¶ Præterea cum dominus
20 Franciscus fuit pupillus,cum adhuc sit minor † tempo-
re pupillaris ętatis dormiuit.l. j. de ana. excep.cum sim.
sed dempta pupillari ætate non est perfęcta præscriptio
decem annorum,& triginta annorum, ergo nihil impe-
dimenti allatura est. ¶ Quo ad secundum dubium uidet
21 determinandum esse moram † purgari posse, prout uoluit
Iaco.Ardiz. in summa, in tit.quib. mod. feu.acquir.sub
rubri.ex iusta caus.uasal.arg.c.potuit. extra locati.sequi
tur Cardi. in c. j. in princi. quæ fuit prima causa benefi.
amit.col.3.Cur.in tracta.feudo.in tertia parte.23.causa.
in quinta limitatione.& maxime, cum de iure canonico
22 admittitur purgatio † morę quoties partis non interest:
ſm Hostien.in tit.de arbitr. §. sed qualiter.Imol.Ancha.
in c.dilecti.de arbitr. Bal. in l. si pacto quo pęnam. C.de
pact. plene per Alex. & omnes in l. si insulam.de uerbo.
obligationib. sed intra id modicum tempus parum uel
nullum adest interesse,ergo potest purgare. ¶ Contrariũ
tamen determino, cum mihi præsupponatur in facto à
domino fuisse declaratũ feudatarium cecidisse, ac in ius
uocatum fuisse,& considero primo Bal.& Aluar.in d.c.j.
quæ fuit prima causa benefi.amit. tenuisse in feudo mo-
ram purgari non posse, pluribus rationibus, & maxime
23 quia non purgatur mora † quando per inobseruantiam
fit resolutio contractus.l. commissorię. C. de pact. inter
empto. & uendi. sed ita est hic,ergo &c. Et propterea in
hac contrarietate ego distinguo, aut dominus declara-
uit eum cecidisse,& pro ulteriori executione,ut eum ex-
pelleret in ius uocasse, & tunc non admittatur purgatio
morę,non quia solum in feudo non admittatur,nec ęqui
tas cano-

24 tas canonica potest ei † opitulari, cum agatur de benefi-
cio & lucro amittendo, cum feudum sit beneficium. c. j.
§. j. in quibus casibus feu. amitt. & emphyteusis est con-
tractus onerosus: §. adeo. insti. locati. & inter pati damnũ
uerum, & beneficium amittere, longa est differentia. l. fi.
C. de codicil. ideo propter diuersitatem rationis in hoc
casu non uidetur subsistere fundamentum Iaco. Ardiz.
& sequaciũ. d. c. potuit. locati. in uerbo, celeri satisfactio
ne. uerum etiam quoniam res non est integra; & per hãc
declarationem, & petitionem domini ipso iure priuatus
25 † est feudatarius, & omne dominium, & ius est translatũ
in dominum, præsertim in hoc casu ubi uasallus in mul-
tis defecit &c. Bal. in l. fi. in fi. de reuoc. donatio. Anto. de
Butr. consi. 22. Visis. Abb. in consi. 3. nitar. in. 11. q. lib. 2.
Alex. consi. 4. uiso & considerato. lib. 2. col. 5. igitur non
est amplius locus purgationi moræ. d. l. commissoriæ. C.
de pact. inter empt. & uendi. & hoc casu intelligitur opi.
26 Bal. ante uero † declarationem & petitionem procedit.
Iaco. Ardizo. & aduertendum est ad authoritatem Car-
dinalis, & Curtij quos supra allegaui pro opi. Iac. Ardiz.
quoniam ipsi in ultimis uerbis relinquunt cogitandum.
& ita audacter non affirmant illam opinionem, & merito,
quia lege aliqua non probatur, & solum per dictum c.
potuit. locati. cui supra est responsum non posse allegari
ad feudum in hac specie facti propter diuersam rationẽ.
¶ Postremo non omitto, & si ille tex. possit allegari ad
feudum, tamen non habebit locum in hoc casu, quoniam
27 illa uerba, celeri satisfactione. † intelliguntur ut emphy-
teuta prouideat antequam in ius uocetur: ſm Hostien.
in summa de loca. §. potuit. & §. quid sit de natura. in
uersi. quod ueni, &c. tenent Inno. Cardi. Flo. An. de Butr.
in d. c. potuit. & ita in terminis in feudatario non petẽte
inuestituram est deci. Guid. papæ. nu. 166. sed quia. ¶ Et
ex his apparet responsum ad contrariam authoritatem
Iaco. Ardizo. & æquitatem iuris canonici, quoniam non
habet locum quando agitur de beneficio, & lucro amit-
tendo, & fuerit in longa mora & maxima culpa, ac con-
tractus fuit ipso iure resolutus: quod maxime admitten
dum puto omnibus his concurrentibus, & ita partes iu-
dicis esse in repellendo ipsum feudatarium à feudo, &
applicando domino consulo. Laus Deo.

Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM

1 *In interdicto uti possidetis, is obtinere non potest qui non probauit se possedisse tempore litis contestatæ.*
2 *Instrumenta locationum, eum possedisse non arguunt, qui se pensiones percepisse non probauit.*
3 *Possessio per instrumenta locationum probari nequit, ubi alium possedisse constat.*
4 *Per constitutum, transfertur utraque possessio.*
5 *Iuniori possessioni, tanquam iniustæ, præfertur antiquior.*
6 *Antiquior possessio, iuniori præfertur, quando de antiquioris possessionis titulo constat.*
7 *Possessio iunior, iniusta præsumitur.*
8 *Possidenti, ui, uel clam, uel precario, ab aduersario suo nõ datur interdictum uti possidetis.*
9 *Iudicis authoritas, fugat omnem sinistram suspicionem.*
10 *Interdictum nullum competere potest, ei qui facto proprio à possessione cecidit.*
11 *Per pactum constituti, & si non ualeret, amittitur possessio, licet alteri non acquiratur.*
12 *Periurus à iudiciario limine repellitur.*
13 *Positiones duplices nihil operantur, facta protestatione impertinentiarum.*
14 *Libellus in interdicto uti possidetis, in quo quis se deiectũ à possessione asserit, intelligitur à naturali, ut saluetur.*
15 *Ciuilem possessionem is retinet, qui reuertendi animum habet, & se non posse repelli suspicatur.*
16 *Verba instat, & petit &c. principalem signant petitionem.*
17 *Exceptiones sunt propriæ reorum, & replicationes actorum.*
18 *Ex uerbis libelli concludens resultat probatio.*
19 *Reus actoris partes assumere potest, & se actorem constituere.*
20 *Verba sequentia derogant præcedentibus.*
21 *Scripturæ inter se contrariæ, nulla est adhibenda fides.*
22 *Verbum quodcunque, non solum de proprietate, sed de necessitate, uniuersa comprehendit.*
23 *Testis in uno falsum asseuerans, & contrarium dicens, in totum repellendus est.*
24 *Qui per constitutum se possidere cõtendit, præsupponit constituẽtem, antea possedisse, & qui uult consequens, uidetur & uelle suum necessarium antecedens.*
25 *Administratores non possidere apertissimi iuris est.*
26 *Pactum constituti, data inualiditate instrumenti, nihil operatur.*
27 *Absolutoria lata in possessorio parit præiudicium in petitorio.*
28 *Paria sunt aliquid nominatim exprimi, uel per relationem ad aliud.*
29 *Notorium & uisibile, probatione non indiget, sed duntaxat allegatione.*
30 *Breuitas temporis, arguit causæ cognitionem in aliquo actu requisitam, non interuenisse.*
31 *Ad inducendam consuetudinem, requiritur, aliquoties secundum eam iudicatum fuisse, idque probari debet.*
32 *Litigiosam rem alienans, eius possessionem amittit.*
33 *Ex præterito, possessio præsumitur de præsenti.*
34 *Regula. l. siue possidetis. C. de proba. sibi locum non uendicat in interdicto uti possidetis.*
35 *Aduocati & practicantes cauti esse debent, quando agens prætendit se possidere ciuiliter & naturaliter ex præterito possessionem non præsumi in præsenti, sed requiri possessionis probationem de præsenti.*
36 *Stante suspensione tenutæ, non est in consideratione ipsa tenuta, sicut nec ipsa sententia eius suspensione durante.*
37 *Datio tenutæ, iudice authoritatem suam parte non citata, interponente, nullum parti generat præiudicium.*
38 *Prædo absque citatione, molestari non debet.*
39 *Nulla maior probatio quam partis aduersæ in iudicio facta confessio.*
40 *Cõfessio positioni duplici facta propter protestationem de impertinentibus, nihil operatur.*
41 *Positio ea continens de quibus particulariter est facta mentio, duplex non dicitur, sed generalis.*
42 *Tempus per modum necessariæ qualitatis positioni adiectum, duplicem non reddit positionem.*
43 *Positio duplex hodie admittitur, si per eum diuidatur corã quo respondetur.*
44 *Responsio interrogationem declarat atque demonstrat.*
45 *Testes in iudicio parte præsente, nec contradicente producti, censentur ab ipsa parte approbati.*
46 *Attestationes nullæ, tacito partis comprobatæ consensu fidem faciunt.*
49 *Testes ab aliquo producti, contra producentem plenissime probant.*
48 *Attestationes, & si non acceptentur, nihilominus faciunt præsumptionem.*
49 *Possessio, alijs indicijs ultra locationem concurrentibus, probatur.*
50 *Possessio ex eo probatur quod quis longo tempore, tanquam colonum se laborasse demonstrat.*
51 *Possidere quempiam arguunt pensionum perceptiones.*
52 *Donatio, per superuenientiam liberorum, uti eueniente conditione quæ donationi tacitæ inerat, ipso iure resoluitur.*
53 *Contractu resoluto, & ipsa resoluitur possessio.*
54 *Possessionẽ iuste, & rationabiliter interuertere potest, in actuali possessione existens, & incipere sibi possidere, & si prius non possideret, sed tantum detineret, & tunc nõ dicitur possessionis mutatio, sed acquisitio.*
55 *Lex, si unquam. de reuoc. don. in donatione ob causam facta, sibi locum non uendicat.*
56 *Verba, iure, pure, mere, & simplicis donationis, meram signant liberalitatem, ac omnem causam excludunt.*
57 *Nemo præsumitur, incontinenti se corrigere.*
58 *Notarius, in instrumento, nisi rogetur, uerba dispositiua apponere non potest.*
59 *Verba in instrumento contenta, partium uoluntate censetur apposita.*

60 *Donationis ob benemerita facta, causa finalis, & proxima est mera liberalitas.*
61 *Instrumenti, continentis liberalitatem pure, & ob merita factā, declaratio atque concordia.*
62 *Actus secundum causam proximam iudicari debent.*
63 *Legatum meritis expostulantibus fieri solet.*
64 *Legatum est donatio.*
65 *Lex, si unquam. C. de reuoc. dona. non procedit, quando superuenientiæ liberorum fuit renunciatum cum iuramento.*
66 *Altercatio tanta est inter doctores, nunquid renunciatio superuenientiæ liberorum facta cum iuramento ualeat necne, ut imperatoris decisione indigere uideatur.*
67 *Authoritas tenentium non ualere renunciationem, & attestantium esse communem opinionem potest præbere iustam causam, acquirendi possessionem, licet alij doctores contrariam opinionem attestentur esse communem.*
68 *Renunciatio superuenientiæ liberorum, per errorem facta nō præiudicat renuncianti.*
69 *Petitio interpretatur secundum intentionem proferentis etiam cum impropriatione uerborum.*
70 *Suspicans se posse repelli, ciuilem amittit possessionem.*
71 *Possessionem antiquiorem probans iuniorem probanti præferri non debet, quando sciens & prudens, alium post eum possidere permisit.*
72 *Possessio uiolenta, uti delictum, non præsumitur.*
73 *Possessio uiolenta in interdicto uti possidetis, ut operetur requiritur probari ui ab eo possidere.*
74 *Possessio incerta respectu loci, & quotæ, per constitutum transferri non potest, sicut nec potest per actum naturalem.*
75 *Causa qualibet, etiam leuis excusat à periurio.*
76 *Periurium sine dolo esse non potest.*
77 *Dolus qualibet leui causa excusatur.*

RESPONSVM. L.

¶Quę requirantur ad hoc ut agens interdicto uti possidetis obtinere possit. Et quomodo probet̄ possessio ubi non deficiunt plures decisiones in materia, perutiles, & quotidianę. Et ponitur noua declaratio per authorē ad instrumentū donationis puræ ex liberalitate, & propter benemerita factę.

INuocato diuino suffragio. ¶Reuerendissime ac Illustrissime princeps decreueram in hac causa nobiliū comitis Alexandri ac equitis Guidatij fratrū de Maluetijs ex una, & Achillem etiam de Maluetijs ex altera, nihil scribere, sed eos pro uiribus componere: uerum postquam nedum uerbo, sed in scriptis mihi sub cōminatione præcepistis, ut quid sentirem in medium proferrem, scribam quid sentiam. ¶Et prima fronte uidetur. d. Achillem in interdicto uti possidetis, non posse obtinere: quia non probauit se pos
1 sedisse tempore†litis contestatę: ad not. in l. j. §. fi. uti possidet. & in §. hodie. insti. de interdict. & per Alex. in consi. 54. uol. 5. Nec instrumenta locationum per ipsum produ
2 cta sibi opitulantur, cum non probauerit †pensiones percepisse. l. quamuis. §. si conductor. de acqui. pos. & quia
3 †probant quando constat alium fuisse in possessione ſm Bar. in d. §. si conductor. & per Alex. in consi. 10. & 12. & 43. uol. 4. col. 3. & in consi. 88. & 90. uol. 5. per Feli. in c. inter dilectos. nu. 19. de fid. instru. sed domina Francisca probauit per quatuor testes se possedisse, ac etiam per instrumentum donationis in quo Achilles constituit se no
4 mine dominę Franciscę possidere†p quod transfertur utraque possessio. l. quod meo. l. interdum. de acqui. pos. ergo instrumenta locationum Achilli ad probandā possessionem nihil opitulant̄, & casu quo probarent adhuc uidetur quod obtinere non possit, cum signant possessio
5 nem iuniorem † cui tanquam iniustæ præfertur antiquior: per Pet. de Anch. in consi. 269. & in consi. 305. & late p Feli. & Dec. in c. licet causam. de prob. & maxime cum cō
6 stet † de titulo huius antiquioris possessionis: ad nota. per Bar. in l. si de eo. §. fi. de acqui. pos. & alios ibi: & Bal. in l. ordinarij. C. de rei uendica. ut late per Feli. in d. c. licet causam. ¶Pręterea considerandum est Achillem omnino possessionem habere uel precario, ut probatur per constitutum, uel clam cum instrumenta locationum fuerunt facta inscia domina Francischa, uel ui, cum sit iu
7 nior possessio quę†præsumitur iniusta: ut per Felin. in d.
8 c. lj causam. & supra dixi. sed habenti † huiuscemodi possessionem non datur interdictum uti possidetis, & agēs habet succumbere. l. j. §. fi. ff. uti possid. l. j. & ibi Bald. & Sali. C. eo. tit. & per Abb. in c. j. de præscrip. ergo. d. Achilles considerando quācunque possessionem non poterit obtinere, & maxime contra dominam Francischam seu prefatos dominos eius cessionarios, de quorum seu eorū actricis possessione anteriori, ac eius tit. constat per testes per instrumentum continens constitutum per associationem factam ad continuandam possessionem authori
9 tate iudicis quæ †tollit omnem sinistram suspicionem: ut per Bar. in l. frater à fratre. circa fi. de condic. inde. ¶Corroboratur istud ex cessione facta per d. Achillem lite pēdente, cum pacto ɔstituti quod priuauit illum possessione si quam habebat, & ita facto suo cecidit à possessione
10 †quo casu nullum interdictum sibi cōpetit: ut per Alex. in consi. 117. lib. 2. & in consi. 9. lib. 5. nec pōt dici quod actus sit nullus, cum per actum illum, etiam si non uale
11 ret† amittitur possessio, licet alteri non acquiratur: ut p Ias. in l. j. §. per procuratorē. de acquir. pos. immò ex quo in dicto instrumento donationis iurauit non contrauenire &c. spoliando & sibi possessionem appropriando, ut s.
12 factus est periurus, & † periurus à limine iudicij repellit̄. ad not. per Abb. & alios in c. j. de iureiur. ¶Et si obijciat̄ constare de possessione. d. Achillis per responsionem Fráciscæ ad positiones in quibus conqueritur fuisse à. d. Achille spoliatam, respondetur illas positiones nihil præ
13 iudicare, cum erant duplices quę † nihil operantur facta protestatione impertinentiarum: ut per Alex. in l. si duo. §. si iurauerit. de iureiuran. & l. municipali, ac Rotę constitutione id expresse cautum est: & casu quo responsiones ualerent, nihilominus non opitularentur, cum possessionem uiolentam ostenderent pro qua non cōpetit interdictum uti possidetis: ut supra dixi, non omitto quoq; illas positiones posse intelligi de possessiōe naturali, arg. eorum quæ posuit Pau. de Cast. in consi. 234. uol. 2. ubi
14 in huiuscemodi interdicto†saluauit petitionem fratrum dicentium se esse deiectos intelligendo à possessione naturali, ita hic debet intelligi de possessione naturali, &
15 quod ciuilem retinuerit† maxime cum non apparet eam non habuisse animum redeundi uel suspicasse se repelli posse: ad not. in l. clā possidere. §. qui ad nundinas. de acquiren. pos. ¶Melius uero rei ueritatem perscrutando de termino contrarium. Et primo quia si bene consideretur processus procurator. d. Franciscę est ille qui principaliter fol. 131. intentat remedium uti possidetis per hæc uerba instat, & petit ante omnia pronunciari & declarari dominos eius principales fore legitimos possessores bonorum, & in eorum possessione manutenendos fore, & esse & manuteneri debere, & à quoquā non posse molestari & inquietari, & molestationes illatas per d. Achillē fore illicitas, temerarias &c. & per prius super prædicto possesso
16 rio discuti: super his petēs sibi ius, & iusticiā ministrari saluis &c. quæ uerba instat, †& petit, & alia de quibus ibi signāt principalem petitionem: ad notata in §. omnium. institu. de actio. cum concordan. ibi traditis, & alibi sæpe. Et petitionem in interdicto uti possidetis: ut notatur per Ioan. Fabr. Areti. & alios in §. sed hodie. institu. de inter. & in l. j. C. uti possíde. quod comprobatur ex sequentibus scripturis: ubi Achilles excipit contra illam petitionem, deinde. d. Francischa replicat, & appellat sæpius scripturam. d. Achillis exceptionem, ergo habet pro firmo, & expresse fatetur in hoc interdicto uti possidetis
17 se fuisse ac esse actricē, & Achillem reum, cum†exceptiones sint proprie reorum, & replicationes actorum, ut declarat tex. in l. j. & 2. de exceptio. cum ibi plene not. ergo cum ex uerbis expressis ac etiam ex scripturis geminatis constet. d. Francischam esse actricem, & d. Achillem
18 reum. id aliter non corroboro, †cum ex ipsis resultet cō
cludens-

cludens probatio.l. cum precum. de lib. causa. cum uulgarib. & frustratorium est disputare ac considerare quis primo citauerit & prouocauerit, cum prouocatio fuerit
19 circa petitorium, & † cum semper sit in potestate rei assumere partes actoris, & se actorem facere, iuribus uulgaribus, maxime in istis iudicijs quæ possunt esse duplicia: ad notata in dicta.l.j.C.eodem.& in §. sed hodie.institu. eo.ut fecit hæc mulier per uerba tã clarissima, ut de hoc nullus disputationi locus relinquatur. ¶ Nec obstat scriptura producta per Achillem fol.38. ubi suspendit petitorium, & petit licentiam sibi cõcedi continuando possessorium &c. quia respondetur quod suspendit etiam possessorium ordinarium, ut ibi ad literã dicitur, & ita interdictum uti possidetis, quod est remedium possessorium ordinarium, ita ut possimus dicere supra illa scriptura ut sit actor Achilles in possessorio non posse fieri
20 fundamentum, cum sequentia † uerba derogent præcedentibus, in quibus expresse suspendit possessorium, maxime quo ad istud interdictum ordinarium cum sequentia derogent præcedentibus.l. pacta nouissima. de pact. ubi latissime per Ias.& mod. uel non est cutandum de di
21 cta scriptura † cum sit inter se contraria.l.j.de furt. & uere ista scriptura est illius pauperrimi Achillis qui semp indiguit, & eget elleboro, ut aperte docuit in instrumentis productis, & sat est quo ad difficultatem de qua agit quod suspendit quodcunque ordinarium possessorium, & per consequens interdictum uti possidetis: tum quia ordinarium est: tum etiam quia dicit quodcunque, quod
22 uerbum † non solum de proprietate, sed de necessitate cõprehendit: ut notatur per Ias. in l. j. §. nunciatio.de no. oper.nuncia.post Saly.in l.2.col.3. C. de noua.cum simi. ¶ Itaque prætermitto concordiam quæ iudicio meo dari potest uti ad propositum interdicti uti possidetis de quo dubitatur non necessariam, cum ex alijs uerbis expressis ac toto processu producto liquidissime constet. d. Francischam in hoc interdicto uti possidetis esse actricem, & per consequens ex quo non probauit se possedisse tempore litis contestatę non debet obtinere, sed reus debet absolui, & si nihil probauerit cum regula supra deducta pro ipsa retorquetur contra ipsam, sed si actor non probauit se possedisse in hoc interdicto tempore litis contestatę debet succumbere. §. sed hodie.instit. de intet. & reus absolui uti actore non probante extrema necessaria ad suam intentionem: ut notatur in l. qui accusare. C.de edend. ¶ Nec obstat quod uidetur probasse se possedisse per quatuor testes ac etiam per instrumentum donationis in quo adest constitutum, ac per tenutam adeptam cum authoritate iudicis ad effectum cõtinuandi possessionem, quoniam ad ista sigillatim respondetur. ¶ Et primo ad dicta testiũ respondeo singulariter, & dico quod primus testis debet repelli, cum suo dicto iurato contradicit, ¶ Nam fol.209.deposuit iureiurando. d. Achillem fuisse insanum, & de pręsenti esse, & ita publice teneri.in depositione uero de qua nunc agitur dicit cum iuramento fuisse, & esse sanę mentis, ita quod de directo deponit contrarium, ergo dicto suo in nullo est credendum, cum
23 testis † in uno falsus, & contrarius in totum repellendus est: ut notatur in l.j.de fur.& in l.ubi repugnantia.de reg. iur. adeo quod prohibita reprobatione testium non est prohibita reprobatio q̃ insurgit ex ꝯrietate gl. in uerb. arguere.in c.si quis testibus.4.q.3.sequit Domi. in c. 2.col. fi.de test.in 6.ideo aliter dictum suum non impugno, nec refero illum asserere. d. Francischam possidere eo modo, quo possidebat ante donationem, & si non possideret, ut infra dicam. ¶ Secundus testis nihil deponit de possessione, uideatur. ¶ Tertius testis nihil concludit si recte consideretur, immò probat contrarium cum dicat quod non aliter scit dominam Francischam possidere quam quia uidit.d. Achillem, & d.Francischam simul habitare in domo, accedere ad possessionem, & percipere fructus sicut ante annum.1519. Et sic ante tempus donationis, & tamen ante tempus donationis non possidebat, ut ipsamet fatetur, cum in positionibus, capitulis & scripturis semper dicit quod post donationem cepit possidere mediante constituto, ergo prius non possidebat, ut ex uerbis colligitur: & quia ut per constitutum possideat tan-
24 quam necessarium antecedens † præsupponit quod constituens possidebat: ad notata in d.l.quod meo.de acqui. possessio.& facit illud uulgare: de quo in l. 2. de iurisdictio.omn. iudi. cum similib. Item non probatur de tempore præsenti nec litis contestatę &c. ¶ Quartus & ultimus testis nihil concludenter probat, cum dicat quod aliquos actus faciebat: quia Achilles permittebat eã uti
25 matrem administrare: sed † administratores non possident: ut not.in l.j. de acquiren. pos. ergo &c. Item potest esse quod illi actus fuerint facti iure familiaritatis, & de hoc non potest testis iudicare, cum istud depẽdet ab animo, & ita necessario non probat, ergo nihil ualet. l. non hoc.unde cogna.c.in pręsentia. de proba. ¶ Præterea nõ deponit de possessione tempore litis contestatæ, immò de possessione per octo annos ante uel circa, cum deponat de tempore quo simul habitabat. d. Francischa cum Achille, & tamen per confessionem. d. Francischæ, & per multas scripturas productas apparet quod tempore litis contestatę simul non habitabant, & per plures annos ante, ergo sequitur quod per eũ est probata possessio saltẽ tempore litis contestatę. ¶ Nec etiam probatur per instrumentum donationis: quia causa ualiditatis instrumẽti stat in suspenso ex consensu partium, & per cõsequens omnes clausulæ, & pacta contenta in instrumento quæ pendent à ualiditate instrumenti stant in suspenso, & præ
26 sertim pactum constituti quod nihil † operatur data inualiditate instrumenti, ut abundanter traditur per docto.in l.j.§.si uir.de.acquir.pos.ergo non potest fieri fundamentum in pacto constituti, cum an ualeat necne, stet in suspenso, quod quidem non esset si eius uirtute uellet obtinere in iudicio possessorio, ut de se patet, immò per istud iudicium fieret præiudicium petitorio, & petitoriũ
27 decideretur, cum absolutoria † lata in una, & quia constitutum non ualeret uel econtra pareret præiudicium in alio, argu.in l.fundi.& l.fundum.de execu. rei iudi.ubi ꝑ omnes: & per Bar.in l. edita.C.de eden. & traditur abundanter in l. naturaliter. §. nihil commune. de acqui.pos. & ita propter hanc suspensionem petitorij quod tantundem est ac si fuisset dictum de suspensione ualiditatis instrumenti, cum in petitorio de hoc agebatur, & ita expres
28 sum est per † relationem ad aliud quod idem operatur. l. in testamento. de condi. & demonstr. per Bar. in l.si ita scripsero.eo.tit.per Alex.in l.hac consultissima.in 3. col. C.qui test.face.pos. Constat igitur quod non potest fieri aliquod fundamentum super ipso instrumento: sed id est reseruatum in alio iudicio, & in hoc puto animaduertendum esse per doctissimos iudices, & licet uelint agi de possessorio intelligitur alio modo quam per uiam instrumenti, cum per speciem generi deroget. l. in toto.de reg. iur. ¶ Et dato quod uelint posse tractari, & fieri fundamentum super instrumento quod nullo pacto esse debet. ¶ Secundo respondeo quod illud instrumentum non ua-
29 let, & laborat uitio uisibili & notorio quod † sufficit allegari ad not.in c.non solum.de appel.in 6. cum uulga.nã decretum iudicis est interpositum incontinenti, ut apparet, ita quod iuris censura interuenit sine causæ cognitio
30 ne, immò † propter breuitatem tẽporis impossibile est causæ cognitionem interuenisse, & super hoc ius statuit non obstantibus quibuscunque uerbis appositis in dicto instrumento: ut per Pet.de Anch.in consi.72.uisis diligenter.Pau.de Cast.in consil.91. super eo quod quæritur. & Alex.in consi.359.uisis uerbis.in 2.col.uol.2.continuato numero.Ias.in l.sciendum.de uerbo.oblig.nu. 13. & in l. ne quicquam.§.ubi decretum.de of.proconsu.& in cons. 239.uol.2. Et aduertendum est quod super statutis huius ciuitatis fuit consultum ab his excellentissimis patribus & nouissime. Et ita domini iudicantes habent decidere, cum nihil allegetur in contrarium, & super consuetudine, & obseruantia contraria non est aliquid iudicatũ
31 nec ꝓbatũ prout † requirit: ut no. in c. fi. de consuetu. & in l. de quibus. de leg. ¶ Tertio quia & si habebat possessionem, & illam probaret per instumentũ, tamen ꝑ do-

nationem

32 nationem† factam pēdente lite illā amiſit. l.2.ff.de litig.
cum ibi notatis. Nec dicatur quod fuit permiſſa illa alie
natio ex neceſsitate, uel alia ratione particulari, quia reſ
pondetur quod id non fuit probatum, & pro regula pro
nunciandū eſt, ut not.in l.j.de reg.iur cū uulga. ¶Quar-
to reſpondeo quod non probat poſſeſsionem maxime
tempore conteſtatę litis prout requiritur: cum conſtitu-
tum probet poſſeſsionem & operetur quouſque is cuius
nomine ſit conſtitutum poſſeſsionem nanciſcitur ex for
ma legis muncipalis: ſed.d.Franciſcha iam per plures an
nos fatetur ſe adeptam fuiſſe poſſeſsionem, ut apparet in
poſitionibus, & in multis alijs ſcripturis: ergo nihil pro-
bat de poſſeſsione tempore litis conteſtatę. Et ſi dicatur
33 ex†præterito poſſeſsio præſumitur in preſenti & probat.
34 l.ſiue poſsidetis. C.de proba. reſpondetur† quod regula.
l.ſiue poſsidetis. non habet locum in interdicto uti poſ-
ſidetis, ſed requiritur quod fiat probatio de præſenti : ut
notatur.in c.cum ad ſedem. extra.de reſti.ſpol. Et probat
in l.j.§.j. ff. utrobi. ubi erat differentia inter uti poſside-
tis & utrobi, cum in interdicto utrobi ſufficiebat proba
re maiore parte anni poſſediſſe, in uti poſsidetis tempore
litis poſſediſſe requirebatur : ſed ſi attenderetur regula.
l. ſiue poſsidetis, nulla eſſet differentia. Et ita maxime te
netur & declaratur dictum Hoſtienſis quando agens prę
tendit ſe poſsidere ciuiliter & naturaliter : ſecundum Io.
Fab.col.7.& Aret.& alios in §.retinendę. inſti.de interdi.
35 †ubi dicunt quod debent eſſe cauti aduocati, & practicā
tes circa hoc &c. ſed domina Franciſcha aſſerit ſe poſsi-
dere ciuiliter, & naturaliter, & animo, & corpore: ut ap-
paret in ſua petitione, & in multis ſcripturis, ſed nec per
inſtrumentum, nec per teſtes probauit, ſaltem de præſen
ti & tpe litis ꝯteſtatę poſsidere, ergo habet ſuccūbere, &
eius debet abſolui, & in ſua poſſeſsione, uel detentatione
manuteneri. ¶Nec allegatio antiquioris poſſeſsionis
non probata poſſeſsione de præſenti facit ad propoſitū:
ut præſupponūt doctores in locis ſupra deductis. ¶Nec
obſtat quod adepta eſt tenuta cum decreto iudicis : quia
36 fuit ſuſpenſa, &†ſtante eius ſupenſione non eſt in conſide
ratione : ut notatur per Abb. & alios in rub. de appella.
dum dicunt quod appellatio ſuſpendit ſententiam, & ſtā
te ſuſpenſione ſententia non eſt in conſideratione. ¶Præ
terea illa authoritas iudicis, & tenuta nihil ualet, cū fuit
facta non citata parte: ut noṭ in l.iuſte poſsidet.de acqui.
37 poſ.†& ut de facto debet tolli: ut plene not. in l.fi.C.de
38 edict.diui Hadria.tollen.cum etiam†prædo abſque cita-
tione non debeat moleſtari.c.licet epiſcopus.de præben.
in 6. cum uulga. Et ex his apparet reſponſum ad omnia
quæ in contrarium adducebantur, & partes dominorum
iudicum eſſe deberę in pronūciando ad fauorē Achillis.
¶In quam ſententiam, ut pedibus, ac manibus concur-
rant, prout pro comperto habeo facturos eſſe, & conſciē
tię eorum ſit magis conſultum, dico dato, & non conceſ-
ſo, quod Achilles eſſet actor, nihilominus adhuc obtine-
re debere non obſtantibus oībus ſ̃ deductis, cū ipſe pro-
bauit ſe poſsidere, & tempore litis conteſtatę. quod de-
monſtratur. Et primo ex confeſsione. d. Franciſchę facta
poſitionibus, ubi fatetur quod illa bona ſunt tenta, & poſ
ſeſſa per Achillem de præſenti, & ſic tempore litis cōteſta
tæ, cum excipiat quaſdā recollectas anni præteriti, quas
habuit à iudice poſt litem conteſtatam pro alimentis, er
39 go alia probatione non indigemus, † cum nulla maior
probatio quam partis aduerſę facta in iudicio confeſsio
ad interrogationem partis: ut plene traditur in l. j. C.de
30 confeſ.& in c.ſi cautio.de fide inſtru. ¶Nec obſtat† quod
tanquam duplex propter proteſtationem de impertinēti
bus nihil operatur: ad notata per Alex.in l.ſi duo.§.Iulia
nus.de iureiuran. quia reſpondetur quod non eſt duplex,
41 ſed † generalis cum contineat bona generaliter. de qui-
bus ſupra particulariter eſt facta mentio, quæ admittitur
in tali caſu: ut not.per Spec. in tit. de poſitionibus.in §.
42 ſeptimo.†& tempus adiectum non reddit duplicem po-
ſitionem cum ſit neceſſarium ad eam, cum alias eſſet in-
certa, & ita ſtat per modum qualitatis neceſſarię, nec cō-
tinet rem diuerſam: ut not.in l. 2. §. quod obſeruari.de
43 iureiu.propter calū.dan. ¶Præterea eſto quod eſſet† ho-
die admittitur, ſi diuidatur per eum coram quo reſpon-
detur: ut per Spec.in d. §. ſeptimo, ſed hic fuit diuiſa, ut
colligitur ex reſponſione data per eam, in qua diuidit il-
lam poſitionem, & fatetur ueram uſque ad tempus anni
præteriti, & contra ſuam uoluntatem. Et ex reſponſione
44 †demonſtratur interrogatio. §.præterea.inſtit.de inutil.
ſtipu.& econtra.l. ſi defenſor. §. qui interrogatus.de in-
terroga.actio. ¶Secundo probatur iſta poſſeſsio per in-
ſtrumenta locationum: quorum nonnulla fuerunt produ
cta in iudicio pro conſequendis penſionibus, quas inqui
linus differebat ſoluere. In aliquibus etiam fatetur ſe ha-
buiſſe partē penſionis, immò fol. 110. inquilini aſſerunt
ſe ſoluiſſe penſiones, & propter ſolutionem proteſtantur
Achilli: ut ſuſcipiat litem, & ipſe eam ſuſcepit, & per con
ſequens confeſsionem acceptauit. ¶Idque etiam proba-
tur per Michaelem, Hannibalem, Baptiſtā, ac plures alios
teſtes optime probantes augumentum penſionum, ac
ipſarum receptionem, & dictorum bonorum poſſeſsionē.
Et licet fuerint examinati in alio iudicio, tamen cum fue
rint producti in hoc iudicio, parte præſente nec contra-
45 dicente, & ita†iuris cenſura approbante: ut not. in l.quæ
46 dotis.ſol.matrimo.faciunt fidem: immò †per tacitum cō
ſenſum atteſtationes nullę faciunt fidem : ut per Card.
Bal.Anto.Abb.Imol.& Feli.in capi. cum cauſam.de teſt.
47 ¶Comprobatur: nam & ſi non ſint acceptata, † faciunt
præſumptionem: ut per Feli.in c.cauſam quæ. de teſt.nu.
18.ergo abſque difficultate cum ſint acceptata debent
probare, cum per acceptationem in illis iuris cenſura cō
ſenſum eſt. ſed quid plura? ut audio fuit ipſa, ſeu eius ſuc
48 ceſſores qui produxerunt illos teſtes, † quo caſu plene
probant contra ipſos.l.cum precum. de libe. cau. Et in
hoc animaduertant.d.mei iudicantes, ſed nulli dubium
49 eſt quod † quando ultra locationem concurrunt aliqua
50 iudicia, probatur poſſeſsio: ut puta † ꝙ tanquam colo-
nus laborauit longo tempore: ut per Feli. in c. inter dile-
51 ctos.de fid.inſtr.col.5.uel quia †percepit penſiones uel ſi
milia: ut abundanter traditur in d.c.inter dilectos. de fi-
de inſtru. ſed ultra locationes plura indicia concurrunt,
ut perceptio penſionis, immo probationes, ut ſupradixi:
ergo abſq; difficultate probata eſt poſſeſsio. quod abſq;
dubio procedit concurrente ſua confeſsione facta in po-
ſitionibus, de qua ſupra. Et concurrentibus omnib.iſtis,
hic caſus eſt ſatis clarus. ¶Non obſtat quod iſta proce-
dant quando nullus eſt in poſſeſsione, ſecundum Bart. in
l.quamuis.§.ſi conductor.de acqui.poſ.& per Alexan.in
conſi.12. & 10. uolu. 4. Et hic domina Franciſcha erat in
poſſeſsione: ut probatum eſt per quatuor teſtes.& per in-
ſtrumentum donationis : quia ad iſta ex ſuperius dedu-
ctis apparet reſponſum. nam teſtes nihil concludunt de
poſſeſsione, immo ut contrarij ſunt repellendi, ut dixi,
non repeto. ¶Minus quoque operatur inſtrumentum do
nationis cum eius ualiditas ſtet in ſuſpenſo, ideo ſuper
eo non poteſt fieri fundamentum. Secundo quia tempo-
re locationum conſtitutum erat finitum per apprehenſio
nem actualem. Tertio quia non ualet illud inſtrumentū
propter cauſæ cognitionem non adhibitam in decreto,
ut late dixi non repeto. ¶Et ultra ſupra deducta dico da
to quod illud inſtrumētum donationis ualeret, & poſſet
52 in hoc iudicio conſiderari, quod fuit reſolutum per † ſu
peruenientiam liberorum ipſo iure, uti eueniente condi-
tione reſolutiua quę donationi tacite inerat. l. ſi unquā.
53 de reuo.dona.& ibi notant omnes: ita † quod ſicut con-
tractus, ita & poſſeſsio reſoluitur. argumen.no.per Alex.
in l.j.col.3.ſol.mat.allegat Bal.in l.2.in prin.C. commu.
de leg. ſed Achilli ſuperuenerunt liberi, ut d. Franciſcha
fatetur in ſuo teſtamento, & in pluribus ſcripturis pro-
ductis in proceſſu. Ex quo ſequitur quod cum erat prout
& nunc eſt in actuali poſſeſsione.d.Achilles iuſte & ratio
nabiliter potuit interuertere poſſeſsionem, & incipere ſi-
bi poſsidere, dato quod primo non poſsideret, ſed tan-
54 tum detineret, & † tunc non dicitur mutatio poſſeſsio-
nis, ſed acquiſitio: no.in l.3.§.pen. de acq.poſ. & in l. ne-
mo.C.eo.ti.de acq.poſ. ¶Non obſtat ſi dicatur.l. ſi un-
quam.

55 quam. non habere locũ in donatione † facta ob causam, ut propter benemerita ut fuit hic. Alex. in consi. 28. in fi. uol. 3. Corn. in consi. 294. col. 5. uol. 3. Socin. in consi. 39. uol. 3. per mod. in dicta l. si unquam. quoniam ad istud respondetur omissa disputatione, an merita sint specificata, uel probata necne, & pręmitto quod in hac donatione sunt hęc uerba iure, pure, mere, simplicis donatio-
56 nis &c. quæ † signant meram liberalitatem, ac omnẽ causam excludunt, ut notatur in l. j. de donat. ff. & maxime cum sint geminata, quæ arguunt præcisam mentem. notatur in l. cum simus. de agr. & censit. & per Bal. in c. cum tu. de rescript. adsunt etiam alia uerba, quę uidentur repugnantia, scilicet ob filialem dilectionem, & remunera-
57 tionem &c. nec habemus dicere † quod statim se corrigat. l. nam ad ea. de cond. & demon. nec dici potest quod illa uerba pure &c. non sint apposita, de uoluntate par-
58 tium, cum sint posita in uerbis dispositiuis, † quæ notarius ponere non potest, nisi sit rogatus. no. in §. nos autẽ. in auth. de tab. & per Bar. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. & quia fuit lectum instrumentum in præsentia par-
59 tium: ut no. in l. contractus. C. de fide instr. & † quia istud non potuit fieri à notario sine uoluntate partium, ut dixi, nec debuit, nec est uerisimile, ergo &c. no. in c. quia uerisimile. de pręsump. ¶ Itaque dico quod causa remota, & impulsiua illius donationis, fuerunt benemerita, quod
60 colligitur ex dictis illis ob &c. † causa finalis, & proxima fuit mera liberalitas, quod colligitur ex uerbis expressis dispositiuis. ¶ Itaque in ea concurrunt & bene merita, & mera liberalitas, & ita omnia uerba posita in donatione saluantur, nec inuicem repugnant, cum benemerita
61 † quæ stant per modum causæ impulsiuæ, & remotę non faciunt quin donatio sit pura attenta, mera liberalitate
62 quæ fuit causa proxima, cum † actus iudicetur secundũ causam proximã: ad abundãter tradita in l. sed si plures. §. in arrogato. de uulg. & pupil. ubi oẽs. ¶ Probo istud
63 dicitur. in l. nec adiecit. pro soc. † quod ob meritum fit legatum. Et tamen dicit tex. in l. legatum. de leg. 2. & insti.
64 de leg. in princip. quod legatum † est donatio, & secũdũ omnes ibi: & in l. j. de leg. j. est mera & pura donatio: & ad contrarium respondetur, quod illa uerba ob meritum denotant causam remotam, & impulsiuam, quæ non facit quin sit mera donatio, cum attendatur causa proxima. Et hoc etiam uoluit Bar. in l. demonstratio. §. j. uer. 4. de condi. & demon. Ex quo sequitur quod in terminis nostris non obstante assertione meritorum, etiam in specie & probata donatio est pura & mera, prout in ea dicitur, & per consequens quod dispositio legis, si unquam. quæ loquitur in pura donatione, habet locum in casu isto. & ita alias legendo. l. si donatione. de colla. declaraui istã materiam, & alias consului: & ad hanc declarationẽ aduertendum puto, cum hoc modo tolluntur plures contrarietates quæ sunt inter doctores. ¶ Non obstat si dicatur. l. si unquam. non † habere locum quando super-
65 uenientiæ liberorum fuit renunciatum cum iuramento: ut per Ias. & Dec. post alios citatos per ipsos in l. penul. C. de pact. Bar. in consi. 92. ante finem. lib. 2. & 32. col. 2. uol. 3. ubi attestatur istam esse communem opinionem: & per mod. repetentes in d. l. si unquã. ubi attestatur ita esse, & allegant plures rationes. quoniam ad istud respõdeo omissa disputatione, an huiuscemodi renũciatio ualeat, necne, quæ est tanta, ut † uideatur mihi indigere im-
66 peratoris decisione, cum hincinde sint infiniti doctores, & attestatur hincinde esse communem: ut late deduxi in l. pen. C. de pact. & dico saltem istã † uarietatem scribẽ
67 tium, & authoritatem tenentium non ualere renunciationem, potuisse Achilli præstare iustam & rationabilem causam sibi, acquirendi possessionem rerum quas detinebat, & in quibus morabatur solus, ac omnes actus possessorios, ac dominicos faciebat, cum consilium doctorum præbeat iustam causam &c. iuribus uulg. ergo quãto fortius hic authoritas tantorum patrum, & in hoc si bene considerentur docto. alij non contradicunt quantum ad hoc in persona tenentis res, & maxime cum aduersaria fateatur se non esse in possessione, respondendo positionibus, & istum esse possessorem, ut supra dixi, defendendo ab impugnatione de duplicitate. ¶ Potest etiam dici, ut dixi Vincen. Paleot. consi. 2. inter consilia
68 Curtij, † quod non habet dubium, non censeri renunciatum, quando errore renunciauit, quod fuit hic, cum quãdo exponit iudici se uelle donare, ponit tenorem totius instrumenti, & non ponit aliquid de renunciatione in casu liberorũ, & postea in instrumento renunciat: & istud sit dictum ex abundanti, cum sat est, quod constet ex confessione sua, quod non possidet, & quod iste possidet illa expulsa. ¶ Nec obstat quod potest intelligi de expulsione à naturali, & non à ciuili: ut in simili dixit Pau. de Castr. in consi. 234. uol. 2. quia Paul. de Castr. loquitur
69 in petitione † quę interpretatur secundum intentionem proferentis: ut per Paul. ibi etiam cũ improprietate uerborum, hic sumus in responsione positionis, quæ intelligitur secundum interrogationem, & non receditur a proprietate uerbi, & uerba hic non conueniunt huic interpretationi si recte considerentur, & sunt diuersi termini, & ita de uno ad aliud nõ potest inferri, iuribus uul. immo fatetur hæc se stetisse extra possessionem per maius tempus quam ibi, & quod si reuerteretur suspicaba-
70 tur nõ admitti per ipsum Achillem, quo† casu amittit ciuilem: ut in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. de acq. posse. ¶ Nec obstat quod ista possessio est uti iunior, pręsumptiue iniusta, & qui probat antiquiorem possessionem debet præferri: ut per Bar. in l. si duo. uti posside. Et maxime quando habet titulum: quia respõdetur illud
71 non procedere, quando ille qui habebat priorem † possessionem sciuerit aliũ post eum possidere, & tolerauit, quia tũc sua possessio dicitur interrupta. arg. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. de acqui. posses. Bald. in l. non ignorat. C. ad exhib. Dec. in dict. c. licet causam. no. 22. & per Ias. in consi. 6. uol. j. ubi respõdetur multis modis qui possunt ad hunc casum accommodari uideantur, nõ refero, cum ex quo constat istam non possidere tempore litis contestatę amplius iunior non præsumitur iniusta, propter antiquam cum antiqua cessauit, & utraque suo tempore potuit esse iusta, & in hoc animaduertant domini mei. ¶ Et ex his etiam apparet responsum quod nec precario, nec ui, nec clam possidet. d. Achilles. Nam precarium est finitum per apprehensionem possessionis: clã minime, cum ea sciente publice, & palam actus possessorios fecit, nec suspicabatur litem sibi moueri cognoscẽs per errorem renunciasse reuocationi. per superuenientiam liberorũ. Item propter authoritatem tantorum patrum. ¶ Nec ui possidere dici potest, cum non præsumatur † uti delictum. l. merito. pro soc. & quia non sufficit
72 ui possidere, † nisi ui ab eo quod non fuit hic probãdo,
73 ut notatur in d. c. licet causam. ¶ Nec decretum operatur, cum fuit interpositum non citata parte, ut dixi, & ex alijs rationibus de quibus supra non repeto. ¶ Nec est uerum quod per cessionem facto suo ceciderit à possessione, & ideo sibi nullum competit interdictũ: ut per Alex. in consi. 117. uol. 2. & in consi. 9. lib. 5. quia aduertẽdum est quod respectu aduersarię ex quo per suam cessionẽ cecidit à iure suo, & respectu ipsius nõ potuit amplius lis considerari, cum iuris censura sit exclusa, ut dixi. ¶ Secundo respondetur quod reseruauit sibi certam quantitatem pro indiuiso respectu loci & quotæ, ita quod per cõstitutum non potuit respectu residui transferre possessionem in alium tanquam incertam respectu loci & quotę,
74 † sicut nec per actum naturalem potuisset. l. locus. l. 3. §. incertę. de acqui. pos. & actus fictus in casu suo nõ potest magis operari quam uerus. l. filio quem pater. de libe. & posthu. ¶ Illud quoque de periurio non meretur allo-
75 gari, † cum quælibet leuis causa excuset à periurio, † cũ
76 periurium non sit sine dolo, & à dolo quęlibet leuis cau
77 sa † excuset. l. igitur. de libe. causa. & ita in terminis dicunt Cur. Alex. Ias. & alij in l. si quis maior. de transact. maxime quando adest causa particularis, sed hic adest authoritas tantorum patrum circa superuenientiam liberorum, & multa alia de quibus supra non repeto. ¶ Et ita si omnia supra deducta recte considerentur, facile apparebit

parebit, quod omnia in contrarium allegata non faciunt ad rem, & dato quod facerent in effectu fore sublata. Laus Deo.

¶Ita de iure respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius qui recepit feudum ut præstaret seruitium, si nō præstet feudum amittit.*
2 *Item recognoscens inimicos domini in superiores.*
3 *Item contrahens amicitiam cum inimicis domini.*
4 *Item permittens famulum suum se præsente dominum uulnerare.*
5 *Dominus ex facto serui, non tenetur, nisi tradere seruum noxæ.*
6 *Dominus ex facto serui tenetur insolidum, quando fecit ipso præsente, & permittente. intellige ut nu. 20.*
7 *Vasallus admittens aliquid in dominum coactus non excusatur quando ipse fuit in culpa quod cogeretur.*
8 *Metus ut dicatur iustus, & excuset, requiritur periculum de præsenti adesse.*
9 *Vasallus non tenetur domino præstare seruitia, nec eum recognoscere, quando dominus eum derelinquit constitutum in maximo periculo.*
10 *Vasallus propriam salutem saluti sui domini impune præferre potest.*
11 *Exitus acta probat, & inspiciendum est quod euenire potest.*
12 *Vasallus nō tenetur iuuare dominum, nec fidelitatem obseruare, nisi quatenus facere potest.*
13 *Impotentia uasallum excusat a pœna.*
14 *Verisimile, & non possibile considerari debet.*
15 *Vasallus non tenetur dominum expectare prius quam se hostibus eius tradat, quando si expectaret, ab eo non posset liberari.*
16 *Vasallus relicto domino impune aufugere potest, quādo dominus ita fuit uulneratus, ut superesse non possit.*
17 *Metus excusat uasallum, quando alterum à domino recognouit.*
18 *Præceptum comminatorium prolatum à rege, uel eius ministro qui solebat uehementer seruire contra non obtemperantes, inducit iustum metum.*
19 *Præceptum officialis inducit iustum metum.*
20 *Dominus ex delicto serui insolidum tenetur quando fuit præsens, & non prohibuit cum prohibere posset, non autem secus.*
21 *Metus dicitur iustus, & si periculum non instet, dummodo res ad hoc uerisimiliter.*

RESPONSVM. LI.

¶An uasallus recognoscens inimicos domini in superiores, & illis feudum tradens cadat à feudo. Et an quando passus fuit se præsente famulum suum emittere tormentum, siue bombardam contra dominum.

INuocato diuino suffragio. ¶Nobilissimus feudatarius Imperatoris Domitius de Guarino tempore quo Neapolis obsessa erat feudum simplici nuncio Gallorum dedit, ac eos in dominos recognouit & famulus eius equū uiceregis Hispanorum uulnerauit. Quæritur an propter ista ceciderit à feudo? & uidetur cecidisse, quia non præstitit seruitium personale. Nam debebat ad uiceregem se conferre, qui habebat aliquas copias, nec multum aberat, quod patet, quia in sequenti die uenit ad recuperandum dictū
1 feudum, sed † feudatarius qui habuit feudum, ut præstaret seruitium, ut iste, & nō præstat amittit illud. c.j. §. sed non est alia iustior. & ibi notant omnes in tit. quæ sit prima causa ben. amit. in usi. feu. cum concord. ¶Secundo probatur quia iste dedit feudum inimicis, & sic priuauit dominum possesione eius, quod est contra formā fidelitatis. c.j. uerbo, utile ne sit ei in damno. de for. fide. usib. feud. & ibi per doctores, & hoc maxime quia. inimi
2 cos in † dominos recognouit. arg. gloss. in c.j. §. porro. in uerbo, porro. quæ sit prima causa benefi. amit. arg. tex. in l. liberi. C. de inof. test. & in l. 2. §. cum patronus. de of. præfec. urb. & ibi notatur. Bar. Bal. Saly. & Ias. in d. l. liberi. Spec. in tit. de dona. §. j. uersi. quid si aliquis Baro. Io. de Ana. in cōs. 2. incip. uisis & ponderatis. ubi uolunt in for tioribus terminis quod propter solam amicitiam con-
3 tractam cum inimicis † amittat feudum, licet eos non recognoscat in dominos, ergo fortius iste qui eos recognouit in dominos. ¶Tertio probat, quia famulus suus uulnerauit equum uiceregis quodam genere bōbardæ, & uolebat ipsum uiceregem interficere, & d. Domitius
4 præsens erat, quo casu uasallus feudum † amittit. d. c. j. §. porro. & ibi plene notatur quæ fuer. prima causa bene. amit. Cur. in tract. feud. in quarta parte, in q. j. in 14. causa & in 12. causa, ubi Cur. post Alua. & And. de Iser. in d. §. porto. siue ipse uasallus uulnerauerit dominum per se si-
5 ue per alium: & licet ex facto serui † dominus non teneat nisi tradere seruum pro noxa: ut in toto titu. de noxal.
6 tamen quando sciente domino fecerit † tenetur insolidū. l. si seruus sciente domino. de noxal. & ibi Bal. & alij qui uolunt ipsum dominum uideri fecisse, nec debet excusari ex eo quod nuncius Gallorum erat in arce, & ipse iussit seruo, ut emitteret tormentum contra d. uiceregem, quia famulus nō tenebatur ei obedire, nec dominus hoc pati debebat, immò prohibere, unde cum non prohibuerit perinde tenet, ac si ipse fecerit. d. l. si seruus. ¶Nec dici potest nuncium potuisse d. Domitium constringere, cum tantum cum tribus socijs aderat in arce, & Domitius cum maxima multitudine, & si nuncius aliquos milites habebat nihil refert, cum & ipse uicerex plures ibi haberet, & fortiores ut asseritur in facto, & si etiam coa-
7 ctus hoc fecisset non † excusatur, quia culpa sua id euenit ex quo recepit illos. l. si uehenda. §. idē iuris. ad leg. rhod. de iactu. ¶Et si dicatur metu frequentis exercitus Gallorum hoc fecit qui nō procul aberant, respondetur hūc metum non fore idoneum ad eum excusandum, quia ad hoc ut metus excuset uel aliquid metu dicatur factum, requiritur quod metus sit præsens. l. metum autem. ff. quod
8 met. causa. l. metum. C. eo tit. nam requiritur † præsens esse periculum: secundum Bar. Bal. & alios ibi, sed hic non erat præsens, sed futurus, ergo &c. ¶His non obstantibus dico d. Domitium iustam causam fouere. Et primo
9 quia uasallus † non tenetur domino præstare seruitia, immo nec eum recognoscere, & dominus dicitur feudū amisisse, quoties derelinquit uasallum constitutum in necessitate, uel timentem & expectantem bellum, & aggressores, uel aliud periculum. textus est in c. j. in tit. qualiter dominus ex propriet. & ibi Alua. & alij, & in c. j. §. domino cōnitente. & ibi Bal. & alij in tit. si de feud. fue. contr. inter. domi. & agna. sed uicerex non præstitit auxilium. d. Domitio, nec eius loca muniuit quando nuncius Gallorum uenit ad eum cum maxima militum copia, & ei metum intulit comminando sanguinem & incendia, quę de præsenti, & quamprimum in omnibus locis istius Domitij expedire poterat, præter quādam turrim in qua d. Domitius se continebat, quam etiā paulo post omnino habiturus erat, immò. d. uicerex aufugit & ipsum Domitium, cum quo erat ac pene totam prouinciam dereliquit, ergo d. Domitius derelictus in his casibus à domino non tenetur ei præstare fidelitatem, nec eum recognoscere. ¶Et si dicatur non potuisse uiceregem illa facere, quia fuit coactus copijs, ac metu Gallorum, respondetur si iste metus habet excusare uiceregem maximum principem ac dominum potentem, quanto fortius habebit excusare hunc Domitium minimum ac impotentem uasallū? ergo omnino excusandus est, & si potuisset postea præstare seruitium personale, & milies ad hoc fuisset requisitus quod tamen non fuit. ¶Secundo uasallus non tenetur pręstare fidelitatem domino, quando agitur
10 de periculo proprię salutis, nam propriā † salutem potest pręferre saluti ipsius domini omisis omnibus capitulis feudi. gl. in c. si ad mortē. de alien. feu. pater. not. Bal. in c. j. in prin. in ti. quib. mod. feu. ami. col. 3. sed si d. Domitius nuncium Gallorum non recepisset, omnia bona, ac propriam uitam amisisset, & si non statim uitam, tamen paulo post aduētante exercitu, ut ex fine apparet:
11 nā exitus acta probat, & † inspiciendū est quod euenire potest.

pōt l.in quātitate.§.magna.ad leg.fal.§.illud q̄situ͂.inst. de rerum diuis.& hac ratione, & si fuisset requisitus non debebat accedere, quam tn̄ requisitionē nego. ¶Ter
12 tio†uasallus non tenetur iuuare dominum, nec fidelitatem obseruare,nisi quatenus facere potest. c. si. de feud. sine culpa non amit.& ibi Alua. & alij, & subdit ibi Bal.
13 impotentiam†excusare à pena.notant gl. & Bal.in c.j.in prin.in tit.quib.mod.feud.amit. col. 2.sed. d. Domitius erat inhabilis & impotens ad resistendum. d.nuncio, & saltem exercitui Gallorum, qui omnino erat uenturus, nam potentioribus pares esse non possumus. ¶Et si dicat,si per duos dies expectasset prout poterat, uicerex ei succurrisset prout fecit, respondetur quod ignorabat uiceregem uenturum, nec hoc considerabat, nec sperare poterat,cum cerneret munitissima queque loca à Gallis detineri, & illorum ingentes copias sibi uicinas esse, & econtra Hispanum militem aufugisse, & intra urbis Neapolitanę mēnia se continere: unde non erat uerisimile. d.uiceregem Domitio auxilio adfuturum,& si hoc facere
14 potuisset,†nō possibile,sed uerisimile cōsiderari debet, secundū Abb.& alios in c. quia uerisimile. de præsump. Imo & si uerisimile fuisset uiceregem aduenturum,nihilominus Gallos recipere impune poterat, cum alias interim omnia bona sua,&loca præter turrim,flamma & ferro consumpsissent, quod pati propter dominum non debebat,immò & si sciuisset aduentum uiceregis, & ea interim non potuissent accidere, ipsum expectare non te-
15 nebatur,cum non † est expectandum illud cuius euentus nihil operari pōt.l.stipulatio. §. diuus. ut leg. nom. cau. sed propter exercitum nihil operatus fuisset, ut patet ex successu & fine,quia tertia die fuit profligatus ,præterea Galli noluerunt concedere aliquid spatij , seu temporis &c. ut expectaret &c. ¶Quarto uasallus non tenetur dominum adiuuare quando suum auxilium nihil aut
16 parum operaretur,& ideo † potest aufugere quando dominus ita uulneratus est, ut aufugere non possit:secundum Bal.d.c.j.in prin.quib.mod.feud.amit.col.2. sed auxilium.d.Domitij,uel si Gallos exclusisset, uel uiceregē redeūtem parum aut nihil profuisset,quia omnino illum locum erat amissurus, ut patet: quia omnia loca amisit etiam tutiora, & ualidiora,ergo &c. ¶Quinto & ultimo probatur hunc Domitium innocentem esse, cum om
17 nia ista metu Gallorum coactus fecerit,nam metus † excusat uasallum quando alium recognouit,ut per Abb.in consi.3. in 2. lib. & quod metu nuncij fecerit patet, quia quando uicerex redijt non existentibus Gallis uexilla Imperatoris erexit, & ei satisfecit, & iustus fuit iste metus,cum fuit præceptum mortis comminatorium & incendij, prolatum à nuncio regis, qui solitus erat sæuire contra non obtemperantes minimo uerbo suo, ut patet
18 in ciuitate Melphę miserrima, nam†præceptum comminatorium prolatum à tali rege, uel eius ministro , inducit iustum metum: secundum Abb. post Io.And.in c.j.q. cleri.uel uouen .Alex. in consi. 16.Ponderatis narratis in themate.col.penul.lib.3 .Anto.in cōsi.300. uisa.supra
19 dicta,& † præceptum officialis iustum metum inducere dixit Bar.in l.metum.C.quod met.causa.Abb. in c.si.de appel. ¶Ex his patet responsum ad adducta in contrarium,ad primum scilicet quod debebat se conferre ad uiceregem,respondetur ipsum ignorasse ubi esset tempore quo illos recepit,& casu quo sciuisset non poterat se transferre,& si potuisset non debebat,quia omnino nihil,uel parum facturus erat, & omnia sua amittebat:itē quia eum dereliquerat non tenebatur, item quia ingenti metu detinebatur. ¶Non obstat secundum quod recognouit inimicos, quia coactus fecit & metu inductus,quod casu excusatur à pęna , & priuatione feudi p̄ supradicta,fecit etiam ratione impotentię &c. ¶Nec obstat & si famulus eius uulnerauerit equum uiceregis eo pręsente, quo casu ipse uidetur uulnerasse. d. l. si ser-
20 uus.de noxa.quia † illud procedit quando est pręsens,& prohibere potest.l.in omnibus.l.in delictis.de noxal. sed iste non poterat prohibere propter milites ipsius nuncij existentes prope turrim , item propter timorē uicini exercitus,item nō debebat,quia fuit derelictus ab ipso domino per supradicta, præterea,fecit quantum potuit, ut non offenderet. d. uiceregem:nam omnia fere tormenta exonerauit ne posset,uel cogeretur illa emittere, seu exonerare contra uiceregem,quod adeo displicuit nuncio Gallorum,ut eū uinculis adiectis incarcerari fecerit, ex quibus apparet de integra fide & amore ipsius Domicij erga Hispanos,& si quid fecerit seu admiserit eū coactum,& metu fecisse,& ideo ei parcendum esse. ¶Nec obstat & si dicatur metum iustum esse debere atque præsentem , seu instantem , quia hic erat instans & iustus cū aderat officialis comminans, cuius pręceptum comminatorium inducit iustum metum per supradicta. Vel se-
21 cundo†metus dicitur iustus & si non sit instans dūmodo res ad hoc uerisimiliter tendat.l.recte.in prin.C.quod met.causa.l.titij.cum.l.seq. de dona.causa mortis. notat Bar.in d.l.metum.sed uerisimile erat exercitum aduentare,& uiceregem non posse resistere, ut patuit in sequenti die,ergo &c.nec si.d.Domitius dedisset. d. castrum uiceregi,aliquid fecisset cum omnino Galli ipsum sicut cetera loca magis munita habuerunt, nec culpa aliqua potest ei imputari per supradicta , & maxime cum quasi tota prouincia se dederat Gallis.Et ex his & alijs quæ adducentur si opus erit.d.Domitium feudo priuari nullo modo posse apertissime constat. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Contractum non obseruans ex parte sua,cadit ab omni commodo conuentionis.amplia ut ibi.*
2 *Verba pro omni eo,& toto,quo,& quanto &c.pręgnantia sunt, & omnia includunt.*
3 *Præfationes declarant uerba contractus,& conuentionis.*
4 *Præfationes non solum sunt potentes ad declarandum instrumentum,sed ad infirmandum,& demonstrandum esse simulatum.*
5 *Exceptio præiudicij facta in contractu per quem alteri obligationi præiudicatur,firmat regulam in pręiudicijs non exceptis.*
6 *Verba contractus quæ alias essent superflua,potius debent interpretari, ut inducant liberationem,quam ut nihil operentur.*

RESPONSVM LII.

¶An non obseruans contractum cadat ab omni cōmodo conuentionis.

INuocato diuino suffragio . ¶In hac causa reuerēdissimi Cardinalis de Grimaldis scio me ab eius reuerentia debere excusatum haberi,si ut desiderat non inuigilauerim,ac pręsentem causam latissime non discusserim , pluribusq; rationibus rei ueritatem demonstrare non contenderim, cum præsens ęgritudo mihi impedimento sit, ut eius nūcius ei referre poterit, non tamen prætermittā quin pro uiribus hæc tria uerba ad ueritatem demonstrādam,quę in paucis consistit absque librorum reuolutione scribi iubeam,& considero punctum difficultatis in hac cā consistere,an per apochā factā per magnificum.d. Ansaldū de Grimaldis,sit præiudicatū dn̄is de Lomellinis ut nō possint à Barnaba pro quo p̄missum est aliquid exigere , q̄a si eis præiudicatū est,& non debent exigere,& exegerint, seu exigere tentauerint in iudicio cadunt ab omni cōmodo apochę,& promissionis sibi factę, & d. Ansaldus seu eius hęredes debent liberari non solum conditione causa non secuta, & ex capite pœnitentiæ, sed per regulam q͂ qui nō obseruat conuentionem ex parte sua, con-
1 uētis uti nō pōt,immò† ab omni cōmodo ꝯuentionis cadit,& pars aduersa est liberata.l.cū p̄ponas.C.de pac.l.q̄ro.§.inter locatorē.ubi Bar.no.ff.loca.l.si ꝯueniat.p̄ soc. q͂ h3 locū tam in ꝯtib. innominatis q̄ nominatis,ante factā executionē,ut uoluit Deci. & mod. in d. l. cum p̄ponas.habet locum etiam si in minimo ꝯfactum fuerit: ut per Alex.in l.executione.§.itē si ita.ff.de uer.obl.facit lex penultima , & q͂ ibi uoluit Alex. de his quib. ut indig. q͂ autem.in d. apocha sit ipsis præiudicatum p̄bat̄ nō solū

per illa

per illa uerba, pro omni eo & toto, quo & quanto. d. Bernabas quouis modo teneretur. quæ uerba sunt prægnantia, & † omnia includunt. argumēto. l. Iulianus. de leg. 3.
2
¶ Item per illa uerba nihil exclusō, quæ uerba licet principaliter signent obligationem. d. Ansaldi, tñ includunt liberationem. d. Barnabæ prout ex præfationibus & protestationibus præcedentibus declarat̄, in quibus expresse id dixit ut præsupponitur mihi probatū fuisse per testes,
3 & † præfationes declarant uerba conuentionis. l. itē quia.
4 §. fi. & ibi gl. & doc. ff. de pact. adeo ꝙ nō solum † sunt potentes ad declarādum instrumentum, sed ad infirmandū & demonstrandum esse simulatum: ut per Bar. & docto. in d. §. fi. & in l. nouissima. C. de pactis. Bal. in l. multum interest. C. si quis alteri uel sibi Bal. Ange. & Imo. in l. si quis cum aliter. de uerb. oblig. & maxime quia illi testes fuerūt præsentes subscriptioni apochæ: ergo fortius in hoc casu declaratur liberatio Barnabæ: probatur quoque ex uerbis. d. scripti, ibi, non tñ per præsentem apodissam intelligatur præiudicatum ipsis de Lomellinis pro eo &c. ergo sentit expresse ꝙ in alijs supradictis uolunt esse p̄iudica-
5 tum ipsis de Lomellinis, quia † exceptio firmat regulam in casu non excepto, & debet intelligi in terminis regulæ. l. nam ꝙ liquide. §. fi. ff. de pen. legat. & ita arguit Alex. in l. fenium. C. qui testa. fac. poss. Rom. in consi. 120. & plures alij citantur per Deci. in l. j. de reg. iur. sed exceptio loquitur de præiudicio, ergo & regula supra posita. ¶ Item excipit quo ad illos creditores, ergo firmat quo ad omnes alios, & ut sit factum præiudicium illis de Lomellinis cōtra Barnabam. ¶ Item illa uerba non tamen &c. nihil operarentur, & non fuissent necessaria si in præcedētibus, non fuisset liberatus Barnabas, ita & taliter ꝙ non possint exi
6 gere ab eo, ergo ut aliquid † operentur: ad notata in l. si quando. de leg. j. & in c. si Papa. de priuil. in 6. cum uulgaribus. necessario sequitur Barnabam liberatum fuisse, & factū esse præiudicium illis de Lomellinis, ut nō possint aliquid exigere a. d. Barnaba: qui Lomellini cum exegerint, & per consequens apochæ contrauenerint, amiserūt beneficium apochę, nec ea uti possunt, sed liberandi sunt hæredes. d. domini Ansaldi. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura qualibet priuata facit fidem contra scribentem.*
2 *Instrumentum publicum, est probatio probata nulla indigens disceptatione iudicij.*
3 *Mercatores nuda conuentione obligantur.*
4 *Consuetudo obseruari debet.*
5 *Verba hæc, uoluit teneri ad conseruandum sine damno promittentem pro principali debitore, signant fideiussorem indemnitatis.*
6 *Obligatio fideiussoris generalis nulla est, quādo subsecuta fuit obligationem principalis particularem.*
7 *Causa quæ inter mercatores agitatur, bonæ fidei est censenda.*
8 *Dolus dans causam obligationi bonæ fidei reddit ipsam nullam.*
9 *Dolum per coniecturas sufficit probari.*
10 *Insolita cautela arguit fraudem & dolum.*
11 *Dolus quoque committitur tacendo ueritatem.*
12 *Obligatio non ualet, & inefficax est, quæ fit non expressa causa.*
13 *Obligatio ut ualeat non solum requiritur quod causa exprimat̄, sed requiritur quod sit certa.*
14 *Causa a suo causato differre debet.*
15 *Fideiussor hodie, etiā de iure canonico, & ubi agitur de bono, & æquo, non obligatur pacto nudo, & minus pollicitatione, ita ut ex tali promissione agi possit.*
16 *Solennitates quæ facti sunt, & extrinsecæ non præsumuntur, nisi probentur.*
17 *Pactum tacitum non debet producere actionem.*
18 *Fauore scripturæ præsumitur stipulatio.*
19 *Stipulatio fauore scripturæ non præsumitur, quando illa promissio per scripturam probari debet.*
20 *Lex non reperitur quæ dicat fauore scripturæ præsumi stipulationem, quando scriptura est incerta, & summa nimis excessiua, & sine causa promissa.*
21 *Statutum secundū rubricam sub qua positum est intelligi debet.*
22 *Statutum recipit interpretationem a iure communi, & intelligitur, ut minus ei deroget quam sit possibile.*
23 *Consuetudo facti est, & non præsumitur, nisi probetur.*
24 *Infinitas toleratur quando sumus in actu hominis, & uerba sunt apta ad infinitatem.*
25 *Verba quantumcunque generalia, & in ultimis uoluntatibus, & ubi agitur de fauore dotis, de prima uice intelligi debent.*
26 *Stricta, in obligationibus, & contractibus, fit interpretatio.*
27 *Pactum initum inter fratres, quod dos filiarum soluatur de communi, intelligitur pro prima uice.*
28 *Sermo generaliter prolatus in quacunque materia, debet intelligi de primo actu.*
29 *Verba ubi duobus modis intelligi possunt, intelliguntur secundū interpretationem quæ tendit contra eum qui se fundat in illis.*
30 *Interpretatio semper fit, ut euitet̄ absurdū, & uerba ita intelligi debent.*
31 *Attenditur quod est uerisimile.*
32 *Actus interpretari debet, ut personarum qualitati conueniat.*
33 *Actus intelligitur, ut non operetur ultra intentionem agentium a iure præsumptam.*
34 *Intellectus & pōderatio legis si ita stipulatus a Seio. ff. de fideiussoribus.*
35 *Argumentum a cessante ratione in iure ualet, & est infallibile.*
36 *Regula. §. hoc sermone. l. boues. de uerb. signi. non procedit q̄n statutus est terminus intra quē actus expediri debet: s̄m Rapha.*
37 *Impugnatio dicti Raphaelis, in l. si mihi & Titio. de uerb. obli.*
38 *Libellus semel tantum emendari potest.*
39 *Sermo generalis concedens aliquid licet appositus sit terminus, intelligitur de prima uice.*
40 *Patrono licet sit licitum uariare usque ad certum tempus, nihilominus intelligitur de prima uice.*
41 *Dictum Raphaelis procedit, quando dispositum prima uice, extinguitur, & non durat per totum terminum statutum.*
42 *Factum illud non dicitur quod non durat factum.*
43 *Allegans debet intelligi secundum legem quam allegat.*
44 *Vsusfructus legatus usq; ad aliquod tempus, si aliquo casu finiatur, intelligitur de nouo legatus.*
45 *Declaratio illa omnino fieri, & capi debet, per quam reducuntur opiniones doctorum ad concordiam.*
46 *Litteræ cambij, & libri rationum plenissime probant.*
47 *Adesse hoc non probat, quod ab hoc contingit abesse.*
48 *Factum cum suis qualitatibus probare habens, si probet factum, & non qualitates, uel econtra, eius probatio reijcitur.*
49 *Probatio bona est quæ iuris præsumptione iuuatur.*
50 *Actus in dubio censetur potius factus nomine proprio q̄ alieno.*
51 *Præsumptio una aliam tollit.*
52 *Declaratio ex qua causa fuerint datæ scripturę competit accipiēti, quando tradens ab initio non declarauit.*
53 *Primo dicto alicuius iurato statur, quamuis postea uariauerit.*
54 *Inclusio unius est exclusio alterius.*
55 *Consuetudo & stylus mercatorum, inter ipsos mercatores uim legis habent.*
56 *Qualitas loci ubi contrahitur, & non origo personarum contrahentium, in forma & modo actus attenditur.*
57 *Domicilium & lares habens in aliqua ciuitate per triginta quatuor annos, dicitur factus ciuis illius ciuitatis.*
58 *Obligatio antiqua debet intelligi secundum declarationem ipsius se obligantis.*
59 *Fideiussor indemnitatis liberatur, quando creditori aliquid pōt imputari cur non exegerit a debitore, qui incipiebat effici non soluendo.*
60 *Dispositio quælibet rebus sic stantibus intelligi debet.*
61 *Mandatum, & commissio reuocatur propter mutationem personæ.*
62 *Caput & initium rationis, attendi debet, & secundum ipsum tota ratio uenit intelligenda.*
63 *Actus sequens simpliciter factus, uidetur factus eo nomine, quo prius fuit mandatum.*
64 *Secundum principium legis, uel dispositionis tota materia subsequens intelligi debet, & si ea quæ sunt dicta in principio in sequentibus fuerint omissa.*
65 *Copula, &, repetit qualitates præcedentes in sequentes.*
66 *Ratio subsequens, quando est imperfecta, suppleri debet a prima.*

67 *Stylus & consuetudo, mercatorum, in controuersijs ipsorum attendi debet.*
68 *Fraus præsumitur propter consanguinitatem.*
69 *Fraus semper inquantum est possibile euitari debet.*
70 *Allegare inconueniens non est soluere.*
71 *Liquidi ad liquidum, in quantitatibus, admittitur compensatio.*

RESPONSVM LIII.

¶An & quando ualeat scriptum incertum factum absente parte, & sine causa. Et quãdo dolus dedit causam scripto: ubi de intelligentia Bononiensis statuti. Et an promissio generalis intelligatur de prima uice, & multa non minus docta quam subtilia circa regulam. l. boues. de uerb. signi. Et quando caput libri attendatur.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Ex themate præsentis consultationis de quinque principaliter contingit dubitari. ¶Et primo de ualiditate chirographi. ¶Secundò, casu quo ualeat inquantum obliget Ioanni Antonio Camillum scribentem se uelle teneri de omni eo quod Ioan. Antonius faciet dari ad cambium Baptistæ Criuello in nundinis paschatis proximæ. ¶Tertiò, an legitime probetur secundum tenorem scripti Ioan. Antonium dari fecisse Baptistæ Criuello quantitatem uodecim milliũ ducatorum de quibus agitur pro parte. d. Io. Antonij.
¶Quartò, an legitime probetur. d. Ioan. Antonium ex alijs causis esse debitorem. d. Camilli in quantitate sexdecim millium ducatorum, uel circa, ex promissione facta pro. d. Criuello debitore. d. Camilli. ¶Quintò, an d. Io. Antonius agens ad illam quantitatem undecim millium ducatorum, etiam præsuppositis ualiditate scripti ac legitima probatione possit repelli exceptione compensationis. ¶Circa primum uidetur prima fronte quod ua-
1 leat cum quælibet † scriptura priuata de iure communi faciant fidem contra scribentem: ad plene tradita in l. admonendi. in materia scripturæ priuatę. de iureiur. & in l. j. C. de eden. & in l. exemplo. C. de probat. cum uulg.
¶Et hoc eo magis esse debet cum particulari statuto mercatorum cautum reperitur quamlibet scripturam priuatam recognitam uim ac robur publici instrumenti habere: & neminem fugit si ea promissio in publicum instrumentum redacta fuisset ualeret ac optime probaret, cum
2 instrumentum † sit probatio probata nulla indigens disceptatione iudicij: ut per Bald. in l. imperator. de stat. homi. in l. ꝯ negantem. C. ad leg. aquil. plene per omnes in l. j. de noui oper. nuncia. in prin. cum simil. ¶Accedat quoque hoc chirographum inter mercatores factũ fuisse qui
3 nuda ꝯuentione † obligant, cũ inter eos de bono & æquo agit. l. si litteras. C. mand. ubi Paul. Sali. & alij. l. quintus. mand. cum simil. traditis per mod. in l. j. ff. de pact. & in l. iuris gentium. §. sed cum nuda. eo. tit. & in c. j. de pact. ubi multa accumulant. ¶Audio quoque hanc obligandi cõsuetudinẽ adesse, ergo absque aliquo dubio huiusmodi
4 obligatio ualet, cũ ꝯsuetudo obseruari debeat. † l. uel uniuersorũ. de pig. act. plene in l. de quib. de legib. in c. fin. de consuet. ¶Maturius tñ rẽ ipsam ꝯsiderans dico per huiusmodi chirographũ nullius momenti esse, & per cõsequẽs d. Camillũ nullo modo ex eo teneri. Et primo, nam. d. Camillus promisit uti fideiuss. ut colligit ex uerbis chirographi ubi uoluit teneri ad conseruandũ sine damno promit
5 tentẽ pro principali debitore, † quæ uerba signant fideiussorem indemnitatis: ad not. per Hippol. in rub. de fideiuss. circa promissorẽ de indemnitate, & per mod. in suo tract. fideiuss. & in hoc nõ laboro cũ uerba obligationis sint clara. Præterea promisit generaliter pro omni eo ꝙ Ioan. Antonius faciet dari ad cambiũ Baptistæ Criuello &c. Baptista uero Criuellus non promisit eo mõ generaliter, sed specialiter promisit pro omni eo ꝙ Io. Antonius faciet dari ad cambium pro cã sua, & sic obligatio principalis est specialis pro cã ipsius: obligatio fideiussoris est generalis ut
6 ex uerbis scripti apertissime apparet: † sed ubi obligatio principalis est particularis, & obligatio fideiussoris est generalis, tunc obligatio fideiussoris est nulla. istã theoricã ponit Bar. in l. his qui accessiõis, ff. de fideiuss. col. 2. uersi. 3. casu. ubi allegat bona iura, & rationem quia durior causa est non refero, nec concordantes allego cum communiter teneatur: ergo ista obligatio. d. Camilli fideiussoris est nulla, & sic ex scripto in nullo tenetur. ¶Secundò principaliter probatur: nam sumus in his quæ sunt bonæ
7 fidei cum agit inter † mercatores. l. quintus. mand. quo ca
8 su dolus dans † causam obligationi bonæ fidei reddit ipsam nullam. l. eleganter. de dol. ubi Bar. & oẽs cum simil. ꝙ habet locum ubicunque de bono & æquo agitur: ut per Bal. in c. j. in fi. de plus pet. Ias. in §. fuerat. instit. de act. sed hic dolus dedit causam huic obligationi, ergo obligatio est nulla. Quod autem dederit causam dolus probatur ex pluribus coniecturis, quarum quælibet esset sufficiẽs ad
9 ꝓbandũ, præsupposito ꝙ sufficiat † dolum per coniecturas probari. l. dolum. C. de dol. per Alex. in consi. 103. uol. 1. cum simil. ubi abunde. & hæc dico absque iniuria & secundum mihi enarrata a Camillo. ¶Et prima cõiectura est ꝙ Io. Antonius uoluit decipere Camillum, quia ipse erat solitus promittere credentibus pro Criuello & ipsis de Panolinis: ergo a solitis arguendo non debet dici ꝙ uoluerit obligationem Camilli insolitam, nisi ut frauda-
10 ret ipsum: nam insolita cautela † arguit fraudem, & dolũ. l. si quis. de cond. institut. ¶Secundò probatur fraus, quia erat socius Criuelli, & promittendo pro eo promittebat pro cõi utilitate, & pro seipso; ergo nõ potest negari quin acceperit obligationem Camilli cã fraudandi cum sit insolitum accipere pro seipso cautionem sibijpsi. ¶Tertio, quia fuit datum bilantium, seu calculum, ut utar uerbis mercatorum, ab Oratio calculatore & affine Io. Antonij in quo fuit omissa ueritas, scilicet ꝙ Criuellus erat suus debitor in 26. millium ducatorum, & fuit dictum ꝙ erat in tribus: nam si uerum fuisset sibi dictum non est uerisimi
11 le ꝙ promisisset, & † in hoc fuit dolus tacendo. l. j. de dol. l. iuris gentium. §. sed si fraudandi. de pact. & ubique glo. & sic affuit dolus in tacendo qui fuit in cã ut Camillus promitteret: ꝙ quidẽ non fecisset si integrum debitum Criuelli dedisset. ¶Tertiò principaliter demonstrat ꝙ istud scriptum sit nullum, & per consequens promissio. d. Camilli. nam in ea nulla est expressa causa, & obligatio facta sine
12 cã † non ualet, & est inefficax: ut uoluit gl. in l. instrũ. C. de probat. Bar. in l. nuda. de donat. per Bar. in l. scripturas. C. qui pot. in pigno. habe. per Alex. in consi. 3. col. ij. & in ꝯs. 13. ex his quæ in themate. & in consi. 83. in ij. uol. in ulti. col. & in specie in fideiussore hoc uoluit Hippo. de Marsi. per multa quæ allegat in rub. de fideiuss. in q. 45. ubi distinguit: aut promissio est facta extra iudicium, aut in iudicio. si extra iudicium non ualet sine cã, sed ista fuit facta extra iudiciũ, ergo &c. ¶Nec potest dici huic causæ exprimendę satisfactum esse per illa uerba, quia de commissione nostra & instãtia id facitis: nam hæc uerba licet sint prolata per modum rationis & causæ, non tñ ualidant obligationem cum certam causam non contineat: & ad hoc ut ualeat obligatio nõ solum requiritur quod causa
13 † exprimat, sed requirit ꝙ sit certa: ut per Hippol. in loco præallegato post Alex. in cõs. 181. & alios citatos per eũ.
¶Præterea illa non est uera cã cũ idẽ contineat ꝙ factum ipsum: nam semper qñ præcedit promissio de conseruando indemnẽ promittentem, illa promissio est mandatũ & cõmissio: toto tit. mand. & declarat Pau. de Cast. in rubr. de fideiuss. super uerbo, mandatoribus. ergo non est bona
14 cã cum causa debet † differre a suo causato. argume. no. in l. ij. de stipul. seru. & ratio debet differre a dicto: ut in l. fi. de offic. procura. cęsa. & not. in l. ij. in prin. ff. si cert. pet.
¶Quartò probatur: nam, ut dixi, est fideiussor. d. Camillus, & priuata scriptura ꝓtinet pactũ nudũ, imo simplicẽ promissionẽ & pollicitationẽ factã præsenti & nihil dicẽti, ut ex uerbis chirographi apparet: sed hodie ẽt de iure
15 canonico, & ubi agit de bono & æquo non obligatur † fideiussor pacto nudo, & minus pollicitatione, ita ꝙ ex eo agi possit: ut uoluit Abb. in cap. cũ inter uniuersas. de elec. Abb. & mod. in cap. j. de pact. uersi. 8. cum alijs concordantibus ibi traditis. ¶Ergo & si sumus inter mercatores

tores inter quos de bono & æquo agitur, nihilominus cũ
sumus in fideiussione ex ista nuda promissione nõ debet
oriri actio, cum in utroque casu agitur de bono, & æquo:
& rõ diuersitatis nõ potest reddi, ergo sicut uno casu nõ
producit actionem, ita nec alio. l. a titio. de uerb. obliga.
& hoc eo magis esse debet, cũ ex parte Ioan. Antonij nul-
lum uerbum est expressum, nec apparet de præsentia, & sic
16 cum sit facti non † præsumitur, maxime cum non sit solen
nitas intrinseca ꝯctus: iuxta not. in l. sciendũ. de uerb. ob-
liga. per consequens & pollicitatio, & ex illa de iure cano
nico non oritur actio: ut no. in l. iuris gentium. §. sed cum
nuda. de pact. ubi omnes not. & ego dixi, uel saltem est ta
17 citum pactum ꝙ non debet producere † actio. cum spe-
cialiter ex pacto agatur. arg. eorũ quæ ponit Bar. in l. iu-
risgentium. in §. quinimmo. de pac. qui communiter ap-
probatur, ut ibi per Docto. ubi licet agatur ex pacto nu-
do donatio. l. si quis argentum. C. de donat. tñ non habet
locum qñ pactũ est tacitũ, ne duo spãlia concurrãt. ita hic
dici debet, & ita minus recedit̃ a iure cõi. ¶ Nec ob. si di-
18 catur fauore scripturæ præsumitur† stipulatio. §. fi. instit.
19 de fideiuss. l. sciendũ. de uerb. obli. quia non † procedit qñ
illa promissio per scripturam debet probari: ut per Rom.
Alex. & Ias. in d. l. sciendum. sed ista debet probari per scri
pturam ex forma statutorum: & continet summam exces-
siuam undecim millium ducatorum: ergo in hoc casu nõ
præsumit̃, eo maxime, quia est scriptura priuata in qua
sunt aliqui ꝯdictores: ut per Ias. in l. lecta. si cert. pet. & qa
summa est nimis excessiua & scriptura incerta & sine cau
sa, quibus concurrentibus non reperit̃ lex quæ dicat præ-
20 sumi † stipulationẽ, immo qñ solum duo inconueniẽtia
concurrant non præsumit̃. l. j. de dot. promis. ergo minus
hic. ¶ Præterea probat̃ tpe scripti ſm stylum Venetorum
Ioan. Antonium fuisse absentem, ergo impossibile est ꝙ
intelligat̃ per stipulationem. l. j. de uerb. obli. & ex omni-
bus istis saltem simul iunctis debet dici ꝙ istud scriptũ
non contineat obligationẽ efficacẽ: & hæc ultima funda
menta sint dicta ex abundanti. ¶ Nec obstat statutum
cum solũ loquatur de probatione, ut patet ex rubri. ſm
21 quam intelligit̃: ut † in l. imperatores. de in diem adiect.
& ex principio: iuxta. l. fin. de hær. instit. & non ur̃ loqui in
fideiussoria obligatione & facta in alio loco & quæ ex a-
lijs de iure nõ ualet, ut dixi supra, & satis operatur, ut mi
nus corrigat ius commune respectu probationis, scilicet
quod talia scripta priuata ita defectiua probent, sed id ꝙ
probatur ualeat remanet in dispositione iuris cõmunis,
& in his duobus fundamentis nõ facio uim, sed me remit
to ad id quod alias scripsi. ¶ Non obst. quod scriptu-
ra priuata probet &c. quia esto quod probet tamen non
facit obligationem inualidam ualidam, & efficacem, sed
probet eo modo quo est, quod hic non inficiatur, sed dici
mus obligationem inualidam, ut supra, & ita respondeẽ
22 ad illud de statuto, † & maxime cum statutum recipiat in
terpretationem a iure cõmuni. l. 2. de noxa. ut intelligat̃,
ut minus deroget iuri communi quam sit possibile. cap.
cum dilectus. de consue. ergo loquitur solum quo ad pro
bationem, & non quo ad ualiditatẽ obligationis, & quã-
tum ad probationem intelligitur si causam talis scriptu-
ra habeat. ¶ Non obst. illud de consuetudine, quia nõ
23 est probata, & est † facti: ut in cap. j. de cõstitut. in 6. quod
non præsumit̃. l. in libello. §. factæ. de cap. & postli. reuer.
nec in tali casu adesse allegatur, scilicet qñ principalis in
specie esset obligatus, & fideiussor generaliter, & qñ obli-
gatio non habet in se causam, & ei dedit causam dolus,
& pro alio ad incertum, profecto non reperitur talis con-
suetudo, & si adesset esset indissueta, & non attendenda.
¶ Circa ſm præsupposita ualiditate & efficacia scripti ur̃
24 ꝙ obligetur in infinitum, cum sumus in † actu hominis
& uerba sunt apta ad infinitatem, quo casu infinitas tole-
ratur: ut uolunt Bar. Roma. Alex. & communiter docto.
in l. qui bona. in §. fi. de dam. infect. cum concordantibus
ibi traditis: ubi allegant multa, & inter alia tex. ubi ur̃ ca-
sus in l. si ita stipulatus a seio. de fideiuss. ibi quantam pe-
cuniam Titio quandocunque credidero dare spõdes &c.
¶ Accuratius uero rem ipsam attingens determino con-

trarium, & dico obligationem factam per. d. Camillum
pro omni eo ꝙ Ioan. Antonius faciet dari &c. intelligi de
bere pro prima uice, & hoc multipliciter demonstro: &
primo per regulam. l. boues. §. hoc sermone. de uerb. sign.
& in l. hæc conditio. ff. de condi. & demonst. cum concor-
25 dantibus ibi traditis: ubi † uerba quantumcunque gene-
ralia, intelligantur de prima uice, etiam in ultimis uolun-
tatibus in quibus fit latissima interpretatio. l. in testamẽ-
tis. de regu. iur. & ubi agitur de fauore dotis & matrimo-
nij pro quibus uerba latissime interpretantur, & pro qui-
bus in dubio respondendum est. l. semper in ambiguis. de
reg. iur. & pro eis in pluribus receditur a regulis iuris: ut
plene not. in l. j. sol. matrimo. ergo quanto fortius in casu
nostro uerba debent intelligi de prima uice cum sumus
26 in obligationibus, & contractibus † in quibus fit stricta
interpretatio. l. quicquid astringendę. de uerbo. obliga.
& in obligationibus quæ fiunt pro alia persona in qui-
bus strictius agitur: iuxta not. in argumen. in toto titu. ne
filius pro patre & theoricam Bar. in l. j. de uerb. significa.
& pro hoc facit tex. in l. si socius pro filia, ff. pro soc. & ibi
27 Rapha. ubi si pactum factum † est inter fratres quod dos
filiarum soluatur de cõmuni intelligitur pro prima uice,
28 & dicit Ias. in l. diui. §. quod in anno. col. 2. quod † sermo
generaliter prolatus in quacunque materia debet intelli-
gi de primo actu, & ibi enumerat decem & septem decisio
nes & determinationes casuum in facto occurrẽtium per
istam regulam, non transcribo.
¶ Secundò dico dato ꝙ illa uerba apposita in chirogra-
pho possint intelligi, & de prima summa data, seu datio-
ne pecuniæ sub promissione Ioan. Antonij possint etiam
intelligi de quacunque datione in infinitũ debent intelli-
gi de prima, cum ista interpretatio est contra Ioan. Anto-
29 nium se fundantem in dicto chirographo, cum ubi † uer-
ba possunt intelligi duobus modis intelliguntur eo mo-
do quo interpretatio fit contra eum qui se fundat in uer-
bis: iuxta not. in l. ueteribus. de pact. & ita uoluit Alexan.
in consi. & quia si non intelligerentur de primo actu se-
queretur quod res posset procedere in infinitum, & re-
sultare maximum absurdum, & non uerisimile quod Ioã.
Antonius potuisset facere dari Baptistę Criuello quatuor
centum millia ducatorum, & ultra, & Camillus esset obli-
gatus: ꝙ quam sit absurdum Camillum obligari ad tantã
summam per illud chirographum generale, & incertum
neminem fugit, nec etiam est uerisimile ad tantam sum-
mam se uoluisse obligari tam propter quantitatem sum-
mæ quam qualitatem negotij, cum suum capitale sit quin
que milliũ ducatorum, & personarum, cum ille Criuellus
erat pauper adeo ꝙ statim decoxit: ergo illa uerba nõ de-
bẽt intelligi in infinitũ, sed de primo actu & uice, seu sum
30 mæ præstatione cũ semper fiat † interpretatio ut euitetur
absurdũ, & uerba capiunt eo modo. l. ex facto. §. fi. & ibi
no. ad Trebel. l. uxorẽ. §. concubinæ. de leg. 3. cũ similib. &
31 ut id † ꝙ uerisimile est attendat̃. cap. inspicimus. de reg.
iur. in 6. per doct: in cap. de præsump. Alex. in consi. 2. nu.
32 18. uol. 7. & ut † actus personarum qualitati conueniat. l.
sed si susceperit. §. j. de iudi. per Alex. in consi. 51. nu. 2. uol.
33 7. & ut † actus non operetur ultra intẽtionem agentium
etiam a iure præsumptam. l. non omnis. si cert. pet. cum cõ
cordan. ¶ Tertiò principaliter dico quod de hoc est
34 † casus in d. l. si ita stipulatus a Seio. de fideiuss. in ꝑrium
allegata: ubi stipulatus fuero a Seio quantam pecuniam
Titio quandocunque credidero, & ita generaliter sicut in
casu nostro & sępius crediderim fideiussor tenetur: & ra-
tio est ſm Bald. & communiter Docto. ibi non propter di-
ctionem quãtam, sed propter dictionem quandocunque
in qua tota uis est ſm Bar. & exponit̃ pro quotiescunque
& a cessante ratione, si non adesset illud uerbum non in-
telligeretur de pluribus uicibus, sed de prima: & propter
ea ibi ita intelligitur de pecunia credita pluribus uicibus
non propter generalitatem rei promissę per uerbum quan
tam, quod æquipollet uerbo pro omni eo &c. apposito in
chirographo de quo agitur, & propter aduerbium apposi
tum quod signat plures uices, ergo in casu nostro li-
cet sit uerbum generale pro omni eo &c. æquipollens illi

uerbo quantam, cum non adsit aduerbium quotiescunq; sequit ꝙ debet intelligi de prima uice: per illũ tex. a ces-
35 sante ratione,† ꝙ argumentum ualet. cap. cũ cessante. de appel. l. adigere. §. quamuis. de iure patro. & est infallibile ut inquit Bal. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. & plene not. in dicto cap. cum cessante. de appel. cum simi. ergo cum habemus casum legis in propria materia fideiussionis: aliter hanc conclusionẽ non corroboro & si ꝯ obij
36 ciat regulam. §. hoc† sermone. nõ procedere qñ statutus est terminus intra quẽ actus expediri debet, ut uoluit Rapha. in l. si mihi & titio. per doctrinam Bar. ibi de uerbo. obli. & refert Feli. in c. 2. de treug. & pace. & ꝙ hic statutus est terminus, scilicet in nundinis proxime paschatis, res-
37 pond ẽ† ꝙ illud dictũ Rapha. est ꝯ generalitatem dicti. §. hoc sermone. & aliorum iurium supra allegatorum, & confunditur per dictum Bald. in l. fi. in 3. col. C. de cond.
38 ubi dicit ꝙ semel † tantum libellus emendari potest, & tñ est concessa potestas emendandi libellum cum appositione termini, scilicet usque ad litem contestatam: ergo ser-
39 mo † generalis concedens aliquid, licet appositus sit terminus intelligitur de prima uice. & idem uoluit Bald. in authen. habita. ne filius pro patre in 7. col. Alex. in l. quicquid astringendę. de uerb. obli. & sequuntur Ias. & cõiter docto. in l. edita. in prin. C. de eden. confunditur etiam istud dictum per consilium Cald. 16. in titu. de iure patr.
40 ubi licet † sit licitum patrono uariare usque ad certum tẽpus. cap. cum autem. de iure patro. cum ibi no. & sic cum appositione termini, nihilominus intelligit de prima uice & ita communiter tenetur: ut per Feli. in d. cap. 2. de treuga & pace. & multos alios casus prætermitto in quibus est statutus terminus, & tamen dispositio intelligitur de prima uice, ergo non est in consideratione dictũ Rapha. cum sit ꝯ communes opinio. Vel secundo dicas ꝙ dictum
41 Rapha.† procedit qñ dispositum prima uice extingueret & non duraret per totum terminum statutum, quia tunc cum cessat factum in prima uice, habetur ac si nulla uice
42 esset factum, cum non dicitur factum quod nõ durat † factum. l. in rem. §. usum. de in rem uerso. nec est satis factũ intentioni disponentis per primam uicem quæ nõ durat, sed in casu nostro, & supra adductis contra Rapha. factũ est promissum prima uice durat per totum terminum & ultra: ergo dictum Rapha. non contradicit cum loquitur in alio casu, & ꝙ dictum Rapha. intelligatur eo mõ probatur per dictũ Bar. in d. l. si mihi & Titio. per ꝙ ipse mouet.
43 cum allegans † debet intelligi ſm legem quam allegat: ut per Bar. in l. non solum. §. liberationis uerba. de liber.
44 lega. nam Bar. ibi loquitur qñ legatus† erat ususfructus usque ad tale tempus, & finiebatur aliquo casu intelligit de nouo legatus &c. & sic loquitur quãdo factum prima uice non durabat: & ita alias legendo declaraui dictum Rapha. ad ꝙ rogo animaduertat dominus Iudex & sibi apertissime constabit dictum Rapha. & aliorum sequentium ipsum ita procedere, & in illis terminis loqui qñ factum prima uice non durabat per totum terminum statutum, & sic nihil ad casum nostrũ facere: & ista declaratio & si ex dictis Rapha. expresse non colligeret, deberet omnino fieri, cum per † eam reducuntur opiniones ad con-
45 cordiã, & minus receditur a regula iuris, de qua in §. hoc sermone. ad quæ omnia facienda iura magnam adhibent diligentiam: iuxta tradita per Sali. in l. si filiæ. famil. ercis. & in l. j. & in l. omnis diffinitio. de reg. iur. ¶ Nec obstat ꝙ ubi uerba sunt apta ad infinitatem intelliguntur in infinitum, quia illud procedit qñ ultra generalitatem adsunt aliqua uerba quæ arguunt infinitatem ut quandocũque, quotiescũque, toties, quoties, uel similia, uel proprietas sermonis non saluatur in prima uice: ita proprie loquuntur Bar. Alex. & alij in d. §. qui bona. & iura allegata per ipsos uideantur, & hoc est necessarium, alias repugnaret communi regulæ supra dictæ, ꝙ sermo quandocunq; generalis in quacunque materia intelligitur de prima uice, sed hic nõ sunt illa uerba toties, & quandocunque &c. nec ulla adest improprietas uerbi, ergo &c. ¶ Circa tertium, an legitime probetur ſm tenorem scripti Ioan. Antonium dari fecisse &c. & uidetur quod sic, cum probatur per literas cambij scriptas ab ipso Criuello & subscripta a Ioan. Antonio: probatur etiam per libros mercatorum qui dederũt ad cambium Criuello sub promissione Ioã.
46 Antonij, ac etiam per librum magistri Oratij: quæ † scripturæ plenissimẽ probant tam de iure q̃ ex forma statutorum. l. publia. §. fi. de pos. in authen. de instru. caut. & fid. §. si quis igitur. & plene per Bar. Alex. & communiter doctores. l. admonendi. de iureiuran. qui loquuntur tam de litteris quam libris rationum & alijs scripturis priuatis, nõ transcribo, ergo &c. ¶ Melius uero ipsum factum contemplando de termino contrarium ex pluribus. Et pro ueritate demonstranda præsuppono quod quando Ioan. Antonius, uel eius filius uolebat pecunias ad cambium pro se, ut non detegeret suam indigentiam, faciebat quod Criuellus scribebat litteras, & ipse promittebat Panolinis promittentibus pro eo. Item ꝙ Ioan. Antonius, Oratius, & Criuellus, erant socij circa mercaturam margaritarum, & pro necessitatibus societatis pro litteris Criuelli Ioan. Antonius promittebat eo modo quo supra: & propterea ultra litteras de quibus agitur infinitæ reperiunt litteræ scriptę per do. Ioan. Antonium ad hunc computũ reperiuntur quoque promissiones factæ per Ioannẽ Antonium pro Criuello ipsis de Panolinis in maxima quantitate, ut intra dicam, quæ non fuerunt factæ nisi ex istis causis. ¶ His sic præsuppositis dico ꝙ licet probent litteræ subscriptę per Ioan. Antonium, nihilominus non probat ꝙ sint litteræ, de quibus in scripto: hoc est factę ad instantiã Camilli de Panolinis, & etiam pro cã ipsius Criuelli: nam potest esse ꝙ fuerint ex causis supra dictis, & non ex cã scripti: & ita concludenter, & necessario non probat
47 ꝯ Camillum, cũ non probet † adesse ꝙ ab hoc contingit abesse. l. non hoc. unde cogn. cap. in præsentia. de probat. l. multis. de libe. cau. & ibi Bald. & plene per omnes in d. iuribus. & ideo dicunt ibi Dec. & alij moder. post Paul. de Cas. & Mart. si limam. in l. j. §. docere. ne quis eum. & alios
48 citatos per eos ꝙ qui † habet probare factũ & qualitatẽ licet ꝓbet factũ, & nõ qualitatẽ uel eꝯ, eius ꝓbatio reijcitur, ergo licet iste probet factum tali tempore ex quo non probat qualitates, scilicet ad instantiam Camilli & pro cã Criuelli eius probatio non ualet. ¶ Nec obstat si di-
49 catur talis probatio adiuuatur iuris † præsumptione ꝙ sufficit: not. in l. j. si certum pet. scilicet ꝙ ex quo subscripsit Criuello uř pro utilitate Criuelli, & ad instantiam Camilli, cum sit sibi magis consultum, qm̃ retorquetur in ꝯrium, & dico ꝙ immo præsumptio est in contrarium, scilicet ꝙ potius ex causa ipsiusmet Ioan. Antonij id fecerit, ut pro societate, uel pro proprio usu prout solebat facere,
50 cum in dubio factus uidetur magis factus proprio nomine quam alieno. l. & magis. de solu. & a solitis argumentat l. certi conditio §. qm̃. si certum pet. cum ibi plene not. & sic adsunt præsumptiones in ꝯrium, & una præsumptio
51 † tollit aliam. l. diuus. de in integ. rest. l. cum de indebito. de probat. & immo ex quo non dixit ex qua cã debet fieri interpretatio ꝯ eum. l. ueteribus. de pact. cum simili. & ex
52 quo non dixit ex qua causa est † in facultate accipientis declarare: ut est tex. in l. j. de solutionib. & Criuellus declarauit per publicum instrumentum cum iuramento, & pro exoneratione conscientiæ: ergo non solũ est præsumptio, sed iuridica probatio, cũ ex facto incerto Ioã. Antonij cõpetit sibi ista declaratio de iure, licet agat de suo interesse: immo, & si non cõpeteret saltẽ facit præsumptionẽ: ut uoluit Feli. in cap. literas. de præsumptio. & in cap. si cau-
53 tio. de fid. instrumẽ. & licet uariaret stat primo † dicto iurato. c. licet mulieres. de iureiur. cũ uulg. Et istud corroborat, quia qñ fecit ad instantiam Camilli dixit id eius scriptori, & fecit poni in libris, & ita fuerũt scriptę duę litteræ: de alijs uero litteris non ita fuit scriptũ, quia ipse nihil dixit cũ in ueritate non fuerunt factę ex illa cã, ex qua diuersitate optime declarat ꝙ nõ subscripsit uigore & ex cã scripti, cum non appareat, & præsumatur ꝯrium, & satis ostenditur ex inclusione duarum summarum: nam in-
54 clusio † unius est exclusio alterius. l. cũ prætor. de iudi. cũ uulg. & licet in alio libro sint scriptę omnes litteræ, tñ de illo non est curandum, cum attendatur liber qui appellat giornalis

55 giornalis ſm ſtylum & conſuetudinem mercatorũ,† quæ habent uim legis: ut in l. de quibus. de leg. ¶ Tertiò principaliter demonſtrat̃ ꝙ iſtę litteræ non ſunt illę, de quibus in ſcripto, nec ſunt factæ ex cauſa ſcripti, cum ſm morem Venetorũ litteræ ſunt de anno 1535. & in paſchate illius anni 1535. & factum ſit ſcriptum de anno 1535. & loquat̃ de tempore futuro, ubi Tutto quello farete dare pro proxima paſchate, quæ eſt de anno 1536. ſm morẽ Venetorũ impoſsibile eſt ꝙ ſint factæ uirtute ſcripti cum ſunt factæ ante ſcriptum, & ſcriptum ſit tantum pro futuris, ergo nullo modo Camillus tenetur ad litteras uirtute ſcripti: ꝙ aũt ſcriptum debeat intelligi ſm morem Venetorũ qui eſt ꝙ annus incipiat in calẽdis Martij, ut eſt notoriũ,
56 probatur ex eo, quia factum eſt Venetijs, & in † forma, & mõ actus attendit̃ qualitas loci ubi ꝯhitur, & non origo perſonarũ ꝯhentiũ. l. ſi fundus. de euict. l. 2. quemad. teſt. aperi. ponit Bar. in l. cunctos populos. col. 5. de ſumma Trinit. & fide catholi. & ſequunt̃ alij, & ita ſolitus eſt ſcribere, & ſcribit Alexander ſua ſcripta Oratijs: & hoc comprobatur ex qualitate perſonæ ipſius ſcribentis. nam licet Alexander de Oratijs origine ſit Bononienſis, nihilominus ſtetit per uigintiquinq; annos Venetijs & factus fuit ciuis Venetus, & ut Venetus uoluit appellari & appellabatur ut præſupponitur in facto, ergo dicendũ eſt ꝙ ſm Venetorum morem ſcripſit, non ſolum quia Venetijs ſcripſit, ſed etiam quia ut Venetus ſcripſit: ad no. in l. cunctos populos. de ſum. Trin. & in l. ex facto. de uulgar. & pupil. nec Ioan. Anto. potuit prætendere ignorantiam ſtyli Venetorum cum per 34. annos Venetijs ſtetit ac domiciliũ & lares ꝯxit, ut præſupponit̃ in facto, quo caſu dr̃ factus
57 † Venetus. gl. & omnes in l. ciues. C. de incolis. ergo etiam ipſe id intellexiſſe & ſm illum morẽ ꝯxiſſe & recepiſſe præſumit̃ cum illius ciuitatis mos erat. ¶ Præterea dato ꝙ poſſet intelligi de utroq; ſtylo tam Bonoñ. quã Veneto,
58 cum ibi nõ appareat, debet † ſtari declarationi ipſius Camilli ſe obligantis & ſubſcribentis cum pendet ab eius intentione. argu. no. in l. quicquid aſtringendę. de uerb. obli. ubi per Bar. Alex. & alios: & in l. ſi quis intentione ambigua. de iudic. facit gl. in §. alie. inſtitu. de actionib. qui ita declarat eſſe ſm meram ueritatẽ: ergo per illas litteras & libros non poteſt probari quantitas petita uigore ſcripti, cum ſcriptum non poſsit intelligi de illis litteris: & ṽr fuiſſe de intentione ipſius Camilli cum hoc modo maius tempus habet ad ſoluendum, & quis præſumitur minus ſe obligare, quam ſit poſsibile, iuribus uulgaribus.

¶ Tertiò principaliter probat̃: nam dato ꝙ ſine præiudicio ueritatis ſcriptum eſſet obſeruatum ad unguem & cõplecteret̃ litteras de quibus agit̃, ꝙ tñ negat̃, tñ in hoc caſu propter facti contingentiam ei non poteſt opitulari, cũ Camillus ſit fideiuſſor indemnitatis, ibi, Promettemo cõ
59 ſeruare ſenza danno, & dixi ſupra, ſed † fideiuſſor indemnitatis liberat̃ qñ creditori aliquid poteſt imputari cur non exegit a debitore qui incipiebat effici non ſoluendo. l. ſi fideiuſſores in id. de fideiuſſorib. & ibi gl. & omnes gl. in l. fideiuſſor creditori. eod. tit. Curt. & communiter docto. in l. ſi ego. ff. ſi certum petatur. ubi Iaſ. dicit ꝙ habet locum tam in fideiuſſore quanto minus & cæt. quam indẽtitatis prout fuit iſte Camillus: & hæc iura licet loquãtur in exactione non facta culpa ſua, nihilominus fortius habent locum in ſolutione, ſeu promiſsione facta culpa ſua incipienti dilapidare, cum militet eadem ratio & fortior, ergo idem iuſ. l. a Titio. de uerb. obli. in maiori enim culpa eſt qui declinanti ſoluit quam ille qui non exegit, cum primum a ſola uoluntate, & facto creditoris pendet: ſm uero minime, ſed etiam a facto debitoris. Nã facilius ſoluere ſeu promittere poſſum, quam exigere. ergo ibi eſt caſus & cõis opinio ꝙ cũ Ioã. Anto. promiſit ſcienter pro Criuello incipienti declinare, Camillus eius fideiuſſor indemnitatis non tenetur, cum ſcriptum non ſe extẽdat ad
60 hunc caſum. & bene facit illa regula uulga. ꝙ † qualibet diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantibus. l. cum quis. de ſolutionib. l. ſi cum Cornelius. eodem titu. ubi Bar. Paul.
61 de Caſt. & alij dicunt propter mutationẽ pſonæ † reuocari mandatum & commiſsionẽ: ergo & in hoc caſu de quo agitur, maxime cum ſit tex. apertus in d. l. fideiuſſores in id. ¶ Et ex his apparet reſponſum ad contraria quod licet litteræ probent, non tamen probant contra Camillũ qui in eis non eſt nominatus, & minus probant eas eſſe factas ex cauſa ſcripti quo tenetur Camillus, cum id nõ dicant, & præſumptiones ac probationes ſint in contrariũ, immo non poſſunt referri ad ſcriptum. cum ſint factæ ante ſcriptum, & ſcriptum loquatur de futuris, & cum propter mutationem ſtatus ceſſat obligatio ſcripti: ut latẽ ſupra deduxi, non repeto. De libris autem non eſt curandũ, cum attendatur liber qui appellatur giornalis, ut dixi, & ſunt ſcripti a perſona ſuſpecta, ſcilicet affine & ſocio d. Io. Antonij. ¶ Circa quartum breuibus agam cum nullam habeat difficultatem: nam Camillus uigore rationis Venetę petit ſexdecim millia ducatorum uel circa, a Ioã. Antonio ex eo quia fideiuſsit pro Criuello debitore in tãta quantitate, idque probat per libros rationis, quibus tã ex conſuetudine, quam ex forma ſtatutorum loci pleniſſima fides adhibetur, & ad hoc non dubitatur, ideo aliter non corroboro, ſed ſolum ei quod obijcitur per partem aduerſam, ut ueritas magis eluceſcat reſpondeo: nam dicitur Ioan. Antonium pro Criuello obligatum in prima ſumma tantum reperiri, in alijs autem ſolum Criuellum. Sed aduertendum eſt, quod obligatio facta per Ioannem Antonium eſt in capite & initio rationis, ex quo ſequitur quod licet in alijs ſummis eiuſdẽ rationis non ſit expreſſum nomen Ioan. Antonij, nihilominus tota ratio eſt ſub
62 nomine Ioannis Antonij, attento capite ac initio † rationis quod attendi debet ſm ipſum tota ratio intelligi debet. l. prętor ait. §. initium. de edendo. & ibi per Bar. Alex. & Iaſo. ubi multa accumulant ad hoc propoſitum quæ non transſcribo: faciunt no. in l. Titia. §. idem reſpondet. de uerborum obligationib. ubi plenẽ per Iaſo. & faciunt dicta Bart. in l. qui in aliena. §. ſi is qui. iuncta gl. ubi uult
63 quod † actus ſequens ſimpliciter factus ṽr factus eo nomine quo prius fuit mandatum: facit dictum Imol. in l. ſi ita quis. in §. ea lege. de uerborum obligationib. ſequitur Dec. in c. cum non ab homine. in ſecũdo notabili, de iud.
64 ubi † ſecundum principium legis, uel diſpoſitionis tota materia ſubſequens intelligi debet, & ſi ea quæ ſunt dicta in principio fuerint omiſſa in ſequentibus, etiam ſi repugnat aliqua qualitas poſita in ſequentibus, ergo quanto fortius in caſu noſtro ſubſequens ratio debet intelligi ſecundum eius caput & principium, cum nulla qualitas repugnat, immo in caſu noſtro ſunt uerba repetitoria ibi,
65 E adito &c. nam † copula &, repetit qualitates præcedentes in ſequentes. l. Sciæ. §. Caio. de fund. inſtr. ergo &c. Et
66 ratio ſubſequẽs eſt imperfecta & debet ſuppleri † a prima, & ſecunda a prima pendet. patet ibi, e adito. & non dicit quis dedit & quomodo, ergo &c. l. cum pater. §. cum imperfecta. de legatis 2. cum concordan. &c. & eo maxime quia nunquam commiſsio Ioan. Antonij reperitur reuocata, & non præſumitur, cum ſit facti ſed potius confirmata per litteras Ioan. Antonij ſcriptas Lugduni.

¶ Sed quorſum hæc proferũtur? cum habemus mercatorum conſuetudinem ac ſtylum particularem in hoc caſu uolentem totam rationem ſecundum eius initium intelli
67 gi, ut probatum eſſe dicitur, qui † attendi debet. l. ſi de interpretatione. de leg. plene in l. de quibus. eodem tit. cum concordan. Et ex his apparet liquidiſsimum eſſe creditũ ipſius Camilli, & econtra, id quod Ioan. Antonius petit nullo modo ſibi deberi. ¶ Nec obſtat quod per unam litteram Oratij habentis complementum ſcripturarum directam Ioan. Antonio dicatur Criuellum ſatisfeciſſe, quoniam eſt falſa & facta poſtquam aufugit & fregit d. Oratius, & hoc ad damnum ipſius Camilli, & pro ſuo intereſſe, cum eſt affinis Ioannis Antonij, & ſocius: nam
68 † fraus propter conſanguinitatem præſumitur. l. data. C. de dona. cum concord. ¶ Præterea ea ſunt falſa quæ non ꝯſonant uero, iurib. uulg. ſed nõ ꝯſonat uero ꝙ ſi Criuellus ſoluiſſet debitũ ſuũ ꝙ Oratius qui ſcripſit literã ad q̃ non tenebat̃, ita ſcripſiſſet in libro prout tenebat̃, ꝙ nõ fecit, ergo manifeſtẽ ꝯſtat ꝙ eſt falſa, quia non ꝯſonat uero. ¶ Præterea ex alio apparet falſa, quia continet id quod

erat impossibile Criuello, scilicet soluere sexdecim millia ducar. immo nõ erat tanti crediti & facultatis ut tria mille potuisset soluere ut probabit, & per Camillum nõ fuit sibi creditum, sed Ioan. Antonio, & sic repugnar uero.

¶ Item ex alio est falsa qui dicit hanc solutionẽ esse factã de nummis portatis per legatos Venetorũ, & tñ liquidissime constat per subscriptionem dicti Criuelli & manum domi. Alex. apparet ꝙ tñ duo mille & quatuor centum ducati fuerunt soluti pro alia ratione, ergo amplius non est laborandum, cum per ipsummet Alex. apparet de falsitate literæ. ¶ Præterea licet Alex. habeat complementum, ut ita dicam, scripturarum, nihilominus ut euitent

69 fraudes † prout semper fieri debet. l. in fundo. de re iudic. suæ simplici epistolæ de tam maxima quantitate non est adhibenda fides, & ita stylus se contrinet inter mercatores eo maxime quia ista litera non est registrata in libro prout debet, nec est scripta ei ad quem negotium spectat principaliter. ¶ Nec obst. quod nonnullę literæ etiam non sunt registratę quia non sunt tantę summæ & importantiæ immo nullius, ergo non potest de illis ad istam infer-

70 ri. l. papinianus exuli. de minor. & quia † allegare inconueniens non est soluere. l. si reus. publ. de iud. & c.

¶ Quintum quoque dubium ex supra deductis deciditur: nam non solum exceptio compensationis competit cum sumus in quantitatibus, & creditum ipsius Camilli est li-

71 quidum, cũ sit trita iuris † regula de liquido in quantitatibus compensari posse. l. fi. de compensa. cum concord. sed etiam competit exceptio intẽtionis & facit: iuxta no. in l. qui se debere. de condi. ob causam. Q̃m nulla efficax obligatio oriri potest ex scripto, & per consequens actio, ut late in primo articulo dixi: & si qua competit non ad id ꝙ petitũ est, sed ad primam summam, ut late in secũdo articulo: immo in nihilo cõpetit cũ literæ propter quas agit non sint factæ ex cã scripti nec ſm tenorẽ scripti & culpa præcedente, ut late in tertio articulo deduximus. Ex quibus omnibus saltẽ iunctis cũ unumquodque sufficiat, liquidissime constat Ioannẽ Antoniũ male agere & excludendũ fore ꝙ omnino doctissimũ ac iustissimũ iudicem factũrũ esse pro comperto habeo. Si eos cõponere non potuerit, rogo tñ atque ẽt rogo, ut hos nobilissimos mercatores mihi pariter summa amicitia ꝯiunctos conetur totis uiribus ad concordiam reducere, & licet de fraude & fictis literis fecerim uerbum, id autem non animo iniuriandi, nec quia id sciam dixi, sed secundum factum propositum ac mihi exhibitum scripsi. igitur doctissimus iudex diligenter consideret facti speciem, & prout iuris esse uidetur determinet. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Generali obligatione non comprehenduntur bona expresse cum pœna obligari prohibita.*

2 *Bona emphyteutica de iure sine domini licentia alienari non possunt.*

3 *Filij stipulantis sibi emphyteusim, post eius mortem, habent ius in bonis emphyteuticis ex persona sua, quando fuerunt uocati a concedente.*

4 *Pater filijs in instrumento emphyteutico præiudicare non potest.*

5 *Bona emphyteutica impune pignorari possunt.*

6 *Bona quæ in specie obligari possunt in generali obligatione regulariter continentur.*

7 *Hypotheca generalis comprehendit emphyteutica bona.*

8 *Dispositio comprehendit quod est de iure, & rei conuenit ac uerborum proprietati.*

9 *Dominus prohibens emphyteutam alienare in uno casu in alijs censetur permittere.*

10 *Fideicommisso licet insit conditio si decesserit sine liberis, non inerit tamen si in una duntaxat sui parte fuerit apposita.*

11 *Argumentum a contrario sensu in contractibus recte procedit.*

12 *Dictio, id est, ad dispositionem stat restrictiue.*

13 *Dictiones, taliter, ut, & c. stant limitatiue & restrictiue.*

14 *Fructus & emolumenta rei prohibitæ in specie alienari, ut puta feudi, possunt expresse pignorari, & in generali obligatione cõprehenduntur.*

15 *Iuramentum facit ualere actum, omni meliori modo quo ualere potest.*

16 *Hypothecaria etiam pro fructibus competere potest.*

17 *Prohibita alienari & obligari, ueniunt in obligatione generali, quando nulla incurritur pœna.*

18 *Emolumenta bonorum emphyteuticorum ad libitum sine domini consensu alienari possunt.*

19 *Accipiens emphyteusim pro se & hæredibus suis, non specificando, filijs præiudicare potest.*

20 *Pater obligando bona emphyteutica quæ nõ erant auita sed sibi ipsi primo concessa, filijs præiudicare potest.*

21 *Confessio quæ alias nõ ualet propter geminationem habet effectũ & robur.*

22 *Chirographum contra scribentem facit plenam probationem.*

23 *Confessio de iure ualet quæ fit coram notario & testibus, parte præsente ac acceptante.*

24 *Promissio cum obligatione omnium bonorum facta, quæ requisitas habet solennitates executioni mandari debet.*

25 *Creditor prior tempore, potior est iure.*

26 *Dicto mariti confitentis se emere de pecunijs uxoris, licet regulariter non stetur, propter prohibitam donationem inter ipsos, statur tamen quando est uerisimile, ut quia illa mulier habeat propria bona.*

27 *Confessio patris asserentis se recepisse proprias pecunias filij licet suspecta sit, tamen quando est uerisimilis ualet.*

28 *Confessio inter maritum & uxorem, de recepto etiam ex causa dotis, uti continens donationem præsumptam non ualet.*

29 *Confessio de iure nulla est quæ fit non adhibita causa.*

30 *Confessio continens expressum errorẽ, non præiudicat confitẽti.*

31 *Ratione eadem & fraude qua prima fuit facta confessio præsumitur & facta secunda.*

32 *Reijciendũ illud est per quod legis dispositio elusoria reddi posset.*

33 *Geminata confessio inter personas prohibitas, facta non ualet.*

34 *Firmior scribentium est opinio, iuramentum præsumptam donationem inter coniuges non ualidare.*

35 *Docto. asserentes, iuramentum firmare inter coniuges factam donationem, dicunt illud procedere in præiudicium ipsius confitẽtis, non autem creditorum.*

36 *Falsa causa licet regulariter non uitiet dispositionem, tamen quãdo est obligatoria, & onerosa; uitiat.*

37 *Maritus pecuniam ab uxore recipiens tanquam uxoris, & ita cõfitens licet non præiudicet creditoribus sibi tamen præiudicat.*

38 *Confessio mariti facta uxori, ex uerisimilitudine adiuuatur, quãdo constat de uera numeratione pecuniæ, & confessio non est super numeratione & receptione, sed super eo duntaxat, quod pecunia erat uxoris.*

39 *Confessio mariti de recepto facta uxori, uti in fraudem facta nullum potest creditoribus afferre præiudicium.*

40 *Donatio inter coniuges non ualet.*

41 *Fructus bonorum uxoris paraphernalium, de iure non spectant ad maritum, sed debent uxori restitui per hæredes mariti.*

42 *Fructus rerum paraphernalium in dubio præsumuntur a marito contra uxoris uoluntatem percepti.*

43 *Mulierum genus est auarissimum.*

44 *Mariti tenentur alere uxores de proprijs suis dotibus, & non, e contra.*

45 *Præsumptio dissensus resultat propter reuerentiam quam habere debet uxor marito.*

46 *Verba, non possit, expressa a lege denotant resistentiam legis.*

47 *Actio, est remedium iuris ciuilis.*

48 *Actio indistincte a statuto tolli potest.*

49 *Statutum proprium ius est suorum ciuium, & ab ipsis non obstante lege communi seruari debet.*

50 *Iudices statutis municipalibus debent inhærere, & id solũ seruare quod statuta uolunt.*

51 *Iuris præsumptiones sunt liquidissimæ probationes.*

52 *Statutum faciens mentionem de instrumentali probatione uerificatur si adsint iuris præsumptiones.*

53 *Declaratio ad statutum Bononiæ, sub titu. de dote restitu. §. præterea.*

54 *Fortior statuti præsumptio, tollit debiliores.*

55 *Dictio,*

55 *Dictio, nisi, apposita statuto denotat illud quod uult statutum requiri in uim conditionis.*
56 *Probatio quando requiritur in uim' conditionis uera & propria ac concludens interuenire debet, & si essemus in casu in quo uera haberi non potest.*
57 *Voluntas mulieris præsumitur fuisse: ut maritus suos faceret fructus rerum paraphernalium, quando ipse ad beneficium rerum, ipsas meliorando, multa exposuit.*
58 *Solutionem recipienti datur facultas declarandi ex qua causa receperit, quando ipse soluens illud non declarauit.*
59 *Soluens nec recipiens amplius ex qua causa fuerit facta solutio declarare non possunt, quando post solutionem simpliciter factã transactum fuerit aliquod temporis spacium.*
60. *Solutio facta simpliciter, nõ expressa causa in quam fuerit facta, in duriorem causam cadit, & in eam facta uidetur.*
61 *Causa illa grauior est censenda quæ habet hypothecam, & ualidiorem continet obligationem.*
62 *Durior causa illa dicitur quæ habet faciliorem exactionem & expeditionem.*
63 *Causa dotis habet executionem paratam, & facilius expeditur.*
64 *Obligatio quæ rem respicit fortior est & securior illa quæ respicit personam.*
65 *Pars solutionem simpliciter factam, in eum casum declarare non potest, in quem si aduersario ius declarandi incubuisset, noluisset fieri declarationem.*

RESPONSVM LIIII.

¶ An bona emphyteutica ueniant in obligatione generali omnium bonorum præsentium & futurorum: & an saltẽ eorum fructus, & an confessio a marito uxori cõstante matrimonio facta ualeat in præiudiciũ creditorũ, & an fructus bonorum paraphernalium censeant marito ab uxore remissi qñ uxor nihil dixit, ubi de intelligentia Bononieñ. statuti, & ex qua causa in dubio, uideatur facta solutio.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ In præsenti causa de pluribus dubitari contingit: & primo, an obligans omnia bona sua præsentia, & futura in forma plenissima, & ualida diuersis creditoribus: etiam obligauerit nonnulla sua bona emphyteutica, tam urbana, quam rustica. ¶ Et prima
1 fronte uidebatur q̃ non: † cum in generali obligatione non ueniant bona expresse cum pœna obligari prohibita: ut per Alex. in l. si constante. solu. matri. col. 9. post Bar. in l. codicillis. §. instituto. de leg. 2. Bald. in l. uoluntas C. de fideicommis. Ange. in auth. de resti. & ea quæ parit. in prin. & per eundem Alex. in consi. 16. ubi, & in cõ. 168. uol. 2. & in consi. 41. & 95. uol. 6. & in consi. 10. uol. 7.
2 ¶ Sed ultra † q̃ bona emphyteutica de iure alienari non possunt sine licẽtia domini. l. fi. de iure emphyteu. ubi per docto. omnes abundanter, & in cap. potuit. loca. hæc bona & eorũ melioramenta de quibus agit fuerunt expresse prohibita alienari & obligari, cedi in dotẽ, dari pignori, tam inter uiuos, q̃ ex testã: ut in instrõ emphyteutico late continet, ergo nullo pacto ueniunt in obligationibus generalibus, & maxime cũ cõcessio illorũ bonorũ fuerit facta non solum stipulanti, sed eius filijs, & descendentib. masculis: & ita filij stipulantis habent ius in dictis bonis
3 post † eius mortẽ ex persona sua, cum ipsi sint uocati a cõcedente, iuxta tradita per Bar. in l. ut iurisiurandi. in §. si liberi. de bon. liber. & plene in l. Gal. §. etiam si parente. de liber. & posth. & cum sint hæredes cũ beneficio legis & inuentarij, possunt deducere ea quæ sunt sibi debita: iuxta tradita in l. fi. C. de iur. deliber. & per consequens ista bona sibi a locante concessa: & in quibus nõ potuit expres-
4 se ẽt obligando præiudicare † cum pater filijs uocatis in instrumentis emphyteutico præiudicare non possit: ad not. per Ioan. Andr. in additio. Spec. in §. nunc aliqua. in 2. q. post Odof. quem sequitur. & per Alexan. in consi. 79. Vtrum emphyteusis. col. 4. uol. 5. late per moder. in l. 2. C. de iur. emphyteu. charta. 10. colu. 2. ¶ Maturius uero rem ipsam ponderando determino contrarium. ¶ Et primo: nam de iure cõmuni, licet bona emphyteutica nõ
5 possint alienari, † possunt tñ pignorari impune: gl. cõiter approbata: ubi omnes in l. fi. C. de iure emphy. & per con-
6 sequens ueniunt in obligatione generali, cum † id quod in specie obligari potest, in generali obligatione regulariter contineat: iuxta plene tradita in l. obligatione generali. & in l. lex uectigalis. de pigno. & per doc. post Bar. in l. si constante. in 3. q. tertiæ qõnis principalis, sol. matri. &
7 in terminis † bona emphyteutica uenire in generali hypotheca uoluit Ias. attestans istã esse cõem opi. post alios quos alleg. in l. fi. C. de iure emphy. char. 7. col. 3. & 4. ergo cũ nõ solũ oĩa bona sua obligauerit per generalia uerba, sed uniuersalia & prægnantia ut legenti facile apparebit in pluribus instrumentis, sequit̃ quoque obligasse bona
8 emphyteutica, cum de iure sit, cum † quo partes uident̃ se cõfirmare: ad plene tradita in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. cũ cõcor. ut ibi per Alex. & in l. tres fratres. de pac. ¶ Item quia res est apta comprehendi, cum expresse pignorari possit: s̃m cõem opi. gl. de qua supra, & uerba obligationis de proprietate cõprehẽdunt, ergo dici debet omnino hæc bona sub obligatione comprehendi. ¶ Secundò dico hæc bona emphyteutica ex uoluntate concedentis in hoc casu pignorari potuisse: nam concedens dũ uult bona prædicta non posse alienari nec pignorari &c. simplr̃ nõ prohibet alienari & pignorari, sed per hæc uerba cum hac cõditione & modificatione, scilicet taliter q̃ ius conductionis non transeat ad extraneos hæredes, id
9 est aliorũ sine licentia dominorũ, ergo † cum solũ in hoc casu prohibet in alijs uĩ cõcedere, sc3 qñ ius cõductionis nõ trãsit ad alias personas, cũ prohibitũ in uno casu, in alijs censeat̃ permissum. l. cum prætor. de iudi. c. nonne. de præ-
10 sump. & † ideo licet in fideicõmisso insit cõditio si decesserit sine liberis. l. cum auus. de condi. & demon. tñ nõ inest si in una parte apposuit. Alex. in consi. 31. uol. 3. & ita dicit Barb. in l. cum acutissimi. col. penul. C. de fideicõ. & in
11 cõtẽtibus † argumentum procedit a cõrio sensu. l. si pecuniã si cer. pet. & ibi no. omnes, & in l. j. de offi. eius cui manda. est iurisdi. & in l. inter socerum. §. cum inter. de pac. dota.
12 & dictio † id est, restringit. l. j. ad leg. aquil. cum simi. & di-
13 ctiones taliter, † ut, &c. stant limitatiue & restrictiue: ad not. in c. 2. de tempo. ordi. & in l. quibus diebus. §. termilius. de cond. & demon. ergo uult prohibitionem tm̃ in illo casu habere locũ, sed stant simul alios quibus hypothecata sunt bona habere bona emphyteutica, & eorum emolumentum & ius emphyteuticum esse in persona hæredis ut illis hæredibus finitis finiat̃ ius creditorum, & ipsi sint qui soluant, ergo cum ex conuentione & permissione concedẽtis licitũ fuit pignorare, & in alium transferre supra dicta bona, ac ipsorũ emolumentũ dũmodo ius emphyteuticũ remaneat in persona hæredũ dicendũ est sub obligatione generali cõprehendi debere, & ad creditores deuenire reseruato iure emphyteutico in persona hæredum eo mõ quo supra dixi. ¶ Tertio cõsidero dato & nõ cõcesso bona emphyteutica nõ uenire in generali obligatione de iure cõi, & indistinctè essent prohibita a concedẽte pi-
14 gnorari, nihilominus cũ fructus, & emolumenta rei prohibitę in specie alienari: ut puta feudi † possunt expresse pignorari & in generali obligatione cõprehẽdunt̃: ut per Andr. de Iser. in c. imperialẽ. de prohibi. aliena. feud. per Bal. in c. quæ in ecclesiarum. de cõsti. per Claud. seis. in l. si cõstante. sol. matr. sequit̃ necessario in hãc obligationẽ generalẽ fructus, & emolumentũ horũ bonorũ emphyteuticorũ, in perpetuũ, id est, donec durabit emphyteusis comprehendi, & ad creditores spectare debere, & sic hr̃des in quib. est radicatũ ius emphyteuticũ, erãt obligati permittere creditores percipere emolumẽta ex rebus emphyteu-
15 ticis, & eo magis in casu nr̃o esse d3, cũ adsit iurm̃, q̃ † facit ualere actũ omni meliori mõ, quo potest. l. cũ pater. §. filius matrem. de leg. 2. ubi per Bar. & alios, ergo si quo ad corpora emphyteutica non potest ualere obligatio, saltẽ quo ad emolumenta & fructus ualebit, nulli eñ dubiũ est
16 hypothecariã † ad fructus competere. l. quamuis. cum concord. C. in quib. cau. pign. taci. cõh. & pro ista opi. facit q̃
17 uoluit Soci. in consi. 76. uol. 4. col. fi. sc3, † prohibita alienari

nari.& obligari in obligatione generali uenire, quãdo in nullam incidunt pœnam,sed hoc modo obligando bona emphyteutica quo ad emolumenta non incidunt in pœ-
18 nam,†quia ad libitum possunt alienari sine consensu dñi ut ultra alios uoluit Io.Faber in §.item seruiana. 14. col. insti.de act.Ias.in l.fi.char.7.col.3. de iure emph.ergo dicendum est ex omnibus supradictis saltem emolumenta rerum emphyteuticarũ ipsorũ creditorũ esse, & hæredes teneri permittere creditores ipsa emolumenta percipere quousque durabit dicta emphyteusis,& hoc eo magis ꝓcedit in rebus emphyteuticis rusticis:in quibus nulla adest prohibitio alienationis. ¶ Nec obstant adducta in ꝯrium,qm̃ ex supra deductis apparet responsum:nam procedunt qñ simpl'r sunt prohibita alienari,non aũt in certo casu,ut hic.Secundo non procedunt quo ad emolumẽta quousque durabit emphyteusis in personis comprehẽsis in emphyteusi. Nec obstat non potuisse præiudicare filijs habentibus ius a primo concedente:quia cũ obligãs fuit ille qui accepit pro se & hæredibus suis,non specificã
19 do filijs,†potuit præiudicare : ut uoluit Bal. & sequuntur alij in l.qui se patris.C.unde liberi.col.8.Alex.in cons.19. Super eo.col.4.lib.5.& in consi.18. col.penul. eo. lib. & si qui ꝯdictores reperiant̃,loquunt̃ in feudo auito,& quãdo ultra nomẽ hęredibus,facta est mentio de filijs,quod non est hic:nam ex quo habent ut hæredes, & hæres nõ potest uenire ꝯ factum defuncti. l.cum a matre . de rei uendicatio.nihil possunt dicere,uideantur uerba concessionis & apparebit allegata supra in ꝯrium facere pro ista opin. quia loquunt̃ qñ sunt uocati filij,ut filij,& dicunt secus cũ se qñ sunt uocati hæredes ut hæredes, ut hic fuit. faciunt plene not.in l.ꝙ dr̃.de uerbo.obliga.& eo magis quia fuit
20 primus qui conduxit,& non est emphyteusis auita, † qui potuit præiudicare : iuxta tradita per Sali. & alios in l. 2. C.de iure emphy.attento obligationem esse generalem,& in casu permisso,& in translationem dominij habet inter uenire factum iudicis,& sic est translatio dominij necessaria a iudice facta , concurrentibus istis late alias cõsului, & ponunt mod.in d.l.fi. & admitto maxime quia ut mihi in facto præsupponitur ex causis necessarijs, & sibi ac hæredibus utilissimis obligauit bona prædicta, & ex tenore inuestituræ concedebatur : ut dixi . ¶ Circa s'm dubiũ quo quæritur an confessio facta per defunctum in quodam chirographo & in instrumento publico, ꝙ certam quantitatem precij habuit & recepit ab eius uxore,& propterea obligando bona sua promisit ei per se & suos hæredes francare unam possessionem uenditam per ipsam &c.prosit dictæ uxori ut tanquam creditrix uirtute dictę confessionis possit concurrere una cum alijs creditoribus?Et uidebatur ꝙ sic,cum non solum sit simplex confessio,sed geminata,& in publico instr̃o facta, cum expressa promissione de conseruando indẽnem . Nã confessio
21 † quæ alias non ualet propter geminationem habet effectum,& robur:ut uoluit Roma.in consi.290.& plus dixit in cons.346.geminatam confessionem non posse reuocari prætextu falsitatis &c.per Feli.in c.si cautio. de fide instru.Secundo cum utraque hic de per se ualeat,cum prima
22 sit in chirographo ꝙ † ꝯ scribentem facit plenam probationem:not.in l. rationes.l.exemplo. de fide instrumen.& in l.j.de eden.& in l.admonẽdi.de iureiur.& maximè uirtute statuti nostri,ꝙ uult post eius recognitionem habere uim instrumenti,& istud chirographum audio recognitũ
23 fuisse:ergo &c.Secunda est in instrumento † publico,quę de iure ualet cum sit facta coram notario , & testibus , & parte præsente,& acceptante:ad plene tradita in l. j. & in rubrica de confess.& in d.c.si cautio. de fide instrumen. & maxime cũ adsit iur̃m : ergo multo magis simul coniunctę istę confessiones liquidissimam probationẽ facere debent. ¶ Accedat quoque ultra confessionẽ factã in dicto instr̃o adesse promissionẽ cum obligatione omnium bo-
24 norũ, quæ † cũ suas solennitates habet,executioni debet mandari,nec amplius est disputandũ:iuxta plene tradita in l.post diuisionẽ. C.de iur. & fac. ignoran. per Iason. & mod.& in l.j.in principio.de no.oper.nuncia. & cum hæc obligatio sit anterior forte oĩum creditorũ,ipsis præferri
25 debet,qm̃ † qui prior est tempore potior est iure : regula, qui prior.de reg.iuris. ¶ Nec potest dici istam confessionem uti factam inter personas suspectas , scilicet inter maritum,& uxorem inter quos est timor donationis prohibitę non ualere,quia ualet quando uerisimilis est : arg. eorum quæ ponit Sali.in l.si mater.C.de contrahen. emp.
26 ubi dicit licet non stetur dicto † mariti cõfitentis se emere de pecunijs uxoris, propter prohibitam donationẽ inter ipsos,tñ statur qñ est uerisimile:ut quia illa mulier ha
27 bebat propria bona.Item licet sit†suspecta confessio patris asserentis se recepisse pecunias proprias filij:tñ qñ est uerisimilis ualet:ut quia filius erat in aliquo exercitio, & multa lucrabatur:ut uoluit Ange.in cõsi.153. Pater emit fundum.Alex.in consi.18.Cõsideratis his.lib.3.facit cap. si.de probat.cum ibi no.sequitur Deci.in consi. 96. colu. penul.sed non est uerisimile istã mulierem uendidisse unã possessionem pro tanta quantitate consentiente marito: nisi maritus habuisset illam quantitatem : maximè cum non appareat illas pecunias in aliud fuisse conuersas , & apparet confessio mariti iurata & authentica . ¶ Maturius uero considerans determino contrarium , & dico confessionem qua uxor confitetur illam magnam quãtitatem pecuniæ accepisse contemplatione ipsius mariti, & marito tradidisse,& ꝓpterea maritus ei promisit : ut late in instr̃o nullius momenti esse,& in nullo pręiudicare creditorib.uti a iure prohibitam,& in fraudem creditorũ fa
28 ctam.Nam certum est † confessionẽ inter maritũ, & uxorem de recepto,etiam ex causa dotis,quæ fauorabilis multum est , & habet infinita priuilegia , & respicit publicam utilitatẽ:ad plene tradita in l.j.solu.matr.cũ concord.ibi traditis:uti continentẽ donationẽ præsumptam nõ ualere:ut per Bal.& oẽs in l.j.de dot.cau.& nõ nume. per Bar. in l.cum quis decedens.§.Titia.de leg. 2.& in l. qui testamentũ.de probatio.per Bal.& Ange.in l.penul. §.mulier. solu.matri.& in hoc non laboro,cũ sit cõis opi. ut attestatur Alex.in consi.45.col.2.uol.j.Habita super his.& idem Alex.in consi.26.Viso & considerato.uol.2.& in cõsi.142. uol.5.per totum.& Aret.in consi.85.Diligenter.per totũ. & Soci.ita consuluit attestando esse communem opi.licet de Alex. & prædictis non faciat mentionem in consi. 61. In præsenti consultatione.col.2.uol.j.& in consi.66.colu. 4.eo.lib.cũ pluribus cõcord.quos breuitatis causa omitto:si igit̃ s'm cõem opinio . confessio de recepto ex causa dotis , cũ promissione facta a marito non ualet saltem in præiudicium ipsorũ creditorũ , non obstante ꝙ dotis cã adeo sit fauorabilis,& habeat infinita priuilegia,& publicam utilitatẽ respiciat,ad plene tradita in d.l.j.solu. mat. cum concord.fortius est dicendum cõfessionem de recepto inter coniuges de qua agit,cũ non fuerit ex causa dotis,ut ex uerbis instrumenti apparet nullius esse momẽti & roboris,& ideo magis esse debet,qm̃ huiusmodi cõfessio non solum non est facta ex causa dotis,sed penitus sine causa,ibi, recepisse &c. & non dicit ex qua causa : quo
29 casu confessio†uti indiscreta de iure est nulla:iuxta tradi. in l.2.§.circa.de doli excep.& ponitur in c.si cautio. de fide.instr.cum uulga.Et sic concurrit duplex ratio annullatiua , sc3 ꝙ est sine cã,& ꝙ est facta inter personas prohibitas inter quas de iure non ualet , ẽt cũ omni priuilegiata causa : & rogo ut ad id animaduertant iustissimi ac doctissimi iudices,& apertissime conspicient quam clarissimum sit creditorum ius:nullũ quippe habens in proprijs terminis contradictorem.si igit̃ non ualet talis confessio ratione suspicionis,cum sit facta inter personas prohibitas s'm cõem opin. quanto fortius,cum etiam est nulla ex defectu causæ & magis suspectissima. ¶ Pręterea consi derandum est hanc confessionem , & promissionem esse erroneam:nã per uerba narratiua declarat se recepisse,& propterea teneri ad francandum possessionem uenditam per dictam uxorem ibi,sciens &c.& sic promittit francare &c.nam non sequitur recepi a te certam quantitatem pecuniæ, quam habuisti ex uenditione rei tuę , cum pacto francandi,ergo teneor francare illam, & te indemnem cõseruare ab illa frãcatione,ut de se patet:ergo faciẽdo hãc ꝯsequentiam,& propter hoc promittẽdo apertissime cõ-

stat

ſtat erroneum fuiſſe illum ꝯtractum, & continere expreſſum
30 errorẽ,& per conſequens non † nocet confitenti,cũ in eo deficiat conſenſus.l.non fatetur.de confeſ.& per cõſequẽs obligatio.l.hoc amplius.§.his natura.de regu. iur. l.j.de pac.cũ ſimi. & hoc ſit dictũ ex abundanti & ſufficiat ſaltẽ ad debilitandum ipſum cõtractũ, & obligationẽ,& ſimul cum alijs deductis rẽ facilẽ reddit ad fauorẽ creditorũ. ¶Nec obſtat cõfeſsionem geminatam eſſe, quoniã cum ſit inter perſonas prohibitas a lege in fraudẽ facta præſumitur,& geminatio & triplicatio nihil operat, quia ea ra-
31 tione † qua fit prima & facta eſſe prẹſumitur,eadẽ rõne & fraude ſecunda prẹſumitur eſſe facta. l. doli.uerſic.diuerſum.de nouationib.nã hoc modo prohibitio facta inter
32 coniuges a lege de facile fraudari poſſet,& id † per ꝙ diſpoſitio legis poſſet reddi eluſoria reijciẽdũ eſt gl.in c.quã quã.de uſur.in 6.& no.in c. cũ quid, de reg.iur.eo.li.& in
33 in terminis † geminatã ꝯfeſsionẽ nõ ualere tenẽt Pet.Cy. Pau.& cõiter oẽs doc.in l.in ꝯtractib.§.ſed quoniã.C.de non nu.pec.quæ doctrina abſque dubio procedit in caſu quo prohibita eſt confeſsio,cum ut alias late cõſului:& illud de iuramẽto nihil facit,cum cõis opi.ſit in proprijs terminis in ꝯtrinm.Nam licet ſit altercatio an iurm ualidet do-
34 nationem expreſſam inter coniuges, tñ firmior eſt † opi. ſcribentium non ualidare prẹſumptam, prout eſt in caſu noſtro:ut uoluit Soci.in d.conſi.65. & ſaltem in præiudicium creditorum:prout eſſet hic.nam in hoc conueniunt etiam tenentes iurm ualidare donationem, & dicũt illud
35 procedere in præiudicium ipſius confitentis,† non autẽ creditorum:ut fuit Pau.de Caſt. in conſi. 116.& alij quos prætermitto,ergo cum hic agatur de præiudicio creditorum nihil operatur iuramẽtum. ¶Nec obſtat illud de promiſsione facta in inſtrumento,quoniam cum rogatur a confeſsione,& habet illam pro cauſa:quæ cauſa cum ſit oneroſa,& promiſsioni cohærens,& falſa & ſimulata,ut dixi,reddit promiſsionem nullam:nam licet falſa cauſa nõ uitiet diſpoſitionem.l.demonſtratio falſa.§.quod autem.
36 de cond.& demon.tamen quando demonſtratio † eſt obligatoria,& oneroſa uitiat:ut per Bar. in d. §.quod autẽ. col.3.& ibi per Soci.col.2.cum ſimi. ſed confeſsio habet in ſe obligationem & ex cauſa oneroſa:ergo &c. ¶Nec obſt.illud cõfeſsionẽ inter perſonas prohibitas adiuuari ex ueriſimilitudine,ut per Sali. in d. l. ſi mater &c.quoniã reſpondetur ex dictis ipſiusmet Sali. id procedere in præiudicium ipſius confitentis,non autem in præiudiciũ ip-
37 ſorum creditorũ:patet ibi,dũ dicit,ꝙ qñ † uxor dat pecuniã marito:& maritus recipit illã ut pecuniã uxoris,& ita confitetur,licet non præiudicet creditoribus,ſibi tñ præiudicat.alleg.§.illud.de qualitate dotis.& multa alia &c. & ſic expreſſe uult nõ præiudicare creditorib.& ita loquũtur alia allegata in ꝯtrium, & ita ſi non dicerent profecto domini iudices ita habent iudicare:cum ſatis uiriſimilitudo operetur,ut faciat ualere actum in præiudiciũ confitẽtis:qui alias nõ ualebat:& ſemper fit interpretatio ut alteri nõ fiat in præiudiciũ:iuribus uulgarib.& ut fraudes euitentur &c. præterea in caſu Sali. & aliorũ ſupra allegatorũ:qui dicunt ex ueriſimilitudine confeſsionẽ adiuuari:
38 ꝯſtabat de uera numeratione pecuniæ: & ꝯfeſsio nõ erat ſuper numeratione,& receptione:ſed ſuper eo ꝙ pecunia erat eius qui dedit:ſed in caſu nr̃o eſt ſuper receptione:iõ non faciunt ad propoſitum:cum ſint diuerſi caſus:& ex diuerſis non inferatur.l.Papinianus exuli. de minori.& adeſt etiam diuerſa ratio:nam in numeratione & receptione imputandum eſt parti cur teſtato non numerauerit: adeo ꝙ cũ non appareat de numeratione & confitetur,uidetur in fraudem confiteri:cum id quod palam poteſt fieri:non debet fieri per indirectum & clam: ſed in alio caſu nihil poteſt imputari parti,cum nõ ita probare poteſt pecuniam eſſe mulieris:& in hoc non me extendo, cum non ſit neceſſarium:tum quia doc.non loquuntur in præiudicium creditorum.Item etiam,quoniam agitur coram peritiſsimis uiris:qui per quam facile cõſpicient doctores ſupra allegatos in ꝯtrium loqui in diuerſo caſu diuerſam rationem habente:& ita concludo talem confeſsionẽ nullum inferre præiudicium creditoribus uti in fraudem fa-
39 ctam,quæ † præſumitur,cum ſit inter perſonas prohibitas ꝯfiteri:ut per Soci.in d.conſi.65. & Bal. in d.l.deo nobis.C.de epiſ.& cler.& iſta eſt regula,pro qua eſt iudicandum:ad plene tradita in l.j.de reg. iur. ¶Circa tertium quo quæritur an uxor poſsit petere fructus undecim uel duodecim annorum bonorũ ſuorum perceptos per maritum,& ſi uideatur dicendum ꝙ ſic, cum non ſint dona-
40 ti,nec donari potuerint,†cũ donatio inter ꝯiuges nõ ualeat.l.j.& toto titulo de dona.inter uir. & uxo.& dictum
41 eſt ſupra,& de † iure non ſpectant ad maritum,ſed debẽt reſtitui per hæredes mariti uxori:ut uoluit gl. in l. ubi adhuc.C.de iur.doti.& l.ſi.C.de pac.conuen. utrobique per doc.& per Bar.in l.pen.ad leg.Fal.per Bal.in l.ſi uiua matre.C.de bo.mat.& hoc maxime quando ſunt percepti ꝯ
42 uolũtatem uxoris:ut per Bar.in d.l.pen. quod † in dubio præſumitur,ut inquit Bal.in quodam ſuo conſi.incip. Eſt
43 ſciendum ꝙ mulier.tum quia † mulierum genus eſt auariſsimum.l.ſi ego.ad Velleia. cum ſim. tum quia iſtud eſt dilapidare contra no.in l.cum de indebito. de probationib. id quoque ex congruentia perſonarum præſumitur,
44 cum † mariti teneantur alere uxores de proprijs dotibus ſuis,& non econtra.l.ex annuo.de dona. inter uir.& uxo.
45 & † quia præſumptio diſſenſus reſultat propter reuerẽtiã quam habere debet uxor marito:iuxta tradita per Bar.in l.quẹ dotis.ſol.mat.& late ibi per Bal.quem refert & ſequitur Alex.& dicit iſtam eſſe cõem opinionem in conſi.144. uol.5.¶His tñ non obſtantibus determino contrarium, & dico hic laborãdum nõ eſſe,cum habeamus huius quæſtionis propriam & particularem legem municipalem, ſub tit.de dot.reſt.§.præterea. qua cautum eſt,ut ſi maritus perceperit fructus, & reditus quoſcunque ex rebus paraphernalibus uxoris ſuẹ,uolente uxore non poſsit ipſa uel eius hæredes petere fructus uel eorum æſtimationẽ, quæ uoluntas ſemper præſumitur, niſi uoluntas ꝯtria legitime probetur, ſed cum præſupponitur in caſu noſtro hanc mulierem legitime non probaſſe, ſe noluiſſe maritum fructus percipere,ſequitur neceſſario lege municipali,fructus petere non poſſe,& ſi petat repellendã eſſe, cum
46 lex ipſa petitioni reſiſtat ibi,† non poſsit,quẹ uerba denotant reſiſtentiam legis:ut declarant Bar. & cõiter doc.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.& in l.j.in prin.de uerb.obli.& in terminis ponit Bar.in l.cum lex.in ſi. de fideiuſ.per l.ſi.C.
47 qui & aduer.quos.& † cum actio ſui iuris ciuilis remediũ. l.2.§. deinde.de origin. iuris.& plene nota. inſtitu.de actio.in prin.a ſtatuto ꝙ eſt proprium ius ciuile ciuitatis: ad plene tradita in l.omnes populi.de iuſt. & iur.& in c.ut animarum.de conſt.in 6.de iure potuit tolli, cum ea quæ ſunt iuris ciuilis eo iure tolli poſsint. l. nihil tam naturale.de reg.iur.l. ab emptione. de pac. cum ſimi.& indiſtin-
48 cte † actionem a ſtatuto tolli poſſe, cum ſit iuris ciuilis: ponunt doc.in l.omnes populi.de iuſti.& iure.& in materia derogationis:& per Bar.& Imol.in l.ſequitur.§.uiã,de uſucap.& per mod.inſti.actio.in prin. in ult. char. &c.cũ igit̃ ſit actio ſublata mulieri a ſtatuto, & ab eo id indiſtincte fieri potuit,res redditur clariſsima,& amplius non eſt comprobanda,cum ſtatutum ſit ius proprium ciuitatis,
49 & ſolum † ipſum non obſtante lege cõi ſit ſeruandũ,cũ in eo loco ſit ius cõe:ut plene no.in d.l.omnes populi.de iuſti.& iur.& ponit Alex.in conſi.34.uol. 6. & dicit Bal.in l. Gallus.in §.ſi eius.in 2.notab.de lib.& poſth.ꝙ cũ habeamus ſtatuti determinationem ulterius non eſſe inueſtigãdum:& Bal.poſt gl.in c.quoniam frequenter.§.ꝙ ſi ſuper
50 in ſi.ut lite non conteſt.dicit iudices † ſtatutis municipalibus debere inhẹrere,& id ſolum ſeruare,ꝙ ſtatuta uolũt. ergo omnino iuſtiſsimi iudices ac docti mulierem id petentem habebunt excludere & repellere. ¶Nec obſt.mulierem poſſe petere tales fructus:& non præſumi conſentire ſecundum communem opi.de qua ſupra,quia illa opinio procedit de iure cõi,cum in omnibus ſtatutum derogauit, ꝓut derogare potuit,ut ſupra,& primo petitioni, cum dicit nõ poſſe petere,ſecundo præſumptioni, cum dixit ſemper præſumi uelle,niſi probetur cõtraria uolũtas. ¶Nec obſt.ſi dicatur ex præſumptionib. ſupra deductis,
51 & ſimilibus,ſatis legitime probatur † uoluntas mulieris cum

cum præsumptiones sint liquidissimę probationes. l. si quis locuples.de manu.test.l.licet imperator.de leg.j.ubi latè per doctor. per Abb. in capitu.1.de cleric.nō resi.in
52 2.not.adeo ꝙ si † statutum faciat mentionem de instrumentali probatione iuris præsump. sufficiunt: ut uoluit Bal.in l.j.col.6.uero ꝙ si statutum. C. de fideic.quoniam ad istud respondetur statutum non simpliciter considerare probationem in contrarium,sed dicit semper præsumi uoluntatem,& postea excipit nisi legitime probaretur ꝯ-
53 rium.Nam † ex quo expresse uult uoluntatem semper prę sumi,& sic omni casu inducit præsumptionem iuris:iuxta tradita in rub.de præsump.& in l.fi.quod met.cau.sequitur alias præsumptiones in ꝯrium a iure inductas esse exclusas,cum alias non procederet præsumptio statuti,cū regulariter a iure præsumatur ꝯrium,ut dixi,& ita hæc sta
54 tuti præsumptio † tollit alias:arg.no.in l.diuus.de in integrum restitutio.& in l.cum de indebito. per Bar.de probationib.cum simi. ¶Præterea cum concedat probationem
55 per modum conditionis † quę colligitur ex dictione nisi: ut per Bar.in l.j.de cond.& demon. ubi per omnes,concedit quoque non simpliciter, sed per uerbum legitime,sequitur præsumptiones iuris non sufficere in hoc casu:immo probationes quæ alias admittuntur, in hoc casu reij-
56 ciuntur:† quoniam tunc uera & propria, ac concludens probatio requiritur,etiam si essemus in casu quo uera haberi non potest,quo casu solent admitti impropriæ:ut est tex.in l.Lucius.de cond.& demon. & ibi Bar.in l.ait prætor.§.si iudex.de re iudic.& per Alex. in d.l.licet imperator.& ita etiam est quando fit mentio de legitima probatione:ut est gl.in l.cū de indebito.de probationib.in uerbo,legitimis.& ponunt Dec.& mod. in rub.de probationib.ergo fortius hic,cum non solum fit mentio de legitima probatione, sed ēt per modum conditionis ultra præsumptiones inductas non admittuntur probationes quæ non sint uerę,proprię,& concludentes,& omnes præsumptiones,ac coniecturę ac semiplenę probationes cessant, & hoc tāto magis in casu nostro esse debet, cum etiam ex lege cōi concurrat præsumptio uoluntatis permissionis mulieris,ex quo iste ad beneficium mulieris multa exposuit ipsas meliorando,& maxime ædificia in eis construē-
57 do,& alia quæ præsupponuntur in † facto, ex quibus præsumitur uoluntas de iure communi : iuxta tradita in d.l. ubi adhuc.de iur.dot.& in alijs supra allegatis, adest etiā alia præsumptio,quia præsumitur se uoluisse ꝯfirmare cū dispositione statuti:ad plene tradita in l. hæredes mei.§. cum ita.ad treb.per Alex.& alios,ad quæ omnia rogo ut animaduertant domini iudices, & quam facile ipsis apparebit de huiusmodi fructibus hanc mulierem nullum uerbum facere posse. ¶Circa quartum quo quæritur an solutiones factæ per maritū suæ sorori cedant in causam dotis uel alterius crediti.Et si uidebatur dicendum ꝙ nō,
58 cū † ipse soluens non dixerit,& propterea datur facultas ipsi mulieri recipiēti:ut declaret ex qua causa accepit:iuxta tex.in l.j.de sol.cum seq.nam imputādum fuit ipsi,qui soluendo non dixit ex qua cā:ut no. in d.l.j.& in l.cum ex plurib.eo.tit.de solutionib.cum concor. ibi traditis.

¶Nihilominus in hoc casu determino ꝯriū,& dico solutiones prius factas per maritum dictæ sorori simpliciter fuisse factas in causam dotis,& præsuppono maritū fuisse debitorem dictæ sorori ex pluribus causis & diuersarum quantitatum. ¶Secundò non expressisse ex qua causa soluebat,nec dictam sororem ex qua causa accipiebat.

¶Tertiò dictam sororem ex solutionib. pecuniarijs primo factis fecisse in rebus securis inuestituras,ut mihi in facto præsuppositum est. ¶Quibus præsuppositis sequitur quod cum nullus nec soluens,nec recipiens declarauerit ex qua causa sit solutum, & aliquod tēporum spacium
59 transactum † est,quod ab aliquo istorum amplius declarari non potest:secundum gl,Bar.Pau.de Cast.& alios,in
60 d.l.j.de solu. ¶Sequitur & secundo cecidisse † in causam duriorem:d.l.j.in l. si ex pluribus.§.fi.l.in his.l.cū ex plurib.& ubique no.de solu.per Alex.in consi.39.uolu.7. per Soc.in consi.24.uol.3.cum concor. ubi potius uolūt in duriorem,quam antiquiorem, sed causa dotis dicitur durior,ergo in causam dotis solutum esse vī.minor pro-
61 batur:nam illa † causa dicitur grauior quæ habet maiorē obligationē,& hypothecam, & ualidiorem obligationē: secundum Bar.in d.l.cum ex plurib.& per Alex.& Soci.in dictis consilijs:sed causa dotis habet ualidiorem obligationem,cum cæteris præferatur,& habet infinita priuilegia,& hypothecas.l.assiduis.qui potio. in pigno.hab. l.j. de rei uxo.actio.plene no.in l.j.sol.mat. & per Bal.nouel. in trac.de dote, ergo &c. ¶Secundò illa causa dicitur
62 † durior quæ habet faciliorem exactionem, & expeditionem l.si quid ex famosa.& d.l.cum ex plurib. & ibi Bar.&
63 alij,de solu.sed causa dotis habet executionem † paratā, & facilius expeditur.l.j.§. taceat. de rei uxo. actio. & ibi abundanter no.p doc.in l.j.sol.mat. & in alijs locis ī allegatis, ergo &c. ¶Secundò principaliter probatur in causam dotis solutionem factam dici, quia si ita intelligatur tendit ad fauorem dotis,cum illæ pecuniæ fuerint inuestitæ in rebus securis:ut præsuppositū est. & magis dos poterat & potest conseruari in dictis rebus, quam in obligatione personali contra maritum, & eius hæredes, cum
64 † plus cautionis in rem sit,quam in personam.l.plus cautionis.de reg.iur. cum concor. ibi per Dec.cum in dubio sit respondendum pro dote.l.semper. de reg.iur.sequitur in causam dotis solutionem factam fuisse arbitrādū esse.

¶Nec obst.ex quo soluens non declarauit ex qua cā soluerit tributam fuisse facultatē creditori declarādi, quia id est uerū,sed ut creditor possit declarare causam requirit ꝙ incontinenti declaret, ꝙ quidem non fuit factū per istam mulierem,ergo amplius non potest declarare:ut uolunt gl.Bar.Pau.de Cast.& alij,in l.j.cum seq.de solu.

¶Præterea & si declarare posset ipsa uēditrix : adhuc dici debet ꝙ nō posset in aliā cām declarare, quā dotis,cū sit
65 grauior & magis ipsi creditori utilior & † pars nō pōt declarare in cā in qua si in casu econtrario esset nō uellet ita aduersariū eligere:ut est tex.in d.l.j.de solu.in uer.æquissimū.& ibi no.Pau.de Cas.& facit tex. in l.fi. eo.tit.C.sed profecto nollet illū ita declarare nisi in hāc cām utiliorē & grauiorem ex rationibus supra deductis:ergo &c.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Promissio iurata de non alienando facta ad utilitatem recipientis emphyteusim,operatur quod si alienatio subsequatur est ipso iure nulla.*
2 *Iuramentum ac iurata obligat præcise.*
3 *Exceptio priuationis a tertio opponi potest, quando ipso iure interuenit priuatio.*
4 *Argumentum a contrario, secundum Bald. non fit in uerbis negatiuis.*
5 *Emphyteusi ex prouidentia debita filijs, nullus actus in ea factus per patrem filijs præiudicare potest.*
6 *Filij succedentes patri cum beneficio inuentarij, non tenentur de emphyteusi sibi ex prouidentia debita paternis creditoribus satisfacere.*
7 *Emphyteusis illa dicitur hæreditaria quæ transit ad quoscunque hæredes,alias dicitur ex prouidentia.*
8 *Emphyteusis ecclesiastica sui natura non transit ad hæredes extraneos.*
9 *Verbum hæredibus,ratione materiæ subiectæ capitur pro filijs & descendentibus & hæredibus sanguinis.*
10 *Hæredis appellatione in materia feudali in dubio, intelligitur de hærede sanguinis.*
11 *Quod eo magis procedere debet,quando dictum est in concessione, pro hæredibus masculis,quod uerbum operatur ut de descendētibus intelligatur.*
12 *Obligatio fructuum rei emphyteuticæ non durat ultra mortem obligationis.*
13 *Emphyteusis ecclesiastica ita sub generali hypotheca comprehenditur,sicuti & illa comprehenditur quæ est priuati.*
14 *Emphyteusis ut sub generali obligatione comprehendatur, non est necessarium ut dicatur saluo iure domini,secundum communem opinio.*

15 *Decla-*

15 *Declaratio ad dictum Bar.in l.tutor.§.fi.de pigno.actio.*
16 *Argumentum a contrario sensu non sumitur ex dictis unius doctoris,saltem contra communem.*
17 *Dictio taliter,stat restrictiue & qualificatiue.*
18 *Dictum Bal.in l.2.de cond.inser. uolentis argumentum a contrario sensu non posse sumi in uerbis negatius communiter damnatur.*
19 *Argumentum a contrario sensu sumitur etiam ad correctionem iuris,quando uerba in sensu directo nihil operarentur.*
20 *Interpretatio ea capi debet per quã unitas sermonis nõ diuiditur.*
21 *Expressum in uno casu habet locum in alio,in quo diuersitatis ratio reddi non potest.*
22 *Exceptio loquens in uno casu uendicat sibi locum in alio simili, uel in quo militat similis ratio.*
23 *Argumentum ab ultimis uoluntatibus ad contractus ualidũ est.*
24 *Contractus emphyteuticus celebratus cum ecclesia,licet sit ipso iure nullus,tamen talis exceptio a tertio opponi non potest.*
25 *Priuatio emphyteutæ fit ipso iure si dominus uoluerit.*
26 *Iuramentum sequitur naturam actus super quo interponitur,& in eo subauditur conditio quæ est de natura actus.*
27 *Causa commoditatis & maioris utilitatis sufficiunt ad rem ecclesiasticam alienandum.*
28 *Emphyteusis ecclesiastica facta cum debitis solennitatibus,cõcurrentibus causis habilibus ad alienandum, transit ad extraneos hæredes.*
29 *Bona de quibus non constat quod sint ecclesiæ,per cõcessionem in emphyteusim facta ab ecclesia,efficiuntur ecclesiæ.*
30 *Verbum hæredes,maxime quando adest uerbum masculos,intelligitur de descendentibus,quando sumus in emphyteusi quæ nõ transit ad extraneos hæredes.*
31 *Verbum hæredibus,in concessione emphyteusis,licet intelligetur de descendentibus,requiritur tamen quod sint hæredes.*
32 *Theorica Bar.in l.iurisiurandi.§.si liberi.de oper.libert.communiter approbatur.*
33 *Expressum est fortius tacito.*
34 *Beneficium inuentarij non prodest hæredibus quominus teneantur quatenus patiuntur uires hæreditatis, & emphyteusis,quãdo emphyteusis est transitoria ad extraneos, uel saltem ad descendentes,cum hac conditione quod sint hæredes.*
35 *Opinio in doctore uariante ea attenditur in qua magis scripsit, & quam ultimo firmauit.*
36 *Concessio emphyteusis,facta pro se & hæredib. & successoribus, ac descendentibus copulatiue,requirit quod descendentes sint hæredes.Et uerbum hæredibus non exponitur pro descendentibus, sed requiritur concursus utriusque.*
37 *Contractus omnis,excepta donatione inter uirum & uxorem celebrari potest.*
38 *Confessio facta a marito uxori,concurrentibus pluribus præsumptionibus,non præsumitur facta ex causa donationis.*
39 *Plures præsumptiones unicam uincere debent.*
40 *Donatio præsumpta inter uirũ & uxorẽ non firmatur iuramẽto.*
41 *Iuramentum promissoriũ operatur,ut ualeat præsumpta donatio.*
42 *Confessio de recepto,etiam ex causa dotis a marito facta, etiam iuramento firmata nullius est roboris,& creditoribus non præiudicat,nec morte confirmatur.*
43 *Confessio facta penitus sine causa non ualet.*
44 *Confessio indiscreta & erronea,& continens manifestum iuris errorem non præiudicat confitenti.*
45 *Doctor non reperitur, qui asserat confessionem sine causa, & erroneam, ac indiscretam, & manifestum errorem continentẽ inter prohibitas personas, ex aliquibus coniecturis conualidari.*
46 *Vanus circuitus euitari debet.*
47 *Frustra fit per plura,& longa manu,quod breui & per pauciora fieri potest.*
48 *Confessio inter prohibitas personas ex postfacto emanata, cum ab initio fieri posset uehementem fraudis generat suspicionem.*
49 *Insolitum est quod quis se obliget ad id de quo tenebatur per chirographum,quod habet uim instrumenti ex forma statutorum ciuitatis,& de iure communi post recognitionem.*
50 *Cautela insolita,suspicionem,ac actus simulationem probat.*
51 *Deterioris conditionis est maritus, quando uendit bona uxoris cum pacto francandi,quam si propria bona uendidisset.*
52 *Consuetudo uiri attendi debet.*
53 *Contractus aliquos in aliquo actu interuenisse non possumus præsumere,quando in eo ea duntaxat quæ illorum contractuum naturæ repugnant,fuerunt expressa.*
2 *Communis opinio est de iure canonico, uiduam post annum usuras,seu interesse dotis non solutæ,petere non posse.*
3 *Communis opi.de qua supra non habet locum,quando secundo nupsit mulier,quia tunc secundus maritus uel eius hæredes, usuras seu interesse,ab hæredibus primi mariti petere possunt.*
4 *Item non habet locum quando mulier fecit quicquid potuit ut dotem consequeretur.*
5 *Interesse in actionibus bonæ fidei ex mora debetur.*
6 *Item non procedit dicta cõis opinio,quando si mulier dotem habuisset parata erat emere fundum,& ita fuit protestata.*
7 *Interesse amorosis in quacunque materia peti potest.*

RESPONSVM LVI.

¶ Quando mulier soluto matrimonio usuras dotis nõ restitutæ petere possit.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ Visis elegantissimis allegationibus d.Pau.Marij Pisaurensis acutissimi discipuli mei in hoc articulo an mulier soluto matrimonio elapsis nouem annis dotem,usuras seu interesse petere possit,& licet
1 de iure ciuili hoc non habeat † difficultatem. l.j.§.exact. de rei uxo.act.& ibi no.omnes:difficultas tamen est de iure canonico,& uidetur quod non,ut per Innocen.& Ioan. Andr.in c.salubriter.de usur.Bar.& alij in l.in sulam.§.usuras.& in l.si constante.§.quoties.sol.mat.& in consi.128.
2 Franciscus,& est † communis opi.ut attestatur Corne.in consi.71.lib.4.& ius canonicum in materia usurarum spectandum est.cle.1.de usu. ¶ Contrarium tamen determino & transeo cum opinione præfati.d.Pau. quã ultra subtiliter per eum deducta comprobo & præsuppono ꝙ ista mulier secundo nupsit & tunc temporis secundi matrimonij maritus uel eius hæredes possunt petere usuras dotis
3 ab hæredibus primi mariti:ita uoluit † Bar.in dicto consi. præallega.& in hoc non repugnat communis opi.quia loquitur in muliere,immo militat ratio alterius communis opi.quod maritus potest petere usuras,quia sustinet onera matrimonij:de qua communi opinio.in d.c.salubriter. & in d.§.usuras.& in l.diuortio.sol.mat.& alibi sæpe.& in hoc non stat difficultas,sed dubium est in tempore quo mulier non habuit secundum uirum, & tunc dico in hoc casu usuras petere posse,sed ut alimenta & interesse præsupposito uno ꝙ hæredes uiri fuerunt in mora per interpellationem iudicialem & continuam litem, & mulier fecit quicquid potuit ut haberet : & ipsi calumniando distulerunt usque ad tempus præfatum quo stante dico & si mulier usuras petere non possit, cum erat in facultate

4 sua habere dotem, & non petijt, cum quando fecit † quicquid potuit: & facto aduersarij cōsequi dotem non potuit omnino habere debet interesse saltē officio iudicis, & hoc
5 quia est actio bonę fidei. §. fuerat. insti. de act. & in † bonę fidei uenit interesse. l. socium qui in eo. cum ibi no. pro socio. facit gl. cum ibi no. in c. cum quæstus. de usur. in l. ij. & in l. cum allegas. C. de usuris. & facit, quia cessat ratio communis opi. in contrarium relatę, nam ideo non potest habere usuras & interesse post annum, quia est in facultate sua habere dotem, ergo sentiunt communiter doc. citati in contrarium, quod si non est in facultate sua & adhibuit omnem diligentiam ꝙ interesse habere debet, cum cesset omnis suspicio fraudis adhibitę circa usuras, sed ita fuit hic, ergo &c. & ꝙ communis opi. debeat limitari in hoc casu ut non procedat quando mulier fecit quicquid potuit: ita uoluit Alex. post Rom. & Imo. in l. diuor. sol. mat. ubi mod. cōmuniter sequuntur: ut ibi in col. 2. attestatur Clau. Seis. & sequitur Alex. in consi. 27. Viso. themate. uol. 4. & in consi. 74. uolum. 5. & Ang. in consi. 142. Et hoc eo magis esse debet in casu nostro, cum si mulier suam pecu-
6 niā habuisset parata † erat fundū emere & ita protestata est, nam hoc casu pōt petere interesse ex mora: ita Alex. & cōiter doc. in l. insulam. §. usuras. solu. matri. Rom. in cōsi. 58. In casu propositæ. Alex. consi. 221. in pen. col. super tit. uol. 2. Pau. de Cast. in consi. 187. in 2. col. sequuntur doc. in d. l. diuor. & hoc aliter non corroboro, cum in iure
7 tritissimum sit in quacunq; materia a † morosis interesse peti posse: ut latissime per omnes in l. uinum. & in l. quod te. si cer. pet. per Pet. de Anch. in consi. 149. in q. quæ uertitur. col. 2. Alex. in consi. 20. uol. 2. Are. in consi. 9. Eleganter. Raph. in consi. 29. Dec. in consil. 39. & in consi. 111. & 116. & in cōs. 183. col. 2. & alibi sæpe per omnes. ergo quāto fortius in hac materia tam priuilegiata & fauorabili debet interesse peti posse, & ex his apparet cōem in ꝯrium allegatam non loqui in his terminis, immo cessante ratione concurrere in hanc sententiam. Laus Deo.

¶ Et ita iuris esse dico ego Hier. Gra. V.I.D. minimus.

SVMMARIUM.

1 *Vsuræ nullo iure debentur.*
2 *Vsura est, quicquid accedit sorti.*
3 *Maritus qui dum præstaret alimenta uxori nihil fuit protestatus, censetur illa remisisse affectione coniugali, declara ut numero 6.*
4 *Interesse ratione oneris gratia alicuius supportati de iure debetur.*
5 *Pater propter dotem non præstitam tenetur ad interesse marito filiæ, ratione expensarum, quas patitur maritus in alimentando uxorem, secundum communem.*
6 *Maritus præstans alimenta uxori & non protestans uidetur remittere affectione coniugali, quando ipsa est infirma, uel nulla dos fuit promissa, alias secus.*
7 *Maritus non tenetur ad alimenta uxori præstanda quando culpa sua non habitat cum eo.*

RESPONSVM LVII.

¶ An socer teneatur ad usuras dotis promissæ & non solutę, & an mulier culpa sua cum uiro non habitans amittat alimenta.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ Visa hac facti specie quæ subijcitur cognoui non esse causam Pubij Męuij nec Virginiæ, sed nobiliū Bononiensium affinium, & ualde mei amicorum, & decreueram, nec ullum quidem uerbum de ea facere, uerum non precibus solum, sed ut uera fatear, tędio, ac importunitate mariti, necessariū mihi fuit hæc paucula scribere, sæpius prius monito marito ut hæc non ageret, & animaduerteret factum aliter se habere, ut publicū ac notorium est in ciuitate, & rogaui ut alteri doc. asscriberet. ¶ Thema talę est. Publius Męuius Virginiā filiā Lucij Titij duxit in uxorem, cū promissione dotis facta per Lucium Titium de certa quantitate, cuius pars fuit soluta tēpore quo Virginia ad domum mariti se ꝯtulit, reliqua uero pars nūquā fuit soluta. deinde Virginia sine culpa mariti, sed culpa sua aufugit & iam per biennium cū marito nō stetit, ex hoc themate contigit de duob. dubitari. ¶ Et primo an Lucius Titius pater teneatur pro parte dotis non solutę ad usuras, seu interesse pro alimētis ipsi marito. ¶ Secundo an uxor nō existens cū uiro sui culpa debeat habere alimenta a uiro ex dote ipsi tradita. ¶ Circa
1 primum uidebatur prima fronte quod non, † quia usuræ nullo iure debentur. c. super eo. extra de usur. & no. in l. cū-
2 ctos populos. C. de sum. tri. & fid. cath. & quicquid † accedit sorti usura est. c. plerique. & seq. 14. q. 3. gl. & doc. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pet. ergo maritus tātum sortē petere poterit. ¶ Secundo quia & si debitę essent usuræ de iure, tñ ex quo dantur loco alimentorum, & maritus pstā-
3 do alimenta nihil dixit † ; vr remisisse affectione coniugali: ut no. in l. ꝙ in uxorem. C. de neg. gest. cum concor. ¶ His tamen non obstantibus ueritas est in contrarium, quia illę usurę non debentur ut usurę, sed ut alimēta & interesse ratione expēsarum quas patitur maritus in alimē-
4 tādo uxorem, & † interesse ratione oneris gratia alicuius supportati de iure debetur, ita no. communiter doc. in c. salubriter. de usur. & in c. conquestus. eo. tit. & in proprijs terminis ita uoluit Bar. in l. insulam. §. usuras. ubi doc. cōmuniter. ff. sol. mat. & asserunt istud procedere etiam de iure canonico, & ibi Alex. attestatur istam esse communem
5 † opinionem maxime contra patrem. & idem attestatur in ꝯs. 63. col. 2. uol. 4. & in ꝯsi. 21. uol. 7. & idem dicit Soci. in consi. 103. uol. 4. & in consi. 88. col. 4. uersi. 2. difficultas. eod. uolumi. 4. & in consi. 176. uol. 2. & mod. repetentes in l. curabit. de actio. emptio. ponit Dec. in consi. 119. licet de istis non faciat mentionem, & dicit Corne. in consi. 164. uolum. 3. ita communiter obseruari: & ita apparet hoc esse in iure firmissimum, & ideo rationibus & alijs authoritatibus non comprobo, sed solum ad adducta in contrarium respondeo. ¶ Et ad primum dico quod nō accedit sorti simpliciter, sed datur ratione oneris supportati, ita quod ille qui recipit iuris censura nihil lucratur, contrarium autem procedit quando solum propter sortē dat & sapit lucrum. ¶ Non obst. eas uideri remissas ex
6 quo præstando non est protestatus, † quia illud procedit quando mulier est infirma, secus si sit sana: secūdum Imol. in dicta. l. insulam. §. usuras. solu. matri. Item quando nulla dos esset promissa secundum Alexan. in d. consil. 21. col. 4. uol. 7. sed hic non fuit infirma & dos fuit promissa, ergo &c. ¶ Circa secundum dubium breuibus me ab-
7 soluo, cum sit firma doctrina, non oportere † uirum præstare alimēta uxori qñ culpa sua non habitat cū eo, ut per Cy. Bal. Iacob. Sali. & communiter doc. in l. quod in uxorē. C. de negotijs gestis. & Aret. in §. actionum. institutio. de actionibus quod eo magis in hoc casu habet locum, cum ipsa fugit ex causa sua & sui culpa, & his in facto præsuppositis, contradictor in proprijs terminis non reperitur. Laus Deo.

Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIUM.

1 *Vxor petens domum quæ fuit quondam eius mariti sibi adiudicari uirtute obligationis generalis omnium bonorum occasione dotis factæ cum constituto maritum possedisse præfatam domum tempore contractæ obligationis probare tenetur.*
2 *Quod procedit siue agat contra constituentem, siue contra eius hæredes existente obligatione generali in utroque casu.*
3 *Possessio morte finitur.*
4 *Pacto principali sublato accessoria quoque tolluntur.*
5 *Constitutum post mortem non ualet.*
6 *Vxor intentans actionem pro dote intra tempus miserationis gratia datum exceptione repelli debet.*
7 *Contractus ex conuentione partium legem accipiunt.*
8 *Clausula sibi ius & iustitiam ministrari &c. operatur ut iudex*

pro

pro agnata habeat proferre sententiam licet agens illud expresse nõ deduxerit.
9 *Clausula & omni meliori modo &c. operatur ut actus, ac petitio sustineatur ex illo capite quo fieri potuit.*
10 *Pars inepta libelli, non habet uitiare aptam.*
11 *Instrumentum rem notoriam facit.*
12 *Instrumentum cui nihil opponit habet executionem paratam.*
13 *Petitorium non est accessorium ad possessorium, & sublato possessorio petitorium non tollitur.*
14 *Agens uirtute constituti de bonis præsentibus & futuris sufficit ꝙ probet constituentem possedisse saltem tempore mortis.*
15 *Potestas ingrediendi propria authoritate non solum transit contra hæredes, sed contra singularem successorem.*
16 *Pactum de ingrediendo propria authoritate super iure personali non transit ad hæredem.*
17 *Pactum de ingrediendo propria authoritate sui natura potest stare de per se absque constituto.*
18 *Verba interpretantur ut stent per prius & non per posterius.*
19 *Actus debet interpretari contra illum qui se fundat in illo.*
20 *Potestas ingrediendi possessionem propria authoritate non reuocato precario data alicui non potest censeri concessa accessoriæ ad precarium.*
21 *Statutum loci in quo celebratus est contractus in dotis exactione non attenditur; sed statutum loci mariti & in quo fit exactio.*
22 *Opinio Imo. in l. ita stipulatus. colum. penul. de uerb. obli. communiter reprobatur.*
23 *Communis opinio in iudicando sequi debet.*
24 *Hæredes mariti qui non grauantur soluere saltem per indirectũ, cogi poterunt intra annum datum miserationis gratia restituere dotem.*
25 *Compensatio est ficta solutio.*
26 *Obligatus ad dotis restitutionem commoditati & exceptioni lege concessæ, scilicet ne intra annum cogi possit renunciare potest.*

RESPONSVM LVIII.

¶An pactum de sibi satisfaciendo &c. sit separatum a cõstituto, & uideatur intentatum propter clausulam ius & iustitiam, & omni meliori modo, & quando dos exigitur cuius loci statuta attendãtur. Et an uxor agens ad dotem intra tempus datum gratia miserationis exceptione repelli possit, & multa egregia in materia pacti de ingrediẽdo propria authoritate.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Videtur prima fronte .d. Mariam petẽtem sibi adiudicari ex secundo decreto domum habitationis Bernardini quondam eius mariti uirtute instrumenti dotalis reijciendam fore ex pluribus.

¶Et primo quia non probauit Bernardinum possedisse dictam domum tempore obligationis factæ generaliter
1 † omnium bonorum: nam in constituto uel precario super obligatione generali requiritur talis probatio: ut per Ang. Alex. & omnes in l. quamuis. in §. si conducta. de acq. poss. & in l. quod meo. eo. ti. quod non procedit, siue aga-
2 tur contra constituentem, † siue contra eius hæredes, cum non detur bona ratio diuersitatis existente obligatione generali in utroque casu.

¶Secundo demonstratur: nam constitutum & precariũ, cum sint facta tantum in persona Bernardini, & sic Bernardinus possidebat nomine uxoris sequitur ꝙ mortuo Bernardino omnis possessio quam habebat Maria per Bernar-
3 dinum cessauit cum possessio morte † sit finita, & nõ transit in hæredem. l. cum hæredes. de acq. poss. cum ibi plene no. & sic extinctum est constitutum: faciunt no. per Ro. in consi. 189. Corn. in consi. 190. uol. 1. Ias. in §. item si quis in fraudem. insti. de act. nec pactum de ingrediẽdo habet
4 iuuare, cum sit accessorium ad constitutum, & † sublato principali tollitur accessorium. c. accessorium. de reg. iur. in 6. ubi no. & in l. cum principalis. eo. ti. per Alex. in consi. 142. uolumi. 5. in princip.

¶Præterea uidebatur ꝙ ista licentia in noua possessione apprehensa non habeat prodesse, cum esset de possessione
5 non sua, sicut non † ualet cõstitutum post mortem: ut per Ang. Alex. & alios in l. quamuis. de acq. pos. ¶Tertio uidetur male legisse, cum actionem intentauerit intra annum, & sic tempus miserationis gratia datũ. l. j. de rei uxo.
6 act. quo casu exceptio † repelli debet: ut uoluit Imo. in c. j. de plus pet. per tex. in l. intra diem. de re iud. ¶Melius tamen considerando determino contrarium: & pro ueritate demonstranda nonnulla præsuppono. ¶Et primo hanc meliorem habere hypothecam bonorum præsentiũ & futurorum, & ea bona maritus constituit se possidere nomine uxoris, ut expresse dicitur in instrumento.

¶Secũdo marito in dicto instrõ dedit potestatem etiam in reuocato precario ingrediendi, uendendi, & sibi satisfaciendi pro iusto precio, & se indemnem & penitus sine damno aliquo conseruandi. ¶Tertio præsuppono hanc mulierem petẽtem adiudicationem suarum dotium esse hæredem usufructuariam & proprietariam quousque uixerit: ut cõstat per testamentũ sui mariti: & ita quodãmodo agit pro dote aduersus semetipsam uti hęredẽ mariti.

¶His sic præmissis liquidissime constat hanc mulierem petentẽ sibi adiudicari domum hypothecatam pro dote, cum potestate ingrediẽdi, & satisfaciendi, ac se indemnẽ constituendi, exaudiendam fore; & domum declarato uero precio ei adiudicãdam esse, cum id ex cõtractu, ac partium conuentione fieri debet, nam contractus a partium
7 conuentione legem † recipit. l. j. §. legem. depo si. & secundum illam exequendus est: ut plene not. in l. legem. C. de pac. l. 3. de contrah. emp. cum simi. si igitur propria authoritate sibi potest hæc mulier pro uero precio satisfacere, & id maritus concesit, quanto fortius uoluit ipsi petenti iudicem adiudicare debere: & id aliter nõ corroboro, cũ nullam habeat difficultatem, & iudex propter clausulam sibi ius & iustitiam ministrari, debet præferre sententiam
8 pro agente si ex † processu potest colligere ex aliquo capite eũ fouere iustitiã, lꝫ agẽs expresse illud nõ deduxerit: ut per Ias. post alios in §. omniũ. insti. de act. faciunt no. per Soci. in consi. 127. In casu. uol. 1. col. fi. & per omnes in c. 2. de ordi. cogni. ergo quanto fortius in casu nostro dictus iudex debet adiudicare dictã domum propter istam conuentionem, cũ non solũ petat hęc mulier sibi ius & iustitiã ministrari &c. sed expresse petit sibi adiudicari ex rõnib. & causis contentis in instrõ dotis, ergo ex ista conuentione in instrõ contenta ꝙ productum fuit maxime cũ dicat
9 omni meliori mõ &c. quæ uerba operantur † ut actus ac petitio ualeat, & sustineatͬ ex illo capite quo fieri potuit, secundũ Bal. Imo. in l. cũ pr̃. §. filius matrẽ. de leg. 2. Car. & Imo. in c. ex literis. de offi. deleg. Pau. de Cast. in cõsi. 345. Super puncto. col. pen. ergo &c. & si ꝙ uerbum ad aliud tendens reperiatur in petitione expressum, ꝙ tñ negaͬ si recte cõsidereͬ, dico nihil habere nocere, cũ pars inepta li-
10 belli † aptam non habet uitiare: ut per Bal. in l. si quis homicidij. de accu. & Soci. in consi. 146. col. 1. Viso. uol. 1. cũ simi. ergo cum habemus instrm concedens hanc adiudi-
11 cationẽ & satisfactionẽ, ẽt propria authoritate ꝙ † facit rem notoriã: ad plene tradita per Bar. Alex. Ias. & omnes in l. j. in prin. de no. ope. nunc. maxime cũ nihil ꝯ ipsum opponatur, & habet executionem paratam, tã ex forma sta-
12 tutorum † quam iuris. l. minor. 25. annis: cum simi. de mino. sequitur necessario mulieri hanc domum adiudicari debere: & ex his apparet opinionem de constituto & precario ad rem minime pertinere, cum ex alia conuentione adiudicatio uideatur petita, & a iudice concedi debeat, nec potest dici hãc cõuentionem sibi satisfaciendi & adiudicandi in solutum pro uero precio esse accessoriũ ad ipsum cõstitutũ uel precariũ, cũ signat dñium & petitoriũ, ꝯstitutũ uero possessionẽ: ad plene tradita in d. l. ꝙ meo. de acq. pos. cum simi. petitoriũ autẽ non est accessoriũ ad
13 possessoriũ, & sublato possessorio nõ tollitur † petitoriũ: ad plene no. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. de acq. poss. cũ simi. ergo &c. & ex his licet sit satisfactum primis duabus obiectionibus, nihilominus ut magis cõstet de exuberanti iustitia huius mulieris agentis ẽt retentis terminis precarij & cõstituti ad obiectiones sigillatim respondeo. ¶Et ad primum dico, cum sit constitutum de bonis præsentibus & futuris, ut dixi in primo præsupposito, sufficit

14 sufficit probare constituentem † possedisse, saltem tempore mortis: ut no. in d. l. ꝙ meo. & in alijs supra allegatis, sed hoc probatur per inuentarium authenticum suorũ bonorum, in quo hæc domus inter alia bona ipsius constituentis describitur, ꝙ inuentarium cum sit factum a persona publica & coram testibus, & cum solẽnitatib. de quib. per doc. in l. fi. C. de iur. delibe. nemini dubium est facere fidem saltem uilis & abiectæ possessionis de qua agitur.

¶ Ad secundũ respondeo dũ dicitur istud constitutũ nõ transire ad hæredes nec ẽt potestatem ingrediendi ut accessorium cõstituti, cũ constitutũ morte sit finitũ, & finito principali tollit accessoriũ regula, accessoriũ. nec a iure municipali id permittẽte adiuuat, cũ in alio loco sit factũ instrm: quoniam rñdetur potestatem ingrediendi non solum transire contra hæredes, sed ꝯ singularem successorẽ:
15 ut † uolunt Bar. Sal. post Pet. & Spe. in ti. de pig. in §. j. & cõmuniter doc. in l. creditores. C. de pig. per tex. in l. Titius. de ser. expor. ubi est casus expressus, & ibi no. Bal. Sali. & alij, & hoc quãdo est super iure reali, ut hypotheca. & opi.
16 Iac. But. & aliorum tenentium ꝯrium † procedit qñ pactũ est super iure personali, & ita communiter distinguitur, sed hic sumus super iure reali, scilicet hypotheca, ergo trãsit contra hæredem. ¶ Nec obst. hoc casu nõ debere trãsire ꝯ hæredem, cum sit accessorium ad constitutum, ꝙ nõ transit, quoniam respondetur negando istud pactum esse
17 accessorium ad cõstitutum: nam cum sui † natura potest stare absque constituto & de per se principaliter: ad plene tradita per Bar. & omnes in d. l. creditores. de pig. debemus interpretari, ꝙ stet principaliter de per se, cum uerba
18 interpretantur † ut stent per prius & non per posterius. l. qui liberis. §. hæc uerba. de uulg. & pupil. l. qui hære. de cõdi. & demon. Item cum pars aduersa dicit stare accessorie
19 debet † fieri interpretatio ꝯ eam. l. ueterib. de pac. cũ simi. & cum est fundamentum suæ intẽtionis debet necessario probari per ipsam, sed hoc non fit, ergo &c. ¶ Tertio omissis generalibus dico ex uerbis expressis instri colligi ibi, reuocato & non reuocato precario & ad se reuocare &c. Si igitur non reuocato precario datur ista potestas ingrediendi & reuocãdi possessionem, sequitur ꝙ nõ acces-
20 sorie † conceditur ad precarium: immo ꝯ naturam precarij, in quo datur facultas reuocandi possessionẽ reuocato precario. l. j. de precar. cum ibi no. ¶ Secundo principaliter respondeo, cum ex forma statuti precarium operaretur ꝯ hæredem, & constituens erat Bono. ut in instro dicitur, & exercetur Bon. in re existente Bon. istud statutũ est seruandum cum ligat suos ciues: ad plene tradita in l. omnes populi. de iusti. & iur. ¶ Nec obst. ꝙ sit in alio loco factum instrm, quia cum sumus in contractu dotis non attenditur statutum loci in quo celebratus est contractus,
21 sed † statutum loci mariti & in quo fit exactio: est tex. in l. exigere dotem. & ibi Pau. & alij de iudi. per Bar. qui limitat omnia iura uolentia attendi statutum celebrati contractus: ut non procedant in dote. in l. cunctos populos. col. 6. C. de sum. tri. & fid. cum concord. de quibus ibi per omnes, ergo statutum Bon. ubi fit exactio debet attendi, & sic uirtute statuti precarium transit in hæredem.

¶ Vltimo non obst. ꝙ ista exactio est facta in tempus dictum gratia miserationis, ergo debet exceptione repelli secundum Imo. in l. ita stipul. col. pe. quoniam responde-
22 tur † opi. Imo. communiter ibi probari: ubi per Bar. Are. Clau. Ias. & alios Alex. in l. intra dies. de re iud. & probarẽ per rõnes & iura, nisi maior pars dotis numero & ponde
23 re teneret & ꝯ opi. Imo. per bonas rationes † & cõior opi. in iudicãdo attendenda esset, sed ut ueritas magis elucescat dico dato ꝙ opi. Imo. sit uera, nihilominus hic reis nõ patrocinatur, cum rei ex ista exactione & adiudicatione nullum patiatur incommodum, tum quia ipsi soluere nõ habent, tum ẽt quia forsan nullum ius unquam habituri sunt, cum sint substituti post mortẽ huius agẽtis: & forsan tpe eius mortis nõ erunt uiui: iuxta no. in l. j. & in l. dies incertus. de cond. & demon. nam illud tps fuit grã commoditatis ac miserationis soluere debẽtis introductũ ut nõ ueniat cum sacco paratus, sed possit se præparare ad soluendum, & ideo ubi non grauatur soluere saltem per indi
24 rectum † cogitur, & ideo compensatio admittitur † quæ
25 est facta probatio, cũ in ea cessat difficultas considerata a lege. l. si cum mili. §. cum intra. de comp. & per doc. in d. l. ita stip. ubi ponuntur plures uisus, ergo cum istud tẽpus ut exemptio sit data soluere debẽtibus, & de quarum incommoditate de præsenti agit, & hi non habent soluere, & de eorum incommoditate non agitur, sequitur ꝙ ipsis istud ius non competit, cum in eis & ratio & uerba legis cessant: ad plene tradita in l. 4. §. ꝙ autẽ. de damno infec. & in c. cum cessante. de appel. cum uulg. immo solum agitur de interesse ipsiusmet agentis, quæ cum sit usufructuaria & proprietaria usque ad eius extremum uitę exitũ, ut dixi in præsuppositis, ad ipsam spectat commoditas illius temporis, ut de se patet, ergo non debet esse in ꝯsideratione, cum ab ipsa agẽdo recipiatur, & nulli dubiũ ꝙ tali ex-
26 ceptioni † & cõmoditati ab eo ad quẽ spectat renunciari põt: ad plene tradita in l. si quis in conscribendo. cũ uulg.

¶ Et his manifestissime ꝯstat parte iust. ac doc. iudicis esse in faciẽdo adiudicationẽ pro dote & uiduæ, & ei qui id alio iure hʒ, præsertim cũ nullus alius sustineat incõmoditatem & ipsi aliquid releuans in meritis causæ non opponatur, & est nouus casus, cui doc. non aduersantur.

Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione paschæ, uenit Pascha resurrectionis.*
2 *Lugduni non dantur nundinæ Paschæ nisi resurrectionis, quia aliæ appellantur nundinæ paritionis.*
3 *Emendatio tunc est necessaria quando constat de expresso errore.*
4 *Tradens scriptum aliquod factum manu aduersarij sui, aduocatis suis ut pro se consulerent uidetur illud approbasse.*
5 *Falsum non committitur absque dolo.*
6 *Causa qualibet etiam leuis excusat a dolo.*
7 *Falsum non præsumitur commissum ab eo de cuius interesse non agitur.*
8 *Lacerans scriptum pœna falsi punitur, etiam quod literæ sint iniustæ & nullæ.*
9 *Locus delicti attenditur maxime inter personas eiusdem loci.*
10 *Statutum particulare quando adest de iure communi non est amplius disputandum.*
11 *Statutum magis afficit suos ciues, quam ius commune.*
12 *Laceratio & falsum sunt punibilia, ubi adest alterius interesse.*
13 *Statutum licet in causa impulsiua faciendi loquatur in quibusdã casibus, id tamen non attenditur.*
14 *Statutum generaliter loquens generaliter debet intelligi etiam si odiosum sit, & pœnale.*
15 *Factum actoris ex ipsius petitione colligitur.*
16 *Scriptum ab eo præsumitur cancellatum ad cuius beneficium tendit cancellatio aliquo modo, & eo apud quem reperitur.*
17 *Præsumptiones & coniecturæ sufficiunt in crimine falsi.*
18 *Solus nemo errorem actus ad plures pertinentis, corrigere, seu emendare potest.*
19 *Consensus cum facti sit non præsumitur interuenisse.*
20 *Allegans actui interuenisse consensum illum probare tenetur.*
21 *Partes, in dubio actum inualidum facere non præsumuntur.*
22 *Actus præsumitur in dubio factus eo modo quo communiter fieri solet.*
23 *Contrahentes non præsumũtur actum damnatum facere uoluisse.*
24 *Geminatio arguit precisam mentem contrahentis.*
25 *Improprietas una licet aliquando admittatur, duæ tamen non admittuntur.*
26 *Verbum ad eam interpretationem trahi non debet, cui nec proprie nec improprie conuenire potest.*
27 *Verbum præsentis temporis, futuri temporis est abnegatiuum.*
28 *Declaratio facta interuenientibus factis, tantundem operatur ꝙ declaratio facta uerbis.*
29 *Iudex de stylo, ex suo officio informare se potest & debet, parte non citata.*
30 *Intellectus ille capitur in quo maior adest proprietas uerborum.*
31 *Actus in dubio factus intelligitur secundum qualitatem personæ.*
32 *Verba, de primo actu intelligi debent.*

33 *Autho-*

33 *Auctoris animus nunquam fuit consulere ad condemnandū aliquem in criminalibus.*

34 *Consultatio data aduocato non inducit confeßionem.*

RESPONSVM LIX.

¶An cancellans & lacerans scriptum priuatum committat falsum. Et quid si scribat in libris non facta mentione de scripto. Et an in dubio cancellatio præsumatur facta ab eo apud quem est scriptum, ubi multa in materia præsumptionis cancellationis.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Consultus de tali casu nunc Romæ uertente quidam mercatores fecerunt scriptum in quo promiserunt conseruare indemnem Titium ab omni eo q Sempronio mutuo dare faceret nundinis Paschæ præsentis, & tunc temporis erant in nundinis Paschæ natiuitatis domini, & in illis nundinis natiuitatis Titius mutuo dare fecit Sempronio, sed pro tempore nundinarum Paschæ proximæ resurrectionis. ¶Item cancellatum reperitur scriptum & loco præsentis est positum uerbum proxime, deinde d. Titius apud quem semper stetit. d. scriptum conuenit uirtute illius scripti unum ex promissoribus indemnitatis, & cum cœpit tractari de falsitate, quia erat cancellatum, lacerauit dictum scriptū, postea cœpit conuenire d. promissorem uirtute librorū in quib. creauit eum debitorem illiusmet debiti nulla facta mētione de scripto. ¶Contingit dubitari, an debuit cancellari illud scriptum & loco præsentis poni proxime, ut saltē euitet pęna falsi? & uidebatur q sic, quia appellatione Paschę uenit

1 † Pascha resurrectionis: arg. l. j. §. q in perpetuū. si ager uectig. uel emphy. pet. & quia agitur de nundinis Lugduni, & in Lugduno non dantur nundinę Paschæ nisi

2 resurrectionis, quia aliæ appellantur nūdinę † paritionis, ideo necessaria fuit cancellatio & emendatio cum constabat dę expresso † errore, cum aliter uerbum Pascha, uerificari nō poterat: arg. no. in l. fundus qui locatus. de fundo instruc. & in l. quibus dieb. §. cum Titio. de uerb. obli.

3

¶Et hoc eo magis esse debet, quia reperitur illud chirographum, seu eius exemplum scriptum manu illius promissoris continenti, cū uerbo proxima, † qn̄ tradidit eius

4 aduocatis ut consulerent pro eo, ergo approbauit illā cancellationem: arg. l. Paulus respondet. ff. rem ratam haber. & not. in l. de quibus. de legib.

¶Et hæc saltem ad euitandam pœnam falsi debent prodesse, cum † falsum nō committatur sine dolo, ut in auth.

5 de instru. cau. & fid. prin. l. nec exemplum. C. de fal. & quælibet † leuis causa excusat a dolo. l. igitur. de libe. cau. cū

6 uulg. maxime cum huiusmodi cancellatio nō uidetur prodesse posse dicto Titio sed tantum Sempronio mutuo accipienti, cum per eam longius tempus ad soluendum sibi accommodatur: ad no. in l. j. §. diē. de eden. & † falsum nō

7 præsumitur factum ab eo de cuius interesse non agitur: ut per Hippoly. in consi. 77. uol. 2. ¶Melius uero considerans determino contrarium, & dico præsuppositis in facto his de quibus supra inficiari non posse Titium falsum non commisisse etiam circunscriptis cancellationib. Nā cum iste scriptum lacerauit ut probatum esse dicitur cui dubium est quod falsum commisit cum iuris regula trita

8 est, q lacerans † scriptum pęna falsi punitur etiam si literæ sunt iniustę & nullæ: ut per Ant. & Abb. in c. cum olim, de rescrip. faciunt no. in l. j. C. de transac. & hoc absq; difficultate in casu nostro procedit, cum in loco delicti qui at

9 tenditur † maxime inter personas eiusdem loci: ad no. in auth. qua in prouincia. C. ubi de crimi. agi opor. & in l. cū ctos populos. de summa trini. & fide catho. & adest statutum particulare mercatorum fol. 13. q ut: falsarios punit

10 lacerantes scripta, & cum † adest statutum particulare de iure communi non est amplius disputandum: ad no. in l.

11 omnes populi. de iusti. & iure. cum statutum † magis afficiat suos ciues, quam. l. communis: ut per Soci. post alios citatos per eum in l. Gallus. §. quidam recte. de liber. & posthu. & maxime cum magnum aderat interesse promissoris ne scriptum laceraretur ut ostendere posset cancellationem & additionem factam manu lacerantis.

¶Item quia ipse habebat obligatum debitorem principalem uigore illius scripti in quo debitor principalis se subscripsit, seu q̄a uigore illius scripti ꝑ quo soluisset uirtute illius scripti poterat se releuare aduersus principalem. ¶Item quia poterat ostendere eum fecisse debitorē in libris de illa quantitate sine mentione scripti, nec scriptum poterat negari cum poterat ostendi, & sic maximū interesse promissoris uertebatur q de iure particulari mercatorum ultra q falsum committat, scriptura nō ua-

12 let ut statim dicam. sed ubi adest interesse alterius † laceratio, & falsum est punibile: ut no. in d. l. j. de sepul. uiola. & in l. damus. de fals. ubi Sali. & alij no. & adeo hoc est uerum ut etiam procedat si interesse nō adsit, sed adesse possit, nec aliqua iusta causa etiam leui ad lacerandum dictum scriptum se motum fuisse probauit immo nihil allegauit. ¶Præterea alia probatur falsum commisisse: nam ut dixi creauit in libris promissorem debitorem in quantitate de qua in scripto nulla facta mentione de scripto: sed de iure eiusdem fori mercatorum: quod ad unguem obseruandum est inter ipsos, in statuto addi. nu. 17. dicitur quod creans alium debitorem ex scripto in libris nō facta mentione de scripto, uel de alia obligatione est fal-

13 sarius, & † licet in causa impulsiua faciendi statutum loquatur in quibusdam casibus, quod non attenditur. l. j. §. sexum, de postu. tamen in decisione procedit generaliter, & indistincte quæ attenditur: debet ideo indistincte intel

14 ligi ut si odiosum esset & pęnale † l. in lege. de test. & ibi Are. & alij. & etiā si esset correctorium gl. in c. 3 Christianos. de hære. in 6. per Alex. in auth. ex testa. C. de colla. ergo nullo modo negari non potest q falsum non commiserit: & per hæc uidetur quod frustratorium sit quærere de cancellatione: & ad adducta in contrariū minime ad rem faciunt, nihilominus cum de cācellatione interrogatus sim, ut pure conscientiæ iudicare debentis magis satisfactum sit aliqua circa cancellationem deducam.

¶Et primo quod cācellans punitur pęna falsi: ut probat in iuribus supra adductis & in statuto de lacerāte: q autē ipse cancellauerit probatur: quia agebatur de sua utilitate, cum erat socius margaritarum Sempronij qui mutuo accepit ut mihi præsuppositū est, & satis ex sua petitione colligitur, dū ad istud conabatur rn̄dere, & in aliquibus

15 id fatebatur. † faciunt no. in l. cum precium. de libe. cau. cum uulg. & scriptum semper apud eū fuit, sed cancellatū præsumitur scriptum ab eo ad cuius beneficium tēdit cā-

16 cellatio † aliquo modo & ab eo apud quē reperitur: ad plene tradita per mod. in l. labeo. de pac. cum l. seq.

¶Secundo quia ipse postea lacerauit, & per cōsequēs cōmisit falsum, scripsit in libris idem debitū nulla facta mētione de scripto quæ signant falsum committentem, ergo cum semel & bis falsum cōmisit. & circa idem præsumitur falsum commisisse: regula, qui semel. de reg. iur. cum concor. & hæc sufficiant in hoc crimine falsi in quo sufficiūt

17 præsumptiones & † coniecturæ: ut per Alex. in cōsi. 77. in 1. lib. per Hippol. in consi. 27. li. 1. & per Dec. & mod. in c. porrecta. de confir. uti. uel inu. cum simi. ergo &c. ¶Præterea cum scriptū spectet ad plures & ad omnes qui scripserunt & se subscripserunt non potuit iste solus, & si per errorem id fuisset factum corrigere & emendare, cū nemo

18 solus posit † emendare errorem actus ad plures pertinētis sine alijs: ad abūdanter tradita in l. si librarius. de reg. iur. in l. errorem. C. de testa. in l. imperator. ff. de sta. homi.

¶Nec potest dici q de consensu omnium fuit facta cācel

19 latio, quia cōsensus est † facti. l. cōsilio. de cura. furio. quæ facti sunt non præsumuntur. l. in bello. §. factæ. de capti. & postli. reuer. ideo habet probare istum consensum, & ma

20 xime † quia est ipse qui alleg. l. ei qui dicit. l. actor. de proba. sed nihil de consensu probauit, ergo &c. ¶Præterea si partes omnes fuissent concordes non est uerisimile q cācellassent, sed de nouo aliud fecissent q eis facillimum erat, & hoc ut actus ualeret, cum scriptum cācellatum nō ualeat: ut in statuto proprio illorum mercatorum cautū

21 reperitur fol. 59. & in dubio † partes non præsumuntur facere

facere actum inualidũ.l.quoties.de reb. dub.l.quoties.de uerb.obli.& ista interpretatio omnibus præfertur:ut late congerit Dec.in l.in contrahen.de reg.iur.

¶Item quia ita consuetum est fieri, ut mihi in facto præ-
22 supponitur † & quotidie ita uidi & practicaui, sed actus in dubio præsumitur factus eo modo quo cõsuetus est:ut late no.in l.fi.C.de fideiuſ.in l.non est mirum.de pig.act. & p Dec.in l.semper in stip.de reg.iu. ¶Tertio q̃a ex quo in nundinis paritionis accepit pecunias, si uerbum præsente,exponeret pro proxima,solutio pecuniæ compreh͠ederet alias nũdinas,quod nõ est consuetum, & sic ut utar uerbis mercatorum cavalcaret nundinas, immo est illici-
23 tum ut mihi presupponitur † & non præsumitur ꝙ uelint facere actum punibilem. l.merito.pro soc.& si dicat̃ utiq; punibilis est respectu unius dico, quod facilius respectu unius quam plurium iurib.uulg.

¶Et si diceretur prout fuit a me petitum ꝙ esto ꝙ Titius cancellasset,nihilominus cum illa cancellatio erat quodãmodo necessaria propter uerbũ pascha non debet pati damnum,quia dico ꝙ esto ꝙ actus cancellationis fuisset necessarius non erat in facultate sua,cum plures respiciebat ad no.in d.l.si librarius.

¶Secundo nõ debebat fieri,quia facit actum inualidum ꝙ est contra interesse promissoris,cum possit postea per libros conueniri:ut dixi supra. ¶Tertio, quia facit contra consuetum. ¶Quarto,quia facit actum illicitum ut caualcat nundinas & duas complectatur ex quo dare fecit pecunias in nundinis paschæ natiuitatis. ¶Quinto, quia dicit in la presente fiera, si exponeretur proxima uerbum singularis numeri contineret pluralem & duas nundinas & sic impropriaret:ad no.in l.nõ aliter. de leg.1.immo cum geminate loquitur in singulari arguit præcisam mentem disponentis & scribentium,ꝙ habeat locum tantum in una & nõ in plurib.cũ geminatio arguit præcisam
24 † mentem.gl.in cle.1.in uerbo, diœcesanos.de iur.pat.&c.

¶Sexto,quia bis uerbũ singularis numeri deberet exponi pro plurali & sic impropriari, & licet aliquando detur
25 una improprietas,tamen duæ non † dantur sicut non dãtur duo specialia:ad no. in l. si is qui pro empt.circa fi.de usucap.& in l.j.C.de dot.promiſ.

¶Septimo, quia uerbum præsente nullo modo se habet
26 pro futura,nec † ꝓprie,nec improprie,ergo nõ potest exponi:ad no.per Pau. de Cast. & alios in l. in ambiguo. de reb.dub.ubi uult ꝙ nũquam loco uerbi masculi ponatur uerbum fœmina, quia nullo modo se habet. ¶Octauo,
27 quia uerbum præsentis † temporis est abnegatiuum futuri:ut no.aliqui in l.4.§.lex Iul.de adul.maxime in scriptis in quibus quicquid est omissum habetur pro omisso: ad no.in l.quicquid astringendæ.de uerb.obli.

¶Nono probatur ex interpretatione quã dedit ut Titius
28 qui fecit dari pecunias mortuo de nũdinis † natiuitatis, qui & sic facto ipso declarauit ꝙ tm̃ operatur ꝙ uerbis.l. Paulus respondet.rem ratam habe. nam si intellexisset de proxima debuisset mandare ut darentur pecuniæ tempore quo dantur in nundinis paschæ proximæ resurrectionis.l.die.15.Februarij secundum consuetudinem ut formam nundinarum Lugduni,quomodo igitur potest dicere iste ꝙ intelligatur de proxima qui facto ipso intellexit de presenti? ¶Decimo concurrit quod uerbum Pascha, ita realiter se habet & appellatur,maxime Bono.tempore natiuitatis domini nostri,sicut uerbum Pascha, tempore resurrectionis notum est apud omnes, & præsertim apud
29 dñm iudicem & de stylo † ex suo officio potest se informare & debet etiam parte non citata:ut per Cy. in l.2.C. quæ sit longa consuetu.per Alex.in conſ.14.uol.5.sed uerbum præsente nõ se habet ad proxima aliquo modo ut dixi,ergo uerbum præsentis potius debet referri ad uerbum Pascha natiuitatis,quam ad uerbum Pascha resurrectionis,cum ad utrunque possit referri salua ratione recti ser-
30 monis:quod nõ est in alio,& capitur † intellectus in quo maior fit proprietas uerborum:ut per Soci. in l.in ambiguo.de reb.dub.per Dec.in l. quoties idem sermo.de reg. iur. ¶Nec obst.ꝙ secundum consuetudinẽ Lugduni appellentur nundine paritionis, quia non est ita secundum consuetudinem personarum ut dixi, & in dubio actus in-
31 telligitur secundum † qualitatem personæ. l. plenum. §. æquitij.de usu & habita.cum uulg. ita illa consuetudo nõ probatur procedere quando resultaret improprietas,contractus illicitus nullus,& multa de quibus hic.

¶Vltimo probatur,quia potius debet intelligi de presenti quam de futuro,cum intelligeretur de duabus ut dixi,
32 & uerba intelliguntur † de primo. l. boues.§.hoc sermone.de uerborum significatio. & per doctor.in l.diuortio. §.sin autem.soluto matri. ¶Ex quibus omnibus saltem simul iunctis dico partes.d.iudicantis esse debere ad condemnandum Titium in amissione causæ,in expensis autẽ ac in alijs pœnis criminalibus nihil dico,nec quo ad illas scripsisse uolui,nec intelligo, cum meum semper fuit pro absoluendis,& hunc absoluerem propter uiri probitatem; & ita tolluntur contraria,scilicet regula. l.j.§.qui in perpetuum concurrentibus rationibus, de quibus supra, & uerbum Pascha, uerificatur in natiuitate & consuetudo
34 personarũ adest & error non probatur,& informatio † data aduocato non inducit confessionem nec habet ei nocere cum dedit,ut in fortioribus terminis consuleret, sicut & mihi dedit,ut in hoc non laboro.Melius tamẽ fore existimarem,ac mihi gratius si eos pro humanitate sua componere dignarentur. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ generales non referuntur ad ea quæ dependent ex testamento.*

2 *Diuisio sui natura non inducit remissionem futuri fideicommissi.*

3 *Clausulæ generales appositæ ad executionem promissorum, nunquam alterant naturam promissionis.*

4 *Diuisio facta per sententiam iudicis non comprehẽdit ius futurũ.*

5 *Diuisio est iurium, quæ communia sunt, separatio.*

6 *Remittens omne ius quod habet uel habere sperat, uel potest, intelligitur ex causa de præsenti, nec uenit fideicommissum conditionale.*

7 *Renunciatio est stricti iuris, & interpretatur ut minus noceat renuncianti, quam sit possibile.*

8 *Fideicommisso futuro per hæc uerba renunciatum censetur, concesserunt partes inuicem potestatem uendendi, donandi, alienandi, permutandi, & omnes alias suas uoluntates faciendi, & disponendi.*

9 *Hæredis extranei institutio cõprehẽditur sub facultate alienãdi.*

10 *Fideicommissarij licet dederint ad inuicem facultatem alienandi, poterunt tamen agere ad precium rei uenditæ, eueniente casu fideicommissi.*

11 *Fideicommisso postquam est renunciatum propter concessam alienationem, de facili intelligitur etiam renunciatum quo ad preciũ suadente aliqua coniectura.*

12 *Facultate alienandi inter seipsos fideicommissarios concessa, precio quoque uidetur renunciatum si præcesserit munificentia & liberalitas inter illos, seu erga illos qui consenserint alienationi.*

13 *Fideicommissarij, precio rei uenditæ renunciasse uidentur quando uoluntariæ consenserunt alienationi.*

14 *Verba hæc nullum ius ac actionem sibi reseruans, essent superflua si non intelligatur etiam inter fideicommissarios precio rei uenditæ renunciatum, quando in diuisione prius facta nihil sibi reseruauerant.*

15 *Verba in diuisionibus apposita quando nihil operarentur, nisi renunciatum fuisset fideicommisso, inducunt renunciationem fideicommissi.*

16 *Renunciationes multum prægnantes & generales de non contrauueniendo diuisioni & de euictione &c. inducunt renunciationẽ fideicommissi.*

17 *Renunciationes, quæ non habent aliam causam, quam fideicommissi, ad illud referuntur perinde ac si specificatum esset.*

18 *Verbum omnimodo, significat indistincte, tam respectu casus quã temporis.*

19 *Fratres per hæc uerba apposita in diuisione, una pars fecit alium, & econtra in rebus ex diuisione alteri obuenientis uerum dominiũ, & procuratricẽ irreuocabilẽ, sicut in re propria cẽsentur*

tur renunciasse fideicommisso.
20 *Iuramentum facit ualere actum eo modo quo ualere potest.*
21 *Facilius renunciatur precio postquam fuit renunciatum fideicommisso quam renuncietur ipsi fideicommisso.*
22 *Renunciatione fideicommissi uotum captandæ mortis aufertur.*
23 *Donandi potestate fideicommissariis ad inuicem data non solum intelligitur esse renunciatum fideicommisso quo ad rem distractam sed etiam quo ad precium.*
24 *Vna determinatio respiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare.*
25 *Orationis una pars ab altera recipit declarationem.*

RESPONSVM LX.

¶An per diuisionem factam inter fratres cẽseatur renunciatum fideicõmisso, ubi multa egregia in materia renunciationis fideicommissi.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Viso pũcto ad me transmisso ex loco Romani delphinatus nomine Ioannis Forneti rectoris acutissimi nũc doctoris egregij, dubitatur an per diuisionem factam inter fratres censeatur renunciatum fideicommisso paterno. ¶Et uidebatur prima fronte fideicommissum per diuisionem sublatum nõ fuisse, cum in instrumento diuisionis nullum est factum uerbũ de te-
1 stamẽto, & † clausulę generales non referuntur ad ea quæ dependent ex testamento: ut no. in l. tres fratres. de pact.
2 & quoniam † diuisio sui natura non inducit remissionẽ fideicommissi futuri. l. cum pater. §. hæreditatem. de leg.
3 2. & † clausulæ generales appositæ ad executionem promissorũ nunquam alterant naturã dispositionis. cle. 1. de præb. per Feli. late in c. licet in corrigendis. de offi. ord. Et
4 † quoniam quemadmodum quando diuisio fit per sententiam iudicis non uenit ius futurum. l. non potest. de iudi. eodem modo non debet comprehendi ius futurum in di-
5 uisione partium, cum † diuisio sit separatio iurium, quæ communia sunt: & ita tenent Bar. Paul. Alex. Ias. & cõiter omnes in l. qui Romæ. §. duo fratres. in q. 2. de uerb. obli. Bal. in consi. 54. lib. 1. & consi. 69. lib. 3. Cuma. in cõsi. 141. Visis. Ful. in consi. 41. Casus talis. in 3. dubio. Pau. de Cast. in consi. 188. quia dubia. Alex. in consi. 21. lib. 5. & in cons. 208. li. 6. ubi dicit istam esse communem opi. idem Alex. in consi. 168. lib. 7. Soc. in consi. 21. Viso testamento. Deci. in consi. 79. & in consil. 86. & in consi. 495. quod ampliatur etiam si remissum fuisset omne ius quod habent, uel
6 † habere sperant, uel possunt: quoniam intelligitur ex causa de præsenti, nec uenit fideicommissum conditionale: ut per Bar. Alex. & communiter Doc. in d. §. duo fratres. q. 6. facit dictum Bar. in l. post emancipationem. §. j. de libe. lega. in l. si uxor. §. diuus. de adulte. & merito, cum renun-
7 ciatio † est stricti iuris, & interpretatur, ut minus noceat renuncianti quam sit possibile. l. si domus. de seruitut. urba. prædio. & hæc sunt quæ præsentem causam dubiam reddere uidentur. ¶Maturius uero facti speciem considerans determino contrarium, & pondero uerba diuisionis a quibus pendet præsentis causæ uera resolutio. Et primo hæc uerba cõcesserunt partes inuicẽ ptãtẽ uẽdẽdi, donandi, alienandi, permutãdi, & omnes alias suas uoluntates faciendi, & disponẽdi: p quæ uerba renunciatum est fi-
8 deicommisso futuro, cum alienandi † facultas cõcessa est. Bar. Ang. Alex. Ias. & communiter omnes in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. in 8. q. de uerb. obl. & Bar. Alex. & communiter omnes in l. quæ dotis. sol. mat. per Alex. in consi. 189. 2. uol. uiso & mature discusso. in 5. col. & in consi. 18. uol. 5. uiso themate. Cur. Senior in cons. 63. antiquissima. in ulti. char. Cur. Iunior in consi. 4. col. pe. & alibi sæpe per doc. quos prætermitto, cum Alex. in d. §. duo fratres. & alij de quibus supra, dicant hãc esse communem opi. quæ locum habent, secundum Bar. & doc. ibi: siue fratres diuidentes habebant scientiam fideicommissi siue illud ignorauerint: ergo fortius in hoc casu in quo in facto mihi p̃suppositum est hos fratres plenam habuisse scientiã p̃ni testamẽti, cum soluerint legata: ad no. per Bar. quem oẽs indifferenter sequuntur: ut dicunt ibi mod. Mediolanenses in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 2. de uerb. obli. & præsertim, cum ipsi dicant scientes, & cognoscentes sua iura
9 & c. & sub facultate† alienãdi comprehẽditur hæredis extranei instituto: ut per Bart. & communiter omnes in l. si ita quis. in §. ea lege. de uer. obl. & per Alex. in d. cõsi. 189. in 4. col. in 2. uol. & Cur. Iun. in d. consi. 4. ubi attestatur ꝙ omnes tenẽt istam opinionem, ꝙ ipse consuluit in fortioribus terminis ab intestato: & id absq; difficultate in hoc casu locum sibi uendicat, cum ultra uerbum alienandi adsit uerbum disponendi, & hæc uerba omnes alias uoluntas faciendi: ergo unusquisque horum fratrum diuidẽtiũ non obstante fideicommisso paterno potuit ad libitũ suũ hæredes extraneos instituere. Et eo casu supra obiecta & allegata in contrarium non loquuntur, cum hic nõ sumus in simplici diuisione prout ipsa procedũt ex quo data est facultas alienandi, & ad libitum disponẽdi, & p p ea Bar. & cæteri post. q. 2. super simplici diuisione cum clausulis de non contraueniẽdo, & renunciationibus in qua determinarunt non esse renunciatum fideicommisso, per ea, & similia quæ supra obiecta sunt in 8. q. ¶Quærit, quid si diuidentes dederunt facultatem alienandi & c. & determinat renunciatum esse fideicommisso futuro: & ita aperte constat ꝙ obiecta superius adducta non loquuntur hoc casu, & si in suo casu cõia sint, nec clausulæ generales inducunt dispositionem alteram, nec uerba ipsa diuisionis, sed pactum expressum continẽs alienandi facultatẽ, maxime accedentibus multis alijs cõuẽtionibus: uerbis, & ꝯiecturis quæ necessario fideicõmissi renũciationẽ, & si stricti iuris sit, & intelligatur ex cã de præsenti, in hoc casu necessario inducunt, ut quam primum demonstrabiẽ. ¶Verbum cum Bar. & ceteri in d. §. duo fratres. q. 8. & si per facultatem alienãdi dixerint fideicõmisso renũciatũ fuisse, uoluerũt id intelligi quo ad hoc ut emptor rei subiectę fideicõmissi sit tutus, ut res ipsa uẽdicari ab eo nõ possit ad pre-
10 ciũ, tñ rei uẽditę fideicõmissarius † agere poterit eueniente casu fideicõmissi: per l. si fundũ per fideicõ missum. de leg. 1. & in hoc ꝯsistere vr̃ difficultas præsentis causæ, an fideicõmissarius possit agere ad precium rei in testõ extraneo relictę, cũ ad rẽ ipsam agi nõ posset: per supra dicta neminẽ fugit, & ꝯclusiue agẽdo dico ad preciũ agi nõ posse, & non solũ ad fideicõmisso quo ad res subiectas alienandas, sed quo ad precium renunciatũ fuisse. ¶Et considero ꝙ postquam renunciatũ est fideicõmisso p p ꝯcessam alie-
11 nationem, de facili intelligiẽ ẽt renunciatũ † quo ad preciũ suadẽte aliqua ꝯiectura: secundũ Bar. Bal. Ang. Imol. Raph. Pau. de Cast. Ias. & cõiter doc. in l. si fundum per fideicõmissum. de leg. 1. & in l. quæ dotis. sol. mat. & præser-
12 tim si præcesserit munificentia † & liberalitas inter illos, seu erga illos qui consenserint alienationi. l. codici. §. j. de
13 leg. 2. ſm unum intellectũ, uel qñ † uoluntarie ꝯsenserint, ſm aliũ: quẽ cõiter sequuntur doc. in d. l. si fundũ per fideicõmissum. sed in hoc casu uoluntarie ꝯsenserũt: ut probatur ex uerbis instr̃i ubi sponte & c. & ut mihi in facto præsuppositum est liberalitas præcessit, cum hic frater qui extraneum instituit bona empta noĩe proprio alteri fratri liberaliter cõicauit, ac in diuisione posuit. ¶Præterea cũ fideicommisso per potestatem alienandi erat renunciatũ, saltem quo ad facultatem uendicandi rem distractam si non fuisset in hoc casu renunciatum, etiam quo ad precium illa uerba nullum ius neque actionem sibi reseruãs
14 fuissent† superflua, cum in diuisione supra facta nihil sibi reseruarunt. sed quando uerba in diuisionibus apposita
15 † nihil operarentur, nisi renũciatum fuisset fideicommisso, eo casu inducunt renunciationem fideicommissi. arg. l. si quando. de leg. 1. c. si Papa. de priuil. in 6. ponunt Iaso. & cæteri mod. post Bar. in d. §. duo fratres. q. 6.
¶Accedit quoq; ꝙ sunt renunciationes multum prægnãtes, & generales de nõ contraueniendo diuisioni, & de cui-
16 ctione † & c. quæ secundũ Ioan. And. in editionib. Spec. in tit. de test. §. in primis. uer. quid de duob. Bal. in d. l. qui cũ tutoribus. Alex. & doc. in d. §. duo fratres. & Cur. antiq. in dicto cons. 63. inducunt renunciationem fideicõmissi, & id absque difficultate procedit quando non habent

aliam causam quã fideicõmissi:ad illud referunt perinde,
17 ac si † specificatum esset:secũdum Bar.in d.§.duo fratres. in 6.q.arg.l.ij.de lib.& posth. cum ibi no. quod procedit etiam si non adsint uerba respicientia ius futurum,sed tãtum generalia:secũdum Dec.in l.j.de pac.col.7.post Bar. ibi per eũ nota.& Abb.in c.ex multiplici.col.fi.de dec.Are.in §.idẽ iuris.insti.de excep.citatos p eũ,de cuius ueritate ibi dixi,& nõ cito,ut approbem,& ita sępius facio, sed ut de his,ut dñi iudicãtes deliberẽt:nam sine istis procedit consultatio nostra.Sed hic nõ apparet, ut mihi in facto præsupponitur,nullã aliã causam adfuisse quã fideicõmissi:ergo ad ipsum sunt relata,ac ei renunciatũ est,cum aliud operari nõ possent,quod eo magis esse debet,cũ partes tempus futurum considerasse uidentur:ad no. in d.§. duo fratres.ut ex uerbis illis satis colligi uidetur,ibi ualerẽt pro tpe præsenti,uel pro tpe futuro,ibi ualet aut ua-
18 bit. ¶ Aduertendũ quoq; est ad illa uerba, sed † omnimõ trãsferens omne ius &c.uerbũ omnimodo,signat indistincte tã respectu casus quã tpis.l. si cum exceptione.§.quatenus.in uerbo,omnino.ff.quod metus causa.& not. in c. ex parte.el.j.de offi.deleg.in l.grege.§.illud.de fideius.per Are.in l.j.de uerb.obl.in prin.2.col. ergo perinde est,ac si dictum fuisset omni casu,& omni tẽpore, quo casu haud quenquam latet ius fideicommissi futuri sublatum fuisse, ac ei renunciatum. ¶ Suadetur quoque ex uerbis illis una pars fecit alium,& econtra in rebus ex diuisione alteri obuentis uerum dominum,& procuratorem irreuoca-
19 bilem sicut † in re propria,sed in re propria potuit ad libitum instituere hæredem extraneum absque timore fideicommissi,cum non aderat:ergo ex mente partium in reb. ex diuisione obuentis eodem modo potest, non obstante fideicommisso,cum alias non esset in dictis bonis dominus sicut in re propria,ut partes expresse uoluerunt ac iu-
20 rarunt:quod iuramentum facit ualere † actum eo modo quo ualere potest.l.cum pater.§.filius matrẽ.late per Ias. in §.si quis postulante.col.2.insti. de act. per Feli. in c.cũ super.col.pen.de offi. deleg. ergo si alio modo in rebus in diuisione obuentis nõ possunt esse ueri dñi sicut in re propria,nisi renunciauerint fideicommisso uirtute iuri accedente aptitudine uerborum uidentur renunciasse.Et hæc omnia saltem simul iuncta inducunt renunciationẽ fideicõmissi:ergo quãto fortius postquã fideicõmisso est renũciatũ,sicut hic per ptãtẽ alienãdi cõcessam habẽt inducere renunciationẽ quo ad precium rei distractę,cũ facilius
21 † renũcieť pcio postquã renũciatũ fuit fideicõmisso, quã renũcieť ipsi fideicõmisso:cũ, ut dictũ est,inducať renunciatio quo ad preciũ ex coniecturis extra ɔ̃ctũ habitis,ut puta pp liberalitatem precedẽtẽ,uel necessitatem distrahendi, & alias coniecturas ɔ̃sideratas: per Bar.Pau.Ias.& cõiter doc.in d.l.si fundũ per fideicõmissum.de leg.1.& in d.l.quæ dotis.sol.mat.& ad fideicõmissi renũciationẽ nõ sufficiũt hmõi coniecturæ extra ɔ̃ctum diuisionis habitę: ad no.in d.§.duo fratres.& ad hæc rogo animaduertant magnifici dñi mei iudicantes,& facile conspiciẽt hũc casum quo ad fideicõmissi renũciationẽ rõne rei, sm cõem opi.procedere rõne renũciationis precij nullũ habere ɔ̃dictorem in proprijs terminis loquẽtem,cũ supra deducta, & si singulariter cõsiderata aliquos habeãt ɔ̃dictores quo ad renunciationẽ fideicõmissi:ea tñ simul iuncta postquã fideicommisso renũciatũ est quo ad preciũ,neminẽ habẽt ɔ̃dicentem,& propter ea absque aliquo scrupulo ita iudi-
22 candũ consulo,præsertim cũ auferatur † uotum captandæ mortis,& propter dubium euentum nemini fiat præiudicium,arg.no.in l.de fideic.C.de transf.ꝙ ut magis cũ bona conscientia iudicantiũ possit explicari addo ꝙ ultra.
23 s.ponderata fuit data potestas donãdi,† quo casu non solum intelligitur esse renunciatum fideicommisso quo ad rem distractam,sed ẽt quo ad precium : ut est casus.in l.in ędib.§.pen.de dona.in l.ij.si aduersus dona. in l.si.seruus cõis.de don.inter uir.& uxo. per quæ iura ita cõiter tenẽt Bar.in d.l.quæ dotis.ubi Raph. Cum. & cæteri Bar.& alij in d.l.si fundum per fideicommissum.de leg.1.ubi Ias.dicit omnes doc.indifferenter tenere istã opi. & ex hoc uerbo,licet institutio cõprehendatur:tamen alia uerba declarant ut intelligantur,ẽt quo ad precium,cum sub eodem uerbo ponatur:& una determinatio respiciẽs plura deter-
24 minabilia æqualiter † debet determinare.l.iam hoc iure. de uul.& pup.l.quamuis.C.de impub. & alijs substi.maxime cum ratio diuersitatis reddi nõ põt ad abundãter tra-
25 dita in locis prœallegatis:& † una pars orationis declarat aliam.l.utrum.de pet.hær.ubi Ang.cum simi. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SUMMARIUM.

1 *Immunitas a nullo concedi potest præterquam a principe.*
2 *Legatus non potest reseruata principi expedire.*
3 *Rescripta contra publicam utilitatem non tenent, nisi interuenit secundus iussus uel clausula non obstante.*
4 *Inferior principe non potest uti clausula non obstante.*
5 *Qui potest lædi debet citari.fallit ut in nu.58.& 59.*
6 *Priuilegia concessa in materia nõ concessibili sunt ipso iure nulla.*
7 *Tria requiruntur ad immunitatem,princeps,ad tempus concessio, causæ necessaria probatio.*
8 *Princeps non præsumitur uelle præiudicare tertio,maxime quando damnum est graue.*
9 *Graue damnum dicitur quando est perpetuum priuilegium. quod dicitur infra nu.60.*
10 *Priuilegium ualidum si inducatur ut contineat graue præiudiciũ annullatur.*
11 *Priuilegium non ualet quando continet graue prœiudicium tertij, etiam si sit clausula cum præiudicio alterius.*
12 *Clausula cum præiudicio alterius,intelligitur de modico.*
13 *Priuilegia & rescripta, & præsertim immunitatum nisi adsit clausula motu proprio,cẽsetur propter importunitatem,& ambitionem impetrata.declara ut in nu.67.*
14 *Priuilegia & rescripta impetrata contra conuentionem partium non ualent.*
15 *Princeps ligatur capitulis suis, & ideo priuilegium contra sua capitula non ualet.*
16 *Qui semel se fecit poni in æstimo non potest contrauenire.*
17 *Collectas quæ imponuntur personæ pro omnibus tenetur in loco originis persona soluere,licet efficiatur ciuis alterius loci.*
18 *Instrumentum facit rem notoriam,& est probatio probata.*
19 *Quadraginta senatores Bononienses sunt in quasi possessione faciendi ciues qui liberantur a collectis.*
20 *Quasi possessio longissima, cuius memoria non extat, habet uim priuilegij.*
21 *Quasi possessio longissima acquiruntur etiam reseruata principi.*
22 *Quasi possessio longissima habet uim decreti, iustitiæ, priuilegij, reddit personas sui natura inhabiles habiles, ut principes posse conferre beneficia & prebendas.*
23 *Item operatur magis quasi possessio longissima quam expressum priuilegium.*
24 *Actus nullus non tribuit potestatem.*
25 *Sublata præscriptione lege uel statuto,nunquam intelligitur sublata illa cuius initij non extat memoria.*
26 *Præscriptio non procedit sine possessione,uel quasi.*
27 *Præscriptio est odiosa,ideo stricte debet interpretari.*
28 *Præscriptio unius articuli comprehensi sub uniuerso comprehendit uniuersum.*
29 *Per possessionem alicuius dominij totum dominium retinetur.*
30 *Quasi possessio iurisdictionis unius castri operatur præscriptionẽ in alijs castris in quibus nihil est actum si sunt subiecta eidem dominio.*
31 *Odiosa regulantur a iure communi, & in eis fit longa interpretatio quatenus ius commune expostulat.*
32 *Potestas creandi ciues continet fauorem publicum, & debet ex persona facientis,& causa non ex persona ciuis facti cõsiderari.*
33 *Ciues non tenentur soluere illa onera ad quæ tenentur.*
34 *Lex semper loquitur,& refertur ad futura.*
35 *Interpretatio passiua satis est.*
36 *Collegiatus in secundo collegio non tenetur ad onera primi.*
37 *Collectæ impositæ personæ pro rebus dicuntur onera mista.*
38 *Collectæ personæ impositæ pro rebus soluuntur, ubi manet persona,cum res persona ad se trahit.*
39 *Soluẽs onera in ciuitate nõ dẽt soluere in uillis subiectis ciuitati.*

40 Nemo

40 *Nemo debet dupliti onere prægrauari.*

41 *Ciuil.tas conſiſtit in his quæ ſunt iuris.*

42 *Lex non fingit in his quæ ſunt iuris, ſed uerum agit.*

43 *Ciuis appellatione continetur nedum originarius, ſed factus per priui legiũ in decretis ſtatutis, & cæteris alijs diſpoſitis, & gaudebunt priuilegijs quibus originarij.*

44 *Verba licet capi debeant in potentiori ſignificatu, non tamen excluditur alius ſignificatus ei æquiparatus.*

45 *Priuilegium per actum contrarium amittitur quo ad illos qui egerunt in contrarium non quo ad alios, item quo ad actus præteritos non autem quo ad futuros, & non amittitur niſi ſpatio. 40. annorum.*

46 *Patrimonium unius debet eſſe unum, nec diuerſo iure cenſeri regulariter.*

47 *Ciuis non debet conſiderari, nec iudicari ut ciuis, &*

48 *Bona ſequuntur qualitatem perſonæ ad quam tranſierunt.*

49 *Priuilegiatus ſeu translatus in numerum priuilegiatorum non tetur ad onera quibus tenentur none priuilegiati.*

50 *Inferior non poteſt facere legem contra ſuperiorem.*

51 *Statutum prohibens bona alienari in nõ ſubditos non comprehendit ciues ciuitatis ſuperioris.*

52 *Verba ſtatuentium per quæcunque uerba debent intelligi, ut non comprehendant ea quibus mediantibus ſuæ communitati quoquo modo præiudicari poſſit.*

53 *Ciuis habens duo domicilia tenetur ſoluere munera in utroque, niſi domicilium unius loci ſubijciatur alteri, quo caſu tenetur ſoluere munera in loco ſuperiori.*

54 *Ciuitati per ſubiectos deferendum eſt.*

55 *Pro ciuitate, & immunitate pronunciandum eſt in dubio.*

56 *Vicelegatus habet poteſtatem faciendi ſtatuta particularia reſpicientia utilitatem particularem. ita & tollendi.*

57 *Regula neminem poſſe immunitatem concedere præter principem procedit in ſimplici immunitate, ſecus ſi liberatur ab uno onere, & trãsfertur ius aliud, & quando reſpicit priuatam utilitatem, item quando eſt ſibi cõceſſum per priuilegium expreſſum, uel longiſsimam conſuetudinem, item quando conceditur in conſequentiam ciuilitatis, item conceditur immunitas quæ tacite inerat, item & quando conceditur propter benemerita.*

58 *Aſſerenti de benemeritis, non creditur, niſi ſit ſuprema perſona.*

59 *Priuilegium ſi concedatur non requiritur citatio, & eſt communis opinio.*

60 *In declarationibus extraiudicialibus non requiritur citatio.*

61 *Præiudicium non conſideratur ubi eſt uoluntas.*

62 *Præiudicium licet ſit perpetuum non iudicatur magnum, & graue quando eſt in minima quantitate.*

63 *Præiudicium tertij non eſt in conſideratione quatenus proprietas uerborum ſoluat.*

64 *Præiudicium priuilegijs non attenditur in caſu claro.*

65 *Præiudicium tertij non conſideratur in priuilegijs conceſſis propter remunerationem pro geſtis pro re publica.*

66 *Dominium alterius a principe poteſt auferri propter remunerationem pro geſtis pro re publica.*

67 *Præiudicium non conſideratur in his quæ ſolita ſunt concedi, & diu tolerata fuerunt.*

68 *Clauſula motu proprio, uel clauſula non obſtante tollunt præſumptionem importunitatis & ſubreptionis.*

RESPONSVM LXI.

¶ An immunitas conceſſa a dominis ſuperioris ciuitatis liberet a muneribus ſolitis ſolui in municipio.

INVOCATO diuino præſidio. ¶ Per uicelegatum & dominos quadraginta ciuitatis Bononiæ Achilles de Palenterijs fuit factus ciuis Bononię, ac fuit ſibi cõceſſa immunitas ab omnibus oneribus quæ ſuſtinebat in caſtro Bononiæ, modo dubitatur, an non obſtantibus ſupradictis conceſſionibus adhuc teneatur ad onera? ¶ Videtur dicendũ ꝙ omnino teneatur, quia illa priuilegia immunitatis non ualent ex multiplici capite. ¶ Et primo ex defectu pote
1 ſtatis concedentis, nam regula eſt quod † nullus præter
principem, & nulla cõmunitas poteſt concedere immuni
tatem, & ſi concedat non ualet. l. uacuatis. C. de decu. lib.
10. l. immunitates. C. de agri. & cen. lib. 11. l. j. C. de diuer.
reſ. l. j. C. de his qui uacat. a princ. l. C. de immu. nemi. con-
ce. lib. 10. & in unaquaque. l. gl. Bar. & ſcrib. no. Bar. in l. ij.
de iur. immu. cano. in c. peruenit. de immu. ecc. c. accedẽs.
de præſc. conſuluit. d. Alex. in conſ. 102. lib. 1. & ultra eum
allego conſilium Pet. de Anch. in conſi. 160. in q. quæ uer-
titur, ſed in caſu noſtro cõmunitas Bon. ſeu domini qua-
draginta repreſentãtes eam conceſſerunt immunitatem,
ergo eſt nulla, cum nulla cõitas hoc poſsit facere: nec ob-
ſtat ꝙ interuenit conſenſus legati, ſeu uicelegati, quia le-
gatus non potuit hoc facere, cum ſit de reſeruatis principi
2 quæ † ipſe expedire non poteſt. c. translationem. de offic.
leg. & ibi per d. Abb. & cõiter doc. & plene per Spec. in tit.
3 de offi. leg. ¶ Secundo probatur: nam † reſcripta ꝯ pu-
blicam utilitatem non tenent, niſi interuenerit ſecundus
iuſſus principis ut in auth. ut nulli iud. §. & hoc. uel niſi in
terueniat clauſula non obſtante: ut no. per Cy. in l. nec dã
noſa. de preci. impe. offe. & in l. fi. C. ſi ꝯ ius uel util. publi.
4 † ſed ſolus princeps non autem populus, uel inferior põt
uti clauſula non obſtãte. l. normam. C. de off. præf. præto.
& in c. fi. de offi. archiep. & no. gl. in c. fi. de hære. Bal. in l. re
ſcrip. C. de preci. impe. offe. per Ang. & doc. cõiter in l. ne-
mo poteſt. de leg. 1. & eſt bona gl. in ca. ſed & ſi principa-
lis. in uerbo obſeruari. de reſcrip. ¶ Tertio probatur,
quia iſta fuerunt conceſſa non citatis illis, de quorum prę
5 iudicio agitur, nam † qui poteſt lædi debet uocari. l. nam
ita diuus. de adop. & ibi per Bal. & alios ſcribentes, & in l.
de unoquoque. de re iud. cum materia. ¶ Quarto facit,
6 quia † priuilegia conceſſa in materia nõ conceſsibili ſunt
ipſo iure nulla. l. reſcripta. C. de preci. impe. offe. no. in c. ſi
quando de reſcrip. ſed materia immunitatis ſui natura eſt
conceſsibilis, l. j. C. de immu. nemini cõced. quia huiuſmo
di priuilegia ſunt ipſo iure nulla, & bene facit glo. in l. j. de
his qui a princip. uacat. accep. in l. nemo iudex. in gl. fi. de
7 decurion. quæ uult † tria fore neceſſaria ad conceſsionem
immunitatis, ſcilicet principem, cõceſsionem ad tempus,
probationem cauſæ neceſſariæ, quorum neutrum hic in-
teruenisse conſtat, ergo nulla ſunt priuilegia.
¶ Quinto uidetur nulla huiuſmodi priuilegia ex defectu
8 uoluntatis ipſius concedentis, nam † non præſumitur qđ
uoluerit præiudicare tertio. l. 2. §. merito. & in §. ſi quis a
principe. ne quid in loco public. l. nec auus. de eman. libe.
Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſthu. Pau.
de Caſt. in l. ſi Titius. eod. titu. & præſertim tam grauiter
præiudicare, ut in caſu noſtro, ubi iſta priuilegia ſunt per
9 petua, quo caſu † graue dicitur præiudicium, ut in l. quo-
ties. C. de preci. impe. offe. item quia iſte Achilles multa
bona hꝫ, & eſt ditiſsimus, ita ꝙ ſi omnia ſua bona eſſent
exempta grauiſsimum præiudicium eſſet d. caſtro, & ma-
gis quã ſi eſſent exẽpti facti decẽ alij, ut notorie ꝯſtat, quo
10 caſu nõ ſolũ priuilegiũ nõ ualet, ſed ſi † priuilegiũ ualidũ
reducat̃ ad iſtud annullatur ex defectu uoluntatis. c. ſug-
geſtũ. & ibi. d. Abb. de dec. Card. in cle. 1. §. præſenti. de cẽ
ſi. & late per doc. in d. c. ſuggeſtum. immo ſi expreſſe dixiſ-
11 ſet in priuilegio † cũ præiudicio tertij adhuc nõ ualeret
in caſu nr̃o, ubi agitur de magno pręiudicio cũ illa uerba,
12 † cũ præiudicio intelligãtur. ſ. modico. gl. in l. ſed cũ ab hę
rede. in fi. ad Treb. in l. ſeruitutes. §. pub. de ſeru. Card. Flo.
in c. mãdatũ. in 6. notab. de reſc. in 6. Veron. in trac. ſeru.
ruſt. in tit. de aquæduc. no. mod. in l. auus. de pac ¶ Sexto
probat̃ ex no. per Inn. in c. 2. de iur. immu. ubi uult quod
13 † talia priuilegia cũ ſint ꝯ ius, & a iure reprobata, niſi in
eis ſit clauſula motu proprio, dicãtur impetrata per ambi
tionem, & cõceſſa propter importunitatẽ petentiũ, & per
conſequens nulla. pro quo facit ꝙ uoluit Bar. & cõiter
doc. in l. 2. ff. ꝙ quiſq; iur. ſ. ꝙ reſcripta in dubio uidentur
impetrata propter importunitatem petentiũ, & pręſertim
hoc dici poteſt in priuilegio de quo agitur, cum in eo fiat
mentio de petitione partis, nec adeſt clauſula motu pro-
prio, ergo nullum dici debet. Septimo probatur, quia
iſtę collectæ particulariter non fuerunt impoſitæ ab ipſo
uicelegato, uel a dictis quadraginta uiris, quia illud ca-
ſtrum eſt immune, ſed ipſi ciues impoſuerunt ſibi, & ita in
ter ſe cõuẽti ſunt uel per ſtatutũ, uel per aliã diſpoſitionẽ,

14 quæ transiuit in ꝯtum, modo sic † priuilegium ꝯ conuentionem non ualet, ut late superioribus diebus consului. ¶ Octauo probatur, quia istud castrū est immune, & quã tū ad hmôi onera non recognoscit. d. dños Bono. nec. d. 15 Vicelegatum, & ita cũ ipsis fuit capitulũ, ergo &c. & † capitulis suis princeps ligatur. l. j. de pac. & in c. j. de proba. ¶ Nono facit ꝙ uoluit Bart. glo. & alij ꝑ illum tex. in l. in-16 cola. ff. ad munici. ubi ille † qui fecit ponere, uel posuit bona sua in ęstimo alicuius uillę non potest recedere, nec facere, ut non teneat̃, ergo non potuit. d. priuilegia impetrare, alias illa. l. redderet̃ elusoria. ¶ Decimo facit ꝙ uoluit gl. Bar. Iac. de Are. in l. assumptio. §. filius. ad mun. ubi qs 17 † tenetur soluere munera quæ imponũtur personæ pro rebus in loco originis, licet alterius loci efficiatur ciuis, & est tex. in l. j. de mun. & orig. & ibi Bar. & And. de Barul. ergo non obstante ciuilitate debet teneri. ¶ Maturius uero cogitanti uidetur. d. Achillē ad onera & collectas castri Bon. nullo pacto obligatũ esse: ad cuius ueritatem demõstrandam non multis utar iuxta illud iurisconsulti uno contentus ero. l. ita uulneratus. ad leg. aqui. l. si quis obreꝑserit. de fal. & ꝙ non teneat̃ probat̃ primo per instrm exēptionis ꝙ fuit approbatũ a summo pontifice, & pro potentiori cautela de nouo ꝯcessit, in quo expresse dr̃ ꝙ omnia bona Achillis posita in comitatu castri Bon. sint immunia, & exēpta ab oib. grauaminibus, ut latius ꝯtinetur in 18 eo, ergo ꝯstat. d. f Achillē nõ teneri ad onera † cũ instrm facit rem notoriam. c. de cohab. cle. & mul. c. cum olim. de uerb. sig. & dicitur probatio probata, & non indiget alia disputatione, secundum Bal. in l. imperator. de sta. ho. la. j. & in l. ꝯ negãtem. ad leg. aqui. ergo amplius nõ est disputandum, & res est indubitabilis. ¶ Secũdo dico nullo mõ teneri, quia factus est ciuis a d. Vicelegato, cũ cõsilio quadraginta senatorũ status libertatis reformatorũ, qui sunt † in possessione faciendi ciues: ita ꝙ statim facti sunt ci-19 ues, nõ tenẽtur soluere onera aliqua in castro, in quo nati sunt & ĩ quo soluebãt, sed tm̃ onera ipsius ciuitatis: & est tm̃ tps cuius memoria non extat, ꝙ sunt in possessione faciẽdi ciues, huius qualitatis, & infinitos fecerũt, ut patet in actis positis in archiuo publico, quæ uidi. igitur est clarũ nõ teneri, cũ longa possessio † cuius memoria non ex-20 tat habeat uim priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua coti. & ęsti. adeo † ꝙ ēt principi reseruata acquirun-21 tur. c. super quibusdã. §. præterea. de uer. sig. c. j. de præscri. in 6. ubi in tali ꝑscriptione nõ requirit̃ titulus: similiter nõ est necessaria scia aduersarij in tali præscriptione: ut not. Ang. post gl. in d. §. ductus aquæ. Bal. in c. 1. quę sunt regalię. ꝙ quõ intelligatur dixi in l. imperiũ. de iur. om. ind. bñ facit tex. in c. seruitiũ. 16. q. ult. gl. in c. nullus. 1. q. 1. & in c. cõquestus. 8. q. 3. Itē consuetudo lõga, & priuilegiũ æquiparãtur, & in c. quia ambitiosas. 64. dist. per Io. And. in c. cũ ꝯtingat. de fo. cõp. & iõ dixit Bar. in pl oę. ff. ꝙ ciuitates ex ꝯsuetudine pñt sibi acquirere ius studij, & dixit Bal. in tit. qui feudũ dare possunt. in c. 1. col. 2. ꝙ † consuetudo 22 habet uim decreti, & est tenaciter obseruãda, & hꝫ uim iustitię, adeo ꝙ tribuit ius personæ incompetenti, & inhabili, adeo ꝙ regibus & multis principibus competit ius conferendi ꝑbendas & beneficia, & hoc solũ quia ex antiquo ita cõsueuerunt facere. nã illa cõsuetudo, & illa possessio ꝯferẽdi antiqua operat̃ magis † ac si priuilegiũ expressum 23 habuissent a põtifice. Bal. in l. rescripta. C. de preci. imper. offe. gl. sume. 16. q. 7. Io. mon. in c. j. de præb. in 6. & est cõis opi. ut per Alex. in cõs. 74. uol. 4. uiso puncto. per Dec. abũdãter in cõs. 271. & 272. faciũt no. per Bar. in l. j. de aur. corona. lib. 10. & per Inn. in c. ꝯquerẽte. de offi. ord. Alex. in cõs. 124. super. j. col. 2. uol. 4. ergo dicẽdũ est ꝙ reuerē. uicelegatus, & dñi quadraginta habuerint plenissimã potestatē faciẽdi. d. f Achillē ciuē, ita ꝙ nõ soluat onera in castro originis ꝙ est suppositũ ciuitati Bon. & si dicat̃, cõsuetudo, & priuilegia faciẽdi aliquē immunē sunt reprobata a lege, & ideo tanquã nulla † nõ tribuũt ꝑtãtē. arg. l. nõ 24 dubiũ. C. de legi. & no. in l. de quib. de leg. & in l. 2. C. de præscr. & lon. ꝯsue. auth. de cassa & irrita. C. de sac. san. ecc. ¶ Rñdet̃ ꝙ illa nõ procedũt aduersus ꝯsuetudinē seu pręscriptionē, uel quasi possessionē aliquid faciẽdi cuius initij memoria nõ extat in ꝯtriũ. i. excedentē centũ annos, & 25 iõ sublata † præscriptione, a lege uel statuto, uel quacũq; alia dispositione nũquã intelligit̃ sublata ista cuius memoria nõ extat. Ang. in auth. de cætero com. eccl. rer. col. 5. per illũ tex. cũ Ang. in l. non solũ. in princ. de usucap. in l. j. de annali excep. Abb. in consi. 77. in q. quæ ad præsens. lib. 2. late per Feli. in rub. de rescri. Abb. in c. fi. de præscri. col. 9. Are. ꝯs. 15. reuerẽdissime pr̃. col. fi. Dec. in ꝑallegato cons. 271. & si dicatur, aduerte licet reuerendissimus uicelegatus, cũ dñis quadraginta ꝯsueuerunt facere hmôi ciues, & talis qualitatis, ut statim non soluãt collectas in castris, & uillis sibi subditis, tñ nũquã fecerunt aliquē de. d. castro Bon. unde respectu illorum nõ dñr esse in possessio-26 ne, nec ius illud præscripsisse, cũ istud ius † nõ sit sine pos-27 sessione. l. sine possessione. de usuc. & † est odiosa, iõ stricte debet interpretari, & ad limites possessionis: ut per Bar. in l. j. de edic. diui Had. tol. per doc. in l. traditionib. de pac. & pręsertim ista ꝑscriptio nõ dēt extẽdi ultra locũ in quo adsit quasi possessio, cũ sit ꝯ iura, & leges cões. ¶ Ad hoc rñdetur ꝙ castrũ Bon. sit subiectũ ciuitati Bon. sicuti sunt alia castra, & sit sicut alia de dominio & iurisdictione ciuitatis Bon. per hãc quasi possessionē creandi ciues quam exercuerũt in alijs locis infertur ad possessionē aliorũ locorũ ipsius dominij, & in alijs locis subiectis ipsam possessionē habuisse, & hoc probat̃ ex no. per Inn. in c. dilec. de off. Arch. & no. Abb. per illum tex. in c. j. de relig. domi. in 28 uersi. tene menti. ubi dicunt ꝙ † exercitiũ unius articuli cõprehensi sub uniuerso infertur ad uniuersum, & ad possessionē uniuersi, & idē Abb. in consi. 82. col. 4. lib. 1. & in consi. 54. eo. lib. col. ij. & in consi. 71. col. pen. lib. ij. Alex. in consi. 68. uiso puncto. col. pen. lib. ij. Feli. in c. auditis. col. 9. de præsc. in quib. locis probat̃, & dr̃ ꝙ per possessionem 29 unius partis tota res possidetur, & per † possessionē partis alicuius dominij totum dominiũ possidetur, & bene facit tex. in l. is qui usumfructũ. quib. mod. usuf. amit. ubi 30 per usum partis totũ ius retinetur, & ꝙ † per quasi possessionē habitã in uno castro qua mediante dicat̃ præscriptũ esse aliquod ius inferat̃ ad ꝑscriptionē, & quasi possessionem alterius castri in quo non exercuit illã quasi possessionem, nec aliquid factum est si modo illud castrum sit de iurisdictione illius quasi possidẽtis illius castri. uoluit expresse Dec. in consi. 271. col. ij. ¶ Nec obst. ꝙ præscriptio sit odiosa, & præsertim ista, & ista quasi possessio procedit secundum communem regulã ꝙ ex possessione partis tota res dicitur possideri. l. 3. in prin. de acqui. poss. & ex tali possessione causatur præscriptio si alius non possideat. c. 31 cum personæ. de priui. in 6. & † in odiosis sic ēt seruat̃ ius cõe: ut per Imo. in l. cum quidã. de libe. & post. Immo in facto præponitur ꝙ ēt isti domini constituerunt ciues in d. castro Bon. Præterea statim quod acquisiuerunt istud ius 32 faciendi ciues † fauore ciuitatis, ut repleatur personæ sunt factæ habiles ad faciendum actum statim ꝙ sunt habiles possunt indistincte quancunq; personam etiam forēsem, quia ciuitas non ex persona facti ciuis, sed ex persona facientis consideratur, & causa concessionis. ¶ Nam 33 ciues † non tenentur soluere illa onera ad quæ tenentur comitatenses. l. j. ad mun. & ibi no. l. j. de cap. ciui. lib. 11. & Bal. no. in sua Margarita, in uerb. ciuitas. Inn. in c. Rodol. de rescrip. Corn. in consi. 160. uol. 1. col. 3. ubi dicũt quod ciues non tenentur ad ea quæ tenentur comitatenses, & istud fauore ciuitatis, ut repleatur ciuibus cuius fauore aliquid conceditur quod alias prohibetur, l. ciuitas. l. ꝯstitutionibus. l. præsidijs prouinciæ. ff. si cer. per. ergo statim quod isti sunt facti ciues non tenentur soluere illa onera ad quæ tenẽtur comitatẽses: nam eis lex ipsa hoc cõcedit quæ hoc potest, licet. d. domini nõ possent. de exec. mune. per totum, & de uacat. mun. l. sunt mune. nam lex semper 34 loquitur. l. arriani. de hære. & † de nostra lege est se referre ad futura, ut patet in omnib. auth. circa finem, no. Bar. & omnes scrib. in l. omnes populi. de iusti. & iur. ergo cũ lex dicit ꝙ ciues non tenent̃ subire onera & munera comitatẽsiũ, statim ꝙ quis factus est ciuis nõ tenetur amplius, 35 & est saltē interpretatio † passiua quæ fortis est, ut colligit̃ ex no. ꝑ Bar. & Alex. & alios in l. j. §. lex fal. ad leg. falc. ¶ Secun-

36 ¶Secundò probat per l.j.C.de colleg.lib.10.ubi si†quis intrat secundum collegium,& respectu secundi soluit onera eximit a primo,& non tenet amplius soluere onera primo,& populus unius ciuitatis dr collegiũ sicut populus unius castri. Bart. in l. fi. de collegi.illi. ideo iste Achilles cum exijt de illo castro, & uenit ad ciuitatem, & factus est ciuis,& tenet ad onera ciuitatis non debet teneri ad onera illius castri.¶Tertiò probat:nã ista onera de quibus agit
37 sunt collectę† quæ imponunt personæ pro rebus,& dicuntur onera mista:ut declarat Bar.in l.j.C.de mul. & in quo loco ponit Alex.in consi.78.uol.6. Sed huiusmodi graua
38 mina†soluuntur in loco ubi manet persona non ubi sunt bona,quia persona trahit ad se res:ut per Bar.in cõs.138. uolu.j. est cõis opi.ut attestatur Pau. de Castr.in consi. 8. j.col.2.sed iste Achilles manet in ciuitate Bononiæ, ergo non debet teneri ad collectas in illo castro.¶Quartò fa
39 cit, quia iste subijt onera † imposita Bonõ.quæ sunt loco collectarum quæ imponuntur comitatensibus: nam
40 quis † duplici onere grauari non debet.l.Titia.la.j.§.qui inuita.de leg.2.gl.Bar.& doct.in l.j.C.de mul.& in quo loco.Bar.in l.sancimus.C. de consul.& collecta ciuitatis debet præferri, quia ciuitati per subiectos deferendum est, ut sentit glo.in l.ciues.C.de incol.¶Quintò probat,nam expresse cautũ est in decreto per homines de.d.castro producto ꝙ omnes de. d. castro teneantur soluere collectas præter ciues Boñ. sed iste est ciuis Boñ. ergo ex decreto quo tenetur soluere liberatur,unde sumus in claris, & sic non est opus coniecturis.l.continuus. §.cũ ita. de uerbo. obli.l.ille aut ille.§.cum in uerbis.de leg.3.& si dicatur,illud decretum debet intelligi in ciue originario, ut in casu uero intelligat.l.fi.de his qui. ue.æta.imp. & in potentiori significatu.l.j.§.qui in perpetuũ.si ager uecti.uel emphy.peta. Et quia statuta non intelliguntur in casu ficto.
41 l.3.§. hęc uerba de neg. gest. rñdetur ꝙ † ciuilitas in iure consistit:ut no.Bar.in l.si his qui pro emptore.de usucap.
42 in quæstione de fictione inductiua, ubi dr†in his quæ sũt iuris lex uere agit,unde uere est ciuis etiam si per uerbum improprium sit factus:& idem uoluit in l. si maritus. §.legis Iuliæ.de adul.& in consi.62.punctus talis. & ideo uult ꝙ ueniat in decretis,statutis,& omnibus alijs dispositionibus loquentibus de ciuibus : & idem uoluit Bal.in l. 2. de iur.aur.annul.tradit Rom.in consi.62.& Bal.in l.urbe.
43 de stat.homi.ubi dicunt præfati docto.ꝙ debent tales†ciues gaudere omnibus priuilegijs quibus gaudent omnes ciues originarij Alex.in consi.32.uisa concessione. lib.5. Aret.consi.77.latissime per Deci.in consi.284.col. penul. ex quo apparet responsum ad illud ꝙ uerba debent intelligi in casu uero,quia isti sunt ueri,patet ẽt responsum ad
44 illud ꝙ † uerba debent intelligi in potentiori significatu quia isti significatus æquiparant,& a pari procedunt.l.ciues.C.de incol.l.ædificia.cum sua gl. de uerb.sig.not.in l. j.ad municip.ponit Calca.in consi.100.col.j.& dispositũ in uno habet locũ in alio, etiã in materia strictissima, ut plene no.in l.Gal.§.& quid si tñ.de lib.& posthu. Itẽ licet potior esset ille significatus, & capiatur non excluditur alius dummodo sit proprius. Abb. in c. ex parte. de deci.
45 Et si dicatur per† actum contrarium amittit priuilegium l.j.C.de iur.do.impetr.c.cum accessissent.de cõstit.& ibi. d.Abb.& Imol. sed nonnulli de. d. castro fuerunt facti ciues,& non obstante ciuilitate soluerunt onera & tributa. ¶Respondet ꝙ illud procedit respectu ciuilitatis illorũ soluentium,non autem alterius, cum factum unius alteri præiudicare non debeat,toto tit.ne res inter alios acta. l. sæpe.de re iud.ubi in specie per Alex. ¶Secundò dico ꝙ illud intelligit respectu illius ꝙ soluerunt, scilicet ꝙ non possunt repetere, respectu futuræ solutionis nõ procedit l.2. in prin.& ibi not.gl. & Bar.de priuil. uet.l.2.& 3. qui sponte mun.publi. suscip.lib.10. plene per Cyn. Sali. in l. uoluntarie. C.de excus. tut. ideo dicit And. de Barulo in d.l. 2.C.qui spon.mun.publ. &c.ꝙ Ianuenses habebãt priuilegium immunitatis & soluerunt per.10.aut.20. annos ꝙ per hoc priuilegium nõ est amissum, ut teneant soluere in futurũ:quia effectus dicti priuilegij recipit reiterationẽ,ideo non perdit,nisi spatio quadraginta annorũ:& sequunt Alex.in consi.33.põderatis his.col.2. uol.4.si ergo illimet qui uenerunt ꝯ suum priuilegium non admittunt, ergo minus iste Achilles qui in nullo ꝯuenit.¶Sextò pro
46 batur,†quia unius hominis unicũ debet esse patrimoniũ. l.iurisperitos.§.cum oriundus.de excu.tuto.nisi sit milles & patrimonium debet esse uniforme, & non debet diuer-
47 so iure censeri.l.eum qui.ff.de usucap.†si diceremus,cum iste habitet Boñ.& factus sit ciuis,& onera ibi sustinet,haberet,& sustineret onera in d.castro ut comitatẽsis, sequeretur ꝙ haberet duo patrimonia , uel unicum,ꝙ duplici & diuerso iure censeret,scilicet tanꝗ ciuis,& tanquam comitatensis,ꝙ esse non debet.c.cũ in tua.de decim.¶Septimò facit ex quo iste factus est ciuis & priuilegiatus consideratur secundum præsentem statum,quo,nõ tenetur, nec debet considerari ꝙ illa bona alias fuerint obligata, & per illa præstitę fuerunt collectę quæ fecerunt transitum ad per-
48 sonam priuilegiatam quo†casu sequuntur qualitatem ipsius personæ ad quam transierunt. c.j. de iure patro. libr. 6.de decim.c.j.in clemen.l.fiscus.de iur.fisci.¶Octauò fa
49 cit.c.penul.de priuil.ubi† translatus in numerum priuilegiatorum non tenetur amplius ad onera quibus tenentur non priuilegiati,& facit tex.in c.si quis trãslatus.21.q.2. ergo cum iste ser Achilles a castro Boñ.sit translatus in ciuitatem nihil habet commune cum habitantibus in d.castro ac cum eorum consortio, & per consequens non debet soluere collectas ad quas tenentur ipsi.¶Nonò facit, quia istę collectæ aut fuerunt impositæ ab ipsis de castro Boñ.& tunc non complectunt ciues Boñ.etiam per priui-
50 legium per illorum generalem constitutionem, cũ † sint inferiores, & expresse non potuissent cõprehendere. l. nã magistratus.de arbit.c.inferior.21.distin.arg.tex.in l.Lucius.§.penul.mand.in l.si uxor filio. & ꝙ ibi not. de don. inter uir. & uxo. per quas rationes consuluit Nellus in ꝯs.
51 ꝙ incipit,super puncto.ꝙ † statutum ciuitatis disponens bona non posse alienari in non subditos non ligat, nec cõprehendit ciues ciuitatis superioris, aut fuerunt imposita ab ipsis Boñ.prout in ueritate sunt per statuta, & tunc dico ꝙ licet essent concessa per quęcunque uerba generalia
52 & amplissima,†tñ nunquam intelligunt comprehendere ciues præsentes,& futuros ipsius ciuitatis concedentis, & nihil concedit & comprehendit quo mediante suæ communitati quoquo modo præiudicari possit.l. prohibet.§. plane.& ibi Bar.ff.ꝙ ui aut clam.in l.ꝙ peculium. §. sicut. de pecul.l.fi.de cur.fur.bonus tex.& ibi Iac.de Aret.in l.si mercedẽ.§.habitatoribus.de actio.empti.ergo nullo modo iste Achilles factus ciuis debet teneri ad collectas quã uis ẽt non adesset decretũ expresse disponens ut diximus supra.¶Vltimò probat ex not.per gl.& doct. per illũ tex.
53 in l.si eius.§.celsus.ad munici.quæ uoluit † ꝙ habẽs duo domicilia teneat soluere munera in utroque ,nisi domicilium unius loci subijciatur alteri:quia tunc tñ tenet soluere munera in loco superiori,& vr cõis opi. ꝙ assumptus a ciuitate superiori non teneat soluere collectas in ciuitate inferiori:nam istam opinionem tenet Pau.de Cast. in consi.8.uol.j.ista bona paterna. Rom. in consil.140. uisa præsenti quæst. ubi consuluit in Aret. qui se transtulit ad ciuitatem Florentiæ,idem uoluit Oldr. in tract. mu.4. q. prin.& ita consuluerunt plures aduocati Florẽtini,ac Dominicus Serminij,Philippus de Corsinis,Io.de Monte gra
54 uis.Bar.de Populechis,quia†ciuitati per subiectos deferẽdum est arg.gl.in l.ciues. C.de incol. & istos docto.refert & sequitur Soci.in consi.303.incip.placet conclusio. uol. 2.& idem uoluit Bald.in l.j.§.quibus autem,ff. ꝙ cuiusq; uniuer.col.ulti.& idem uoluit Soci.in cõsi.302. col.2. eo. uol.2.& Ange. in quodam consilio ꝙ inseritur post dictũ consi.Soci.Ex suprascriptis igitur omnibus & authoritatibus, & alijs, quæ adducent si opus erit istam opinionem esse uerissimam & communem dico,& ꝙ plus est,paucos seu nullũ in terminis nostris, habere ꝯdictorem , scilicet ꝙ assumptus in ciuem a ciuitate superiori nõ tenetur soluere collectas quæ imponunt personę pro rebus in ciuitate inferiori prout facit dictus Achilles,& propterea puto iustissimum,ac doctissimum iudicem nostrum partes nostras quamprimum amplecti posse, ac debere,præsertim
55 † cum

55 † cum pro immunitatibus, & ciuilitatibus pronuncian-
dum sit.l.immuuitates. de iur.immun. & magis ciuilitas
cum tēdat ad fauorem ciuitatis, ut ciuitas ciuibus replea
tur, & præsertim pro ista immunitate pronunciandū est,
cum non omni onere releuet eum, sed minora ei imponit:
& ꝙ in dubio iudex pro immunitate, & ciuilitate habeat
iudicare dixit Calca.in consi.100.col.3.in causa illorum
cum similibus.solum restat ad obiecta particulariter re-
spondeamus, licet ex supra adductis colligatur responsum.
¶Et primo non obstat ꝙ fuit ꝯcessa immunitas a nō ha-
56 bente potestatem. quia immo uicelegatus, cū† habeat po
testatem faciendi statuta particularia, & respicientia par
ticularitatem ciuium.cap.fi.de offic.deleg.ita & tollendi
saltem quo ad unam personam debet habere, & adducta
in ꝯtrium procedunt in muneribus quæ soluuntur ex dis-
positione principis, & ad sui utilitatē, & munera quæ sol-
uunt homines de castro Bonoñ. soluunt ex eorū statuto
particulari, & pro eorum utilitate, ut pro magistro, medi
co, potestate, & similibus quæ tendunt ad eorum utilita-
tem particularē, uel communem, nihil enim de his princi
pi præstatur.¶Secūdò dico ꝙ istud statutum de soluēdis
oneribus dictus dñs uicelegatus, & quadraginta debent
57 posse † modificare, cum ipsum illi fecerunt, seu confirma
runt, & approbarunt, ac contenti fuerunt illo uti:nā oīa
nostra facimus &c. ¶Tertiò dico, ꝙ istud habet per ex
pressum priuilegium dum in eo dicitur ꝙ habeāt potesta
tem faciendi &c. ea quæ de iure, uel consuetudine perti-
nent:& quæ alij legati fecerunt, sed alij legati huiuscemo
di immunitates cōcesserunt:ergo expresse per priuilegiū
iste uicelegatus istud habet. Secundo dicit in priuilegio
ꝙ possit omnia facere quæ tendunt ad honorem, & quæ
uidentur sibi opportuna, & utilia, sed ex quo iste seruiuit
Romanæ ecclesiæ utile est, & ad honorem ecclesiæ tendit
eum remunerari.¶Quarto quod præscripserunt istud ius
ut supra dixi:quæ præscriptio habet uim priuilegij, ut la-
tius dixi.¶Quintò dico ꝙ istud possunt facere assumen-
do eos in ciues, & ratio fauore ciuilitatis, & quia non in
totum immunes faciunt, sed soluunt munera ciuiū:& hoc
vr̃ præsupponere Corn.in consi.291.& omnia iura quę di
cunt neminem posse concedere immunitatem pręter prin
cipem non loquuntur in casu quo concurrat ciuilitas, &
ut ueniat ad habitandum: ergo nihil ad nos, cum ex di-
uersis non fiat illatio.l.papinianus exuli.de mino.¶Sex-
tò potest dici ꝙ per istam concessionem iste non efficitur
immunis, sed potius loco unius collectæ imponitur alia:
& est declaratio quas collectas debeat sustinere seu cuius
loci quæ facilius conceditur quam dispositio:iuxta no.in
l.hæredes palam.§.sed si notam.de testa. nam in utroque
loco non debet collectari, ut prędiximus, cum in illis iuri
bus tractabatur de simplici, & uera concessione immu-
nitatis.ergo nihil ad casum nostrum. ¶Septimò probat:
nam statuta sua collectarum non ligant Boñ.ut dixi. post
quam ergo fecerunt isti Achillem ciuem dando immuni-
tatem exprimunt ꝙ tacite inest, expressio autem quæ ta-
cite inest nō debet uitiare.l.3.de leg.j de qua ibi per Pau.
& mod. ¶Octauò dico ꝙ dato ꝙ essemus in terminis il-
lius simplicis concessionis immunitatis quæ non potest
fieri nisi per principem, & casu quo a principe istud ius cō
cedendi immunitatem non haberet, nec a lege, nec a præ-
scriptione, ꝙ tñ nego:adhuc dico ꝙ habet potestatem in
casu isto immunitatem concedere, quia fuit concessa pro
pter benemerita, quo casu etiam decuriones & priores ci
uitatis possunt concedere, & quælibet cōmunitas hoc po
test:ẜm Bar.in l.ambitiosa.de decret.ab ord.facien.col.2.
uersi.quęro utrum.sequitur Alex.in consi.30. ponderatis
narratis.col.4.uol.5.allegat eundem Bar.in l.j. de iusti. &
iur.& ulterius non confirmo:quia ita est cōis opi. Ioā. de
Ana.in conf.21.Viso instrumento.Et si dicatur non credi
58 tur † istis asserentibus de benemeritis requiritur ꝙ probē
tur.arg.l.si forte.de cast.pec.& in specie dicit Alex. in ꝯs.
101.& per mod.in l.si donatū. de coll. quia istud non ha-
bet locum in supremis personis, ut in legato qui est post
principem:ut toto tit.de offi.leg.Nam propter singulari-
tatem personæ credit eis de causa, licet actum nō possint
facere sine illa causa:ut sentit Alex.in consi. 24. in 4.uol.
incip. consultus. & ponunt docto. præsertim Ias. in l.j. de
offic.eius cui mand.est iurisd. & hoc præsertim esse debet
in casu nostro, cum in indulto legati quæ sint facienda re-
linquunt arbitrio, & suæ assertioni, ut in eo ritè intelligen
ti rectè expresse constat. ¶Non obstat ẜm de clā non ob-
stante, quia non sumus in terminis in quibus requiratur,
cum ista non sit simplex immunitas, & nō est immunitas
ꝯ ius principis:immo ẜm ius, ut prædiximus, & dato ꝙ re
quireretur habent illam consuetudinem, & pręsumptionē
immo habent, & possunt uti illa expressa concessione po-
sita in indulto ibi, non obstantibus legibus imperialib.
¶Nō obstat tertiū ꝙ sit nulla ex defectu citationis, quia
59 in † priuilegijs concessis non est de more, nec de iure ꝙ
quis citet:ẜm Bal.in d.l.nam ita diuus.de adopt. Bal. in l.
fin. quibus res iud. non noc.in l.fi. de fructi.& liti.expen.
Abb.post Cald.in c.cū olim.col.5.de re iud.Alex.in cons.
87.uisis codicillis.lib.2.& in consi.1. & per Dec. in consi.
194.& in consi. 211.& est cōis opin. & bene facit regula,
qui potest inuitis.de regu. iur. & consuetudo est Bono.ut
nunquam citet aliquis de loco faciendo ciues, & concedē
do immunitates: & præsertim hoc debet esse in casu no-
stro, cum istud priuilegium sapiat quandā extraiudicia-
lem declarationem magis quam de nouo concessionem,
60 medullitus eum considerando, ut diximus, in quo † casu
non est citatio necessaria:ut tradit Roma.in conf.369.cir
ca primum.in quinto dubio.de cuius ueritate alias abun
danter disputaui. ¶Non obstat quartū ꝙ priuilegia fue-
runt inconcessibilia, quia immo est cōcessibilis ex supra
adductis rationibus, alias nullum priuilegium immunita-
tis esset ualidum:& gl.in l.nemo iudex. non loquit in istis
muneribus, nec impositis ab istis, nec cōcurrentibus illis
quæ concurrunt in casu nostro. ¶Non obstat quintū de
61 pręiudicio tertij, quia dicimus istud præiudiciū † nō pos-
se considerari ex quo fuerunt ibi imposita grauamina illa
exclusis ciuibus, & sic ipsis consentientibus, & per conse-
quens uoluerunt, & cogitauerunt istum casum saltem in
genere, itaque consentienti, & uolenti non fit pręiudiciū
l.j.§.adeo.de iniur.ergo &c. ¶Secundò dico ꝙ istud præ-
iudicium est paruum, cum cuilibet non pręiudicet in uno
quadrante, & illud esse perpetuū non facit ipsum magnū
ex quo est, ut supra, & not.in l.quoties procedunt qñ con
62 currit † aliqua quantitas notabilis, cū perpetuitate, & hoc
vr̃ sentire Cardinalis, scilicet ꝙ non erit pp perpetuitatē
graue præiudicium.in cle.j.§.sed hoc præsumi. de cens. ꝙ
puto uerum esse qñ quantitas minima esset, ut hic. ¶Ter-
tio dico dato ꝙ esset præiudicium & graue ꝙ tñ nullus sa
63 ni capitis admitteret:ꝙ nō est in ꝯsideratione, quia † pri-
uilegium continens præiudiciū tertij debet intelligi, non
obstante pręiudicio prout uerba sonāt, & ẜm proprietatē
uerborū, ẜm Abb.& scrib.in cap. ad audientiā. de decim.
sed hic in priuilegio expresse dr̃ ꝙ sint exempta. d. bona
posita in dicto castro, ergo &c. & propterea dixit Paul. de
Cast.in consi.105. & Io.de Anan.in ꝯsi.71. uiso instrumē
64 to. † ꝙ in casu claro non consideratur præiudiciū tertij.
¶Quartò considero ꝙ istud priuilegiū fuit ꝯcessum pro-
pter remunerationem, ut dr̃ in eo pro gestis pro republica
65 quo † casu non consideratur præiudicium alterius, immo
66 dominium † potest auferri. Bar.in proœ. fforum. Alex. in
consi.94.uisis.col.penul.lib.5.& in consi.33.in fin. sed ita
67 fuit in casu nostro, ergo &c. ¶Quintò considero ꝙ † cum
ista priuilegia sint solita concedi hoc modo ab istis. 40.ui
ris, & diu ab subditis tolerata sine controuersia aliqua ex
tacita subditorum uoluntate non iudicatur præiudiciū.
argumento eorum quæ nudiustertius in publica disputa-
tione coram uicelegato de solitis, & tolerantia dixi, nō re
peto. ¶Non obstat sextum, de not.per Inno.in c.2.de iur.
68 immu.quia rñdet Alex.in conf.33.uol.5.dicēs ꝙ † ad tol
lendā præsumptionē importunitatis, & subreptionis nō
solū clā motu proprio, est sufficiens, sed clā non obstante:
ut notant doct.in l.uacuatis.C. de decur. unde illud ꝙ di
xit Inno.de clausula motu proprio, fuit positū gratia exē
pli, & non per illud intelligit excludere alias clausulas ad
hoc sufficiētes:ita Alex.in prællegato cōsi.sed in casu no
stro adest

ſtro adeſt clauſula non obſtante,ergo &c. ¶Non obſtat ſeptimum ꝙ iſtę collectę fuerunt impoſitę per ipſos, & ex ſua conuentione:quia iſtud negat. Secundo dato ꝙ ſit uerum non incluſerunt ciues Bonoñ.nec potuerunt includere,ut dixi in nono fundamento,nõ repeto. ¶Non obſtat octauum,ſcilicet ꝙ quantum ad onera homines de caſtro non recognoſcunt Boñ.quia eſt falſum,cum ipſi impoſuerint:& caſu quo eſſet uerum dico ꝙ tunc militat ratio, ut ueniant ad habitandum non ſubditi in oneribus,quo caſu quælibet communitas habet poteſtatem cõcedendi immunitatem.Bar.in l.uacuatis. de decu.l. 2. de iur.immu. & eſt communis opi.ſm Alex.in conſi.101.uol.1.¶Non obſtat nono ꝙ uoluit Bar.& gl.in l. incola. quia procedit qñ ſimpliciter recederet, & non eximeret mediante priuilegio,uel immunitate cõcedenda. ¶Non obſtat decimo ꝙ uoluit Bar.in l.aſſumptio.§.filius. quia reſpondetur in dicto conſi.302.ꝙ non procedit qñ quis eſt aſſumptus in ciuem a ciuitate ſuperiore, & ita in ſpecie limitat notata per Bar.in d. §. filius. ſed iſte fuit aſſumptus a ciuitate ſuperiore,ergo &c. Laus Deo.

Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Simplex conceſsio non extenditur ad extraordinaria.*
2 *Confirmatio præſumitur potius facta ſecundum naturam actus quam ſecundum accidens.*
3 *Princeps,ſeu Papa,etiam ſolus legem condere poteſt.*
4 *Pontifex conſtitutione ſui prædeceſſoris, ſaltem de honeſtate ligatur.*
5 *Conceſsio principis in aliquem collata, remanet illæſa, in eo quod per eius ſucceſſorem expreſſe non mutatur.*
6 *Conceſsio emanata ob publicam utilitatem reſtringi non debet, immo potius ampliari.*
7 *Declaratio mẽtis noſtra nulla eſt maior,quam ipſa expreſsio uerborum.*
8 *Verba ſancimus,ſtatuimus,& ordinamus,denotant iuris promulgationem.*
9 *Conceſsio facta ad beneplacitum,uel per ſimilia uerba, morte finitur.*
10 *Conceſsio facta dignitati,eſt perpetua.*

RESPONSVM LXII.

¶An ſimplex confirmatio principis extendatur ad cõceſſionem factam a ſuo anteceſſore. Et quomodo cognoſcatur principem legem condere uoluiſſe.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Dubitat̃, an procurator fiſcalis camerę a Clemente. 7. creatus,cum poteſtate in quacunque ciuitate eccleſiæ ſubſtituẽdi procuratores fiſcales &c. & demũ a Papa Paulo.3.ſimpliciter ꝯfirmatus, poſsit ſubſtituere dictos ꝓcuratores fiſcales,& licet uidebat̃ ꝙ nõ,
1 quia eſt confirmatio ſimplex, & † conceſsio non ſe habet ad extraordinaria.l.Seio.§.medico.de an.legat.cum ſimilibus. & procurator fiſcalis iure ſuo ordinario non habet illam poteſtatem ſubſtituẽdi, ſed ſolum habuit per quoddam reſcriptum.d.Clementis Papæ,ad ꝙ non vr̃ habuiſſe reſpectum confirmans ex quo ſpecialiter de eo non fecit
2 mentionem,unde potius ſm † naturã actus vr̃ confirmaſſe quam accidens.arg.l.item ueniunt. §. cũ prædiximus. cum concord.de pet.hæred.¶Maturius tñ cogitando dico eum habere eandẽ poteſtatẽ in ſubſtituendis procuratoribus fiſcalibus,quam habebat tempore Clemẽtis.7.& conſidero hanc poteſtatẽ pendere a reſcripto Clementis Papæ,& cũ ſe fundat in eo,eius uerba ſunt conſideranda:
3 iuxta notata in cap.porro.de priuil.Et præſuppono†princip̃e,ſeu Papam et̃ ſolũ legem facere poſſe. l. fi. de conſtit. princip.& ibi notant oẽs,& tradit̃ in rubri.extra de ꝯſtit.
4 & eſt cõis opinio:ut dicit Domi.in cap. ſuper eo.de hære. in 6.¶Secundò prę̃ſuppono † Pontificẽ ligari ꝯſtitutione ſui prædeceſſoris ſaltem de honeſtate:ut per gl.in cap. nõ liceat Papæ.12.q.2.adeo ꝙ peccat reuocando ſine cauſa. 35.q.9.in cap.ſententiam.in gl.fi.& not.per Deci. in cap. canonum ſtatuta.col.7.de conſti.His ſic præſuppoſitis dico ꝙ cum conceſsio Clemẽtis Papæ facta procuratori fiſcali habet uim legis,immo lex eſt, & ſe extendit ad ſucceſſores,& non fuit expreſſe reuocata a Paulo Papa. 3.immo procurator creatus a Clemente, cum illa poteſtate ab eo confirmans,ſequit̃ ꝙ remanet in uiridi obſeruantia, quia
5 † ꝙ non mutat expreſſe,remanet illeſum.l.pręcipimus.de appel.l.ſancimus.de teſt.& maxime cum hoc facere nõ poterat ſine cã,& maxime cũ illa conceſsio emanauit ob pu-
6 blicã utilitatẽ,ut dr̃ in ea,& publica † utilitas nõ debet reſtringi,immo ampliari:ut notat̃ per Bar.in l. quemadmodũ.C.de agr. & cenſ.& ſi ꝯfirmata non eſſet remaneret firma,cũ ſit lex.Ergo fortius propter confirmationẽ quę eſt facta ad augmentũ,alias inducta ad augmentũ operarẽtur diminutionẽ,ꝫ.l.legata inutiliter.de adim.leg.l. legata inutiliter.de leg.j.& plene notat̃ in l.ꝙ fauore.de legib. ſolum ergo reſtat probare Clementem legem condere uoluiſſe, cum eo probato:& ſtante ꝙ ſequens pontifex Paulus. 3. diſpoſitum per Clemẽtem non expreſſe reprobauit & correxit,immo approbauit, nulli dubium eſt diſpoſita per Clementẽ habere effectum,& debere obſeruari.Quod aũt Clemẽs uoluerit legẽ condere conſtat ex uerbis, cum
7 nulla † maior mentis noſtrę declaratio ſit q̃ ipſa uerborũ expreſsio.l.labeo.ff.de ſupel.legat. & ubi uerba ſunt clara non eſt opus coniecturis.l.ille aut ille.§.cum in uerbis.de lega. 3. Sed in diſpoſitione Clementis dr̃ expreſſe, & primo in principio conſtitutionis in illis uerbis hac in perpe-
8 tuum ualitura conſtitutione.Item†dicit,ſancimus, ſtatuimus,& ordinamus,quæ uerba denotant iuris promulgationem:ut not.in cap.2.de iudi.immo in fine dicit præſentem noſtrã,hanc ædictalem legem, & conſtitutionem &c. ergo amplius non eſt laborandum nunquid legem uoluerit conſtituere.¶Præterea dico dato,& non conceſſo, eũ legem non feciſſe,ſed ſimplicem duntaxat conceſsionem, tñ ex quo non fuit reuocata hæc ſua conceſsio adhuc debet durare, cum non adſint uerba ad beneplacitum, uel
9 ſimilia quæ demonſtrant mortem†illam finiri, iuxta notata per omnes in cap.ſi gratioſe.de præhend.in l.4.ff.locati. cum concord. immo in caſu iſto apparet expreſſe ꝙ uolebãt illam habere locum tempore ſucceſſorum ſuorũ, probatur in fine dictæ conſtitutionis ibi noſtro nõſtrorũ que ſucceſſorum arbitrio &c.& ſic expreſſe uult eam durare tempore ſucceſſorum ſuorum . Item conſidero quædã alia uerba poſita in principio,ibi,ꝙ Benedictus de Valentibus noſtrę camerę, & qui pro tempore fuit procurator fiſcalis poſsit &c.nam hæc uerba ſe habent in futurũ, immo denotant hanc poteſtatem fuiſſe cõceſſam dignitati,iuxta materiam.c.qm̃ abbas.de offi. dele.& per conſe-
10 quens†perpetuam,ut ibi notat̃:& ex his teneo procuratorẽ fiſcalem habere eandem poteſtatem quã habebat tempore Clementis Papæ.7. & ad illud de confirmatione ſimplici patet reſponſum non fuiſſe neceſſarium, immo ueni re eam ad augendum &c. & longiori ſermone rem explicaſſem ac pluribus rationibus uſus fuiſſem,niſi cognouiſſem dum hic aderat auditor generalis prę̃ſidis olim acutiſsimus ſcholaris meus,qui eſt iudex in cauſa hac:rem ſere pro indubitata haberi. Laus Deo.O.M.

¶Ita reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiorum uerbis inhærendum eſt.*
2 *Priuilegia ſtricte ſunt interpretanda,ſine tertij præiudicio,& referenda ad intellectum iuris communis.*
3 *Priuilegia potius, ut nihil operentur interpretari debent, quam quod tertio præiudicium afferatur, uel alteretur ius commune.*
4 *Legitimatio quando non eſt quo ad omnia, odioſa dicitur diſpenſatio.*
5 *Legitimatio odioſa,ut minus operetur reſtringi debet.*
6 *Clauſula ſine præiudicio uenientium ab inteſtato,legitimandi priuilegio appoſita,operatur legitimatos ex teſtamento duntaxat poſſe ſuccedere.*

7 Statuto

7 *Statuto stante, ut existentibus masculis &c. ut conseruetur masculinitas interpretatio semper capi debet.*
8 *Legitimãdi potestas Comiti concessa, (& si non quo ad omnia) fauorabilis est censenda.*
9 *Potestas legitimãdi, (quia principis cõtinet beneficiũ) late uenit interpretanda.*
10 *Verba sine præiudicio uenientium ab intestato, intelligi possunt de omnibus ab intestato uenientibus, tam collateralibus quam ascendentibus, & descendentibus, & de descendentibus tantũ.*
11 *Hæredis uerbum diuersimode intelligi potest.*
12 *Interpretatio ut lata fiat in fauorabilibus receditur a regulis iuris.*
13 *Clausula in fine posita quæ ad præcedentia referri solet, tunc nõ referretur, quando ex eo contingeret fauorabilem restringi dispositionem.*
14 *Dispositio de uenientibus ab intestato loquens in dubio de descendentibus tanquam in potiori significatu intelligi debet.*
15 *Clausula sine præiudicio uenientium ab intestato, cum in genere, & in specie capi posit, in dubio in specie intelligi debet, & sic de descendentibus tantum.*
16 *Regula legis. 4. §. toties. de dam. infe. adeo uera est, ut & si uerba alicuius dispositionis alicui pro maiori parte competant, tamen si non competant in totum, in eo non uerificetur dispositio.*
17 *Statutum quod turbans aliquem in possessione, restituat possessionem, & quid certum soluat, sibi locum non uendicat in uiturbatiua.*
18 *Negotio, ut intersit is uocari debet, cui ex negotio præiudicari potest.*
19 *Transuersales, ut legitimationi assistant, non sunt citandi.*
20 *Verbo adiuncta qualitas secundum uerbi tempus uerificari debet.*
21 *Transuersalibus, in bonis eius cui ab intestato sunt successuri, eo uiuente, ius nullum nec re, nec spe competere potest.*
22 *Defuncti tacita uoluntate, uenientibus ab intestato obuenire censetur hæreditas.*
23 *Expressum tacitum cessare facit.*
24 *Verba secundum materiam subiectam intelligi debent.*
25 *Alexander est ardens iuris ciuilis Lucerna.*
26 *Doctoris distinguentis opinio in dubio amplexanda est.*
27 *Exceptio declarat regulam in quibus terminis loquatur.*
28 *Clausula sine præiudicio uenientium ab intestato intelligitur, & declaratur, ab exceptione posita in priuilegio.*
29 *Clausula sine præiudicio uenientium ab intestato, idem operatur siue fuerit dictum uenientium ab intestato, siue legitimorum hæredum.*
30 *Responsio intelligitur, facta iuxta interrogationem.*
31 *Concessio secundum propositionem, & petitionem intelligẽda uenit, si ad petitionem reduci potest.*
32 *Interesse siue præiudicium cessantis lucri, non consideratur.*
33 *Statutum in casibus ab eo non comprehensis non est in consideratione.*

RESPONSVM LXIII.

¶ An filiæ a comite legitimatę posint succedere in præiudicium collateralium uenientium ab intestato, & an legitimãs uoluerit præiudicare uenientibus ab intestato, ubi multa egregia in materia legitimationis, & circa interpretationem priuilegij legitimantis.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ Ex themate porrecto in causa transmissa ex Vrbino cõtigit dubitari de duobus. ¶ Et primo an per legitimationem factã a Comite posint succedere, exclusis agnatis filiæ legitimatæ sine præiudicio uenientium ab intestato. Secũdo, an legitimans uoluerit præiudicare collateralibus legitimando. ¶ Circa primũ uidetur dicendum, nullo modo admitti posse istas filias, ab intestato in præiudicium agnatorum, quia nituntur ex priuilegio. d. Comites, & est fundamentum suę intentionis, ideo inhærẽdũ est † uerbis illius. cap. porro. extra.
1 de priuil. Bald. in auth. si qua mulier. C. de sacr. sanc. eccle. & in l. iubemus. ad Trebel. Alex. in consi. 5. incip. Visis. in
prin. sed in eo dicitur quod succedant sine præiudicio uenientium ab intestato. Hic autem si. d. filiæ succederẽt, uenientibus ab intestato præiudicarent excludendo: ergo succedere non possunt. ¶ Secundo priuilegia sunt interpretanda stricte, & † referenda ad intellectum iuris com
2 munis, & sine præiudicio tertij. cap. adeo. cap. causam quę de rescrip. cap. 2. de deci. in 6. cap. dilecti. de donat. l. 2. §. si quis a principe. & §. merito. ne quid in loco publi. immo
3 † potius debent interpretari ut nihil operentur, quam quod inferatur præiudicium alteri, uel alteretur ius commune. Deci. in rubri. de rescrip. col. 2. ubi plene. Ergo priuilegiũ istud concessum illi Comiti, non debet posse præiudicare agnatis uenientibus ab intestato de iure cõi in casu nostro, & hoc præsertim, cũ in priuilegio hoc sit expressum.
4 ¶ Tertio ista † legitimatio ex quo non est quo ad omnia dr̃ dispensatio odiosa: ut per Soci. in rubr. de lib. & posth. post gl. in l. ij. de iur. aur. annul. Hosti. in cap. per uenerabilem. qui fil. sint legitimi. Benedict. de plumb. in quæstione incip. Statuto Pisano. Alex. post Paul. de Cast. in l. pactum quod dotali. de collat. & in consi. 88. in 2. colu. cum
5 ergo sit odiosa † debet restringi, ut minus operetur. cap. fi. de fil. presby. & in cap. j. eo. titu. lib. 6. gl. in clement. ij. & ibi Imol. de ætate & qualit. Ergo & si non esset in priuilegio expressum, nihilominus deberet interpretari, ut minus præiudicaret agnatis quã sit posibile, fortius ita debet fieri, cum sit expressum. ¶ Quarto probatur: nam qñ
6 ista clausula sine † præiudicio uenientiũ ab intestato est apposita in priuilegio operatur ut legitimati tantũ possint succedere ex testamento, sint tamen exclusi ab intestato, & ista est communis opinio, ergo non est amplius disputandum. Et hanc fore communem attestatur Deci. in consi. 338. col. 2. post. Soci. in consi. 95. nulli dubium. col. 5. in ulti. lib. Corn. in consi. 3. lib. j. Curt. in consi. 73. super memorata. col. 9. & idem dicit Deci. & attestatur communem in consi. 391. in prin. ubi multa consilia allegat, & in terminis nostris omnino debet hoc modo intelligi, cum mediante hac interpretatione masculi præferuntur: nam uenientes ab intestato sunt masculi, legitimati uero fœmi
7 næ, & semper † capitur interpretatio, stante statuto quod masculi &c. ut conseruetur masculinitas. l. j. de uentr. inspi. l. uenia. de in ius uoc. ¶ Melius cogitanti vr̃ ueritas in contrarium, & considero difficultatẽ dependere ab hoc, an iste Comes potuerit legitimare in pręiudicium collateralium uenientium ab intestato. Et sic clausula sine præiudicio uenientium ab intestato referatur tm̃ ad descendentes. Secundo, an hoc uoluerit cõcedere, seu concesserit. ¶ Circa primum omnino vr̃ dicendum eam tm̃ referri ad descendẽtes: & hoc rationibus, & authoritatibus. Et primo probatur, quia licet legitimatio facta quo ad quædam dicat̃ dispensatio, & sit stricte interpretanda: ut per Paul. Rom. & Alex. in l. pactum. C. de collat. & dixi supra. tñ potestas
8 † legitimandi concessa comiti, licet non quo ad omnia, dr̃
9 fauorabilis, quia est priuilegium principis, quod † debet late interpretari. l. fi. de constit. princip. Bart. Bald. Ange. Imol. Alex. & Ias. in l. 2. in prin. de uerb. obli. Pet. de Anch. in consi. 242. ex tenore priuilegij. & in consi. 428. circa primum. Abb. in cap. at si clerici. §. de adulterijs. col. 7. de iudi. Alex. in consi. 188. perspectis uerbis. in prin. col. penulti. uol. 5. & plene per Deci. in consi. 76. si ergo late debet interpretari, illa clausula sine præiudicio uenientiũ ab intestato, debet stricte interpretari, ut maior sit potestas legi
10 timãtis. Nam possunt intelligi illa uerba de omnibus † uenientibus ab intestato, tam collateralibus, quam ascendẽtibus, & descendentibus. possunt etiam intelligi de descen
11 dentibus tm̃, ut † in simili dr̃ de hærede, per doctor. in l. Gallus. §. si a parente. de lib. & posthu. & istam clausulam uario modo posse intelligi fatentur omnes docto. ut per Soci. in ɔsi. 95. circa fi. per Cur. in consi. 23. col. 8. per Fulg. in consi. incip. quidam Guido magioli. per Paul. de Cast. in consi. 214. incip. dicendum. ergo debet intelligi tantũ de descendentibus, ut latior sit potestas legitimandi. ¶ Se
12 cundo facit, nam quando sumus in † materia fauorabili in qua fit lata interpretatio, ut larga fiat interpretatio re
13 cedit a regula iuris. Nã clausula in fine posita † quæ solet referri

referri ad præcedentia.l.talis scriptura.de leg. j. tamen si restringeret præcedentia non refertur ne dispositio fauorabilis restringatur:ita Inno.in cap.cum dilecti.de dona. Alex.in consi.48.col.4.lib.j.& in consi.213.Visis & opportune digestis.col.penulti.lib.2.& multis exemplis, & authoritatibus comprobare possem, quæ uti notissima prætermitto,sicut igitur receditur a regula iuris,ut minus restringatur concesio fauorabilis.Ita hic uerbum uenietes ab intestato,debet restringi ad descendentes, ut minus restringatur facultas legitimandi,cum fauorabilis est.

¶Tertiò comprobat ex regula generali, quæ habet sumi
14 interpretationem,ut uerba capiant in † potiori significatu.l.j.§.qui in perpetuũ. si ager uectig. uel emphyteu.pet. sed potior causa descendentium est:ut in auth. de suc. ab intest.& instit. de hæred. quæ ab intestato defer. ergo de-
15 bet intelligi de illis. ¶Quartò quoties† unum uerbũ põt capi & in genere,in specie,in dubio debet capi in specie.l. hoc legatũ.de leg.3.Alex.in rubr.solu.matr.cum igit hoc uerbũ uenientiũ ab intestato potest intelligi generaliter de quocunque, potest et intelligi in specie de descendentibus,ergo in dubio debet intelligi in specie de descendétibus. ¶Quintò confirmat ex regula generali.l.4.§.toties. de damno infec.cũ ibi plene notatis per doct.quæ adeo
16 uera est,ut & si uerba † alicuius dispositionis cõpetãt pro maiori parte alicui si non cõpetant in totũ dispositio nõ uerificat in eo,ut declarãt Iacob.Butr. Sali.& Fulgo. in l. mancipia. C.de seruis fug. quos sequit Roma. in consilio 486.statutum puniens.Dec.in l.j. col.4.C. de edendo. ubi si statutum dicat, turbans aliquem in possessione, resti-
17 tuat possessionem & soluat, † non habet locũ in ui turbatiua, quia tunc solum una pars uerborum de proprietate uerificat, licet improprie utraque posset uerificari, ita in proposito nostro.uerba istius clausulæ sine præiudicio uenientium ab intestato non cõpetunt in totum transuersalibus uenientibus ab intestato, qm̃ licet dicant uenientes ab intestato,tñ in eis nõ cõsiderat proprium præiudiciũ, ergo ex supra adducta doctrina cõi ad eos nullo modo referri debet,& in eis uerbum præiudicium, non uerifica-
18 ri,saltem patet:quia† ille cui præiudicari põt debet uocari.l.nam ita diuus.de adopt.l.de unoquoque.de re iud.cũ ibi plene notatis.& in terminis istius actus legitimatiõis,
29 in l.2.& l.penul.de nat.rest.†sed transuersales ad legitimationẽ nõ sunt citandi:ut per Bar.& doct.in l. Gal. §.& qd si tm̃.de lib.& posthu. per Ioan. Andr. & alios in cap. per uenerabilem qui fil. sint legiti. Et est cõis opinio, ut per mod.in d.§.& quid si tñ. ergo præiudicium non consideratur in eis. ¶Secundò probo,nam ista uerba sine præiudicio non sunt adiecta uerbo legitimare, dum dicit ut possit legitimare sine præiudicio &c. Ergo illa qualitas
20 † præiudicij debet uerificari sm tempus uerbi. l. in delictis.§.si extraneus.de noxal.l.Titius.de mil. testa. l.ex facto.de uulg.& pupil.cum ibi plene notatis,sed si posset cõsiderari unquam aliquod præiudicium in transuersalibus tempore legitimationis nostræ non potuit considerari,
21 cum fuit facta uiuente patre † quo tempore collaterales nullum ius habent nec re,nec spe:ut per Bar.Alex.& communiter doctores in l.fin.C.de pactis. per Bartolũ & Doct.in l.is potest.de acq.hæred.in 2.& 3. col. & præsertim in casu nostro in quo ille de cuius hæreditate agitur dixit se uelle istas legitimatas sibi succedere tam ex testamento quam ab intestato,& non collaterales. Et istam suam uoluntatem posuit in scriptis, & in supplicatione legitimationis. Ex quibus uerbis euidentissime apparebat in bonis defuncti spem aliquam respectu collateralium consi-
22 derari nõ posse.Nam illi habent seu habituri sunt ex† sua
23 tacita uoluntate. l. conficiuntur. de iure codicil. & † expressum facit cessare tacitum.l.cum filio.de uulga. & pupil.ergo constabat transuersales nullũ ius habere : & pro ista parte consuluit Petr.de Ancha.in consi.152.incip.pro fratribus.& idem uoluit Ange.in consi. 263.incip. in Dei nomine & uiso puncto.Pau.de Cast. in l.Gal. §. & quid si tantum.de libe.& posthu.& in consi.224.incip. In Christi nomine,dicendum est dictã hæreditatẽ. & ita in terminis consuluit dominus Alex.in consi.187.incip.uidereť.uolu.
5.& in consi.188.incip. Perspectis uerbis. per totum. uol. 5.& in cõsi.seq.eod.uol.& ista opinio posset pluribus authoritatibus confirmari:sed cum constet iudici hanc opinionem æquiorem,& communiorem esse frustratoriũ putaui denigrare papyrum.& esse commune patet: quia alij qui consuluerunt ɔ̃rium loquebant in casu quo tractabatur de præiudicio descendẽtium,ut patet in terminis positis per Soci.in d.consi.95.& Deci. in consi. 393. loquitur quando extabant descendentes, ut puta filia, in casu suo, & ita etiam loquitur Cur.in consi.63. & sunt illi qui attestant ita esse cõem opinionem,& non repugnant casui nostro,& licet loquantur generaliter ne fiat præiudicium uenientibus ab intestato, debent tñ intelligi in terminis in
24 quibus loquuntur,cum † uerba intelliguntur sm naturã materiæ.l.si insulam.de præscrip.uerb.l. si olei. loca. Nec uidetur esse aliter dicendum cum.d.Alex. ita pluribus uicibus consuluit,qui bene sciebat communes opiniones,&
25 erat optimę conscientiæ.Nam† lucerna ardens Iuris ciuilis est: sm Feli.in c.2.col.16.de rescrip. ¶Præterea quan-
26 do sumus† in dubio est eligenda opinio docto. distinguẽtis.Sali.in l.filię cuius pater.uersi.expeditis.C.famil.ercisc. ergo.d.Alex.opinio est cæteris præferenda:sed cum casus noster est extra has scribentium difficultates, protestor me nunc non determinare, quæ opinio sit communior & uerior dixi in §.& quid si tantum.l.Gal. de lib. & posthu. & dicam in causa illorum de Ruffis uertentem coram magnificentia tua,in qua prout mihi ininnctum est,quã primum spero Deo fauente amplissime scribere. casus autẽ iste vr̃ procedere sine difficultate ex clausula apposita in priuilegio ibi sine præiudicio uenientiũ ab intestato, nisi descendentibus specialiter uocatis & nõ comparentibus, uel comparentibus & consentientibus.

¶Nam ex ista exceptione & modificatione declarant illa uerba sine præiudicio,cum† exceptio declarat regulã, in
27 quibus terminis loquatur. l. nam quod liquide. de penu. leg.& plene no.in l.j.de reg.iur.& in c.j.eo. tit.& maxime in hoc casu in quo regula est dubia. Et in hoc casu puto uerissimam opinionem Alex.& supra firmatam,nec contradicunt alij in contrarium allegati, cum in suis casibus non erãt declarata illa uerba,& iste † est nouus casus ex-
28 cellentissime iudex, extra communem difficultatem, & non est uis an priuilegium dicat uenientium ab intestato uel legitimorum hæredum,licet nonnulli uideantur uelle ɔ̃rium:nam opinio istorum cõfundit † per tex.in l.3.§.de
29 illo. pro socio. ubi tex. appellat legitimam hæreditatem quamcunque hæreditatem uenientem ab intestato,plene per mod.in l.j.C.quan.non pet.part.ubi doctores promiscue & sine ulla differentia utuntur hoc uerbo, legitimam hæreditat ẽ uel ab intestato:ergo in his uerbis nõ est uis. Alex.in consi.36.Viso processu.lib.2. col. j.Abb. in consi. 3.lib.2.Deci. in consi. 319.col. 3. ¶Circa sm quod ille uoluerit, hoc non habet dubium quia dixit se concedere potestatem succedendi,tam ex testamento quam ab intestato ut præsupponitur in facto,ergo constat dedisse pote
30 statem succedendi. ¶Præterea † responsio intelligitur secundum interrogationem.§.præterea.instit. de inuti.stipul.& concessio intelligitur facta secundum propositio-
31 nem,& † petitionem,si potest ad petitionem reduci,secũdum gl.in l.in rebus.in prin.commo.Fulg. Alex.& Ias.in l.cum fundus.§.seruum tuum.in not.ff. si cert.pet. ¶Ex his patet responsum ad adducta in contrarium, particulariter tamen respondendo. ¶Non obstat primum & secundum fundamentum,scilicet quod uerba priuilegij nõ patiuntur,quia immo patiuntur, cum illa nerba uenientium ab intestato intelligantur de descendentibus, & non referuntur ad transuersales.

¶Nec obstat priuilegia debere referri ad ius commune, quia istę potestates legitimandi sunt introductę in fauorẽ principaliter, & late sunt interpretandę per supra adducta,non simpliciter tantum,sed quo ad quædam,ut distinxi in §.& quid si tantum. ¶Secundò, & melius illud habet locum,in priuilegijs,ista autem concesio, est beneficium,quod late interpretatur.l.si.de consti.princip.

¶Nec hic considerat præiudicium,ut dixi,& si considerari posset,

ri posset, leue est tunc tẽporis,& est de lucro omittendo,
32 † quod non consideratur. Bar.& Ias.in l.quominus.de flu mi.in notabilibus. ¶Nec obstat ꝙ cum sit dispensatio, debere stricte interpretari, quia uerum est quo ad ipsam dispensationem,& actum parricularẽ legitimationis, sed ipsa concessio dispensationis,& priuilegium ipsius dispẽsationis late interpretanda sunt, quia sapiunt beneficiũ: ſm Ioan.And.in c.fi.de simo.sed hic disputauimus de cõcessione potestatis legitimãdi, an Comes potuerit in p̄iudicium collateraliũ habilitare ab intestato, & istud Papa sibi concessit,& ad illud communem esse in ꝯrium,respondetur esse in diuersis terminis,scilicet respectu descendentium & non collateralium, immo respectu collateralium communis opinio est saltem in his terminis pro nobis ut diximus: nec obstat adesse statutum ꝙ extantibus masculis,fœminæ non succedant, quia non loquitur extãtibus istis masculis de quibus agit,nam isti nõ excludunt
33 † filias uigore statuti,ut patet in eo,quo casu statutũ non est in consideratione,ut not. in l.hæredes mei. §. cum ita. ad Treb.& merito quia statutum non est in eo casu,nimirum si non intendit confirmare cum eo. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Clausula in fine concessionis posita ad omnia præcedentia referri debet.*

2 *Concessio certæ quantitatis pecuniarum super aliquibus datijs facta quæ ab uno uerbo determinatur, æqualiter determinari debet.*

3 *Vnitas sermonis,non recipit diuisionem, & diuersam interpretationem.*

4 *Interpretatio in dubio debet fieri contra interrogantem. limita ut nu. 11.*

5 *Proximus is dicitur, quem nemo præcedit.*

6 *Concessio ita debet interpretari ut in ea nulla uerba frustra apposita uideantur.*

7 *Superfluitas ut euitetur non solum uerba improprianturr, sed inducitur correctio præcedentium.*

8 *Relatio quæ ad unum & plura fieri potest quando sumus in materia fauorabili,ut magis fauorabilis sit concessio, ad unum tãtum refertur.*

9 *Debitum in diem statim producit actionem.*

10 *Debitor quando dubium est,an ei competat exceptio incipiens soluere,non potest amplius opponere exceptionem.*

11 *Interpretatio contra interrogantem & proferentem in priuilegijs non fit.*

RESPONSVM LXIIII.

¶An uerba hæc finito tñ tempore prioris concessionis, posita in secunda cõcessione,referantur ad unum tantum ex contentis in priori concessione an ad omnia?& aliquã in materia priuilegiorum.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Concessa fuit ser Eliseo de Mamulinis super datio carcerũ certa quantitas pecuniæ,de anno.1516. per decem annos duratura,deinde post triennium fuit concessa certa quantitas pecuniæ super quibuscunque datijs, ac datio carcerum, finito tamen tempore prioris concessionis per.20.annos proxime futuros, orit dubium,an illa uerba finito ramen tempore prioris concessionis, referantur ad uectigal carcerum tantum,an ad omnia uectigalia,super quo paucis agendum puto, cum coram excellẽtissimo ac iustissimo iudice lis uertatur? Et
1 primo ṽr ꝙ sic,cum clausula † in fine posita ad omnia p̄cedentia referatur.l.talis scriptura.de leg.j. ergo debet referri ad omnia datia.Secundo, quia ab uno uerbo determinantur,scilicet concedimus,donamus &c.de quo in instrumento cõcessionis,ergo determinabilia: & sic omnia
2 † illa datia æqualiter debent determinari.l. iam hoc iure. de uulga.& pupil.l.quamuis. C.de impub. & alijs substit. sed sic est ꝙ quo ad uectigal carceris, intelligit̃ facta concessio finito tempore prioris cõcessionis, ergo & quo ad alia.Tertio quia est unitas sermonis, cum oĩa una oratio
3 ne complectũt, quæ non † recipit diuisionẽ, & diuersam interpretationẽ,ſm Bal.& sequẽtes in l. cẽturio. de uulg. & pupil.uersi.quærit hic de ista q̃one pagani,cum uulgari bus,ergo sicut respectu dãtij carcerum intelligitur finito tempore &c.ita & respectu aliorum intelligi debet. Quar
4 tò quia ex quo sumus in dubio † interpretatio debet fieri ꝯ interrogantem, cum apertius legem dicere debuerat.l. quicquid astringendę.de uerb.obli.l. ueteribus. & ibi per Bart.& alios de pact.ergo contra.d.ser.Eliseum.
¶His non obstantibus ꝯrium puto. Primo quia in concessione dr̃ per.20.annos proximos, sed si deberetur expectari lapsus decennij,falsum esset deberi illam quantitatẽ
5 per proximos uiginti annos,cum † proximus dicatur ille quem nemo præcedit.l. proximus.de uerb.signi. hic autẽ spatium decennij præcederet.20.annos,ergo. 20. anni nõ essenr proximi,ut igitur intelligatur de proximis non debet expectari lapsus decẽnij, & si dicat̃ uerbũ,proximos, uerificat̃ post decennium,respondetur ꝙ si uerum esset, sequeretur omne remotum proximum esse, cũ post primũ esset proximum, ꝙ quam ridiculũ sit apertissime cõstat. ¶Præterea illa uerba proxime nihil operarentur si ita intelligerentur, finito &c.q̃m & si expressum non foret uerbum proximos, ex quo dicit finito &c. de illis primis uiginti annis intelligeret̃, uerba autem debent intelligi ut operentur,ut in sequenti fundamento dicam. ¶Secundò probatur: nam si uerbum finito tempore prioris cõcessionis referretur ad omnia, frustra fuissent apposita in concessione finitis tñ temporibus locationum ad præsens pẽdentium,cum illa uectigalia nõ essent locata usque ad decennium,sed ad breuius tempus ut manifestissime probabit,& notorie constat,si ergo uerum esset ꝙ deberet expectari lapsus decennij,frustra dictum fuisset, finitis tñ temporibus respectu locationum ad præsens pendentium, cũ absque dubio finitę essent ante decenniũ,ergo dat̃ intelligi solutionẽ aliorũ uectigalium debere incipere ante de-
6 cennium ne uerba † frustra sint apposita,arg.l.si quando. & ibi not. de leg. j. Nam ut superfluitas uerborum euitet̃
7 non solum uerba improprianť,sed inducit̃ † correctio præcedentiũ:ſm Alex.in l.j.de offi.eius cui manda.est iurisdi. etiam arguendo a ꝯrio sensu,ut per Alex.in l.si cum dotẽ. in fi.princip.solu.matr.per Feli.in c.significasti.col.penu. de fo. compe. & multa circa superfluitatem euitandã uti notissima prætermitto. ¶Tertiò probatur,nã quando
8 † relatio potest fieri ad unum,& ad plura,& materia est fauorabilis ut in beneficijs,tunc ut magis fauorabilis sit ꝯcessio,ad unum tantum fit relatio,& ꝙ plus est ut fauor ille amplietur excluditur:ſm Innoc.in c.cum dilecti.de dona.Alex.in consi.48.in 4.col in j.lib.& in consi.213.lib.2. sequitur Deci.in c.secundo requiris.in ulti. col. de appel. sed hic ista uerba finito tempore, &c.licet possint referri & ad dacium carcerum, & ad alia: nihilominus ad datiũ carcerum tñ referri debent ut maiorem fauorem comprehendat concessio. ¶Quartò cum sumus in dubio an referatur ad omnia datia,quæ relatio induceret exceptionem ad tempus cum pura sit cõcessio, & solutio differtur in diem post decennium, & sic tanquam ex debito in diẽ
9 † statim competeret actio.l.cedere diẽ.de uerb. sig.& per Bar.in l.ita stipulatus.de uerb.oblig. q.2. tamen quia ad-
10 huc non uenit dies obstaret exceptio,sed q̃n † dubium est an debitori competat exceptio,& incipiat soluere,nõ põt amplius opponere exceptionem,ſm Bald.in l.j.in 3.col. C.de fideicom.per Ias.post Bar.& alios in l.si certis annis C.de pac.in 2. col.sed isti debitores, & datiarij ceperunt soluere,ergo &c. ¶Quintò isti datiarij expresse se obligauerunt ad soluendũ de præsenti illã quantitatẽ.d. ser Eliseo q̃n ꝯduxerunt uectigalia.Nam t̃pe ꝯductionis,in subhastatione per locantes fuit dictũ, adsunt talia datia, cũ certis grauaminibus,ut puta ꝙ illorũ ꝯductores teneant̃ soluere ser Eliseo &c.quę datia dent̃ plus offerẽti,& isti tales plus obtulerũt,& propterea ꝯduxerũt.Nũc quis dubitat,hos se obligasse.d.ser Eliseo,& cõduxisse cũ illo grauamine,

mine,& eos ad solutionem cogi posse,argu.notatorũ per Bar.& alios in l.2.per illum tex.C.de dot.promis.Item ex illa locatione nonne constat de mente concedentiũ ꝙ intelligebãt concedere.d.ser Eliseo de præsenti: ergo &c. & ex his concludo.d.ser Eliseo deberi de præsenti illam quãtitatem. ¶Non obstat relationem ad omnia fieri debere: quia ex supradictis in tertio responso,patet responsio.

¶Non obstat secũdum de una determinatione, quia procedit quando militat eadem ratio,ut per Alex. in d.l.iam hoc iure.de uulga. & pupil.sed ratio quæ militat in datio carcerum non militat in alijs, ergo &c. Nam si non fieret relatio ad datium carcerum, & quo ad illud non expectaretur decennium,sequeretur quod conductores illius dupliciter grauarentur,& per primam, & secundam concessionem, quæ ratio cessat in alijs,ergo &c.

¶Et ita respondetur ad tertium, scilicet ad unitatem sermonis:& facit.l.2.cum gl.de offic.consul. ¶Non obstat quartum,scilicet interpretationem fieri debere cõtra pro
11 ferentem; & interrogantem, quia † non habet locum in priuilegijs,sm Bar.in l.ex facto.in prima oppositione. de uulg.& pupil.per Decium in l.in cõtrahenda. de reg. iur. ergo &c. Laus Deo.

¶Ita de iure respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Agitur in hac causa, de interpretatione testamenti famosissimi ac excellentissimi domini Alexandri Tartagni Imolensis.*
2 *Alexander inter iurisconsultos doctor ueritatis nuncupatur.*
3 *Filius de bonis maternis,& per eum quæsitis,ac de trebellianica & legitima in bonis relictis per patrem,non obstante grauamine fideicommissi,testari potest.*
4 *Cum casus est expressus amplius non est disputandum.*
5 *Legitimatus excludit substitutum,secundum communem opinionem.*
6 *Crimen læsæ maiestatis est,de principis authoritate disputare.*
7 *Quandiu testati causa locum habere potest,intestati causa cessat.*
8 *Frater,nisi turpi persona instituta,testamentum fratris impugnare non potest.*
9 *Legitimatio non potest plus operari quam uerum matrimonium sit quomodocunque facta, & in quacunque amplissima forma.*
10 *Conditio si decesserit sine filijs,in fratre grauato per fideicõmissum,non subauditur.*
11 *Voluntas testatoris in fideicommissis potissime attendenda est.*
12 *Testator excludens filium legitimatum, fratribus uocatis, indicat se nolle.legitimatum alium ad suam uenire successionem.*
13 *Verisimile non est, quenquam, extraneum propriæ soboli præferre.*
14 *Filium proprium excludens, fortius ex fratre nepotem exclusisse uidetur.*
15 *Testator sepius de filijs legitimis & naturalibus uerba faciens,se uelle illegitimos exclusos esse demonstrat.*
16 *Verba, sine filijs legitimis & naturalibus, & de legitimo thoro natis non uerificantur, ex communi usu loquendi in legitimatis.*
17 *Conditio proprie,& non in casu ficto potest adimpleri.*
18 *Conditio importat formam.*
19 *Forma per æquipollens non adimpletur.*
20 *Qualitas legitimitatis adiuncta conditioni, debet adesse tempore requisito per conditionem.*
21 *Legitimatio non ualet,quando preces,pro ea oblatæ falsum continebant.*
22 *Iniquum est legitimatum transuersalem,descendentem legitimũ, & naturalem, ac ex legitimo thoro natum excludere debere.*
23 *Omissio eorum quæ precibus legitimationis inseri debebant habet uitiare legitimationem.*
24 *Legitimatio a principe facta,causæ expressionem non requirit in inferiore,a principe secus.*
25 *Legitimatio ab uxorato facta,non est uera legitmatio,sed dispensatio.*
26 *Dispensatio legitimationis est odiosa, licet alias legitimatio sit fauorabilis.*
27 *Dispensatio non fit sine causa.*
28 *Causæ in legitimatione assignatæ non sufficiunt quando sunt generales.*
29 *Assertioni legitimati in causæ assignatione non statur,quando aliter non poterat legitimari.*
30 *Paria sunt causam non apponere,uel apponere & inefficacem.*
31 *Limitata causa,limitatum producit effectum.*
32 *Prohibitione alienationis stante, donationes postea factæ non ualent.*
33 *Dictum moderatur a ratione,ampliatur,& restringitur.*
34 *Petens in legitimationis supplicatione ad unum casum successionis, eum qui legitimandus est habilitari indicat in alijs casibus, se nolle cæteris successoribus præiudicare.*
35 *Clausula generalis non comprehendit casus maiores expressis.*
36 *Quod habet locum ẽt si adsint uerba uniuersalia & generalia.*
37 *Clausula generalis,in odiosis,& restringibilibus,absque dubio nõ comprehendit maiora expressis.*
38 *Legitimans casui sibi non expresso, & de quo mentionem non fecit,non uidetur præiudicare uoluisse.*
39 *Legitimans in dubio,non censetur substitutioni uoluisse derogare.*
40 *Comes ultra expressa uerba priuilegij aliud facere non potest.*
41 *Concessio facultatis legitimandi,est dispensatio, cum sit contra iura,& de reseruatis principi.*
42 *Dispensatio,& si id quod maius est contineat,non tamen id quod minus est continebit,nisi fuerit expressum.*
43 *Dispensatio stricte interpretatur,ut minus ueniat quam sit possibile contra ius commune.*
44 *Priuilegium legitimandi concessum,cum moderamine, & honestate ac ratione habẽda, operatur ut Comes non possit facere ea quæ in priuilegio continentur, nisi uideatur rationabile & honestum.*
45 *Verbum non citatis &c. positum in priuilegio debet intelligi in transuersalibus.*
46 *Casus omissus in priuilegio remanet sub dispositione iuris communis.*
47 *Legitimatus regulariter non excludit substitutum quando apparere potest testatorem uoluisse legitimatos admitti, ut quia uocauit post alios.*
48 *Vel alio modo apparet.*
49 *Verba priuilegij minoris potentiæ, casum in quo adsint uerba maioris potentiæ,& efficaciæ,non comprehendunt.*
50 *Verba de legitimo thoro nato,posita in priuilegio, nõ operantur quando alteri fit præiudicium.*
51 *Item non præiudicant, quando communis usus loquendi repugnat.*
52 *Priuilegium sæpius de transuersalibus mentionem faciens,& nullum uerbum de descendentibus,nõ habet locum extantibus descendentibus.*
53 *Verba hæc,citatis,& non citatis absentibus & inuitis,hæreditate adita,&c.priuilegio legitimandi apposita,adeo sunt exorbitantia,ut de earum ualiditate disputetur.*
54 *Verba,ut succedant cum legitimis,legitimationi apposita,intelliguntur,si iuste & recte fuerint legitimati.*
55 *Citatio legitimorum,regulariter in legitimatione interuenire debet.*
56 *Casus requirens specialem & indiuiduam expressionem in legitimatione omissus,sub ea comprehendi non debet.*
57 *Legitimatio,ubi adsunt descendẽtes,non recte fit sine citatione.*

RESPONSVM LXV.

¶An legitimatus excludat substitutum,& multa in materia legitimationis, & priuilegij concedentis facultatẽ legitimandi.

1 INVOCATO diuino suffragio. ¶Et si agatur in præsenti † causa de interpretatione testamenti famosissimi ac excellentissimi domini Alexãdri Tartagni de Imola, qui inter iurisconsultos
2 † doctor ueritatis nuncupatur, ac etiam, & principaliter de interpretatione testamenti.d.Camilli eius filij.

¶Et propterea alto ac prolixo stylo præsens responsum explicandum esset:uerum cũ iam principaliter super eius testamento scripsi: & qm̃ coram peritissimis agitur, rem ipsam,ut ita dicam, indice tantũ attingam:omisso allegationum,

tionum,& concordantium cumulo quæ præſertim in hac
materia in conſilijs & lecturis, ac tractatibus plene exa-
mĩnata ſtomachari uidentur. ¶ Et profecto apertiſsimi
iuris eſt Camillum filium.d.Alexãdri utriuſque iuris mo
narchę potuiſſe teſtari de bonis maternis,& per eum quæ
ſitis, ac de trebellianica, & legitima in bonis relictis per
3 eius patrem, non obſtante † grauamine fideicommiſsi:
iuxta plene tradita in c.Raynaldus.& in c.Raynutius. de
teſta.& in l.in ratione.§.ꝙ uulgo.ad leg.Falci.& in l.co-
hæredi.§.cum filiæ.de uulg.& pupil.cum ſimi. ¶ Nemi-
nem quoque fugit excellentiſsimum.d.Antonium, & no
uiſsime Carolum fratres. d. Camilli ac filios præfati do-
mini Alexandri deceſsiſſe ſine filijs legitimis & naturali-
bus,& de legitimo thoro natis, & per cõſequens eueniſ-
ſe caſum fideicommiſsi in quo ſunt uocati Camillus iu-
nior nepos.d.teſtantis ex Scipione eius filio:& Hannibal
filius Marci Antonij de Tartagnis: ſolum adeſt dubiũ an
Alexander aſſertus filius Caroli inſtituti legitimatus in
ampliſsima forma fecerit deficere conditionem fideicõ-
miſsi, adeo ꝙ dicat̃ Carolum deceſsiſſe cũ filio legitimo,
& naturali,& de legitimo thoro nato:& uidebatur condi
tionem fideicommiſsi defeciſſe per exiſtentiam legitima-
ti:qm̃ comes expreſſe concedit,ut ueniat in uoluntate, &
diſpoſitione faciẽte mentionẽ de filio ex legitimo thoro
4 nato:& cum expreſſus † eſt caſus, amplius non eſt diſputan
dum.l.ille aut ille.§. cum in uerbis.de leg.3.& præſertim
5 cum ſit cõis opinio † ꝙ legitimatus excludat ſubſtitutũ,
ut per Alex.& oẽs in l.generaliter.§.cũ aũt.C.de inſtit.&
ſubſtit.ſub condi.fact.cum concordantib.Nec diſputan-
dum eſt an princeps potuerit concedere tale priuilegium
6 comiti, cum † ſit crimen læſæ maieſtatis diſputare de au-
thoritate principis.l.2.C.de ſacrileg.l.ſacri affatus.de pre
cib.impe.offe.& utrobique nota.& cũ huiuſcemodi priui
legiũ ita ampliſsimũ tollunt̃ multę obiectiones quæ ſolẽt
fieri legitimationibus,ut quia citati non fuerunt fideicõ
miſſarij, & huiuſcemodi. Nã oẽs ſimiles obiectiones ſunt
expreſſe ſublatę per authoritatem comitis legitimantis.
¶ Rectius tñ conſideranti apparet.d. Alexandrum legiti
matũ minime obſtare Camillo, & Hannibali uocatis ſub
conditione ſi Carolus deceſſerit ſine filijs legitimis & na
turalibus,& de legitimo thoro natis. ¶ Quoniã aut Ale-
xander legitimatus uult uenire ab inteſtato ſeu non con-
ſiderato teſtamento.& non poteſt,cum adſit teſtm̃,& quã
7 diu cauſa † teſtati poteſt habere locum ceſſat cauſa inte-
ſtati.l.quandiu.de acquir.hæred.cum uulg.& ab inteſtato
non admitteretur cum ſit tranſuerſalis,& adſit Camillus
deſcendens. d. Camilli teſtantis. & prima cauſa eſt de-
ſcendentium:aut uult uenire contra teſtm̃, & non poteſt:
8 quia eſt filius Caroli fratris teſtantis:ſed frater † & minus
fratris filius nõ poſſunt impugnare teſtamentum fratris
niſi inſtituta turpi perſona.l.fratris.C.de inofficio. teſta-
men. cum ſimilib. ¶ Nec iſte cum nõ poſsit eſſe melio-
ris conditionis quam ſi eſſet natus ex legitimo thoro.d.
9 Caroli, cum ipſa † legitimatio non poteſt plus operari q̃
uerum matrimoniũ ſit quomodocunque facta,& in qua-
cunque ampliſsima forma:ut tradunt docto.in l.Gallus.
§.& quid ſi tantum. de libe. & poſthu. & in l. ſi is qui pro
emptore.de uſucapio.argu.l.filio quem pater.de liber.&
poſthu. ¶ Aut uult uenire ex teſtamento ſeu occaſione
10 teſtamenti.Nam in † fratre grauato per fideicommiſſum
non ſubauditur conditio ſi deceſſerit ſine filijs,ut per om
nes in l. cum auus. de condi. & demonſtr. ergo cum hic
fuit expreſſa illa conditio, & Alexander uult uenire ex il-
la,dr̃ uenire ex uoluntate teſtatoris,ergo non poteſt ueni
11 re niſi ſecundum uoluntatem teſtatoris quæ † in fideicõ-
miſsis potiſsime attendenda eſt.l.uoluntatis.l. cum uirũ
C.de fideicom.alias ueniret ex uoluntate, contra uolun-
tatem,quod continet repugnantiam. ¶ Nam uoluntas
ſua eſt excludere natos ex illegitimo thoro,ut ex proprie
tate uerborum colligitur & probatur ex euidenti conie-
12 ctura.Nam habebat † proprium filium Scipionem legiti
matum,& illum excluſit & uocauit fratres, ergo nolebat
13 uenire legitimatum,cum non ſit ueriſimile † quenq̃ extra
neũ proprię ſoboli præferre.l.cũ auus.de condi.& demõ.
14 l.cũ acutiſsimi.C.de fideicom.& ſi propriũ filium † exclu
ſit,quanto fortius nepotem ex fratre.argu.no. in l.ſi uiua
matre.C.de bon.mater.& in l.publius. de cond.& demõ.
Colligitur quoque iſta uoluntas: quia ſæpius repetit iſta
uerba filijs legitimis & naturalibus,& de legitimo thoro
15 natis,ex † quo colligitur pręciſa,& enixa uoluntas teſtã
tis:ut per Bald.in c.eam te.de reſcrip.& Dec.in l.2.de reg.
16 iur. & propter † communem uſum loquendi: ut late per
Dec. nu.10. conſi. 282. ¶ Et quoniam ſunt prolata per
17 modum conditionis.& † conditio proprie, & non in ca-
ſu ficto debet adimpleri.l.qui hæredi.l.męuius. de condi.
& demonſtra.ergo non uerificantur in legitimo, & in na-
to ex legitimo thoro ficte. Item illa conditio importat
18 † formam.Bal.in auth.matri & auiæ.C.quando mul. tut.
19 offi.fung.po.& forma † non adimpletur per æquipollens:
ut per omnes in l.j. de lib. & poſthu. ergo non uerifican-
tur ex intentione teſtantis in legitimo ficte,licet æquipol
leat legitimo in omnibus,& per omnia.
20 ¶ Repugnat quoque † qualitas legitimitatis adiuncta tẽ
pori natiuitatis quæ illo tempore debuit adeſſe:ut per om
nes in l. ex facto. de uulg. & pupil. & ex multis alijs quæ
omitto repugnat uoluntas teſtatoris huic Alexandro, &
ita uenit contra uoluntatem defuncti: & uult ſuccedere
mediante teſtamẽto, & ex uoluntate defuncti:ꝙ q̃ ſit ab-
ſurdum, & impoſsibile haud quenquam latet. Nec huic
Alexandro opitulatur legitimatio in qua totam uim fa-
21 cit.Et primo,quia non ualet, cum preces † continent fal
ſum,& non exprimunt uerum in pluribus: & primo dum
narratur Alexandrum natum fuiſſe ex Iacoba ſoluta, &
tamen natus eſt ex coniugata aliter nuncupata,ut proba
tum fuiſſe dicitur:& hoc maximi momenti eſt, cum ex eo
reſultet duplex adulterium &c. ¶ Item dum dr̃ Camillum
deceſsiſſe ſuperſtitibus duntaxat quodam Scipione eius
aſſerto filio illegitimo, & ipſo Carolo, & tamen deceſsit
relicto etiam.d.Antonio eius fratre, & Scipio erat legiti-
matus,& iſtud fuit etiam maximi momenti an non fuerit
legitimatus uel fuerit, & teſtator eum excluſerit, ut infra
dicam ad inducendum ipſum comitem ad legitimandũ.
¶ Præterea dicit falſum cum aderat tempore mortis Ca-
millus ex.d.Scipione teſtatori nepos legitimus & natura-
lis,& ſic nõ eſt uerũ duntaxat ſuperſtitibus Carolo & Sci-
pione deceſsiſſe, & hoc ſi fuiſſet narratũ forſan comes nõ
22 legitimaſſet,cum iniquum ſit † legitimatum tranſuerſalẽ
excludere debere deſcendẽtem legitimũ & naturalem, ac
ex legitimo thoro natum, quo caſu inducitur ſubreptio.
c.ſuper literis.de reſcrip.cum ſimil. ¶ Item tacuit adeſſe
deſcendentes ex.d.Camillo, ſcilicet Camillum nepotem
23 nunc agentem, & iſta † habent uitiare legitimationem:
ut per Franciſ. Curtium antiquum in conſi. 16. & in alijs
conſilijs ſupra allegatis,ubi per modicam ſubreptionem
& abreptionem dicunt uitiari gratiam, quanto fortius
hic ubi concurrunt tot, & tanta maximi momenti? ¶ Itẽ
non ualet iſta legitimatio:quia in ea non eſt expreſſa cau
24 ſa,& licet in principe † non requiratur,ſecus in inferiori a
principe:ut per Anto.Roſel.in tractatu legitimati.in c.de
cauſa materiali.Curti.antiq.in conſi.16.col.8.uerſi.tertio
mouet.& in conſi.44.col.penul.& in conſi.73.col.7.& per
Alex.in conſi.94.conſideratis.col.pen.lib.9.& tanto ma-
25 gis in caſu noſtro ubi non eſt uera legitimatio,ſed † diſpẽ
ſatio, cum ſit facta a Carolo qui tunc tẽporis erat uxora-
tus,& ſic inter illos matrimonium contrahi non poterat,
ut uoluit Pau.de Caſt.in conſi.219. ſuper puncto. & Cur.
26 in d.conſi.73.& eſt † odioſa,licet alias legitimatio ſit fa-
uorabilis.Pet.de Anch.in conſi.242.& in conſi.428.& diſ-
27 penſatio † nõ fit ſine cauſa.c.de multa.de præbend.& plu
ra ponit Deci.in conſi.393.col.6.cum ſimil.
28 ¶ Nec cauſę aſsignatę ſufficiunt,cum ſint † generales:ut
per Dec.in d. conſi. 393. & illa cauſa de donatione: quia
29 non eſt iuſtificata,& probata † & non ſtatur aſſertioni ſuę
cum aliter nõ poſsit legitimari.l.ſi forte. de caſtrẽ. pecul.
& ponitur per Curt.in conſilijs ſupra allegatis. ¶ Præter-
ea illa cauſa reſpicit tantum bona domini Caroli, quia
donatio facta per ipſum non tangebat, nec poterat præ-
iudicare fideicommiſſo domini Camilli, ideo non habet
ualidare

ualidare legitimationem quo ad fideicommissum, cum
30 eius respectu sit nulla, ac inefficax. Et paria † sint non ap
ponere uel apponere & in efficacem. l. 4. §. condemnatū.
de re iud. l. quoties ubi plene per moder. qui satisd. cogā.
31 & limitata causa † limitatū producit effectum. l. si agris.
32 de acquir. rerum domi. Item non ualet, quia † fuit prohi
bita alienatio per testatorem: iuxta notata per Dec. in cō
sil. 284. & Alex. in consi. 25. uol. 1. cum concord.
¶ Secundo principaliter dico hanc legitimationem mini
me obstare Camillo, & Hannibali substitutis, ex uolun
tate & intentione supplicantis qui petit legitimari Alexā
drum prædictum ex duplici ratione. Primo ut reuocaret
donatio. Secundo ut consuleret posteritati suę, & d. Ale
xandri, sed & si legitimatio ualeat tm̄ quo ad bona domi
ni Caroli obuēta tantum a suo patre est satisfactū utriq;
rationi. nam donatio est reuocata: iuxta not. in rub. de li
ber. & posth. suæ posteritati est consultum: quia succedit
sibi, & per consequens domino Alexandro eius patri cu-
33 ius fuit hęres: ergo cum † dictum modereť a rōne amplie
tur & restringatur. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. l.
regula. de iur. & fac. igno. sequitur de intentione suppli
cantis nō fuisse uelle præiudicare substitutis in bonis Ca
milli, cū in eis cesset oīs rō. Et maxime cū per ipsos ꝯserua
tur agnatio: id quoq; aperte demonstrať ex speciali expſ-
sione facta de fideicōmisso d. Alexandri cuius uerba ad
unguē fuere expressa. de fideicōmisso aūt. d. Camilli nul-
34 lum uerbum habitum fuit: ergo non petebat † legitima-
ri quo ad illud, cum inclusio unius &c. l. cum prætor. de
iud. & si uoluisset utiq; dixisset. l. 1. §. fin. autē. de cadu. tol.
¶ Nec obstat si dicať uenire ex clausula gñali, ibi ad sub
stitutos tam domini Alexandri q̄ omnium aliorū extra-
35 neorum: quoniam † clausula generalis nō comprehēdit
casus maiores expressis. l. fi. §. cui dulcia. de uin. oleo tri-
ticoq; leg. per Bar. & oēs in l. sed si quis. §. quæsitum. ff. si
quis cau. Roma. in consi. 42. uisis. & in consi. 112. indubi-
36 tatissimum. ubi dicit Roma. quod habet † locum etiam
si sint uerba uniuersalia & generalia, & hoc absq; dubio
37 procedit in † odiosis, & restringibilibus, ut ponunt Feli.
& alij in c. sedes. de rescrip. & pſertim qñ adest dictio alijs,
quæ denotat similitudinem. d. c. sedes. sed maiorem diffi
cultatem habet testm̄ Camilli, quam d. Alexandri, ergo
non comprehenditur sub illa generalitate: patet quia ex-
piratum est fideicommissum d. Alexandri nec in eo sunt
legitimati, nec uocati alij substituti quę sunt maximi mo
menti, & reperiuntur in testamento Camilli.
¶ Item ibi si succedit uenit ut descendens, hic nō trans-
uersalis ad exclusionem ascendentium uocatorū expres-
se: qđ est ꝯ omnem honestatē, & sic cessat uoluntas suppli
cantis. ¶ Tertio principaliter non obstat: quia cessat uo-
luntas legitimantis, cū non exprimat istud testm̄, nec si-
38 bi fuit expressum: ergo † ei non intendit p̄iudicare, argu.
eorum quæ ponunt Petr. de Anch. in consi. 361. & Alex. in
consi. 67. nu. 5. uol. 1. & in consil. 94. in fin. eod. uol. & per
Soci. in consi. 164. in uol. 2. ubi dicunt clausulas generales
respectu non expressi nihil operari: nec clausula genera-
lis habet operari, cum non contineat maiora expressis,
& istud sit quod maius, ergo &c. Et hoc maxime quia de
honestate nō debet referri, nec ex facultate priuilegij pōt,
39 ut infra dicam. & ēt cū † in dubio non uidetur uelle sub-
stituto derogare Alex. in consi. 2. uol. 1. Dec. in consi. 269.
nu. 10. ergo debemus intelligere, ut sub inuolucro uerbo
rum non comprehendat hunc casum.
¶ Quarto principaliter dico dato quod ualeret nō ha-
bet obstare ex defectu potestatis legitimantis, quæ ptās
40 dependet ex tenore, & uerbis priuilegij, & ultra † expressa
uerba priuilegij aliud comes facere non potest. c. porro.
de priuileg. Ant. & Abb. in c. per uenerabilem. qui fil. sint
legiti. Pau. de Cas. in consi. 225. super primo dubio. Curt.
consilijs supra allegatis, cum uulgaribus. etiam si omis-
sum esset minus quam expressum dico non debere ueni-
41 re: quia ista concessio † est dispensatio, cum sit contra iu
ra, & de reseruatis principi. in auth. quib. mod. natu. effi.
sui. §. si quis ergo &c. & no. in d. c. per uenerabilem. & in l.
Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posthu.

42 ¶ Sed in dispensatione, & † si quid maius sit concessum,
non tn̄ uenit id qđ est minus si nō est expressum. Hosti. &
Felin. in c. postulasti. de rescrip. Abb. in c. at si clerici. §. de
43 adulterijs. de iud. & † stricte interpretatur, ut minus ue
niat quam sit possibile contra ius commune. cap. 1. & 2.
de fil. presby. & not. in d. c. postulasti.
¶ Sed si consideramus uerba priuilegij comitis, ex pluri-
bus iste casus non comprehenditur. Et primo, quia fuit
concessum cum moderamine & honestate, & ratione ha-
benda: & sic ut non possint facere ea quæ sunt concessa in
44 priuilegio, nisi uideatur † rationabile, & honestum: sed
quantum deuiet a ratione, & honestate quod substituti
non citati, non moniti excludantur, & quod collaterales
præferantur descendentib. nominatis in testō: in testō di
co illius qui filios proprios exclusit, cum erant tantū legi
timati, neminem fugit, cum sit contra regulas iuris ordi-
nem naturæ testantis uoluntatem, ac deniq; cōtra ipsum
ius naturale, ac boni uiri arbitrium.
¶ Quæ omnia illorum uerborum uirtute seruāda forēt
ut ponit Archid. in c. erit autem lex. 4. distinc. no. in c. prę
terea. de dila. per mod. late in clemen. sæpe. de uerb. sign.
col. 61. cum seq. ubi ad saturitatem.
¶ Ergo in casu isto cum substituti erant descendentes, &
proprios filios legitimatos exclusit, nec fuerunt citati, se-
quitur non potuisse fieri legitimationem in eorum p̄iudi
cium, uel saltim non debere referri ad testamentum Ca-
milli, pręsertim cū non sit expressum, & uerbū non citatis
45 &c. positum in priuilegio † debet intelligi in transuersa-
lib. & statim dicam, & ex eā, uel quo ad ualiditatem non
ut p̄iudicetur. ¶ Secundo non dr̄ in priuilegio comitem
illa posse, in casu quo testator proprios filios legitimatos
46 exclusit: & sic nolebat legitimatos uenire: ergo iste † ca-
sus remanet in dispositione iuris cōis. l. commodissime.
de lib. & posth. & hoc casu particulari comes non habet
potestatem in præiudicium substituti, cū non sit sibi spe
47 cialiter ꝯcessa, per ea q̄ diximus: & maxime † cū regula-
riter legitimatus non excludat substitutum, qñ apparere
pōt testatorem noluisse legitimatos admitti: ut quia uo-
cauit post alios: ut p Alex. in consi. 67. uol. 1. & in d. §. cum
autem. & in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Treb: uel alio
48 † mō appareat: ut per Brun. in consi. 15. Dec. consil. 284.
cum simil. quæ sunt trita, sed ita est in casu isto, ut dixi. er
go legitimatio non habet præiudicare substituto.
¶ Tertio demonstratur: in priuilegio comitis non reperi
tur concessum, ut a comite legitimatus ueniat, & compre
hendať in conditione faciente mentionem de filijs legiti-
mis & naturalibus, & de legitimo thoro, & eorum linea
procreatis: sed tantum dicitur ut comprehendatur in ul-
tima uoluntate loquente de nato ex legitimo matrimo-
nio uideať priuilegiū: non autem facit uerbum qñ nō so-
lum dixit de legitimo matrimonio nato: sed ēt de filijs le
49 gitimis & naturalib. & de legitimo thoro natis, q̄ † uer-
ba continent quod plus, & magis excludūt legitimatos:
ergo uirtute illius priuilegij legitimatus non cōprehen-
ditur in testamento. d. Camilli, cum in eo sint alia uerba,
& maioris importantiæ quam sint in priuilegio.
¶ Nec obstat, & si adsint alia uerba in priuilegio illos, sci
licet posse succedere, cū alijs filijs legitimatis &c. quia in
telligunť in casu quo legitimatio potuit fieri: sed potuit
fieri qñ ultima uoluntas loquiť tm̄ de nato ex legitimo
matrimonio: ergo nō potuit fieri in hoc casu in quo ad-
sunt alia uerba maximi momēti, ultra illa expressa in pri
uilegio, & pfecto iste est alius casus diuersus ab expsso
in priuilegio, & priuilegium stricte dēt interpretari, nec
extendi, ergo &c. Et hoc eo magis dēt esse, cū ista uerba
50 posita in priuilegio † de legitimo thoro nato, non operā
tur qñ fiat præiudicium alteri: ut per Curt. in consilijs su
pra allegatis. & maxime in consi. 13. nu. 23. & in consi. 35.
nu. 36. ergo minus hic debēt uenire cū adsint alia uerba
51 non expressa in priuilegio. Item † non p̄iudicant qñ re
pugnat communis usus loquendi, ut hic. Nam illud feci
capitulari, ut late p Dec. in d. consi. 284. nu. 10.
¶ Quarto demonstrať: in priuilegio dicitur qđ possit le-
gitimare existentib. fratrib. uel eorum descendentibus,

aut cognatis, uel agnatis, & affinibus absentibus, uel ignorantibus &c. Et sic semper loquitur de trāsuersali-
52 bus † existentibus, non autem aliquod uerbum facit existentibus descendentibus personæ de cuius hæreditate agitur, uideatur priuilegium: & sic quando existunt descēdentes non loquitur priuilegium, & per consequēs non habet, nec habuit facultatem comes in casu nostro, cum existant descendentes substituti, legitimare in præiudicium eorum, & huic considerationi non obstat clausula generalis, ibi præsentibus uel absentibus illis ad quos hæreditas spectare possit &c. quia clausula generalis nō cōprehendit maiora expressis. l. fin. §. cui dulcia. de uino triti. oleoq; leg. & supra dixi. ideo cū specialiter exp̄ssa loquanī in transuersalibus in illa generali, uel indefinita non debent comprehendi descendentes quibus magis debetur hæreditas, ergo &c.

¶Nec obstat si dicatur deinde disponi legitimatum succedere cum alijs filijs: ideo & loqui existentib. descendētibus: quia respondetur plura fore capitula priuilegij, unū in quo datur facultas legitimandi, & tractatur de mō ac dicitur citatis, & non citatis absentibus, & inuitis hæreditate adita &c. & in hoc capitulo non fit uerbum de descendentibus, & merito cum in eo ponantur tot dispensa-
53 tiones adeo exorbitantes, ut de earum † ualiditate disputetur: ut plene in l. Gallus. in §. & quid si tantum. de lib. & posth. cum simil. ubi dicūt post Bal. imperatorē esse unū pecus si talia concedat, ideo non fecit mentionem de descendentib. ne ita præiudicaret, quibus debetur hæreditas: attento quod eis magis debetur.

¶In alio uero capitulo loquitur ut succedant cum legiti-
54 mis, & sic concurrant, & non excludant † q. debet intelligi si iuste, & recte fuerint legitimati: tum quia in illo capitulo loquitur solum de effectu legitimationis, & non de modo legitimandi: ergo præsupponit pro firmo quod modus interuenerit, prout regulariter, & de iure interue-
55 nire debet, & sic † citationem interuenisse. argumen. nota. per glo. & alios in l. in testamento. de testa.: & hoc maxime, cum quando supra loquutus est de modo, non est loquutus in hoc casu, & hunc casum non expressit: ergo
56 non debet comprehendi, cum † requiratur specialis, & indiuidua expressio, & ut minus derogetur iuri communi, quod ut fiat uerba improprientur: ut not. in cap. cum dilectus. de consuetu. ergo fortius reijciuntur subauditiones, & repetitiones quas hic fieri necessarium foret: & maxime cum agitur de reseruatis principi, & quæ uidentur iniustum cōtinere, ut infra dicā, sed ubi adsunt descēdē-
57 tes non recte legitimati uel sine † citatione: ut no. p oēs in d. §. & quid si tātum. & in d. §. quod autem. ut per Bru. in consi. 15. Dec. in consil. 55. 284. 415. cum concordan. citatis per eos, ergo cum in hoc casu non fuerunt citati descendentes substituti, eis non fit præiudicium, nec uirtute secundi capituli: quia intelligitur quando recte fuerunt legitimati, & concurrant cum alijs: nec uirtute primi capituli dispensantis circa citationem: quia loquitur solum de transuersalibus: ergo defuit potestas, & ita alias euitaui istud priuilegium tam exorbitans, & hic Bononiæ obtinui.

¶Et ex his & alijs quæ tanquam non necessaria p̄termitto liquidissime constat euenisse casum fideicommissi in quo Camillus & Hannibal actores sunt uocati non obstāte legitimatione facta de Alexandro, cum sit nulla propter defectus supra dictos. & dato eam fore ualidam illis non p̄iudicare, tam ex uoluntate legitimantis & supplicantis, quam ex potestate, & facultate comitis, ut late deduxi. Et præsertim cum per substitutos cōseruatur agnatio, & sunt descendentes, & legitimatus trāsuersalis: uoluntas quoq; defuncti obseruatur excludentis legitimatos. cōsultum quoq; est uoluntati, & intentioni legitimantis, cum respectu ipsius patrimonij legitimatio ualeat, & donatio propter quam motus fuit reuocatur.

¶Et sic omnibus est consultum absq; fractura legum, ac uoluntatis defunctorum, Laus Deo.

¶Ita de iure respondebat Hieronymus Gratus.

SUMMARIUM.

1 *Actore non probante reus absoluitur.*
2 *Aquiliana stipulatione mediante, omnis tollitur obligatio.*
3 *Lex contractus ad unguem uenit obseruanda.*
4 *Iuramentum obseruandum est, quoties potest sine interitu salutis æternæ.*
5 *Probatio per coniecturas sufficit etiam contra tertium obligatum uim non inferentem, quando sumus in damno a uiolentia proueniente.*
6 *Numerus testium operatur, ut probatio facilius admittatur, & potentior iudicetur.*
7 *Probatio continens uerisimilia facilius admittitur.*
8 *Damno plenissime per testes probato, si quantitas eius non fuerit probata, stabitur de ea iuramento ueritatis damnum passi.*
9 *Stipulatio interposita super contractu bonæ fidei illius naturam assumit, nec amplius consideratur ipsam esse stricti iuris.*
10 *Remedium. l. ij. C. de rescinden. uendit. loquens in contractibus bonæ fidei, non habet locum in contractibus stricti iuris.*
11 *Stipulatio interposita super materia feudali, mutat suam naturam, & regulatur secundum naturam feudi.*
12 *Iudex ex suo officio potest se de interesse, & damno partis informare, & stabitur suę informationi, ita ut secundum eam iudicare possit.*
13 *Actus factus ab uniuersitate ut ualeat, requiritur quod fuerit celebratus a maiori parte.*
14 *Notario asserenti in instrumento confecto ab uniuersitate, quamplures alios homines uniuersitatis, actui interfuisse, non creditī, nisi oīa præsentiū nomina fuerint in instrumento descripta. quod declara ut late in sequen.*
15 *Ponderationes ad. c. quanto. de his quæ fiunt a præla. sine consen. capitu.*
16 *Notarius non potest scribere fuisse tantam pecuniam solutam in sui præsentia, nisi fuerit numerata, uel dicat partes ita asseruisse.*
17 *Positioni negatiuæ hodie est respondendum.*
18 *Renunciatio est stricti iuris, & interpretatur ut minus contineat quam sit possibile.*
19 *Sententia a qua intra tempora non est appellatum, transit in rem iudicatam.*
20 *Clausula rato manente pacto &c. contractui inserta, nō prodest contrafacienti, ut alium constringat ad obseruandum pactum.*
21 *Promissor non probans se obseruasse ea ad quæ tenebatur uirtute contractus, cadit a iuribus suis.*
22 *Scripturæ priuatæ non faciunt fidem maxime contra tertium.*
23 *Iuramentum obligat præcise, & ad unguem debet obseruari.*
24 *Purgatio moræ non admittitur quo ad pœnam, ut non cadat quis a beneficio contractus, in terminis. l. si quis maior. de transact.*
25 *Paria delicta mutua compensatione tolluntur. limita & declara ut ibi.*
26 *Iuramentum defuncti non ligat animam hæredis.*
27 *Hæres defuncti qui iurauit &c. & contrauenit tenetur ad pœnam, l. si quis maior. C. de transac. excepta pœna infamiæ.*
28 *Officiali creditur de eo quod gessit in officio suo.*
29 *Tempus datum ad appellandum, non currit nisi a die scientiæ.*
30 *Sententia lata de eo quo lis non fuit contestata est nulla.*

RESPONSUM LXVI.

¶An emptor non obseruans promissa in contractu teneatur emptori ad interesse quod passus fuit rōne inobseruātiæ. Et an propter inobseruantiā contractus rescindatur. Et quæ requirantur ad ualiditatem instrumenti ɔfecti ab uniuersitate. Et multa circa probationem damni a uiolētia prouenientis.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Visis ac diligenter consideratis instrumentis, probationib. ac toto processu pręsentis cāæ de duobus contingit dubitari. ¶Et primo an emptores redituum bonorum cōitatis Beluederij cōdēnari debeant ad satisfaciendum omnia damna, expensas, & interesse petita per homines. d. communitatis ad quæ soluenda condamnati fuerunt per iudicem a quo.

¶Secundo

¶Secundo an dicti emptores debeant declarari cecidisse a beneficio contractus propter pacta non seruata.

¶Circa primum uidebatur prima fronte dictos emptores absoluendos fore, cum petita per actores non uideant

1 concludenter probata, & actore † non probante reus absoluit. l. qui accusare. C. de eden. c. fi. de iureiur. c. dilectos. in fi. eo. tit. φ procedit etiã si constaret reũ nullũ ius habere, cum ius actoris solum consideraẽ. l. fi. de rei uendi.

¶Secũdo quia de omni eo quod petere potuissent homines dictæ cõitatis a supra dictis emptoribus uirtute instrumentorum ac ꝓmisionum factarum inter ipsos fuerunt, & sunt liberati ab ipsis hominibus per aquilianam stipulationẽ per publicum instrm celebratum de anno.

2 1535. sed † per aquilianam stipulationem omnis obligatio tollitur. insti. quib. mod. tol. obl. l. aquiliana. ff. de trãsact. cum ibi plene not. ergo omnia petita fuerunt per dictam Aquilianã stipulationem remissa, & sic isti actores uidentur repellendi esse uti petentes ea de quib. absolutionem fecerunt. ¶Maturius uero rem ipsam perpendens de termino ꝯrium, & considero emptores redituũ teneri ad satisfaciendum ea quæ ab illis petunẽ ex uerbis expressis ipsius uenditionis, quibus promittunt soluere pro ipso cõi oĩa uectigalia expensas & grauamina imposita & imponenda cogitata & incogitata, & oĩa damna illata a militib. & undecunq; prouenientia, sed ab hominib. cõitatis expensę solutæ ratione grauaminum, & uectigaliũ, & dãna propter milites passa petunẽ. q̃ oia non solum ex generalitate, & ꝓprietate uerborũ, sed in specie in indiuiduo fuerunt promissa, ita quod nulli tergiuersationi locus es-

3 se vř, & legi contractus satisfaciendum ea quæ ad † unguem obseruanda est l. j. §. si conueniat. deposi. l. iij. de cõtrahend. emptio. l. legem. C. de pac. ca. contractus. de regu. iur. in 6. & maxime quia iuramẽtũ adest φ obseruãdũ

4 † est quoties sine interitu salutis æternæ obseruari potest. c. cũ contingat. & toto titu. de iureiur. ẽt actum inualidũ confirmando, & exceptiones remouendo: ut in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. uend. ut ibi latissime per oẽs: & in l. si quis pro eo. de fideiuf. cũ cõcordan. adsunt ẽt plenissimę renunciationes omnium beneficiorũ, & exceptionum quę sibi cõpetere possent, & sunt iuratę quæ claudunt os emptorib. & promissorib. & d. no. in l. si quis in conscribendo. de pac. cũ cõcernãt ius priuatũ, & quos effectus operanẽ longum esset referre, & cũ clarum est instrumentum illud solum sufficit, cum sit probatio probata nulla indigens disceptatione iudicij: ut late traditur per oẽs in l. j. in princ. de no. oper. nun. in c. significauerũt in uer. liquere. de testib. & præsertim cum in dubium non refricare, nec refricari possit per emptores, cũ id ipsimet produxerint. l. cũ precum. de liber. cã cum simi. ergo in q̃titatib. petitis absq; difficultate condemnandi sunt: confirmatur ex forma iuris municipalis qua caueẽ hmõi promissiones habere executionẽ paratã, quo casu nullæ sunt partes iudicis nisi in mittendo executioni: ut per Angel. Imo. Alex. & alios in l. ait ꝑtor. §. si iudex de re iudic. in l. si cum dotẽ. §. eo tpe. per Alex. sol. mat. igitur aliter non comprobo, sed contrarijs respõdeo ex quibus res clarior apparebit: ad primũ quod cõcludenter damna petita nõ fuerunt probata: quia rñdeẽ quãtũ ad damna illata a militib. ꝑ maximum numerum testium concludenter ꝓbari, quorũ singula dicta uti superflua nõ refero, cum apertissime probẽt milites adfuisse ac maximum damnum intulisse, & nonnulli sunt qui expresse deponunt dãnum excedere q̃titatem petitã, quę probationes eo magis in hoc casu concludunt, cum sumus in dãno prouenientem a uio-

5 lentia, quo casu † ẽt contra tertium obligatum nõ inferẽtẽ uim sufficit probatio per cõiecturas: ut uoluit Bar. in l. si qñ. C. unde ui. ubi Ias. col. 8. post Bar. in l. quoties. C. de nau. lib. 11. & Spec. in tit. de fur. in fi. Bar. Ang. & moder. in l. si quis ex argentarijs. §. pen. de eden. ergo q̃to fortius hic cum appareẽ sufficienter probatum: nam ꝓbationes sunt de uisu ac sensu: ad not. in l. solam. de test. cum uulg. coadiuuaẽ quoq; hæc ꝓbatio ex maximo numero testiũ

6 propter † quem ꝓbatio facilius admittiẽ, & potentior iudicatur. l. ob carmen. §. testes. de test. Bart. in l. si duo. uti possi. Bal. in disputatione accusatus, de ui, turbatiua. Soci. in cons. 54. col. 3. & hmõi numerus supplet defectum probationis, & personarum: ut per Alex. in consi. 57. nu. 14. & in consi. 119. nu. 5. & in consi. 131. uol. 7. Corroboratur ẽt ex uerisimili depositione: nam cũ probatum est fuisse numerum sex millium militum, uel circa, uerisimile est qđ maius damnũ dederit quã petitũ fuerit, & probatio faci-

7 lius † admittiẽ quæ continet uerisimilia: ad no. in c. si testes. 4. q. 3. & in c. licet causam. in fi. de proba.

¶Item considerandum est quod hic sumus circa probationẽ respectu quantitatis damni & interesse, & sumus in ꝯctu bonæ fidei, ut uenditionis uel donationis. §. actionũ insti. de actio. & promissiones factæ per emptores succedunt loco precij. l. fundi partem. de contrahen. empt. & sumus in casu quo dãnum est probatũ plenissime per te-

8 stes, quo casu licet quantitas † non esset probata staẽ iuramento ueritatis damnũ passi: ut uoluit Ray. in l. j. per illum tex. de in lit. iuran. sequitur Veron. in caut. 208. promit. Alex. in consi. 69. Dec. in l. in actionib. in 10. notabi. de in lit. iur. & loquuntur etiam in ꝯctu stricti iuris, ergo fortius hic habebit locum, cum sumus in contractu bonę fidei: ad notata in d. l. in actionibus.

¶Nec obstat quod stipulatio interuenit quę est stricti iuris. d. §. actionũ. insti. de act. quia sequitur naturã actus sup quo interponiẽ. l. si ita stipulatus. de usur. & no. in ru-

9 br. de uerb. obl. adeo φ † interposita super contractu bonę fidei, ut fuit hic assumit naturã bonę fidei, & non cõsideraẽ φ ipsa sit stricti iuris: ſm Bar. Ang. & cõiter doc. in l. si quis cũ aliter. in 2. co. de uer. obl. ubi uolunt φ licet re

10 mediũ. l. ij. de rescin. uend. φ † loquitur in contractibus bonæ fidei non habet locum in contractibus stricti iuris. l. iij. C. commu. utri. iud. tñ habebit locum si stipulatio q̃ est stricti iuris interposita fuerit, quia assumit naturam ꝯctus bonæ fidei: & facit dictum Bal. in c. 2. de uasal. qui ꝯ-

11 tra consti. Loth. in fi. ubi dicit † quod stipulatio interposita super materia feudali mutat suam naturã & regulatur secundum naturam feudi, ergo &c.

¶Comprobatur istud ex relatione facta per iudicẽ informatum qui se contulit ad locũ, & retulit ac deposuit dictos homines passos fuisse quãtitatem damni per eos pe-

12 titam. Nã de natura † interesse & damni est φ iudex ex officio suo possit se de eo informare, & staẽ suæ informationi, ita φ ſm eam potest iudicare: ſm Bar. cõiter approbatum in l. j. in fi. C. de sent. quæ pro eo quod inter. & est dictum eiusdẽ Bar. per illum tex. in l. quod ex Pamphila. de leg. 2. quod solent practicantes semper habere in ore: ut attestatur Cur. in d. l. ij. circa fi. & facit tex. in l. si emptione. fi. regund. cum similib. ex quib. omnib. liquidissime ꝯstat quantitatem petitam per actores probatam fuisse.

¶Secundo non obstat instrm liberationis factum de anno. 1535. quoniam ad istud respondetur. & primo q̃a ut

13 actus † factus ab uniuersitate ualeat requiritur quod sit factus a maiori parte. l. φ maior. ad municipal. plene, in l. l. j. de alb. scrib. & in l. si ciuitas. si cer. pet. sed in eo contractu fuerunt quatuordecim personæ, & tñ in illa uniuersitate sunt ultra centum quinquaginta homines negotiatores, ac familiarũ capita, ut pars aduersa fatetur impositis quatuordecim in primo processu. ergo instrumentum cum non est factum a maiori, immo nec a duodecima parte, uniuersitati ꝑiudicare non potest.

¶Nec obstat φ post descripta illorũ nomina notarius asserit adfuisse q̃plures alios homines excedentes duas partes ex trib. & representantes corpus, & uniuersitatẽ dictæ

14 cõis: quia in tali casu † non statur assertioni notarij: sed ad hoc ut instrumentum ualeat tenetur omnia nomina ꝑsentiũ describere: ut est tex. in l. j. de alb. scrib. φ procedit in quocunq; negotio siue ponderoso, siue non: ſm Bald. in l. j. de magist. conue. post nonnullos alios, & rõ cum tabellio sit testis. l. Domitius labeo. de testi. notarius debet deponere per uerba facti, & nõ iuris, & licet Abb. in c. q̃to. de his quæ fiunt a pla. sine ꝯsen. capi. in negotio parui ponderis tenuerit ꝯrium, & dixit procedere in negotio magni ponderis: tñ opi. aliorũ uidetur uerior per tex. in

15 d. c. quanto. ubi † tex. nõ uult describi nomina absentiũ;

ergo uult nomina psentium, cũ inclusio unius sit exclusio alterius. l. cum prætor. de iud. & argumentum a ɔ̃rio sensu in legib. sit fortisimũ. l. j. §. huius rei. de offic. eius cui manda. est iurisd. l. ex eo. de test. & tex. loquit in quocũq; negotio, ibi, ɔfirmatur negotijs &c. quæ uerba sunt indefinite prolata a lege, ergo equipollent vli de proprietate: ut per Bar. in l. si plurib. & in l. si ita. de leg. 2. ergo perinde est ac si dixisset in omnib. cõfirmationib. ac negotijs.

¶ Comprobatur urgenti ratione: nam quod homines ibi existentes constituant duas partes uniuersitatis: item ꝙ consueuerunt repræsentare uniuersitatem, notarius hoc non põt tunc ipis recognoscere, nec de hoc rogatur cum in instrumento non sit dictum quod dicti homines ita asseruerunt: sed instrumentum factum de eo quod partes non asserunt, nec notarius oculis corporeis uidet non ua
16 let, & iõ notarius † non potest scribere fuisse tantam pecuniam solutam in sui psentia nisi fuerit numerata uel dixerit ꝙ ita partes asserebant: ut per Cor. in consil. 143. colum. 5. uel. 4. per Bar. & plene per omnes doc. in auth. si qs in aliquo. C. de eden. per Decium in consi. 118. & per Pau. & doct. in l. prædia. de acqu. poss. Itaq; dico uel ꝙ opinio Bald. est uerior, uel opinio concordando, quod opinio Bal. procedit qñ homines de uniuersitate non asserebant se repræsentare totũ corpus, prout erat in hoc casu. opi. uero Abb. qñ ita esse asserebatur per homines: sed quoniã hæc responsio & concordia, licet uideatur necessaria ex mente iurium, tamen cum antiquorũ scribentiũ authoritate non est facta aliter respondeo, & dico quod communis opinio est qñ sumus in negotijs ponderosis, requiritur quod omnia nomina psentium scribantur, alias non ualet instrumentum: ut uoluit Petr. de Anch. in c. canonum statuta in 13. col. de constitu. Ant. in c. 1. de sind. Bal. in d. l. si ciuitas. si cer. pet. Alex. in cons. 1. uol. 4. sed liberare emptorem totius introitus communitatis ab obligatione undecim annorum: in quo tempore multa interuenerũt damna resarcienda per emptorẽ, & econtra nulla cõmoda fuerunt pstita ultra debitũ, immo pp pacta non obseruata cecidit a iure suo, ut euidentisime apparet ex deductis in processu. nemo est equidem tam supinus qui non diceret id fuisse negotium maximũ & ponderosum dictæ uniuersitatis, cum in eo agebatur de tota eius substantia undecim annorũ. faciunt no. per mod. post Bar. in l. admonendi. de iureiur. dum tractatur qñ causa dicitur ardua & magna, ita ꝙ non deferatur iuramentum in supplementum, ergo ſm opin. cõem non ualet illa assertio.

¶ Tertio respondeo quod cõis opinio est quod nomina singulorũ debent describi quando non est magna uniuersitas, ut puta quando est collegium priorum ciuitatis, canonicorum, monachorum: ut per Abb. in d. c. quanto. sed dato ꝙ ista uniuersitas esset magna, quod tñ negatur, cũ uniuersitas regẽtium ciuitatem est maior, ut est Venetijs, & in plurib. locis Italiæ, nihilominus aduertendũ est qđ in hac uniuersitate sunt quatuordecim consules ultra massarium, ut colligitur ex inspectione mandatorũ, & ita habito respectu ad consules parua est uniuersitas, quo casu respectu nominũ consulũ sine quorum maiori parte non possunt tractari negotia. l. illa decreta. de decre. ab ordi. faci. parua dr̃ uniuersitas, & eorum nomina debent describi: ſm nota. per Bart. in d. l. j. de Alb. scriben. & Abb. & cõmuniter doc. in d. c. quanto. sed in hoc casu in ɔ̃ctu fuerunt descripta tantum tria nomina consulum, ergo non põt inficiari quod saltem propter non descripta nomina consulum pro maiori parte quod instrumentũ non ualet.

¶ Quarto respondeo quod in casib. in quibus credit notario asserenti adfuisse duas partes uniuersitatis: licet nomina singulorum non scripserit, non absolute credit: sed pro eo prima fronte præsumit, ita quod pręsumptio trãsfert onus probandi in asserente cõtrarium: ita Abb. in d. c. quanto. post Frider. de Senis in consi. 207. sed in hoc casu probatũ est contrarium per partẽ aduersam respondentem positionibus per ista uerba quod non interuenerunt alij homines quorũ nomina sunt in ea descripta, sed licet hæc uerba plures alij homines &c. sint descripta, non tñ plurium aliorum nomina siue propria siue appellatiua

considerare uelis, non sunt descripta, ergo adest expressa ɔfessio partis aduersę cõtra illam præsumptionem, ergo præsumptio illius instrumenti cessat, cũ optima probatio sit hæc ɔfessio: ad no. per Sali. & alios in l. generaliter. C. de non nume. pecu. & cũ pars aduersa id negauit adesse: non põt super eo se fundare. c. ex eo. de reg. iur. in 6. c. capitulum S. Crucis. de rescrip. nec facio uerbum an positio illa fuerit negatiua uel affirmatiua, & si uim affirmatiuę cõtinere uideatur quod debet considerari: ad no. in l. fin. de
17 excep. doli. cũ hodie † negatiuę positioni sit rñdendũ. c. 1. de confes. in 6. cum ibi plene no. & eo maxime ista probatio dẽt admitti, cum dr̃ fuisse probatũ illudmet p testes descriptos in dicto instro, qui optime probãt: ad no. in c. cũ Ioannes. de fid. instru. & §. item uerborũ. insti. de inutil. stipul. & dato quod testes non fuissent examinati, uel examinati nihil deponerent, nihilominus aggrauatur & non modica fides illius instrumenti ex uariatione quę colligitur, ex diuersis authẽticis eiusdẽ ɔ̃tus productis. nam in una promissione & liberatione continentur aliqua quæ non continentur in alia, cũ in instro producto p emptores non est factum uerbũ de absolutione circa denarios in instrõ producto per uenditores, est facta mentio de denarijs, & ex uarietate inducitur suspicio, & fides tollitur, argumen. eorum quæ traduntur per Felin. in c. cũ tu. de test. cum uulga. ex quibus saltem simul iunctis apertisimi iuris est huic instrumento fidem adhibendam nõ esse, saltem quo ad præiudicium uniuersitatis ac singulorum qui non interfuerint.

¶ Præterea considerandũ est quod illa liberatio est de sale, & datis & acceptis, quæ uerba ex sui proprietate nõ se habent ad caducitatẽ, & ad ius quæsitum ipso iure propter pacta non seruata ultra ꝙ sunt data & accepta: ut no. in l. si quis maior. C. de transac. minus quoq; se habet ad grauamina, & dãna illata a milib. & ab alijs prouenientia, ut ex natura uerborũ colligi vr̃: ad no. in l. si quis ex argentarijs. §. rationem. de eden. & debent intelligi de datis, & acceptis non aliunde, & ab alia persona, cũ persona extrinseca non subaudiatur. l. ita stipulatus. §. Chryso-
18 gonus. de uer. obl. cum uulg. & quia † renunciatio est stricti iuris, & interpretat ut minus ɔtineat q̃ sit posibile. l. si domus. de seruitu. rust. pdi. & no. in l. postq̃ liti. de pac. cum simil. & interpretatio fit ɔ̃ fundantẽ se in instro. l. ueterib. de pac. & clausulæ generales referunt ad principalẽ renunciationẽ quę non continet grauamina. l. si de certa. de transac. l. fin. §. idẽ quæsijt. de condic. indebi. cum ibi plene no. ergo & si ualeret nihil nocet petitioni, cum ad illam non se habeat, & hoc sit dictum ex abundanti, cum certisimi iuris est illud instrm nullius fore momenti.

¶ Circa secundum principalem articulum uidebatur emptores propter pacta non seruata a iure cecidisse minime declarari posse: sed potius declarandum eẽ dictos homines cecidisse a iurib. suis. & primo ex defectu agẽtium nomine dictorum hominũ qui habent tm̃ mandatũ ad petẽdum obseruari promissa ac fideiussorẽ pto obseruatione pstari, & si fideiussor pstitus non fuerit ad petendũ bona sibi restitui, & sic nõ est id principaliter petendũ declarari dictos emptores a iure suo cecidisse pp pacta non seruata, & ꝙ non est expressum in mandato habeĩ pro omisso: immo stricte, & ad unguem uerba sunt obseruanda. l. diligenter mãda. & eius forma est proprie adimplẽda, ad plene tradita in c. cñ dilecta. de rescrip. sed mandatum est ut petanĩ bona sibi restitui in casu quo fideiussor petitus non fuerit pstitus, sed fideiussor nõ fuit petitus, ergo ſm formã mandati nõ potuerunt petere bona restitui pp pacta nõ seruata, immo cum in eo casu fideiussoris nõ pstiti pmittebat in alio uidebaĩ prohibere, cũ inclusio unius sit exclusio alterius. l. cũ ptor. đ iud. l. maritus. C. de pcur.

¶ Secundo id probaĩ per sententiam iudicis a quo, quæ
19 pro parte agentiũ, cũ non appellarunt † uidetur transiuisse in rem iudicatam: ad not. per gl. in c. nõ solũ. in uer. innouata. de appel. in 6. ubi Dominic. in prin. per Bar. in rubr. C. de re iud. & per Abb. in rub. de re iud. si igiĩ transiuit in rem iudicatam ei standum est, cum p ueritatẽ habeatur. l. res iudicata. de reg. iur. l. j. C. quando prouoc. nõ est ne-

eſt neceſ.ſed in ea licet in omnibus fuerit ad cōmodū hominum dictæ cōmunitatis,tamen dicitur homines teneri cenſum ſolitum emptoribus rei ſoluere,ergo uidetur declarare homines non cecidiſſe a iure ſuo:tum quia id fuit poſtulatū,& in ſnia nulla uerbum de caducitate factū fuit,ergo uidetur reiectū caput caducitatis a iudice,arg. tex.in l.ſi tribunus.in §.fi.de mili.teſt.& ibi no.Bal. Item quia non poſſent emptores exigere cenſum ſi cecidiſſent a iure ſuo,& tamen iudex id permittit, ergo tanq̄ neceſſarium præambulum declarat non cecidiſſe,cum qui conſequens permittit omne neceſſarium antecedens permittere cenſetur.l.ad rē mobilem. de procur.l.ij. de iuriſdic. omnium iudic.ubi plene notatur.

¶Tertio demōſtratur, q̄a uenditores nō adimpleuerūt promiſſa ex parte ſua, ſcilicet non dederunt ſolitum cenſum pro quolibet igne, & iuerunt ad molendum ad alia molendina ↄ̄ promiſsionē, nec etiam probarunt dictos emptores indemnes conſeruaſſe a quodam p̄cepto emanato ad inſtantiam Sancti de Vidizadico, & ita apparet eos cecidiſſe a beneficio ↄ̄ctus, & per ↄ̄ns emptores, & ſi in aliquo conuenerint per hoc non cecidiſſe, cum erat in facultate ſua non obſeruare promiſſa propter ↄ̄uentionē alterius partis:ad plene no.in l.cum proponas.C. de pac.

20 & per Alex.in conſ.32.lib.2.col.fi.& illa uerba † rato manente pacto, & toties quoties non proſunt ↄ̄facienti,ut conſtringant alium ad obſeruandū:ſm Bal.Pau. de Caſt. & alios in l.qui fidem.de tranſac.& in l.qui ſeruū. de uer. oblig.per Alex.in conſi.115.in 4.uol.

¶Maturius uero cogitanti ueritatem in ↄ̄rium eſſe facile apparebit ex pluribus. & primo quia iſti emptores promiſerunt multa de quib.ſupra, & latius in inſtrumēto uēditionis, & præſertim ſoluere onera ordinaria,ut expenſam capitanei, expenſam ceræ S.Petronij, grauamen taxæ militum,expenſam ſalariorum uicariorum, & fideiuſsionē pro uicario Capugnani, & multa alia de quib.fatētur hr̄e cognitionem in poſitionib.ultimo loco productis,& non probarunt illa ſoluiſſe ad quæ tenebant maxime, cū eis obijciebatur de promiſsis nō adimpletis, & quia ſunt facti quod non p̄ſumitur.l. in bello.§. factæ. de capti. & poſtlimi.& p̄ſumptio transfert onus probandi in aduer-

21 ſam partē.gl.& omnes in l.actor.C.de proba.& ita † promiſſorem ſi non probauerit promiſſa a iuribus ſuis cecidiſſe communiter tenetur in l.ſi quis maior. C. de tranſa. in uer.uel non implendo promiſſa,ergo ex quo illa adimpleuiſſe legitime non probant debent pronunciari cecidiſſe a iurib. ↄ̄ctus. ¶Nec obſtat q̄ per nonnullas priuatas ſcripturas Iacobi de Sala nummularij.d.Gaſparis ab armis,& nonnullorū aliorū emptores uidentur probaſſe adimpleuiſſe promiſſa, qm̄ reſpōdetur quod illæ ſunt ſcri-

22 pturæ priuatæ † quæ non faciunt fidem.c.2.de fid. inſtr. ubi late per Abb.Deci.& communiter doc.& no.in l.j.C. de eden.& maxime cōtra tertium.l.ſcripturas.C.qui pot. in pign.hab.ubi Bar.& alij,& per Pet.de Anch.in cōſ.27. & Io.de Anan.in conſi.40.quos ſequitur Dec.in d. c.2.& id habent pro indubitato quando nō ſunt recognitæ, ſed ſi non fuerunt recognitæ,ergo &c.immo aduertendū eſt, quod in hoc caſu hæ ſcripturæ ſunt exempla ſcripturæ priuatæ quæ nullo modo faciunt fidē:ad plene tradita in authē.ſi quis in aliquo.C. de eden. ¶Secundo dico iſtud probari ex propria ipſorum confeſsione: nam in proceſſu nouo.fol.78. ponunt per quam poſitionē dicunt fateri.l.cum precum. de lib.cauſa. cum uulgar.quod capitanei uergati non ſunt contenti expenſa ſolita, ſed faciunt expenſam longe maioris ſummæ,& tn̄ in poſitione.99.fo. 77.in primo proceſſu dicunt ſe duntaxat ſoluiſſe pro expenſa ſolita capitanei, & ita ex ſua propria ↄ̄feſsione apparet quod integralē ſolutionē non fecerunt, & ſic integraliter nō adimpleuerunt promiſſa p̄ ipſos, ergo aliter nō eſt opus probare ↄ̄uentionē illorū, & inobſeruantiam inſtrī,cum cōſtet ex eorū ↄ̄feſsione.l.generaliter.C.de nō nume.pecu.ubi per Sali.& alios, cum uulg.& ſufficit aliquod non fuiſſe obſeruatū: ut nota.in d. l. ſi quis maior.

23 propter iuramentum † q̄ præciſe obligat, & ad unguem debet adimpleri.c.ad noſtram. de iureiur.ubi p̄ Abba.& oēs, ergo quanto fortius cum faſsi fuerunt capitaneum facere expēſam longe maioris ſummæ,nec pōt dici q̄ moram purgarunt per oblationē de calculando, & ſi quid

24 deeſt reficiendo:quia in terminis.l.ſi quis maior.nō † admittitur purgatio moræ quo ad pœnā, ut non cadat a be neficio ↄ̄ctus, cum lex ipſo iure fecit executionem:ut probatur in d.l.in uerbo,priuatus.& in uerbo, mox:& ita notant Salice.Pau.de Caſt.Alexand. Iaſ.Curti.antiquus, Riminald.& communiter doct. in d.l.ſi quis maior. Bauer. in tractatu iuramen.colum.4.

¶Tertio liquidiſsime probatur hos emptores contraueniſſe,& promiſſa non adimpleuiſſe, cum per acta authēti ca notariorū, & officialium uergati legitime probaī homines dicti cōis, ac dictum commune ab ipſis officialib. fuiſſe grauatos & regrauatos,ac pignoratos tam rōne taxæ militū, & expenſæ capitanei, & ceræ q̄ debet eccleſiæ diui Petronij quæ ſunt dicti communis expenſæ, & grauamina ordinaria,quam etiam ratione ſcripturarum miſſarum propter maleficia, & tamen in dicto inſtrumento dicti emptores promiſerūt hmōi grauamina ſoluere, & dictum commune ab omnib.prædictis exemptum,& immune manu tenere:quæ acta, cum ſunt publica,& cōcernāt factū inter has partes ſeu contra hos homines,& emptores optime probant. capi. quoniam contra de probationib.ubi plene per omnes late ponitur in l.ij.de edēd.ubi allegantur concordantes.

¶Præterea conſiderandum eſt, quod iſta grauamina fuerāt facta ſequēti anno,de anno milleſimo quingenteſimo uigeſimoquinto,ut apparet fol.126.cū ſequentib.ex quo ſequitur q̄ & ſi contraueniſſent ipſi quoq; uenditores,q̄ tn̄ negatur,emptores fuerunt primi qui ↄ̄uenerunt,& ſua inobſeruantia,ut prima eſt illa quæ attenditur:ad notata in d.l.cum proponas. C.de pact. & per doctores maxime Curtium antiquum in d.l.ſi quis maior.C. de tranſactio-

25 ni. & licet multi teneant quod delicta † mutua cōpenſatione tolluntur.l.uiro atq; uxore.ſol. mat. ut per modernos Taurinenſes ibi,tamen illud abſq; dubio nō habebit locum qn̄ præceſsit declaratio, & querimonia partis cui primo contrauentū eſt antequam ipſa ↄ̄uenerit ut hic p̄ ſupponitur adfuiſſe ſecundo, ut non procedat qn̄ ex una parte ſit notoriū ex altera ſit dubiū:quia tm̄ pariter non ſunt probata nec ſufficienter ut hic, & uigore illius ↄ̄uētionis nunc poteſt agi contra hæredes:tum quia oīa trāſeunt in hæredem,ad plene tradita in l.hæredē.de reg. iuris.in l.toties.& in l.nemo plus cōmodi.eo.tit.& quia reſoluto iure auctoris reſoluitur ius ſucceſſoris. l.lex uectigalis.de pignor.cum concordantib. qm̄ licet contra Angel.in conſil.233.Et themate.& Paul. de Caſ.in conſil.77. Viſis.& Socinus in conſi.38.in 3.uolumi. uolentes pœnā dictæ.l.ſi quis maior.habere locum contra hæredes, cum reputentur eadem perſona,in authenti. de iureiur.a morien.præſtit. & quia iuramentum eſt acceſſorium contractus, tenent Curtius Iunior, & moderni Taurinenſes, & ante eos Corneus in conſilio.246.colum.2. uolumine. 3.

26 quia iuramentum † non ligat animam hæredis: ut late per Felinum in capi.cum ſit.columna. 5. de foro competenti.Guido Papæ deciſione. 414. Iaſon in l.lecta.in 6. columna.ſi certum petatur.

27 ¶Nihilominus quando defunctus qui † iurauit ↄ̄uenit quod eius hæredes teneantur ad omnes pœnas dictæ legis excepta pœna infamiæ: tenent oēs in d. l. ſi quis maior.& ponit Aquenſis in l.iij. §. quod autem.q̄ quiſq; iuris.ergo ſaltem ex contrauentione iurantis hæredes tenētur, & ideo cū nō expedit nō diſcutio de ueritate opinio. prædictæ,& ſumus in tempore id petendi,cū non ſunt lapſi adhuc ſexdecim anni,& eſt remedium iuris ciuilis per ſecutiuū quod eſt p̄petuum, & durat triginta annis. inſtitu.de perpet.& tempo. actio. in princ. cum ibi plene notatis, nec poteſt dici per ſequentia tempora continuata, morā fuiſſe purgatā,cum non poſsit purgari in materia. l.ſi quis maior.ut ſupra dixi,& maxime quia non ↄ̄ſtat de ſatisfactione dānorum, & expenſarū, ut demonſtraui, & non ſolū uiuentibus emptoribus:ſed ēt continue & uſq; ad hæc tempora contrauentum eſt per iſtos, ut ↄ̄ſtat per

 inſtru-

instrumenta illorum notariorum producta, quæ faciunt plenissimam fidem, cum sint acta, ut dixi: & si dicatur ali qua eē excepta actorū in iudicio dicti Vergati dico esse au thentica, & exempla authentica actorum faciunt fidem: ad abundanter tradita in d.l.ij.C.de edendo.& per Deciū in autheutic.si quis in aliquo.colum.2.uer.3.titulo.& q̄a
28 creditur officiali de eo † quod gessit in officio suo.l.apparitores.C.de exact.tribut.l.si quis decurio.C. de falsis. & hic est unus casus in quo dicto unius fides adhibetur: ut notatur per Sali.in d.l.si quis decurio. & Alex. & alios in l. secunda. §. ei. & hoc eo magis esse debet, cum non appareat uenditores in aliquo contrauenisse, & saltē fuisse priores in contrauenien do:ut late fuit demonstratum in primo articulo in rn̄sionib.ad ea quæ in contrariū fuerunt adducta p̄sertim, cū absolutio facta de anno millesimo quingentesimo trigesimoquinto, in qua erat suū fundamētū, cū bene sciant pacta non seruasse, nihil sibi p̄sit. ¶Ex quibus omnibus saltem simul iunctis liquidissimo constat intrepide pronunciandum esse dictos emptores cecidisse a iurib.dicti contractus propter pacta non seruata, & ita pro cōperto habeo Magnificum dn̄m meū factorum esse, cum iudicio meo optimus sit iurisperitus.
¶Non obstant adducta in ꝯrium, & primo quod agētes non habent mandatum ad hoc, quia aduertendū est, q̄ duplex mandatum factum fuit: unum in prima instantia, & respectu istius procedunt omnia allegata supra in prima oppositione, cum non concedat facultatem petēdi de clarari emptores cecidisse a beneficio contractus, nisi casu quo non p̄stiterint fideiussorem, ut late in eo: quæ uerba stant restrictiue, sed adest aliud mandatum in cā appellationis quod est specialiter, & exp̄sse ad lites & cās quas habent ipsi ꝯstituentes, & habituri sunt cū hæredib. emptorum, sed post mandatum, & ante, mouerunt cām caducitatis, ut constat ex processu, ergo expresse cōprehendit hanc cām, & est factum ad istam cām: tum quia uerba conueniunt, ergo & dispositio.l.iiij. §. toties.de dam. infecto.& in mādatis, & quacunq; materia stricta uerba generaliter iuxta uerbi proprietatem intelliguntur.l. cū lege. de testamen. tum etiam quia nulla alia cā fuit principaliter mota q̄ ista fuit mota in instantia appellationis, ergo perinde est ac si ista nominatio esset expressa: ad not. in l.ij.de lib.& posth. ¶Secundo non obstat q̄ super hoc uidetur lata sn̄ia quæ transiuit in rē iudicatam: quia aduertendū est q̄ si uerum est q̄ procurator in illa cā super caducitate non habeat mandatum, sequitur quod nō p̄iudicat dn̄o, cum procurator ultra uires mandati non possit p̄iudicare dn̄o: ad notata per Bar. in l.q Romæ.§.Callimachus.de uer.obl.& no.in l.cū uendentē.ubi caus.fisc.
¶Item non potest dici q̄ transiuerit in rē iudicatam, immo in casu quo ualeret domino competeret tēpus ad ap
29 pellandum, cum illud tp̄s non † currat nisi a die sciētiæ: ut notatur in authent.i.sed hodie.C.de appellatio.in c.ex ratione in princip. de appellationib. & ideo requiritur q̄ fiat intimatio domino inde procuratori illius causæ: ad notata ibi, & in cap.fi. eodem titu. sed hic non fuit facta domino, nec procuratori, cum ad illam causam, & sententiam latam non erat procurator, ergo &c.
¶Item considerandum est impossibile esse, ut dicamus sententiam super hoc latam fuisse, cum qn̄ fuit proposita causa caducitatis fuit appositum quod non poterat opponi: quia non erat locus illi iudicio, sed protestabatur procedi super primo, cum de illo nō sit habita aliqua cognitio.& sic quasi per uiam exceptionis impedientis cumulationem, ad notata in l.edita actio. C. de edendo. & ita non est super illa petitione caducitatis lis contestata: sed eam distulit in aliud iudicium, sed super eo sup quo lis non est contestata non potest dici lata sententia, & si
30 est lata † est nulla: ad notata in l.prolatam. C. de sentent. & in l.j.de litis contestatione.cum uulgaribus, ergo non debemus referre sententiam ad hanc causam, cum nemo uideatur eligere uiam impugnatiuam.l.j. de mili. testamen.& si referamus nulla est, nec obstat quod tacite uidetur p̄supponere esse ualidam: quia esto quod sit uerum, non est quia pronunciet ualidam, nec intēdat, cum de eo non cognouit.l.de qua re. de iudic. nec potest, sed p̄mittit in suo statu manere quousq; de eis fuerit cognitum.
¶Tertio non obstat quod nō adimpleuerint uenditores ex parte sua, quia ad istud apparet respōsum ex deductis in primo articulo circa finem, & etiam ex fundamētis supra deductis in hoc secundo articulo, non repeto.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Pœna.l.si quis maior.C. de transac. non habet locum in minore.*
2 *Ignorantia in facto defuncti, tolerabilis est in hærede, saltem minore.*
3 *Restitutio in integrum datur hæredi propter præsumptam ignorantiam in facto defuncti.*
4 *Hæres conductoris, & emphyteutæ restituitur in integrum occasione præsumptæ ignorantiæ.*
5 *Hæres conductoris, nihil dicere potest, quando defunctus contra uenit, & cecidit ab omni iure contractus.*
6 *Res transit in alterum, cum sua causa.*
7 *Resoluto iure auctoris, & datoris resoluitur ius acceptatoris.*
8 *Restitutio ex capite ignorantiæ uel minoris ætatis, non datur, nisi de eo quod a minore uel ignorante fuit factum uel omissum.*
9 *Prorogatio locationis præsupponit locationem ualere.*
10 *Absolutio facta ad tempus, post tempus censetur esse denegata.*
11 *Verba non aliter nec alio modo, habent precisam naturam, ut nulla interpretatio admittatur, quæ a uerbis non sit expressa.*
12 *Absolutio facta conductori non operatur remissionem caducitatis quando ex proprietate uerborum colligitur caducitatem nō fuisse remissam.*
13 *Prorogatio locationis facta per hæc uerba, finitis primis temporibus, non dicitur prorogatio, sed noua concessio, post certum tempus facta.*
14 *Stipulatio facta ab aliquo, etiam notario nomine absentis, non prius absenti prodest quam ratum habeat, nec potest ratum habere nisi re integra.*
15 *Priuatus aliquo iure is dici non potest, qui nunquam illud ius habuit.*
16 *Restitui in integrum aliquis non debet, quando nihil amisit.*
17 *Minor non restituitur, quoties ei aliquid accidit, quod & si maior fuisset, nihilominus ei acc idisset.*
18 *Amissio iuris acquisiti damnum appellatur.*
19 *Communitas est loco minoris, & in integrum restituitur.*
20 *Minoribus restitutio in integrum aduersus communitatem concedi non debet.*
21 *Minor non restituitur contra alium priuilegiatum, quando tractat de acquirendo.*
22 *Minor non restituitur contra alium priuilegiatum, qui tractat de iure quæsito non amittendo.*
23 *Quando sunt plures hæredes conductoris ad longum tempus, & aliqui ex parte sua, non adimplent contractum, faciunt quod quo ad omnes res locata reuertitur ad locantem, & cadit in cōmissum in præiudicium aliorum fratrum etiam pro parte sua obseruantium.*
24 *Minor tunc in integrū restituitur, quando facto suo, uel per amissionem uti minor fuit læsus.*
25 *Pœna ut euitetur non sufficit particulare adimplementum.*
26 *Hæredes priuati aliquo iure facto cohæredis habent actionem contra cohæredem.*
27 *Restitutio in integrum cessat, ubi minori aduersus læsionem competit actio.*
28 *Restitutio in integrum, est officium iudicis nobile.*

RESPONSVM LXVII.

¶An hæredes conductoris minores, aduersus omissa, & pacta nō seruata restituant, & an caducitas uideat̄ remissa p̄ prorogationem, & quando minori cōpetat restitutio.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Et si prima fronte uideatur filios, & hęredes conductoris aduersus omissa, & pacta nō seruata restituēdos fore, cum pœna.l. si quis maior. de transact.

1 transac.C.non habeat locum † in minore:ut per gl. Bart.
& omnes in d. l. si quis maior. C. de transac.ubi late per
2 modern.in textualibus:& quia in hærede præsertim † mi
nore iusta est ignorantia. l. qui in alterius. de regul. iur.
cum uulgaribus. & propter illam ignorantiam præsum-
3 ptam hæredi datur restitutio † in integrum, ut per Bart.
& alios in l.cum filius.§.in hac.de uerbo.oblig.ubi Alex.
4 colum.2.id firmat in hærede emphyteutæ,& † conducto-
ris,qui est casus noster:& est glo.quam sequuntur docto.
in l.ij.in gloss.fina.C.de iur.emphyteu.& per Cardi.in cō
sil.94.respondeo, ergo quanto fortius hic cum sint hære-
des & minores. ¶ Nihilominus melius considerando de-
termino contrarium, & præsuppono, defuncto contra
uenisse, & cecidisse ab omni iure contractus, ut late de-
monstrauimus in alia allegatione, & probatur apertissi-
5 me in processu, quo casu hæres nihil potest † dicere, cum
succedat in locum illius,& in ipsum non potuit transferri
plus iuris,quam esset in defuncto.l.nemo plus iuris. &
late ponitur in l.heredem.de regu.iuris.& hoc nullam ha
6 bet difficultatem, cum res † transeat cum sua causa.l.in
uendendo.de contrahen.emp.& resoluto † iure auctoris,
7 & datoris resoluitur ius acceptatoris.l. lex uectigalis. de
pignorib.cum uulgarib. & ex hoc apparet frustra agi de
restitutione ratione minoris ætatis,ac ignorantiæ,aduer
sus omissa ꝑ ipsos hæredes,cū non priuentur propter fa-
ctū suum,sed defuncti cui successerunt, & restitutio ex ca
pite ignorantiæ,uel minoris ætatis,non daē nisi de eo, ꝙ
8 a minore,uel ignorante, fuit factum, uel † omissum. toto
titu.de minor.& plene notatur in l.nam & postea.§.si mi.
de iureiurand.& in locis supra in contrarium allegatis.
¶ Nec obstat si dicaē patris caducitatē uideri remissam
a locatorib.per prorogationem dictæ locationis factā ꝑ
quiquennium:argu. text.in l.ij.§.non male.de doli exce-
ptio.& l.qui in futurū. de pac. cum ibi no. & quia proro-
9 gatio locationis præsupponit † locationē ualere.l. sed si
manēte.de precar.ad notata in l. Pōponius.§. cum quis.
de acquir. posses. & ita uidentur remisisse caducitatem,
tanquā necessariū præambulum ad prorogationem. l. ad
rem mobilem.de procura.l.ij. de iurisdict. omnium iudi.
& ut actus ualeat.l.quoties.de uerb.obl. &c. ¶ Quoniam
respondetur duobus modis, & ad hoc aduertendum ro-
go,cum in eo pendet punctus difficultatis huius causæ.
¶ Et primo quod dicti locatores absoluerūt pro tpe duo
rum annorū,& non aliter, nec alio modo extendentes ad
alia debita,nec ad aliquas alias obligationes:pondera ꝙ
10 loquiē,& sit † absolutio ad certum tempus,& permissum
ad tempus pōst tempus censetur denegatū. l. imperator.
de postu.& quia illa uerba non aliter, nec alio mō signāt
nihil præter ius duorū annorum censeri esse remissum,ꝙ
11 est expressum, cum habent ꝑcisam naturā: ut nulla † in-
terpretatio q̄ a uerbis non sit expressa admittaē.gl. Bald.
in l.si quidē.de exce. C. & in c. 1.§.deniq;.q̄ fuit prima cā
benefi.amit.Quod quidē non esset, si remissa esset caduci
tas : quia fuisset facta absolutio ultra duos annos,& ali-
ter,& alio mō.Itē pondera illa uerba , & nō aliquas alias
obligationes:q̄ quidē uerba nō uerificarenē si caducitas
esset remissa:quia obligatio de pecunijs restituēdis,ex ca
ducitate esset remissa,cui uerba repugnant,& penitus ex-
cludunt, & sic ex uerbis expresse ꝯstat caducitatem nullo
pacto remissam esse immo reseruatā,q̄ uerba cū sint clara
12 & de proprietate † id signent amplius non est super hoc
ambigendū.l.ille aut ille.§.cum in uerbis.de leg.3.& ma-
xime q̄a uerba sunt ꝓlata per modū formæ q̄ ꝑcise, & ad
unguem debet obseruari. l. cum hi. §. si prætor.de tran-
sact.per Bald.in auth. matri & auiæ. C. quando muli. of-
fic.tutel.fung.potest.& sunt prægnantia & geminata quę
arguunt præcisam mentem per Bart. in l. cum simus. de
agrico.& censi.cum similib.& ita manifeste constat cadu
citatem, & ius declarandi non esse remissum, immo ex-
presse reseruatum, & cum uerbis ꝑcisis & prægnantibus,
quæ excludunt omnem aliam interpretationem, & per
consequens illam prorogationem, ad quā etiam respō
deo specialiter supra ponderata super uerbo prorogatio
ne, procedere qñ esset uera prorogatio locationis duran

tis:sed hic est facta prorogatio per hæc uerba,finitis pri-
mis temporibus,& ita finita locatione,quō casu non dici
13 tur † prorogatio:sed noua concessio post certū tempus
facta.d.l.sed si manente. de precar.& oia fundamenta su-
pra facta cessant:quia stant simul locationē finitam esse,
& post certum tempus de nouo concessam esse:& cum ad
huc illud tempus non uenit, interim sunt a reb.locatis re
mouendi, & in hoc non laboro, cum expresse sibi omnia
iura reseruauerunt locatores, & per cōsequens ius decla
randi cecidisse,& uerba hoc aperte signant, ergo &c.
¶ Secundo principaliter respondeo dato sine ueri ꝑiudi-
cio, per illud instrumentū remissam esse caducitatē, istā
remissionē non posse prodesse illis minorib.cum eis nun
quā fuerit acquisita, nec amplius acquiri pōt. Nā Philip-
pus,& Cæsar,suo nomine,& suorū fratrū minorum fece-
runt illum cōtractum,ac stipulati fuerunt:sed quoties ali
14 quis stipulaē ad utilitatē alterius, ēt si sit † notarius, illi
alteri non acquiritur antequā ratum habeat:nec pōt ra-
tum habere nisi re integra:ut ponit Pau.de Cast. in cōsil.
197.alias.195.Visis allegar.l.si ego. de neg.gest.idē Pau.
de Cast.in consi.171.& per Deciū in l.contractus. de reg.
iur.uersi.quinto limita.& in quibusdā suis consilijs. ut ip
se attestatur, quæ uti non necessaria prætermitto : sed isti
minores nunq̄ ratū habuerunt,nec nunc possunt ratū ha
bere,cum res amplius non sit integra,cū iam facta sit de-
claratio caducitatis, & super hoc lata est sententia, & ita
minores pñt non uenire ex aliqua rōne, ēt per uiam resti
tutionis in integrum, cum nunquā aliquod ius habue-
rint,& per consequens nihil amiserunt,cū priuatio ꝑsup-
15 ponat † habitū.l.decem.de uerb.oblig.l.manumissiones.
16 de iusti.& iur.& qui nihil † amisit, non debet restitui, cū
non dicatur læsus,iuribus uulgaribus, nec ad ius acquirē
dum restitui possunt,cum simus in termino quo amplius
acquiri non pōt.l.bonorū.rem ratam habe. & quia id nō
prouenit ex eo,quia minores erant,cum ēt id maioribus
accidisset: cum ex facto alterius præsertim acquirētis sci
licet Philippi,& Cæsaris res desijt esse integra:& facta in-
habilis ad acquirendum, quod quidem omnibus maiori
bus accidisset:sed minori non datur restitutio in integrū
17 quoties & si maior fuisset,id ei † accidisset,cum tunc ces-
set ratio facilitate minoris ætatis læsum esse,quæ est cau-
sa restitutionis,& cessante rōne cesset dispō.l. adigere. §.
q̄uis.de iure patrona. cum uulgarib. ita est tex.in l. final.
de in integ. restitutio.
¶ Præterea considerandum est quod si minores nolunt re
stitui ad ius quæsitum, non possunt:quia nunquā habue-
runt ius acquisitum,ut dixi:si uolunt restitui ad ius acq-
rendū non pñt,cum res non sit integra,ut supra diximus:
& quia tractarent de iure acquirendo,& cōitas quæ loca
uit,ac pronunciauit cecidisse, & propter pacta non serua
ta ipso iure rei locatę iura fuerunt sibi acquisita,ad abun
danter tradita in d.l.si quis maior.in uerbo, mox.de trā-
sact.ita ꝙ dicta communitas, & locatores tractarent de
18 iure acquisito amittendo:quod † damnum appellatur.l.
iij. de dam. infec.cum ibi plene traditur per Alexand. &
19 alios,quo casu,cum interuenit communitas,quæ † est lo
co minoris, & restituitur in integrum. Bald.in l.j. C.etiā
de procur. cau. in integ. agi posse.l.respublica. ex quib.
cau.maio.per Alex.in consil.103. uolumi. 4. Et tractatur
de damno euitādo, seu de iure acquisito amittendo,& ꝯ-
currunt minores qui tractāt de restitutione ad ius acqui
rendum:certe in hoc casu minoribus restitutio in inte-
grum aduersus communitatem concedi non debet, cum
20 etiam ipsa sit † priuilegiata, & non solum ut minor resti
tuatur:sed etiam ꝓpter uiduas,& miserabiles personas,
ut per Alexand.in d.consi.103.& alijs locis supra allega-
21 tis:& minor † non restituitur contra alium priuilegiatū
quando tractat de acquirendo:ad notata in l. uerum. §.
fina.cum.l. sequenti. de mino. & in authent. quas actio-
nes.C.de sacrosanct. eccle. & maxime cum communitas
22 tractet † de iure quæsito amittēdo:& ita de damno, quo
casu non restituitur:ut notatur plene in l.sciendum.ex q-
bus causis maior.faciunt notata per Bartol.in l.j. in 1. q
C.de annal.exceptio.

¶Præterea aduertendum est ipsos non petijsse restitutio nem aduersus ius istud acquirendum, sed solũ aduersus caducitatem suam:& de sua caducitate non agitur, cum ipsi nullum ius habuerunt,sed patris,& ideo non possunt obtinere,& ita per ista saltẽ simul iuncta,liquidissimè cõ stat hos minores aduersus caducitatẽ restituendos nõ esse: & si supra dicta recte spectentur per dominũ iudicẽ,ut arbitror,apparebit nullũ in proprijs terminis ꝯdictorem existere,& rem esse clarissimam,& fundamenta in ꝯtrium facta cessare: quia illa procedunt quando defunctus fuit ille qui cecidit,& propter factũ defuncti,cui successerunt, excluduntur.uideantur,& ita oẽs isti ꝯductores sunt excludendi,nec maiores,& scientes,qui ẽt facto suo ceciderunt,ex persona minorum possunt restitui, cũ & ipsi minores non sint restituendi,& licet hæc sufficiant ad reportandã sñiam:hoc tamen non prætermittam,ꝙ ex abundãti dictum esse uolo,scilicet istos minores ẽt non esse restituendos,& si pater non cecidisset,& per prorogationẽ de qua supra locatio fuisset ipsis minorib.confirmata, & renouata, ac ipsis ius perfecte acquisitum: quæ omnia tñ sunt falsa,ut demonstraui.Et ratio fundamentalis est: qa quando sunt † plures hæredes conductoris ad longũ tẽ-
23 pus,& aliqui ex parte sua non adimplent, faciunt ꝙ quo ad omnes res locata reuertitur ad locantẽ, & cadit in cõmissum,in præiudicium aliorũ fratrum, ẽt pro parte sua obseruantium:ut uoluit gl.& docto.sequuntur in l.communi diuidundo.communi diuid.Bar.& alij in l.fraudati.de public.Alex.Soci.& alij in l.iiij.§.cato. de uerb.obl. ubi Soc.co.12.& hic Philippus,& Cęsar maiores nõ adimplerũt ex parte sua, & sic facto illorum quo ad omnes res cecidit in cõmissum, & ita omnes potuerũt priuari iure medio,nec aduersus hoc possunt restitui ut minores: qa restituuntur † qñ facto suo,uel per amissionem uti mino
24 res sunt læsi.toto titu.de mino.l.fina.C.de in integ.restitutio. ubi not. omnes cum concord. ibi traditis, sed hic non facto suo,nec propter omissionẽ suam priuati sunt, sed propter factum cohæredum, quod tantumdem operatur, & si ex parte sua minores id adimpleuissent per doctrinas de quibus supra:quarum rationes uendicant sibi locum tam in cohæredibus minorib. quam maiorib. cũ id proueniat ratione facti indiuidui,& loquuntur gñaliter.Item quia ad † euitationem pœnæ non sufficit parti-
25 culare adimplementum.l.in executione.§. fi. de uer. obl. l.etiam partis. de leg.1. sto tamen cum prima solutione.
¶Præterea est considerandum istos qui sunt priuati facto cohęredis habere actionem † contra cohęredẽ,& fra
26 trem.l.is consequẽter.§.fina.l.hęredes.§. si unus.& §. idẽ iuris.famil.ercisc.ponunt docto.in d.§.cato.& Ias.in l.ij. q.17.C.de iur. emphy.sed ubi minori † aduersus læsionẽ
27 competit actio cessat restitutio in integrum, quæ cõpetit officio iudicis,immo † est officium iudicis nobile:ut per
28 Bar.& alios in l.j.de iurisdi.omnium iud.& est tex.in l.in causæ. de mino. cum uulga. etiam si alia actio competat contra alium.l.cum mandato. de minor.& ibi communiter no.ergo cum habent actionem contra cohæredes restitutio in integrum concedi de iure nõ potest,& ex multis alijs fundamentis id demonstrari posset, quæ prætermitto, & de ueritate articuli me remitto ad ea quæ dixi in d.§.cato. Laus Deo.

¶Ita de iure respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta usufructuaria domina & massaria, existentibus liberis alimenta duntaxat consequi debet cum illa præeminentia quam habebat in uita mariti.*

2 *Verba hæc, hæredes uniuersales pleno iure instituit, important quo ad usumfructum & proprietatem.*

3 *Verba de quibus supra apposita fideicommisso excludunt detractionem Trebellianicã, & faciunt compendiosam directam.*

4 *Substitutio facta sub conditione si alter decesserit sine filijs expirat filijs superuiuentibus quamuis postea decesserint in pupillari ætate.*

5 *Qualitas sine filijs adiuncta participio decedentibus, debet intelligi secundum tempus mortis inclusum in participio.*

6 *Substitutio continens duos casus, sicut in primo casu intelligitur de filijs, ita & in secundo si dubitetur de filijs intelligi debet.*

7 *Substitutio interpretari debet, ne plus uideatur dilectus secundus gradus quam primus.*

8 *Fideicommissum ut excludatur, fit interpretatio.*

9 *Cõditio apposita instituto si decesserit sine filijs, in filia uerificat.*

10 *Conditio si institutus decesserit sine filijs, quando testator propter filias exclusit in fœmina non uerificatur.*

11 *Neptis amitam excludit de iure communi.*

12 *Dispositio. l. si uiua matre.C.de bon.mater.procedit quando neptis ueniret ex persona matris.*

13 *Ingressus monasterium pro mortuo habetur.*

14 *Fratres minores non excludunt fideicommissum.*

15 *Monasterium incapax non habetur loco filij ad exclusionem fidei commissarij.*

16 *Hæredes filiorum grauatorum sub conditione post mortem legitimam & Trebellianicam detrahere possunt.*

RESPONSVM LXVIII.

¶An uxor relicta a marito usufructuaria, dña &c.debeat habere alimenta tantum. Et an substitutio facta sine liberis &c.expiret per fœminam.Et an conditio omnib.decedentibus &c.referatur ad filios filiorum, quando non cõpetit primo morięti. Et an ingressus monasteriũ incapax habeatur pro mortuo, ita ut bona ueniant ad fideicommissarios qui habent succedere in casu mortis: ubi non desunt pulcherrimę decisiones in materia.

INVOCATO diuino suffragio. ¶In præsenti causa omissis disputationibus ab utraque parte, uenio ad ipsam ueritatem quæ in paucis cõsistit. Et breuiter concludo quo ad primum quæsitum existentib. liberis dominæ Cristophoræ relictæ usufructuariæ omnium & singulorum bonorum &c.deberi tantum alimenta, cum illa dominatione
1 seu præeminentia † quam habebat in uita mariti:quoniã illa uerba existentibus liberis, ita fuerunt interpretata in curia Bulgari,& obseruatur per totam Italiam: sm Dyn. Bar.& communiter doc.in l.Titia.§.Titia. de leg. 2. & in auth.hoc locũ.C.si sec.nups. mul.Spec.in tit. qui filij sint legiti.uersi.quid si uir.Io. And. in c.si pater.de test. in 6. per Alex.in consi.74. In causa & lite. uol.7. cum infinitis quę breuitatis causa omitto.& ratio est fauor liberorum quæ ratio punctaliter militat in casu nostro, licet adsit uerbum singulorum,ergo & dispositio, iuribus uulgaribus & ista cõis opinio in casu de quo agit̃ absq; dubio seruari debet propter illa uerba prolata a testatore, scili-
2 cet hæredes uniuersales pleno † iure instituit,quæ uerba important quo ad usumfructum & proprietatem, auth. hęc usus.C.de sacrosanc.eccle.& ibi uo.& important sine aliqua diminutione, adeo quod si sunt apposita in fidei
3 commisso † excludunt detractionem Trabellianicæ,& faciunt compendiosam directam:ut per Ang.in consi.125. Hoc est testamentum.per Alexan.& Ias. in l.centurio. colum. 26. de uulga. & pupil. ubi de ueritate dixi, & multos effectus operatur quos breuitatis causa omitto. Ex illis igitur uerbis colligitur testatorem uoluisse filios hęredes institutos habere & proprietatem & usumfructum, & per consequens uxorem suam tantum legatum alimentorum.
¶Circa aliam difficultatem an Francisci filij testamentũ attendatur, in quo sunt institutę ęqualiter Daria filia dñi Francisci,& Maria soror, non obstante paterno testõ: & breuiter concludo quod sic: quia expirauit fideicõmissũ positum in paterno testamento per existentiam Petri filij domini Francisci & nepotis alterius Petri primi testãtis.
4 Nam † substitutio posita in dicto paterno testamento ꝑ illa uerba,& sub illa ꝯdõne si unus decesserit sine filijs alterum &c.& omnib.decedẽtib.substituit filias fœminas, finita est cum Franciscus institutus decessit cũ Petro filio, quãuis postea Petrus decessit post mortẽ patris sui in pu-

5 in pupillari ętate:quia illa qualitas † sine filijs, adiuncta participio decedentibus, debet intelligi secundum tēpus mortis inclusum in participio. arg.l. in delictis. §.si extraneus.de noxal.ita Pau.de Cast.in l.ex facto.§. penu. ad Trebel.idem Pau.de Cast.in cōsi.170. ne in proprijs. Oldr.in consi.21.Thema.Ioan. And.in additio. Spec.in §.in primis.in ult.q.Abb.in consi.40. Venio ad primum dubium.l.j.Alex.in consi.31.Ponderatis his.lib. 3.& per Decium in consi.218.col. 2. cum seq. & in consi.269.col. 6.& licet alterum & eius filios substituerit non tamen illos substitutos grauauit seu illis substituit:ut uoluit Decius post alios,in dicto consi. 218. ¶Nec obstat & si in testamento paterno dicatur, & omnibus decedentibus substituit &c. & sic tam filijs quam filiorum filijs: quia illud uerbum omnibus,refertur ad filios institutos: patet quia ponit duos casus:primus quando uno deceden te alterum substituit. secundus quando omnibus dece-
6 dentibus,unde † sicut primus casus intelligitur de filijs, ita & secundus cum una pars orationis declarat aliam.l. utrum.de pet.hęr.& seq.intelligant̄ ſm præced.l.si seruus pluriū. §.fi.de leg.j.& quia in primo casu existentia filij patris grauati excludit fratrem substitutum, & filios fratris,licet statim post mortem patris decedat, ut mani festissime constat ex sui inspectione retenta communi opin.de qua supra,ergo fortius existentia filij patris grauati tēpore mortis, licet postea decedat debet excludere fœminas substitutas in seq. gradu substitutionis ne
7 plus dilectus sit secundus † gradus quam primus: iuxta tex.in l.publius.de condi.& demon.cum ibi plene no.ergo illud uerbum omnibus, refertur tantum ad filios institutos, alias resultaret absurdum de quo supra. & hoc suadetur:quia si referretur ad filios filiorum ipsi dicerē-
8 tur grauati per fideicommissum:†quod grauamen, ut excludatur sit interpretatio:secundum Pau. de Cast. in ꝯsi. 150.inci.In causa.Bal.in l.cum uirum. C. de fideicō. Ias. in l.potest. de uulg. & pupil. col.j. ergo fortius in terminis nostris ita debet interpretari concurrentibus coniecturis,& rationibus de qbus supra. & ita teneo. ex quibus manifeste constat quod solū testamentum Francisci est in consideratione in quo nulla cadit difficultas, cum ęqualiter sint institutę domina Daria, & Maria. ¶Præterea non potest dici quod sit locus substitutioni factę in primo testamento de filiabus:quia fuit facta sub cōditio
9 ne si decesserint illi instituti sine filijs:quæ † conditio uerificatur in filia secundum communem opinionem: secū dum Io. And. Anto.& alios in c. Raynaldus. de test.col. 2.Alex.in consi.53.col.fi.lib. 3. ubi uult quod fideicommissum iniunctum alicui si decesserit sine filijs expirat re lictis filiabus,nisi expresse dicatur sine filijs masculis:sed hic non fuit dictum sine filijs masculis, ergo per filiam Francisci expirauit, nec potest dici quod in hoc casu ex quo proprias filias exclusit conditio sine filijs non ueri-
10 ficatur in fœmina† ne melioris cōditionis sit neptis quā filia:cōtra.l.si uiua matre.de bo.mat.& per Pau.de Cast. in consi.79. Casus frequēter. quia procedit quādo agnatus est substitutus:secus autem si extraneus, uel filię fœminæ illius testantis: quia tunc cessat ratio cōseruandę agnationis, & sumus in terminis iuris cōmunis ubi ne-
11 ptis†excludit amitam: iuxta. l. cum acutissimi. C. de fi-
12 deicom. & l. si uiua matre. procedit quando † neptis ex persona matris ueniret,ita i terminis cōcordauit opiniones Dec. in consi. 370. ex quibus concludo quod filia primi testantis nihil potest dicere, siue referas uerbum omnibus,ut dixi,siue non,cum habeat difficultatem,nec filia ultimi testantis potest aliquid dicere: quia positus in conditione non est positus in dispositione. ¶Quo ad illud de donatione facta per monachum breuibus me
13 absoluo,& considero quod † ingrediens monasteriū habetur pro mortuo. l. Deo nobis. de episcop. & clericis cū concordantib. de quibus ibi:quod absq; difficultate procedit quando ingressus est monasterium incapax, ut fratrum minorū:quia tunc illis bona debentur ad quos peruenirent si ingressus monasteriū uere mortuus fuisset:ut uoluit Bar.in tractatu minor.ī ultimo lib. in prin. & col.penul.uersi. sed ad quos pertinebunt. & Bal.idem sequitur post Iaco.Butriga.in auth.ingresi.col.7. uersi. extra gl.C.de sacrosan.eccle.& ponunt Abb. in c.in præsentia.de probationib.& ibi Felin.Dec. & omnes:& ideo si nullum factum sit testamētū debentur uenientibus ab intestato:ut per doctor.in locis supra allegatis: & dicit Roma.in consi.196.Circa declarationem istam esse com munem opinionem:& idem Abb.in consi.27.Dubium super quo.lib. j. col. 2. & si adsunt aliqui fideicommissarij
14 debentur fideicommissarijs, quoniam tales fratres † nō excludūt fideicommissum:ut uoluit Bal. in l.cum acutissimi.col.fi.uersi.item nunquid frater minor. C. de fideicommis. sequuntur Decius & Moderni in dicto capitu. in præsentia.col.33. uersi. septimo iuxta ordinē. ubi plura allegantur,quæ breuitatis causa omitto. ¶Hoc stā te sequitur quod non potuit donare, & quod fuit locus fideicommisso relicto per patrem suū in casu quo unus decederet sine filijs:quia iste ingrediens monasterium in
15 capax decessit sine filijs,cum monasterium †incapax nō habeatur loco filij ad exclusionem fideicommissarij, per ea quæ supra diximus.unde hæredes ueniētes ab intestato dicto ingresso,& morienti per ingressum habent resti-
16 tuere detracta legitima & trebellianica quę † ueniunt detrahendę ab hæredibus filiorum grauatorum sub conditione post mortem:ut est communis opini. ut ꝑ Alex. in consi. 142. Circa primum dubitatur. in secundo dubio.col.5.lib.2.& in consi. 68. Circa præmissum.libro.4. Aret.in consi.160.Longa est.in ultimo dubio.Ang.in ꝯs. 124.Visis.circa fi.Dec.in cōsi.219.cum infinitis quæ breuitatis causa omitto. & istæ duę quartæ in effectu cōprehendunt dimidiam partem hæreditatis: ut dicunt doctores in supra dictis ꝯsilijs:sed hr̄des ab intestato istius filij grauati sunt mater,soror,& frater.auth.defuncto.C. ad tertullia.nisi in loco sit statutum repugnans:tertia ergo pars dimidię hæreditatis dictæ ingredientis erit dominę Christophoræ matris, alia tertia pars erit fratris, qui frater illam tertiam capiet tanquā hęres ab intestato:dimidium uero hæreditatis ut substitutus in paterno testamento alia soror capiet, nec potest dici quod in illa dimidia quæ debet retineri per hæredes grauati soror sit exclusa per testamentum paternum,in quo prohibita est aliquid non petere aduersus hęredes &c. quia hoc casu uenit ab intestato,non autem ex testamento, nec contra testamentum, sed ex permissione legis, quia uenit tanq̄ hęres fratris ad bona fratris:iuxta not.in l.j.§.ueteres.de acquir.possessio.&c. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SUMMARIUM.

1 *Remedium l.fi.C.de acqui.pos.habet locum sui natura contra tertium possessorem,etiam nulla facta excussione.*
2 *Remedium.d.l.fi.non procedit quando ementi uere tradita fuit possessio.*
3 *Remedium.d.l.fi.& alia remedia restituendæ possessionis non cōpetunt nisi intentans probet se uel auctores suos possedisse rem de qua agitur,& sine facto suo rem ad alium peruenisse.*
4 *Intentans remedium.d.l.fi.si uult probare possessionem suam per constitutum necesse habet probare constituentem tempore constituti possedisse.*
5 *Constitutum appositum obligationi omnium bonorum præsentium,& futurorum factæ ex causa receptionis dotis, ualet secundum communem.*
6 *Constitutum transfert possessionem in eum cuius nomine à constituente possidetur.*
7 *Dos debetur sub conditione si soluatur matrimonium non culpa mulieris,& non per mortem mulieris extantibus liberis.*
8 *Actio de dote non nascitur constante matrimonio,sed pendet à cōditione soluti matrimonij.*
9 *Conditionalis actus nihil ponit in esse.*
10 *Constitutum quod habet in se conditionem,non operatur translationem possessionis.*
11 *Conditio existens trahitur retro ad tempus celebrati contractus.*

12 *Constitutum non potest esse, nisi de re à constituente possessa.*
13 *Actus aliquos possessorios faciens iure familiaritatis, non dicitur possidere.*
14 *Possessio quæ momento duntaxat penes aliquem fuit, non habetur in consideratione.*
15 *Possessio penes aliquem residens, nisi cum suis qualitatibus in alium transferri non potest.*
16 *Remedium.l.fi.de acq.pos. non competit quando dominus stetit per decennium quominus ageret, post executionem factam ad fauorem tertij possessoris.*
17 *Contractus de fundo dotali celebratus, non habente marito alia bona ascendentia ad ualorem dotis est nullus, uigore statuti Bononien.*
18 *Iuramentum contractum nullum uirtute statuti non habet confirmare, quando reijcitur à statuto.*
19 *Statuta à pontifice approbata papalia dicuntur.*
20 *Constitutum interpositum super contractu nullo, non ualet, nec ex eo aliqua possessio transfertur.*
21 *Contractus nullus nihil tam ratione dominij quam possessionis in contrahentes transferre potest.*
22 *Hyppotheca in re acquisita resoluitur, quando illa res amittitur, & resoluitur facto obligantis, non tamen ad illud ordinato.*
23 *Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio.*
24 *Instrumenta faciunt rem notoriam.*
25 *Iudex ex officio suo agentem sine actione repellere debet.*

RESPONSVM LXIX.

¶An remedium.l.fi.C.de acquir.pos.habeat locũ quando possessio uere fuit tradita, & iusto titulo, & quando intentãs non probat se possedisse tempore constituti. ubi multa in materia constituti, & d.l.fi. Et an hyppotheca in re acquisita resoluatur, quando illa res amittitur, & resoluitur facto obligantis, nõ tamẽ ad illud ordinato.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Cum sermones circa particularia sint ueriores, ut inquit philosophus secundo ethicorum: omissis generalibus breuibus rem ipsam expedio, & uidetur pronunciandum fore pro actore, cũ hic agitur remedio possessorio, & præsertim.l.fi. de acquire.
1 possessio. quod habet locum † sui natura contra tertium possessorem etiam nulla facta excussione: secundũ Imo. Alex. Roma. & communiter scribentes in l.exitus. de acquir.poss. cum concordantibus de quibus ibi, & per cõsequens stantibus narratis in libello contra dominum Hieronymum de Frachastis tanquam tertium possessorem. ¶Maturius uero cõsideranti ueritas uidetur esse in contrarium, quoniam huiusmodi remedia possessoria, & præsertim.l.fina. C.de acquir. possessi. non procedunt
2 † quando ementi uere tradita fuit possessio: quia recipiens rem mediante uera traditione: & iusto titulo potuit iuste ignorare uendentẽ detinere rem nomine alterius, ideo dispositio.l.fi.non est extendenda ad istum casum, quę loquitur in occupante, cum culpa: ut per Areti. & doctores in dicta.l.exitus. & per gl.in c. quisquis. 12. q.2. & in c.olim. el j. de restitutio. spoliatorum. per Bar. in l.creditores.col.4.uersi.item quęro.C.de pignor.& est communis opinio: ut attestatur Crotus in l. si is qui pro emptore.chart.penul.col.2.ff.de usucapionib. sed dominus Hieronymus conuentus emit iusto titulo, & bona fide, & quod plus est à domina Maria habente titulum ex causa dotis, & iudicati, nam ipsi iste fundus fuit datus in dotem, ac per sententias conformes adiudicatus: ergo contra eum agi non potuit, nec potest, & absoluendus est. ¶Secundo ęsiderandũ est dictũ remediũ l. fin. & alia possessoria restituendę possessionis intentata non cõ
3 petere nisi intentans † probet se uel actores suos possedisse rem de qua agitur, & sine dato & facto suo possessionẽ ad alium peruenisse; immo tanquam possessorem uendicare possessionem, cum per colonum uel alium sibi interuerti non potuit: ut plene notatur per omnes in d. l. fi. de acquir.pos. & in l.2. eo.tit. & ideo si uult probare posses-
4 sionẽ suam † per constitutum, requiritur quod probet constituentem tempore cõstituti possedisse: ut not. Ang. Alex. & alij in l. quamuis. §.si conductor. de acquir.pos. & per Alex.in consi.10.uiso processu. lib. 4. ¶Sed Aldrouandinus agens nec domina Catarina eius auctrix, nec domina Veronica auctrix dominæ Catarinæ unquã possederunt, cum possessio semper fuit apud dominam Mariam uel eius maritum, & successiue apud dominum Hieronymum emptorem conuentum, ergo dictus Aldrouandinus nullo modo potest obtinere, sed repellendus est. ¶Nec obstat si dicatur Lelius maritus dominę Veronicę emit de anno 1508. & tenuit & possedit usque ad annum 1513. ut ex serie facti habetur, & dictus Lelius ob dotem receptam à domina Veronica obligauit omnia bo
5 na † sua præsentia & futura, ac cõstituit suo nomine possidere, quod constitutum ualet secundum communem opinionem, de qua per doct. in l.j.§.si in certam de acq.
6 pos. & per ipsum † transfertur possessio in dominam Veronicam.l.quod meo.de acq.pos. ergo domina Veronica possedit, quoniam ad istud respondetur hoc casu uigore constituti dominam Veronicam nunquam possedisse.
7 se. Nam constitutum fuit factum ratione dotis, † & dos debetur sub conditione si soluatur matrimonium non culpa mulieris, & non per mortem mulieris existentibus
8 liberis, & sic constantę matrimonio actio, de dote † non est nata: sed pendet à conditione soluti matrimonij. l.2. de dot.præleg.not.in l.iuris gentium.§.quinimo.uer.sed cum nulla.de pact. late per Bar. Alex. & cõmuniter doct. in l.si constante.§.j.solu.mat. & sic cum eo tempore quo
9 Lelius maritus tenuit illum fundum † matrimonium aderat, & conditio constituti non euenerat, cõstitutum nõ potuit transferre possessionem, & operari effectum, cum conditionalis actus nihil ponat in esse.l.si quis. sub conditione. si quis omis. causa testamen. & per constitutum
10 quod † habet in se conditionem non transferri possessionem, uoluit Oldr.in consi 139. ad habendam. quẽ sequitur Alex.in consi.83.Visa facti narratione.col.3. lib.2. ergo per istud constitutum non est translata possessio in dominam Veronicam: nec potest dici cũ purificata fuit conditio soluti matrimonij per mortem Lelij conditio retrotrahitur, & reputatur ac si à principio fuisset pura, & trãslata fuit possessio, ac dominium per constitutum,
11 cum conditio existens † trahatur retro ad tempus celebrati contractus. l. qui potior. l. qui balneum. qui potio.in pigno.habe. & quod retrotrahatur in cõstituto, uoluit Oldradus in loco pręallegato, quoniã respondet ad illud procedere quando tempore existentis ęditionis adhuc ille ęstituens possideret, & possessio in aliũ nõ esset translata: quia tunc extrema sunt habilia, & maxime extremum à quo quod debet esse habile in essentia: iuxta notata ꝑ Bar. in l.si is qui pro emptore.col.4. de usucap. & in l.quoties. in l.fi.de nouatio. & quod nõ retrotrahatur in constituto, uoluit Dec.in consi.247.col.3. allegat Alex.in l.quod meo.col.2.de acquir. pos. & in consi.78. Viso.col.penul.lib.j. & multa alia, ut ibi per eum: sed Lelius constituens desijt possidere ante euentum conditionis soluti matrimonij, cũ desijt, de anno millesimo quingentesimo decimotertio, & deinde post multum tempus solutum fuit matrimonium, ergo domina Veronica uigore constituti nunquam dicitur possedisse tempore ęstituti, nõ quia tunc Lelius adhuc non emerat tempore emptionis minime: quia tunc conditio constituti, & obligationis non uenerat: nec tempore conditionis adimpletæ, & soluti matrimonij: quia tunc constituens desijt possidere, & possessio erat in alium translata, quo casu
12 non retrotrahitur per supradicta, & hęc in cõstituto † ꝙ non potest esse, nisi de re à constituente possessa: iux. not. in d.l.si conductor.§.quamuis.de acq.pos. ¶Præterea corpore, & per actum uerum non possedit etiam tempore quo tenuit Lelius maritus, cum erat res Lelij. quo casu, & si secum in fundo fuisset, & actus possessorios fecisset, non diceretur possedisse: sed nomine Lelij iure fami-
13 liaritatis illos actus † fecisse: iuxta tradita in l. qui iure familiaritatis.ff.de acq.pos. ergo cum dicta domina Veronica auctrix, & minus Catarina eius filia nũquam, nec aliquo

aliquo modo possederunt rem, de qua agitur, sequitur quod cessant remedia intentata, & reus absoluendus est. ¶Tertio animaduertendum puto Lelium, ementem cōstituisse, se nomine dominę Marię uendentis possidere, in eodē contractu emptionis, adeo quod eodem tempore, quo contractus perficiebatur transtulit possessionem, in dictum uendentem seu permisit remanere, & nomine dictę uēdētis tenere, nec potest dici, quod acquisitio dominij praecesserit constitutum, cum eodem tempore perficiat totus contractus. l. contractus, cum materia. C. de fide instru. ergo domina Veronica uxor dicti Lelij non acquisiuit, nec acquirere potuit possessionem huius fundi uigore constituti positi in instrumento dotali se extendentis ad bona futura, quoniam maritus non acquisiuit possessionem: sed promisit remanere penes uendentem, uel si acquisiuit, non consideratur illa acquisitio, cum eodem momento, & contractu transtulit, in uendentem, & ita acquisiuisse † non dicitur iuris censura. l. qui sic. de solutio-
14 nib. l. in rem. §. uersum. de in rem uerso. uel & si uelis acquisiuisse profecto acquisiuit, non simpliciter: sed cū illā qualitate constituti, & ita domina Veronica uirtute sui constituti dotalis nunquam habuit possessionem dicti fundi, quoniam nec Lelius perfecte habuit per supra dicta, & si habuit, habuit cum illo constituto, ideo in ea nō † potuit transferre, nec transtulit, nisi cum suis qualitati-
15 bus. l. nemo plus iuris. de regulis iuris. l. traditio. de acq. rer. domi. & in l. Pomponius. §. cum quis. de acquir. pos. ergo domina Veronica, non potest uenire contra dominam Mariam, uel eius successores, cum nullā habuit possessionem, & si habuit tenebat nomine dominę Mariae prout tenebat Lelius eius auctor: iuxta notata in d. §. cū quis. & si dicatur constitutum Lelij habebat in se cōditionem, si non soluerit intra tempus: quia purificata fuit cōditio existente fundo penes dictū Lelium: ideo perinde, ac si purum fuisset constitutum dicti Lelij: ut per Oldr. in d. cōsi. 139. & alia deducta de quibus supra. ¶Quarto dico remedium. d. l. fi. non competere quando stetit do-
16 minus, per decennium post excusationem † factam, ad fauorem tertij possessoris, quo minus egerit: ut per Alexā. in l. peregre. §. quibus in fi. de acquir. pos. & in l. si de eo. §. 2. eo. tit. sed iste agens, & eius auctores non solum steterunt per decennium: sed per uiginti annos, & ultra, ergo nullo pacto audiendus est. ¶Vltimo comprobat: nam contractus principalis tanquam de fundo dotali celebratus, nō habente † marito dictae dominę Mariae alia
17 bona ascendentia, ad ualorem dotis fuit nullus tanquā factus cōtra prohibitionē statuti nostri positi sub rub. de dot. resti. in §. prouidemus. quod licet loquatur in ultimis bonis mariti tanto magis habet locum in bonis dotalibus exiitēte marito non soluendo, ut late alias deduxi cōsulendo. quod non repeto, cum neminem sani capitis aliter sentire iudicem, nec † iuramentum habet illud
18 confirmare, cum ibi reijciatur à statuto, & etiam in clausulis generalibus statuti, & statutum fuit specialiter approbatum a papa, † quo casu dicuntur papalia, & ua-
19 lent: ut per Alex. in consi. 59. uol. j. & Aret. in consil. 8. faciunt not. per Soci. in consi. 97. in j. uol. & Bru. in tractatu de forma. ubi alios alleg. fol. 63. & existente contractu nullo constitutum † tanquam accessorium sequens natu-
20 ram principalis contractus non ualet, nec ex eo aliqua transfertur possessio: secundum Bal. in l. ex testamento. C. de fideicom. Alex. in l. j. §. si uir. in l. quod meo. de acquiren. pos. & est communis opinio. ut ibi not. ergo in Lelium ementem, & dominam Veronicam non est translata aliqua possessio, & ita deficit petitio agentis, & petēs per remedium. l. fi. sibi restitui possessionem, & haec sufficiant ad reportandum sententiam, nihilominus ut magis satisfaciam reuerēdissimo domino meo, & de exuberanti iustitia rei conuenti constet in proprietate de qua non agitur, & cuius incumbentia non sunt deducta, dico ex praemissis apertissime demonstrari agentem nullum ius habere cum contractus fuit nullus uti diximus, &
21 ex nullo † contractu nihil tam ratione dominij quam possessionis acquiratur: ut not. in d. §. si uir. ergo nullum ius praetextu dictae emptionis qua nititur debet habere, & dato sine praeiudicio ueritatis aliquid iuris competere Veronicae uirtute dictae emptionis, nihilominus non potest competere nisi cum illis qualitatibus quibus competebat suo auctori, scilicet ut in casu non soluti precij teneatur ad pęnas, & interesse uti promisit eius auctor. d. l. Pomponius. §. quis. de acqui. pos. & quia soluto iure datoris resoluitur pignus: ut per Bal. in l. 2. de rescind. uendi. q. 13. ubi Pau. de Cast. & Sali. & Alex. in l. j. quib. mod. pign. uel hypo. sol. & mod. in tractatu de pigno. char. 34. ubi post multos quos allegant dicunt quod in omni casu quo quis obligauit omnia bona sua etiam futura, & postea emat uel aliter habeat bona quae si aliquid factum non sit ueniunt resoluenda, tunc si illud factum principaliter non ordinatur ad illud, utputa quia non soluat ca-
22 nonem, uel aliquid aliud faciat quo amittat † bona, tunc resoluitur omnis hyppotheca in dicta re cōstituta, & ibi ponit regulam generalem quando factum non directo ordinatur ad resolutionem hypothecę: sed illud factum non fuit directo ordinatum ad resolutionem hypothecę, ergo habemus decisum casum nostrum. ¶Praeterea dico notorie ac liquidissime constare de integrali solutione facta dominę Veronicę in bonis Lelij praefati de libris mille quas in dotem dedisse fertur tam ex uenditione domus dicti Lelij quam ex praecepto defensorum in quo continetur assignatio rerum mobilium dicti Lelij
23 pro parte dotis, & cū solutione eius † quod debetur tollitur omnis actio & obligatio. institu. quib. mod. tolli.
24 oblig. in princi. & hoc per instrumenta constet quae † faciunt rem notoriam: ut plene in l. j. in prin. per Ias. & moder. de noui. oper. nuncia. sequitur notorie constare Al-
25 drouandinū agere sine actione, quo casu † iudex ex offi. suo debet illum repellere: ad not. in l. j. de off. asses. in l. si pupilli. §. uidemus. de neg. gest. & saltem in dimidio condemnare tanquam plus petentem in alio dimidio: iuxta notata in l. j. de plus peti. in §. plus. instit. de actionib. Nā petijt trecentum libras tanquam haeres dominae Catarinę ad quam spectabant partim nomine suo, partim nomine Helenę sororis: quod quidem falsum est, cum Catarina renunciauit dictę haereditati, ut constat per instrumentum authenticū, & ex his particulariter cōsideratis, & saltem simul iunctis liquidissime constat de bono iure rei cōuenti, & dominę Mariae eius auctricis. Laus Deo.

Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM

1 *Donatio omnium bonorum praesentium & futurorum, non ualet.*
2 *Donatio non insinuata ultra quingentos aureos, non ualet.*
3 *Iuramentum non habet uim insinuationis, secundum aliquos.*
4 *Donatio omnium bonorum &c. quando aliquid est reseruatū quo possit testari ualet: secundum communem opinionem.*
5 *Donatio causa mortis in dubio iudicatū quando fit mentio mortis.*
6 *Donatio causa mortis interpretatur quando si intelligeretur inter uiuos non ualeret, & sic ut actus ualeat.*
7 *Verba ista filiorum eorumque haeredum solent signare donationē inter uiuos: tamen secundum authorem non signant quando actus non ualeret.*
8 *Donatio inter patrem & filium non ualet.*
9 *Interpretatio ut actus ualeat praefertur cuicunque alteri interpretationi.*
10 *Relatio non refertur ad illud ad quod si referretur annullaretur actus.*
11 *Interpretatio sumitur ne quis sibi contradicat, & ne statim se corrigat.*
12 *Donatio omnium bonorum ualet per reseruationē usufructus.*
13 *Copula, &, aequaliter distribuit.*
14 *Vna determinatio respiciens plura determinabilia aequaliter determinat.*
15 *Sub generali donatione non ueniunt ea quae specialiter sunt expressa.*
16 *Donatio si nō est de omnib. futuris, & reseruatus usufructus, & ita copulatiue ista duo concurrant ualet absq; contradictores.*

17 *Clausula*

17 *Clauſula ut actus ualeat omni meliori modo, ſolita eſt apponi in inſtrumento, & uidetur de intentione agentis ut apponatur quã do dixit quod omnes clauſulæ cõſuetæ & neceſſariæ apponañt.*
18 *Clauſula omni meliori modo, in quacunque diſpoſitione inter uiuos ineſt.*
19 *Clauſula omni meliori modo, non ſubauditur quando eſt defectus in forma.*
20 *Clauſula omni meliori modo, facit quod actus ſi non poteſt ĩn totum ualere ualeat in parte.*
21 *Clauſula omni meliori modo, etiam ſubaudita facit quod donatio omnium bonorum præſentium & futurorum ualet quo ad præſentia.*
22 *Quando omnia non poſſunt ualere, primo nominata debent ualere, & imo potius præſentia quam futura.*
23 *Notarius qui non fuit rogatus non poteſt extendere inſtrumentum, licet notarij mortui rogationes ſibi ſint commiſſę.*
24 *Neceſſaria illa dicuntur ſine quibus actus ualere non poteſt.*
25 *Iuramentum facit ualere actum eo modo quo poteſt ualere, & pro ea parte qua poteſt.*
26 *Iuramentum facit ualere donationem omnium bonorum præſentium & futurorum quo ad præſentia.*
27 *Doctores qui dicunt quod iuramentum non ualidat donatio omnium bonorum intelliguntur etiam quo ad futura, non negant tamen quo ad præſentia.*
28 *Iuramentum operatur inſinuationem, ſecundum magis communem opinionem.*
29 *Emptor ſecundus præfertur quando non eſt translatum dominium in primum, alias non, cum in primum eſt translatum dominium.*
30 *Dominium per reſeruationem uſusfructus transfertur.*
31 *Verbum donat, dat &c. importat translationem dominij ſi res eſt in præſentia.*
32 *Res præſumitur eſſe in præſentia ſi aliud non appareat quando dicit donat &c.*
33 *Notarius non poteſt apponere conſtitutum niſi fuerit dictum ſecundum Alex. quod limita ſi fuit dictum quod clauſulæ conſuetę apponantur.*
34 *Obligatio omnium bonorum afficit rem quod tranſit cum ſua cauſa ad quemcunque.*

RESPONSVM LXX.

¶Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorũ quando ualeat, & quando iudicetur cauſa mortis.

¶Donatarius poteſt agere contra emptores poſt donationem factam, quando fuit translatum dominium in ipſum, ubi plura non minus noua quam ſubtilia, circa donationem omnium bonorum præſentium & futurorum &c.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Ex themate mihi narrato de duobus contingit dubitari. Et primo an donatio facta per d. Lucretiam cum conſenſu eius mariti ſuis filijs eiuſdem matrimonij ualeat? & uidetur quod non: quia fuit donatio omnium bonorum præſentium & futurorum: patet ibi, & pacto inter dictas partes expreſſe conuento, & poſt mortem dictę dominę Lucretię dicta uinea, cũ omnib. alijs eiuſdẽ. d. Lucretię bonis mobilib. & immobilib. iurib. & actionibus, p̃ſentib. & futuris ſint, & eſſe debeant filiorum præfati domini Hieronymi, & dominę Lucretię, quam & quæ ex nunc dicta domina Lucretia eiſdem filijs prædictis iure & titulo donationis irreuocabiliter inter uiuos dat, concedit, & donat &c. Sed
1 donatio omnium bonorum † præſentium & futurorum
non ualet in aliquo: ſecundum Bar. Alex. Iaſ. Dec. & com
muniter docto. in l. fi. C. de pact. & in l. ſtipulatio hoc mo
do concepta. de uer. obli. ubi dicunt eſſe communem opi
nionem: ideo aliter non cóprobabo rationibus & autho
2 ritatibus, ergo &c. ¶Secundo ſaltem uidetur † quod
non ualeat ultra quingentos ſolidos, cum non fuerit in-
ſinuata. l. ſancimus. C. de dona. & ibi per Sali. & Bal. & cõ
3 muniter omnes, nec † inſinuatio ſuppletur per iuramen-
tum: ut per Guil. de Cun. Alberi. de Roſa. Bal. in l. illud.
C. de ſacroſan. eccle. Rom. in l. Modeſtinus. de ſolu. Pau. de Caſt. in conſi. 113. circa bona. & in conſi. 59. Viſa quadam ſcriptura. & Anto. de Canecio in tractatu inſinuationum. q. 63. & multi alij quos breuitatis cauſa omitto. Ex quibus uidetur quod iſta donatio non ualeat, & ſaltem in præiudicium aliorum qui poſtea emerunt, & qui reperiuntur in poſſeſsione &c. ¶Maturius uero conſiderans determino contrariũ, & præſuppono quod donatio omnium bonorum præſentium tantum ualet. Itẽ
4 quod donatio omnium bonorum † præſentium & futuro
rum ualet, quando aliquid reſeruatur uel omnia non ue
niunt ut poſsit donans teſtari, & iſta eſt cómunis: ut per
Alex. & omnes indifferenter in d. l. ſtipulatio hoc modo
concepta. de uerb. obl. quam aliter non comprobo ne tẽ
pus conteratur ubi non expedit. ¶Secundo præſup-
pono quod donatio de qua agitur conſiſtit in duabus
clauſulis: in prima ĩ qua ſunt expreſſa bona futura, & nul
lũ uerbũ adeſt de donationibus inter uiuos, ſed fit poſt
mortem: & in ſecunda clauſula non fit uerbum de bonis
futuris, ſed ponuntur hæc uerba quam, & quæ donat in-
ter uiuos &c. & ſic ubi eſt inter uiuos non ponuntur fu-
tura ſaltem expreſſe. ¶His ſic pręſuppoſitis dico quod
iſta donatio ualet: quia non eſt facta mentio de futuris
in donatione inter uiuos. Secundo dato quod eſſet om-
nia futura non ueniunt, & aliquid eſt reſeruatum. Tertio
dato quod uenirent futura, & in illis non ualeret, tamen
quo ad pręſentia debet ualere. Et quod nõn ſit facta mẽ
tio de futuris niſi in prima clauſula ubi dicitur quod ui
nea cum omnibus bonis ſit poſt mortem filiorum, patet
ex inſtrumenti lectione, nec poteſt dici quod in illa clau
ſula adſit donatio inter uiuos: quia nõ exprimitur: & po
nitur uerbum poſt mortem, quod ſignat donationẽ cau-
5 ſa mortis: quia ubi fit † mentio mortis intelligitur dona-
tio cauſa mortis. l. ſeia. cum gl. de dot. pręleg. l. ſeia. §. fi.
de dona. cauſa mor. plene not. in l. quæ dotis. ſol. mat. er-
go cum ibi ſit mentio mortis eſt donatio cauſa mortis:
& tanto magis cum non ſolum fit mentio mortis: ſed do
natur poſt mortem, quod eſt propriũ donatio cauſa mor
tis. l. j. 2. & 3. de dona. cauſa mor. ſuadetur ex uehementi
coniectura quæ eſt potiſsima in qualibet diſpoſitione.
Nam ſi intelligeretur quod eſſet donatio inter uiuos nõ
ualeret, cum ibi fit mentio omnium bonorum etiam fu-
turorum, ſi eſſet cauſa mortis ualeret, cum per eam non
6 impeditur libera teſtandi facultas, ergo fit † interpreta-
tio vt ſit donatio cã mortis, ad hoc ut actus ualeat. l. quo
ties. de reb. dub. l. quoties. de uerb. obli. & in terminis ẽt
in donatione quod fiat iſta interpretatio ut ſit donatio
cauſa mortis, & non inter uiuos, quoniam ſi eſſet inter ui
uos non ualeret, cum ſint donata etiam bona futura non
obſtante quod ſint aliqua uerba quæ ſuadent donationẽ
inter uiuos, ſcilicet ut nõ poſsit reuocare: iuxta. l. ubi ita
donatur. de don. cauſa mor. cóſuluit Pau. de Caſt. in cõſi.
99. in Chriſti nomine. Ange. in conſi. 19. Viſis prædictis.
Corne. Peruſi. in conſi. 126. In hac conſultatione. lib. j. er-
go fortius ſi in illa clauſula erit donatio cauſa mortis,
cum non adſint illa uerba, & alias non ualeret, & licet ad
7 ſint illa uerba filiorũ † eorumque hęredum, quæ ſolent de
notare donationem inter uiuos: ut per Bal. in l. 2. de iur.
dot. nihilominus non habent nocere, cum alias actus nõ
ualeret, & minus ſignent donationem inter uiuos quã
promiſsio de non reuocando: iuxta not. in d. l. ubi ita do
natur. & eo magis cum poſsit interpretari donatio quæ
8 ſumat uim poſt mortẽ, ut illa quæ † fit à patre filio ratio
ne impoſsibilis ualiditatis de præſenti: iuxta tradita in l.
donationes quas parentes. C. de don. inter uir. & uxor. &
ita iſta ratione alterius impoſsibilitatis nõ ualet, & ideo
morte confirmabitur. Ex quibus patet manifeſtiſsime,
quod in prima clauſula non fit donatio inter uiuos, ut in
ter uiuos, ſed poſt mortem & mortis cauſa, ſeu, ut ita di-
cam, quę ualeat poſt mortem, per ea quę ſupra diximus,
uel potius ſint illa uerba poſita ad reſeruationem uſuſ-
fructus, quod magis placet, & hoc quantum ad primam
clauſulam. ſequitur modo ut uideamus de ſecunda clau
ſula ubi donatur inter uiuos, & irreuocabiliter, in qua ex

quo nihil dicitur de futuris, dico quod refertur tantum
9 ad præsentia ut actus ualeat, † quæ interpretatio præfertur cuicunque alteri interpretationi præsumptioni ac uerborum proprietati.l. si tibi. ubi Bar. & alij. si cer.pet. Ange.in l.si cum à te. C. de dona. ante nupt.per Dec.in l. in contrahenda.de reg.iur.cū similibus. ¶Nec obstat quod adsit relatiuum substantię,scilicet quam & quę,qa
10 † relatiuum non refertur ad illud, ad quod si referretur annullaretur actus:secūdum Bar.Ias.& cōmuniter doct. in l.talis scriptura. de leg. j. ubi limitant illum tex. hoc modo qui loquitur per relatiuum ibi, quas pecunias quibus dies &c.& sic ibi deciditur iste casus:ponit per mod. in c.secundo requiris.de appel.ubi late de concordantibus. ¶Et ex his igitur patet recte intuenti quod donatio ualet:quia in donatione inter uiuos non sunt donata futura,& clausula quæ,& quam, refertur tantū ad præsentia, & licet sit in prœcedenti clausula facta mentio de futuris,tamen non officit,cum ibi sit donatio causa mortis seu reseruatio fructus usque ad mortem: non autem ibi sunt uerba dispositiua donatio inter uiuos &c. & hæc sint dicta ex abundanti. ¶Secundo principaliter dato quod in clausula:donatio inter uiuos, essent expressa bona futura,nihilominus dico quod ualet,cū omnia bona futura & præsentia non sunt donata, quod demonstro:nam cum dixit quod sint post mortem &c. retinent
11 apud se saltem usumfructum : nec per seq.clausulam illū aufert ne†sibi cōtradicat,& se statim corrigat:iuxta no.
12 in l.nā ad ea.de cond. & demō. ¶Sed reseruatio usus fructus†quando sunt fructus maioris ualoris ut præsupponitur facit ualere donationem: ut uolunt Alex. Ias.& nouis. repetētes in d.l. stipulatio hoc modo. & licet sint aliqui in contrarium,ut Dec.nō sunt tantę authoritatis, ut est solus Alex.& alias in l. fin. de pac. de ueritate dixi, nunc sufficiant authoritates. ¶Item non donauit omnia futura, ut patet in sequenti parte dicti instrumenti dicit quod omnia melioramenta sint ipsius donatricis,
13 & eius filiorum, & sic pro dimidio ipsius mulieris, cum copula†,&,ęqualiter distribuat.l.reos. §. cum in tabulis
14 de duob.reis.plene not.in l.Gallus.§.quidā recte.de lib. & posth.& una † determinatio respiciens plura determinabilia debet ęqualiter determinare. l. iam hoc iure.de uulga. & pup. ergo debent esse quo ad dn̄im ita respectu unius sicut respectu alterius,& p ɔ̄ns est reseruatū sibi ut
15 possit testari,nec potest dici quod sub generali donatione ista ueniant, † cum specialiter sint expressa:arg.l.doli clausula.de uerb.obli .cum simil.ib. & habemus ita semp interpretari ut actus ualeat,& istis duobus simul cōcurrentibus, scilicet quod aliqua futura sint excepta de donatione omnium bonorum etiam in ea non ueniant.sitq;
16 facta reseruatio usufructus ex natura uerborum res uidetur in tuto, & † donatio ualet secundum omnes cum aliquid superest,& superesse potest, de quo potest testari, nec in hoc reperitur contradictor,licet nonnulli neoterici quo ad usumfructum contradixerint. ¶Vltimo dico dato sine præiudicio ueritatis quod omnia futura uenirent, & per consequens essemus in terminis cōmunis opi. quæ habet ꝙ donatio omnium bonorum præsentiū & futurorum non ualet, nihilominus si recte instrumentum donationis, ac eius uerba considerentur apertissime constabit hanc donationem ualere. Nam dixit quod
17 donauit &c,cum omnibus clausulis in similibus consuetis & necessarijs,sed in†omni instrumento consuetum est apponi,ut actus meliori modo ualeat,& in forma ualida, quia ista uidetur intentio agentis, ut dicit text.in l. 3. de mil.test.cum concordantibus. faciunt no. abundantissime per Dec. in l. semper in stipulationibus. de regu.iur. & per omnes in l. Gallus. §.idem credendum.de liber.&
18 posth. & in specie per Ias. post alios ubi ponit regulam quod†in quacunque dispositione inter uiuos semper inest clausula,ut actus ualeat omni meliori modo quo potest,& si non ualeat ut sit, ualeat eo mō quo ualere pōt,
19 ut ibi:quæ regula s̄m eum ex mente aliorum † fallit solum in uno casu quando est defectus in forma qui nō est hic, sed tantum in quantitate, cum futurā non debebat donare,uel saltem quędam reseruare,ergo in hoc casu cū sit inter uiuos non solum hæc clausula est consueta apponi,ut docet experientia quę est rerum magistra. c. quam sit.de elect.sed de iure inest, & tanto magis cum donatarius uult quod apponatur, sed hęc clausula operatur si actus non potest ualere in totum ualeat in parte, & con-
20 ualidatur ex†eo capite quo potest:secundum Bal. Imol. in l.cum pater.§.filius matrem,de leg.2.Bal.in l.quoties. de hære.instit.Fulg.in consi.100.Dec.in consi.11.col.15.
21 ergo ualebit quo ad præsentia†tantum ista donatio, cū quo ad ea de iure possit ualere , ut per omnes in dicta.l. stipulatio.hoc modo cōcepta. de uerb. obli. & ad pręsen
22 tia tanquam prius nominata † potius debet referri,& in illis ualere.argumento.l.cum qui soluēdo. de hęre.insti. & hoc uirtute supra dictę clausulę ex expressa uoluntate donantis apponendę,& tanto magis, quia istud est secundum instrumentum originale quod non fuit extensum,
23 quia † mortuo notario alius non potuit extendere etiam si notarij mortui rogitus , & scripturę fuerint commissę: ut not.Bal.in rub.de fide instru.col. 6. & Dec.in l.semper in stipulationibus.de reg. iur. cum eius officium sit tantum transcribere,& ita fuit factum hic,ut apparet in originali. ¶Secundo dico quod cum secundum communem opinio. donatio omnium bonorum præsentium & futurorum non ualeat etiam quo ad præsentia,quia non apparet quod ita uelit disponens,& ubi apparet:ut quia dixit si non:ualet quo ad omnia ualeat quo ad prǽsentia, omnes fatentur,in dicta.l.si.de pact.& in l.stipulatio hoc modo concepta quod ualet.ut colligitur ex eorum ratione,scilicet quia apparet de uoluntate donantis ,ergo si non admittetur & concedetur nobis ex supra dictis donationem quo ad præsentia ualere, necessario sequitur ad hoc ut ualeat quod ista clausula si non quo ad omnia potest ualere ualeat tantum quo ad præsentia, est neces-
24 saria ut actus ualeat,cum proprie illa dicantur † necessaria sine quibus actus ualere non potest:ut not. in l. quoties.de uerb.obli.facit.l.impensę.de uerb.sig. cum simil. sed disponens uoluit apponi clausulas necessarias, ut dicitur in instrumento ad literā ibi necessarijs : ergo & sic uoluit apponi hanc clausulam,uel equipollentē,per quā ualidatur actus donationis,& ita quo ad præsentia ex uoluntate extendenda per notarium debet ualere,& iste est casus de mente scribentium si rationes eorum recte considerentur. ¶Tertio dico principaliter hanc donationem ualere quo ad præsentia propter iuramentū appositum in omnibus & singulis positis in dicto instrumen-
25 to, sed † iuramentum facit ualere ut actum in eo in quo potest.l.cum pater.§.filius matrem. de leg. 2. per Bar.in l.si quis in prin.testa.de leg.3.Bar.in l.si quis pro eo.in 8. membro.de fideiusso.& immo dixit Bar.in l.si quis.maior.de transact. quod iuramentum facit quod si non ualet transactio ut transactio,ualeat ut pactum : & multos casus & decisiones possem allegare ad probandum quod iuramentum actum qui in totū non potest ualere facit ualere in ea parte in qua potest;quæ omnia tanquam notissima prætermitto, & uide Ias.in §.si quis postulante. instit.de act.ubi ponit.12.effectus. ergo dicendum est ꝙ in casu isto iuramentum habebit operari quod ualeat
26 donatio quo ad præsentia†tantum:& ita in terminis cōsuluit Are.in consi.54. in fi. & ponunt mod.in tracta.de uirtu.iur. & istud est forsan quod uoluit dicere Alex. in l.quę dotis.col.5.ff.solu.matrimonio.ubi dicit ꝙ secundum mentem docto.in l.fi.C.de pact.donatio ualet quo
27 ad præsentia,& ita etiam ipse tenet, & licet docto.in dicta.l. fi. dicant quod ista donatio non ualet,etiam si sit iurata non contradicunt, quod non ualeat quo†ad præsentia tantum,sed loquūtur quo ad præsentia & futura: probatur ex uerbis suis si considerentur, & ex ratione sua,nam dicunt quod immo non ualet,quia iuramentū non obligat, cum sit contra bonos mores.ut auferatur facultas testandi. cap. non est obligatorium.de reg.iur. in 6.sed ista ratio cessat si ualet quo ad præsentia, quia potest testari secundum illosmet docto. ibi ergo cū nos loquimur quo ad præsentia non contradicunt huic casui,

sui, immo illum admittunt. Ex quibus omnibus saltem simul iunctis hanc donationem esse ualidam quo ad pręsentia pro comperto habeo. ¶ Et ex his apparet responsum ad adducta in contrarium: & primo quod non ualet tanquam donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, quia hic non est futurorum expresse in donatione inter uiuos. Item & si sit futurorum non in omnibus casibus ualet, ut supra dixi. Item & si sit omnium propter clausulas extendendas de expressa uoluntate donantis, debet ualere quo ad præsentia tantum per ea quę diximus. Item debet ualere quo ad præsentia propter iuramentum, in quo casu nullus contradicit. ¶ Nec ob-
28 stat quod non sit insinuata, quia † magis communis opinio est quod ualeat donatio, & si nõ sit insinuata quãdo est appositum iuramentum: ut per Io. de Imol. in c. cum contingat. in 6. membro. de iureiur. post Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de instru. edit. §. porro. Fridericus de Sen. in consi. 271. & quod sit communis attestatur & sequitur Alex. in consi. 157. uiso instrumento. col. fi. uol. 2. & in cõs. 133. stantibus his. col. 4. uol. 6. & idem in consi. 36. cumulatissime. col. 2. eo. uol. & in consi. 167. uisis & põderatis. col. 4. uol. 7. & in consil. 126. nu. 2. & in consi. 133. nu. 10. eo. uol. 7. & in consi. 126. nume. 2. & in consi. 123. num. 10. eod. uol. cum sim. quę tanquam non necessaria prætermitto. ¶ Secundo principaliter dubitatur præsupposita ualiditate donationis, an donatarij possint reuocare alienata post donationem factam, & quia articulus est satis tritus, breuibus me absoluam, cum difficultas solum
29 dependet, an sit translatum dominium, quia si non † est translatum præfertur secundus emptor in quẽ est translatum dominium. l. quoties. de rei uendic. & in l. siue autem. §. si duobus. de public. cum cõcordan. sed dico quod est translatum dominium, ergo donatarij sunt prę̨ferendi secundis ementibus secundum communem opinio. quod autem sit translatum dominium probatur, quia re seruauit sibi usumfructum, ut late demonstrauimus su-
30 pra, sed † per reseruationem ususfructus transfertur dominium: ut per Rom. & omnes in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. de uerb. oblig. cũ simil. ergo &c. ¶ Itẽ probatur istud per illa uerba posita in instrumento do-
31 nat, concedit, & dat, quæ † uerba important translationẽ
32 dominij si res est in præsentia, & in dubio † præsumitur esse in præsentia, ut uerba uerificentur, si aliter non appareat contrarium, ut late per Alex. in l. prædia. de acq. pos. in ulti. col. ubi allegat infinita, ergo dicendum est quod in his quæ probantur fuisse in præsentia translatum sit dominium, & in dubio præsumitur, ergo &c. ¶ Item quia dixit clausulis consuetis, ergo fuit appositum constitutũ quod est consuetum, ut docet experientia quæ est rerum magistra: nec repugnat consilium Alex. 29. uiso.
33 lib. 2. ubi uult quod † notarius non possit apponere constitutum, nisi fuerit dictũ: quia non loquitur quãdo fuit dictum ut apponantur clausulę consuetę, sed solum quãdo notarius ex permissione legis uolebat apponere, & sic non facit in contrarium, immo hoc fatetur prę̨supposita consuetudine quę mihi præsupponitur in facto, ergo &c. ¶ Præterea hic adest obligatio omnium bonorum quæ
34 afficit rem, & † facit quod absque alia traditione res transit cum sua causa in secundum ementem, & competit cõtrã illum hypothecaria, ut late per Ias. in dicta. l. quoties. qui allegat multa, non transcribo, ergo istis donatarijs competit rei uendicatio contra secundos ementes, uel saltem hypothecaria. Laus Deo.

Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM

Remedium. l. 2. C. de rescin. uendi. in sciente ualorem rerum suarum, & sagacissimo non uendicat sibi locum.
Iuramentum de obseruando, & non contraueniendo facit cessare remedium. l. 2. C. de rescin. uend.
3 *Remedium. d. l. 2. non habet locum quando in uenditione interuenit geminatio uoluntatis, & approbatio primi actus.*
Geminatio uẽditionis arguit id quod solutũ fuit pro precio rei uẽdita, iustum illius continuisse ualorem.
5 *Opera & beneficium emptionis collatum in rem uenditoris loco partis precij rei uendita succedere uidetur.*
6 *Remedium. l. 2. C. de rescin. uend. competit uenditori decepto ultra dimidium iusti pretij ad rescindendam uenditionem, uel ad supplendum iustum rei uendita precium.*
7 *Remedium. d. l. 2. durat triginta annis.*
8 *Res certa dicitur pro eo qui habet regulam pro se.*
9 *Iudex habens proferre sententiam pro regula debet pronunciare, alias eius sententia tanquam lata contra expressum iuris errorem non ualet, nisi quid exprimatur per quod appareat, in ea su alicuius fallentiæ iudicatum fuisse.*
10 *Absolutio petita a iuramento quod interpositum fuerat super ualido contractu, qui tamen aliquo remedio poterat rescindi operatur ut in sui natura remaneat cõtractus, perinde ac si non fuisset interpositum iuramentum.*
11 *Contractus unico momento ualidatus à iuramento quamuis iuramentum tollatur per petitionem absolutionis, nihilominus firmus remanebit.*
12 *Actus metu celebratus, licet alias non sit ipso iure nullus, sed ueniat rescindendus: tamen si interponatur iuramentum, erit ipso iure nullus.*
13 *Metus omnis non sufficit ad inualidandum actum.*
14 *Inimicitia quam quis habet cum tyranno inducit iustum metum.*
15 *Præceptum officialis qui minas suas adimplere consueuit, inducit iustum metum.*
16 *Metus iustus inducitur ex solo uultu principis.*
17 *Emptor qui scit se esse inimicum tyranni, & ementem amicissimũ si rem ipsam non uenderet, iuste timet ne uita sua ex instigationibus emere uolentis, tyrannus insidietur.*
18 *Metus ex eo solo probatur, quod quis rem maximi ualoris, paruo precio uendidit alicui tyranno.*
19 *Quod quidem extendit author habere locum in coniuncto tyranni.*
20 *Amicitia æquipollet coniunctioni & affinitati.*
21 *Iniuria illata in personam domestici, & amici mei, ita infert iustum metum mihi, ac si illata fuisset in persona mei.*
22 *Causæ quæ ad arguendum metum singulæ non prosunt, simul unitæ iuuabunt.*
23 *Error potius præsumitur quam donatio ac rei suæ iactatio.*
24 *Iuramentum metu extortum est nullius momenti.*
25 *Metus secundo actu non dicitur purgatus, quando in eo durabat eadem causa timoris quæ adfuit in primo actu.*
26 *Debitor qui fuit incarceratus & coactus præstare cautionem de soluendo communitati illud quod debebat creditori suo, licet postea liberatus fuerit, & cum interuallo solutionem fecerit, excusabitur tamen propter metum præcedentem.*
27 *Venditio rei facta eo precio quo a me res fuerat empta, non probat rem pluris non ualere.*
28 *Metus qui deducitur per modum exceptionis semper poterit opponi.*

RESPONSVM LXI.

¶ Remedium. l. 2. C. de rescind. uendi. an habeat locũ in homine sagacissimo, & quando est iuratum, & quando interuenit geminata uoluntas, & alia plura circa. d. materiam, & qualiter metus probetur, & quando absolutio annullet iuramentum.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ In causa illorum de Scarduis uidebatur hæredibus domini Ludouici nullum remedium competere aduersus uenditionem factam per do. Ludou. cum, etiam præsupposito dictam uenditionẽ fuisse factam citra dimidiũ iusti pretij. ¶ Et primo, quia iste do. Ludouicus erat homo diligens, & qui optime ua-
1 lorem † rerum suarum callebat: quo casu remedium. l. 2. de rescind. uendi. cessat, quia uidetur reliquum donare: ita Spec. in tit. de empt. & uendi. §. nunc dicendum. uersi. quid si aliquid. & ita tenet Bal. in dicta. l. 2. & Soc. in cõsi. 48. uiso. uol. 4. ¶ Secũdo facit, quia emptor iurauit nõ
2 contrauenire: nam iuramentum † de obseruando & nõ cõtraueniendo facit cessare remedium. l. 2. de rescin. uendi. ut uolunt

ut uolunt Bar. Bal. Sali. & communiter docto. in dicta. l. 2. & Anto. Petr. de Anch. Imo. in c. cum causam. de testa. Soc. in d. consi. 48. & plura sunt ɔsilia quæ breuitatis causa omitto: ergo hȩredibus dicti do. Ludouici non est succursum. ¶Tertio considerandum est: nam primo uen-
3 didit dimidium possessionis pro indiuiso, † cum renunciatione iuramento &c. & deinde post aliquod tempus diuisit. d. possessionem, & per solenne instrumentum uenditionem approbauit, quo casu. l. 2. de rescin. uend. & cũ sit remedium exorbitans ad hunc casum non debet extẽdi. l. ius singulare. de leg. regula, quȩ exorbitabãt. de reg. iur. & maxime cum ex illa geminatione cõtractus argui tur prȩcisa & deliberata mens, ita quod beneficia cessant: facit. l. mulier. ad Velle. ¶Præterea uidet nõ posse dici hunc uenditorem deceptum ultra dimidiũ iusti precij, cũ & ipse uenditor eadẽ precio emit à domino Astorgio de Manfredis Fauentiȩ olim domino quæ geminata
4 † uenditio arguit illud fuisse iustum preciũ. Accedit quoque quod illa possessio erat obligata dominis ciuitatis, & ipse emptor promisit liberare etiam pro parte. d. uendẽtis, quod quidem beneficium, & opera uidet succedere
5 † loco partis precij, cum & alia pacta ita succedant iuxta l. fundi partem. cum ibi not. de contrahen. emptio. cum simil. ex quibus demonstratur uenditorem non fuisse deceptum ultra dimidium iusti precij, & per consequens cessare remedium. l. 2. de rescin. uendi. nec emptionem retractandam fore. ¶Maturius considerans determino contrarium, & dico de hæredibus uenditoris succurrendum esse non obstante contractu uẽditionis, ac assignationis, seu diuisionis, præsuppositis tribus in facto quæ mihi narrata fuerunt. ¶Et primo supra dictus uenditor metu gubernatoris regentis ad instantiam dominorum qui tunc temporis tyranni erant dictȩ ciuitatis, ut ipsi dicunt uendidit. ¶Secundo per breue apostolicũ fuerunt hæredes dicti uenditoris absoluti à iuramento. ¶Tertio quod res uendita ualebat ultra duplũ eius precij quo uendita fuit, & sic fuit fraudatus uenditor ultra dimidium iusti precij, & his sic prȩsuppositis moueor per regulam. l. 2. de rescin. uendi. ubi deceptis ultra dimidiũ
6 iusti precij datur † remedium ad rescindendum uenditionem, uel ad supplendum iustum precium: quod remediũ competit ex eo contractu. l. ex empto. §. si quis uirginem. de act. empt. † & durat. 30. annis: ut per Bar. & alios in d.
7 l. 2. col. 2. & ista est regula in materia rescissionis uẽditionis stante minoritate precij circa dimidium. cum igitur ita fuit in casu nostro quod uenditor fuit deceptus ultra
8 dimidium iusti precij habet regulam pro se, & † res dicitur certa pro eo qui habet regulam pro se. Bar. in l. 2. col. j. si quis in ius uocat. non ier. & in l. quoties. si quis caut. & iudex qui habet proferre sententiam pro regula ha-
9 bet pronunciare † alias tanquam lata contra expressum iuris errorem non ualet nisi quid exprimatur, per quod appareat sententiam latam in casu alicuius fallentiȩ: secundum Mathesi. in not. 12. not. quod sententia Dec. in consi. 8. & in l. j. de reg. iur. cum simi. habet tamen procurare ut secundum regulam proferat sententiam, ut in supra dictis locis: qua propter cum habemus fundatam intentionem, & ius certum pro nobis amplius non insisto, sed uenio ad resolutionem contrariorum, quibus resolutis magis apparebit de iustissima causa uenditoris, & nullam fallentiam posse adaptari ad hunc casum. ¶Non obstat igitur quod dicebatur remedium. l. 2. non habere locum quando interuenit iuramentum prout hic fuit, quia respondetur quod petita fuit absolutio, ut dictum est in secundo præsupposito: quo casu quando iuramentum est interpositum supra contractu ualido qui tamen aliquo remedio poterat rescindi, ut per restitutionem in integrũ per remediũ. l. 2. de rescin. uẽd. tunc † facta abso-
10 lutione sublatum est iuramentum, & remanet cõtractus in sui natura perinde ac si interpositum non esset: & ideo sicut primo competebant si non interuenisset iuramentum aliqua remedia ad rescindendum, ita post iuramentum facta absolutione competunt. ita Abb. post Io. Cal. & Pau. de leaz. & Ant. in c. cum cõtingat. in 12. col. de iure iur. Soc. in l. hæc scriptura. de condi. & demonst. col. j. in sua dist. mod. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. uend. & licet nonnulli dixerint quod iuramentum erat operatum effectum, ita ut & si tolleretur iuramentum cõtractus in esse deductus remanebat firmus, tamen respõdetur per Soci. & supradictos doctores melius declarando dicas quod illud procedit quando iuramentum uali-
11 dauit actum unico momento, † quia tunc cessante iuramento non cessat actus: secus si actus est ualidus & iuramentum impedit remedium rescindens, quia cum per absolutionem est sublatum, licet dum erat impediebat remedium, nunc tamen cum sublatum est non impedit, & ista opinio est firma: ut per Cor. in consi. 188. uiso & diligenter inspecto. col. 10. uol. 3. & in consi. 45. in hac consultatione. uol. j. col. 3. & per totum, & in consi. 60. quanquam. col. 3. & per totum, uol. 2. & sic in terminis istis expresse firma uidetur opinio, non obst. iuramento si petita fuerit absolutio competere remedium. l. 2. de rescin. uendi. de cuius ueritate ibi dixi. ¶Secundo principaliter respondetur istud iuramentum fuisse metu interpositum, & ipsum quoque contractum metu tyranni fuisse celebratum: ut dixi in primo præsupposito: quo casu, li-
12 cet alias actus metu † celebratus non sit ipso iure nullus, sed uenit rescindendus, tamen si interponatur iuramentum actus est ipso iure nullus, ut est casus, & ibi not. omnes in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. uend. ibi nullius momenti: & ibi notant omnes, & tex. licet loquatur in minore, tamen secundum omnes idem est in maiore: & ratio est, quia cum iuramentum contineat religionem maior puritas & honestas debet esse in eo, ideo facilius uitiatur: secundum Pau. de Cast. & doc. ibi, ubi allegãtur plures authoritates in consilijs & lecturis. Et si dica-
13 tur non fuit metus sufficiens, cum † omnis metus non sufficiat ut no. in c. fi. de appel. & in c. cũ dilectus. quod metus causa. cum uani timoris nulla sit excusatio. l. uani timoris. de regu. iur. & in l. metum: quod met. causa. respõdetur fuisse iustum metum, & qui excusat, nam uenditor odio habebatur à tyranno, & ut inimicus reputabatur,
14 quia † erat factionis dominorũ de Manfredis, & fuit causa ut domini multa expenderint antequam urbem Fauẽtiȩ caperent: econtra emptor erat amicissimus illius tyranni, & tyrannus erat solitus sȩuire contra inimicos, & uelle solo nutu intelligi prout peculiare, & proprium est
15 tyrannorum: qua propter si † præceptum officialis qui cõsueuit adimplere quod dicit inducit iustum metum: ut Bar. not. in l. metum. C. quod met. causa. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. uersi. 5. quȩro. de ope. no. nunci. per Abb. & omnes in c. fi. de appel. quanto: ergo fortius præceptum & nutus solus tyranni inimicissimi, & si tantum metus interuenisset, quod tamen negatur, debet induce-
16 re iustum metum, immo ex solo uultu † principis induci tur iustus metus: ut not. mod. Hispa. in apostil. ad Dec. in l. in omnibus causis. de reg. iur. col. 3. allegant not. per Alex. in l. j. quod met. causa. ergo quanto fortius si ultra nutũ & uultũ minãtẽ uerba, & pcepta interuenerũt, & ultra ꝙ iste erat tyrannus erat inimicissimus, pfecto psupposita inimicitia tyranni cũ uenditore, cũ & amicitia intrinseca emẽte, neminẽ iudicẽ fore arbitror q nõ iudicet iustissimũ metũ interuenisse, & si solus emptor petijsset
17 rẽ iustã ibi uendi, nam iste † emptor uidens se esse inimicum tyranni & ementem amicissimum si rem ipsam non uenderet, timuit, & quidem iustissime ne uitȩ suȩ ex insti gationibus emere uolentis habitis cum tyranno suo inimico de facili insidiaretur prout quotidie fit sicut docet experientia quæ est rerum magistra, c. quam sit. de elec. ¶Et prædicta & sequentia uera existimo, si probarint Fauẽtiæ eo tempore regentes fuisse tyrannos uti in facto mihi proposuerunt, & animaduertunt hoc esse & spectare ad fundandam suam intentionem, ideo per hos hæredes probari debet. l. eum actũ. de neg. l. actor. l. ei qui. de probat. & maxime cum exercuerint dominium in dubio præsumuntur fuisse ueri domini, & iuste exercuisse alio non docto, & ita boni iudices habent arbitrari cum quilibet prȩsumat bonus. l. cum pater. §. rogo. de leg. 2. & sic interpretatio,

pretatio, ut excludatur delictum.l.merito.pro socio. ¶Corroboratur istud ex not. per Bal. in l. decernimus. circa fin.C.de sacr.sanct.eccle.quem sequitur Ias.in l.interpositas.col.2. C. de transact.q. uult ex hoc solo probari
18 metum q quis pro † paruo precio uendidit rem magni ualoris alicui tyranno, quod quidem extendendum puto, ut habeat locum † in coniuncto tyranni, cum & pro-
19 pter cum militat ratio timoris, & idem dico in amico cũ
20 amicitia † qui pollet coniurationi & affinitati.l. cum allegans.de Cast.pecul.mil.& præfect.lib. 12. l.2. in uerbo, amici.qui pet.tut.per Cyn.Sali.& mod. in l.exigendi.C. de procurat. & in probatione metus ita iudicamus de persona amici, sicut de propria: probat ex not.per Card.
21 in clemen.j.de excess.prælat. ubi † iniuria illata in psona domestici & amici mei, ita infert iustum metum mihi ac si illata fuisset in persona mei, ergo &c. ¶Et cum ex his particulariter consideratis iustus metus probari uidetur saltem audacter affirmo probari ex omnibus su-
22 pra adductis simul iunctis, cum † quæ non prosunt singula unita iuuant.l.spadonem.§. qui intra.de excusa.tut. cum simil.ergo fortius si singula prosunt, ut hic, & ex his apparet responsum ad adducta in contrariũ. ¶Nam non obst.quod erat homo diligens &c.quia illa doctri-
23 na non est simpliciter uera, quia † potius præsumitur error quam donatio ac rei suę iactatio.l. cum de indebito. de probat.& plene not.in l. à titio. de uerb. obli. præterea cum concurrat. l. metus. non potest dici spontanea donatio, sed debet retractari. ¶Non obst. cum iuras-
24 se, quia iuramentum † metu exortum est nullius momenti: ut in auth. sacramenta puberum.C. si aduersus uenditi & ibi plene not. sed hic metus interuenit, ergo secundo fuit petita absolutio, quo casu remedium. l. 2. de rescin. uend.habet locum, ut supra dixi. ¶Non obst. geminatus consensus & in contrahendo, & diuidendo, quia respondetur cum durauit eadem causa metus, quia tyran-
25 nus aderat in utroque tempore metus ex † secundo actu nõ potuit purgari: iuxta not.per Bar.in l.ob turpem.col. fi.uersi.ut adeo.de cond.ob turp.causam. Alex. in consi. 48.lib. 4.cũ simil. ¶Præterea illa diuisio fuit facta uigore primi contractus uenditionis, & sic non est actus geminatus, sed proueniens & successiue ex primo: faciunt not.per Cyn.in l.2.col.fi.quod met. causa. ubi dicit si de-
26 bitor † carceratus qui promisit in carcere prestare cautionem de soluendo communitati illud quod debebat creditori suo, licet postea liberatus fuit, & cum interuallo solutionem facit, excusatur tamen propter metũ præcedentem qui ligauit eum in actu sequenti: nam uigore primi contractus potuisset iterum capi, ideo soluit: & eũ sequitur Dec.in d l.in omnibus causis.col.fi. de reg. iur. ita fuit in casu nostro, nam diuisio fuit facta, quia timuit ne uigore contractus uenditionis caderet in pęnas &c. ¶Et licet fuerit facta secundo diuisio fuit facta, quia prima fuit erronea, & ut cõtractus adimpleretur cui nõ fuit satisfactum per primam diuisionem, nec fuit aliquid factum nisi quia prima diuisio tanquam nulla fuit cassata, & ut contractus, ut dixi, adimpleretur, & sic pendet ab eo. ¶Ad ultimum respondetur quod ita præsupponitur in facto quod est deceptus ultra dimidiũ iusti precij quod constat ex ultimo instrumento diuisionis in quo emptor fatetur q quęlibet tornatura ualebat. 21. ducatis, & possessio erat ultra centum tornaturas, ut dicitur in instrumento uenditionis, & sic dimidium possessionis ualebat ultra mille aureos, & fuit uenditũ pro quingentis, ergo &c.& magis particulariter respondeo, & dico, licet uenditor emerit prius illam possessionem à dominis de Man-
27 fredis pro eo precio quo uendidit, tamen per hoc † non probatur res non ualuisse ultra duplum, cum ab hoc contingit abesse.l. non hoc. unde cog. l. neque naturales.de probat.Item fuit primo uendita eo modo propter benemerita habita erga illos de Manfredis & sic benemerita successerunt in prima emptione loco partis precij, in hac autem uenditione nulla aderant benemerita ementis, immo eẽ, ideo non põt argui de una ad aliã, nec obst.quod emptor promisit liberare &c.quia illa liberationis promissio nõ auxit precium cum tendebat ad utilitatẽ promittentis: nam uendens habebat soluere dominis loci quingentos aureos, & emptor promisit illos soluere, & propter istam promissionem uenditor uocauit se contentum ab emptore pro illa summa quam tenebatur dare dominis loci ex quo ille emens susc epit in se onus soluendi, & faciendi eum liberare, & sic minus fuit promittere liberare, quam soluere ad quod tenebatur, & sic non po est considerari aliquid ultra quingentos aureos pro missos ad beneficium uendentis, & ex his manifeste constat hæredibus domini Ludouici uendentis competere remedium dictę.l.2.ad rescindendam dictam uenditionem tanquam factam citra dimidium iusti precij, ut ex confessione ementis constat dum appreciat tornaturas
28 rei uenditę, ut dixi, & ex † quo metus deducitur per modum exceptionis, ut colligitur ex supra deductis, semp. poterit opponi.argumen.l. pure. §. fina. de doli except. cum concord. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM. LXXII.

1 *Tondens aureos maioris ponderis, usq; ad iustum pondus, nihilo minus de falso pęna uitæ puniri debet.*
2 *Falsum est ueritatis mutatio.*
3 *Falsum quod nemini est nociuum, punibile esse non debet.*
4 *Declaratio & intelligẽtia glosse in l.quicũq;. ad leg.Cor. de fal.*
5 *Interpretatio contra fiscum, ut minus agatur fieri debet.*
6 *Lex, quicunque ad leg. Cor. de falsis. per statuta regulariter est reformata.*
7 *Intellectus legis quicunque, ad leg. Cor. de fal. traditus per Hippoly. Marsil. in l. qui falsum. de fal.*
8 *Causa quælibet etiam leuis excusat à dolo.*
9 *Temporis elapsi longitudo, & diuturnitas, operatur ut de delicto quis non possit puniri.*
10 *Dominus rei potest de ea ad libitum disponere, etiam abutendo.*
11 *Princeps loci in quo moneta fuit rasa non potest conqueri si non suam monetam, sed alterius, tetigerit tondens.*
12 *Actio uel officium iudicis quoties priuato competere non potest, nec ei accusatio criminalis, uel inquisitio publica competere potest.*

RESPONSVM LXXII.

¶An tondens aureos maioris ponderis usque ad iustum pondus, debeat puniri de falso pęna uitę: ubi non desunt subtilia quędam pro paruitate responsi.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Propter continuas lectiones, & disputationes breuibus in pręsenti causa mihi ex ciuitate Anchonę trãsmissa, quid sentiam explicabo. Nam & si prima fronte uidebatur quod constitutus qui confessus est se totondisse quingentos aureos Vngaros
1 usque ad iustum pondus cum erat maioris † ponderis debeat puniri pęnã uitę de falso: per tex.in l.quicunque.ad leg. Cor. de fal. cum concordantibus. ¶Nihilominus determino contrarium, cum istud crimen nullo pa-
2 cto potest nuncupari crimen falsi † cũ falsum sit mutatio ueritatis, ut dixit tex.in auth. de instrumentorum fide & caut.in princi.per Alex.in consi.73. sed hic non mutatur uerũ pondus auri, immo redigitur ad ueritatẽ, ergo non
3 potest dici falsum, uel saltim punibile † cum nemini fit nociuum.l.damus.de fals.faciunt notata per Alex.cons. 74. col.5.1.uol.Dec.in consi.175.col.9. cũ similibus. ¶Secundo pro ista parte pondero gl. in d. l. quicunque. ibi: nam dum dicit text. ibi raserint. dicit gl. diminuendo,
4 profecto debet intelligi diminuendo, ut † non sit ad iustum pondus, tum quia gl. insulse & inepte loquereẽ cum semper radens diminuat, & iniquitatem contineret, & quia sumus in pęnis fit interpretatio ut mitius agatur.l.
5 si de interpretatione.de pęnis.& † maxime ꝯ fiscũ.l.nõ puto.de iur.fis.& qa aliter nõ põt intelligi, cũ esset falsum, & maxime

& maxime cum de illa. l. non est multum curandum, 6 cũ regulariter p † statuta sit reformata: ut per Dec. in capi. de causa. de offi. deleg. & hic a statuto ciuitatis qui requirit dolose, & appensate esse factum, qui dolus hic tollitur, ita agendo: & ille textus ita intelligitur ab aliquib. 7 ut a Hippolyto Marsilien. præceptore meo † in l. qui falsam. de fals. & quia non reperiuntur expressę authorita-8 tes in ɔ̃rium, & quęlibet † leuis causa excusat a dolo. l. iij. §. igitur. de libe. cã. & facit tex. in c. quanto in uerbo, longo pondere defraudata, de iureiur. & pro ista opinione facit textus in l. sacrilegij. in uersi. non uidetur adulterinã monetam exercuisse. ad leg. Iul. pecul. facit tex. in l. diuti no. de pœnis. ɔ̃siderando qñ sunt iam uiginti anni ꝙ hoc 9 † carceratus perpetrauerit, ergo nullo pacto saltem ꝑ longitudinem temporis potest puniri.

¶Comprobatur istud a sufficienti partium enumeratione: nam aut uolumus ꝙ iste puniatur, quia abstulit illam quantitatem auri, & certe non põt cum erat & dominus 10 aureorum, & poterat eos † liquefacere, & ad libitum disponere ẽt abutendo: ad notata in l. sed si lege §. ɔ̃suluit. de peti. hæred. aut uolumus quod puniatur, quia postea expendendo fraudauit proximum, & minus id dicere possumus cum ad iustũ pondus dedit: aut uolumus ꝙ puniatur, quia apposuit manũ in imaginẽ principis. Et in hoc aduertendum est quod cum ducati Vngari fuerunt, & sic non sunt ducati principis ciuitatis & loci ubi totondit, 11 hoc casu † ille princeps non potest conqueri, cũ suas monetas non tetigit, sed alienas: ita uoluit Rapha. Cuma. in consil. 138. hoc maxime. penulti. colum. Alexand. in consilio. 104. statutum loquens. in 2. columna. in 1. uolum. Salice. in l. j. in 2. colum. C. de fals. monet. & id uoluit procedere in falsificante, & diminuente iustũ põdus, q̃to fortius id admittendũ est in eo qui non falsificat, & nemini præiudicium infert?

12 ¶Corroboratur, nam quoties priuato † actio, uel officium iudicis competere non põt, uel non posset in tali casu accusatio criminalis, uel inquisitio non competit publica: secundum Salice. in l. eos. C. de fur. Cæpol. in consil. 59. Paulus Faber. in penulti. colum. Deci. in consilio 137. colum. 1. & in tondente monetas ita uidetur Marsil. in consilio. 71. quod alias declaraui, sed priuato in hoc casu nullum remedium ciuile competere potest, cum habeat iustum pondus, ergo nec publico criminale remedium competere potest. Et propterea omnino absoluẽdus est iste omnibus saltem simul consideratis, & hoc q̃tum da pœnam falsi, an uero extraordinarie in aliquo arbitrio iudicis non determino impræsentiarum, cum de hoc non agitur. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in criminalibus repellitur. limita ut nume. sequentibus.*
2 *Inquisitio facta contra auxiliantes delinquenti est nulla quando non fuit dictum ei, assistendo dicto malefitio.*
3 *Procurator in inquisitione admittitur, ubicunq; inquisitio laborat aliquo defectu.*
4 *Inquisitio ut procedat contra auxiliantes, requiritur quod constet, & probetur, illos principaliter ad hoc præcedente tractatu, & colloquio fuisse coadunatos.*
5 *Testis de auditu non probat.*
6 *Famulus offensi non admittitur in testem.*
7 *Statuto Bononiensi sub rubrica. de mo. proce. in uer. si uero accusatus. cauetur quod ubi quis est inquisitus de crimine ex quo nõ debet personaliter detineri, admittatur procurator.*
8 *Item aliud adest statutum sub rubrica. de modo & form. &c. quod testes in inquisitione examinati non probent, nisi examinatio fuerit facta coram duobus qui asserant cum iuramento se illos testes cognoscere.*
9 *Dictum testis singulare non probat.*
10 *Testium contrarietas non saluatur, ut probent.*
11 *Procurator admittitur ubicunq; pœna est pecunia[illegible] a.*

RESPONSVM LXXIII.

¶An in inquisitione admittatur procurator. Et quomodo contra auxiliantes inquisitio procedat.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Et si prima fronte in causa inquisitionis contra auxilium præstantes occisoribus procuratorẽ 1 non admittendum esse uideatur, cum in † criminalibus procurator repellatur: l. fi. C. de procu. plene no. in l. 11. §. ad crimen. de publi. iud.

¶Nihilominus mature consideranti facile apparebit in casu de quo agitur procuratorem admittendum fore tã de iure communi quam ex forma statutorum Bonon.

2 ¶Et primo † qm̃ in inquisitione cõtra auxiliantes si nõ fuit dictũ assistendo dicto maleficio inquisitio est nulla. Bar. in l. qui seruo. §. fi. de furt. Alex. in apostil. in l. si de si-car. & late per Marsi. in consi. 81. col. 5. uol. 2. ubi allegat Cępo. in consi. 1. & multos doctores, sed in hac inquisitione non est dictũ assistendo &c. ergo nulla est, uel saltẽ defectiua, & inepta: † sed ubicunq; ex aliquo defectu inqui-3 sito est inepta admittiẽ procurator: s̃m Bal. in ɔ̃s. 106. uerba accusationis. in 1. uol. Marsi. in consi. 43. col. 8. uol. 1. ergo de iure cõi in hoc casu admittendus est procurator.

4 ¶Secundo ad hoc ut inquisitio † procedat contra auxiliantes, requiritur ꝙ constet & probetur quod principaliter ad hoc ꝓcedente tractatu, & colloquio fuerint coadunati: iuxta no. in l. iij. §. homines. §. ui bo. rap. & ꝑ Marsil. in d. consi. 81. uol. 2. sed hic non est probatum colloquium, & tractatus ad hoc cum unus tantum testis dicat audiuisse illos fuisse in quadam domo: per quæ uerba nõ probatẽ quid fecerint, & sic non concludit, ergo nõ ualet. c. in præsentia. de probat. l. non hoc. unde cogn. & quia de-5 ponit de auditu, † & testis de auditu non probat, ut per gl. in l. ij. de aqua pluuia. arcen. & in l. testium. C. de testib. alius ẽt adest testis qui dicit eos uidisse transire iuxta domum offensi: euntes uersus ecclesiam: quæ uerba non ꝓbant necessario tractatũ, nec colloquiũ. ad hoc ergo &c. d. c. 1. ꝑñtia. de probat. & maxime quia est famulus offen-9 si qui non † admittitur in testem. c. in literis. de test. cũ cõcordan. hoc eõ magis cum depositio illorum testium sit nullius momenti, ut statim dicã: ergo inquisitio non est iustificata, & remanet inualida, & per ɔ̃ñs admittitur procurator: ut per Bal. in d. consil. 6. & alios supra citatos.

¶Tertio iure municipali cautũ reperiẽ sub rub. de modo 7 proceden. in uersi. si uero accusatus, ꝙ ubi † quis est inquisitus de crimine, de quo non debet personaliter detineri admittitur procurator: qui autem sint casus in quib. cogitur stare detentus enumerantur in alio statuto sub rub. de casib. in quib. &c. & subiungitur in uersi. in alijs, quod non detineatur in alijs casib. ibi non numeratis, sed libere relaxetur ꝑstita satisdatione, sed si recte inspiciaẽ hic casus ibi non enumeratur: ergo non debet stare detentus, & potest interuenire procurator secundũ particularẽ legem loci, quæ omnib. anteponenda est: ad plene notata in l. oẽs populi. de iusti. & iur. & in c. 1. de const. cũ uulg. & licet per ista hic casus reddaẽ indubitatissimus, attamen ẽt nõnulla deducã, ut excellẽtissimus ac iustissimus dñs meus alacri animo reorũ defensionẽ suscipiat, ꝑut & iure ad eius officiũ spectat: ad no. in l. j. §. si quis ultimo. de qõnib. & per Are. in consi. 146. cum similib.

¶Et propterea quarto loco cõsidero inquisitionẽ uti nõ iustificatã ex alio capite non hr̃e impedire procuratorẽ eo maxime, quia testes examinati nihil probãt, cũ nõ fuerunt examinati in ꝑsentia duorũ afferentiũ cũ iuro illos 8 testes cognoscere, prout † requiriẽ statutũ sub rub. de mõ. & forma &c. in uer. super qua inquisitione. ubi dĩ ꝙ testes aliter examinati, & eorum attestationes & dicta nõ ualeant: ex quo sequiẽ hic admitti procuratorẽ per consilia Bal. & Marsi. de quib. supra: sequitur ẽt cum non possit fieri fundamentum super testib. absentes uti innocentes absoluendos esse, cũ ex actis non liquet de delicto.

¶Vltimo accedat quod cũ ex denuncia massarij aperte probetur istud auxiliũ si quod dici potest fuisse post mortem,

tem,& ad euadẽdum occisores, & nemo ex testibus dicit contrarium si recte conspiciantur præter ultimum, cuius
9 dictum tanquam † singulare non probat: ad plene tradita in l. admonendi. per Ias. & mod. in materia singulariũ testium. de iureiuran. & quoniam necessario non probat, cum non dicat quod simul uidit illos cum occisorib. ergo &c. ad plene tradita in d. c. in pñtia. & quia alijs contrariatur qui dixerunt quod post mortem superuenerũt
10 &c. propter quam contrarietatẽ eius fides tollit: nec † saluat, ut probet, ad plene tradita. in c. cum tu. de test. & in l. 11. si cer. pet. & eo maxime cũ testium dicta sint nulla ex forma legis municipalis, ut supra dixi, liquidissime ꝯstat saltem nõ fuisse auxilium cooperatiuum in ipso actu homicidij dato, sine præiudicio ueritatis. quod ante & post interuenerint auxiliatores, & per consequens pœnam dũtaxat pecuniariã imponitur per statutũ sub rub. de pœn.
11 mand. seu auxil. consil. &c. sed † ubi pœna pecuniaria imponit procurator admittit de iure cõi: ut per Marsi. in cõsil. 24. num. 38. uol. 1. non transcribo, & ex his omnib. saltem simul iunctis apertissimi iuris est procuratorem admittendũ esse, & non obstare regulam in ꝯrium adductam, quia non procedit quando inquisitio est nulla, uel non est iustificata, uel ex alio defectu inepta, uel testiũ dicta sunt nulla, uel qñ lege particulari id permittitur, uel sumus in causa ubi pœna pecuniaria imponitur per iura & rationes supra deductas: ergo multo minus habet locum quando hæc omnia simul concurrunt prout fit in casu, de quo agitur argumento no. in l. spadonẽ. §. qui iura. de excusa. tuto. cum simil. Laus Deo. O. M.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SUMMARIUM.

1 *Testes inducti contra instrumentum non probant, nisi sint omni exceptione maiores.*
2 *Testes licet alias sufficienter probarent, & dicerentur omni exceptione maiores, tamen contra instrumentum propter quid minimum, non sunt sufficientes, ratione maximæ fidei quæ notario & instrumentis a iure tribuitur.*
3 *Amicus & beneuolus, licet non prohibeatur esse testis, non tamẽ dicitur omni exceptione maior.*
4 *Amicus uerus ille est qui alio fideiubet.*
5 *Iudex inquirens succedit in locum partis accusantis.*
6 *Requisita in accusatione requiruntur in inquisitione.*
7 *Inquisitio ab his excluditur, a quibus excluditur accusatio.*
8 *Testibus in uno periuris non creditur.*
9 *Testis in facto principali non sibi contradicens, quamuis in circũstantijs uariet non ideo dicitur periurus.*
10 *Iuramentum testis intelligitur adhibitum super causa principali, & pertinentibus ad causam principalem, non autem super circunstantijs non pertinentibus ad causam principalem.*
11 *Pertinens dicitur illud quod affert aliquod adminiculum ad ꝓbationem.*
12 *Testi asserenti se iurasse quod erat maior, quia sciebat illa esse substantialia, & demum in alio interrogatorio dicens se nescire quid sit substantiale, immo nec legere, nec scribere, non creditur.*
13 *Testis deponens de parte actus uno cõtextu celebrati, & de alia dicens se immemorem esse, deponit non uerisimile.*
14 *Testis in secundo examine referens se ad instrumentum, & dicẽs cum eo se stare uelle, & si qua contra instrumentum dixerit ex capitis leuitate dixisse, non uenit contra instrumentum, sed potius est pro illo.*
15 *Neutrum dictum testis sibi de directo contrarij ualet.*
16 *Declaratio ad consilium Alexandri. 20. incipi. In causa appellationis. & alia.*
17 *Dictum testis secundum primo contrarium, plurimum eius dicta debilitat, ita ut non dicatur omni exceptione maior.*
18 *Instrumentum materialiter & formaliter capi potest.*
19 *Inquisitio loquens cum certa qualitate non potest operari, nisi secundum illam qualitatem, nec sententia sequi potest, nisi ad fuerit illa qualitas recte probata.*

RESPONSUM LXXIIII.

¶ An & quando testes contra instrm̃ adducti probent sufficienter instrm̃ esse falsum, ubi multa circa probationem falsitatis instrumenti, & ex quo colligatur animus producentis, utrum produxisset si sciuisset falsum.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ In causa Antonij Mariæ de Pancrelis mihi commissa cum domino potestate Bononiensi ab Illustrissimo gubernatore domino Francisco Guiciardino, uiso ꝓcessu inquisitionis, & auditis, ac multum diligenter uentilatis allegationibus factis per dominum potestatem, ac suos assessores & iudices, puto de iure eum absoluendum fore: & ista pendent a sequentibus articulis. Primus est, an sufficienter probatum sit falsum esse instrumentum? Secundus est casu quo sit probatum an ipse Antonius Maria produxerit, seu produci fecerit secundum qualitatem statuti?

¶ Circa primum dico tres testes fuisse examinatos, q̃ ex uarijs causis non uidentur sufficientes ad probandã dictã falsitatem: & præsuppono testes inductos ꝯ instrumẽ
1 tum † non probare, nisi sint omni exceptione maiores. l. optimam de ꝯh. & commit. stipulat. no. Dec. in cons. 101. col. 3. & ponit Alex. in consi. 53. nume. 2. uolu. 7. & dicit Corn. in consi. 261. incip. De duobus principaliter. in litera M. libro. 4. & licet alias testes sufficienter probarent, & dicerentur omni exceptione maiores, tamen ꝯ instrm̃
2 † propter quid minimũ nõ sunt sufficientes ratione maximæ fidei quæ attribuitur instrumentis & notario a iure. Rapha. Cum. in consi. 135. ad primum. col. pen. & Fulgo. in consi. 79. quidam nomine. col. fin.
¶ Sed considerando dicta testium dico primo dominum Alexãdrum esse suspectum ratione amicitiæ & beneuolẽ
3 tiæ: nam licet amicus & † beneuolus non reprobet esse testis, tñ non dr̃ omni exceptione maior. l. 3. in princ. de testi. Cy. in l. eos. C. de testi. & in capi. quoties. de testi. & ibi Ant. Abb. Imol. & doc. & Alex. in consi. 18. lib. 1. & in consil. 19. lib. 4. & per Dec. in consil. 105. col. 5. sed est fideiussor partis contra quam productum est instrumentum: er
4 go ei est amicus, quia illi sunt de ueris amicis qui † fideiussor pro alio, ut docet experientia quæ est rerum magistra. capi. quam sit de elect. & si dicatur istud, procederet quando pars pro qua fideiussit esset illa quæ accusaret: sed non est ipsa, sed iudex ex officio suo inquirit, quia rñ
5 detur quod † iudex inquirens succedit locum partis accusantis: sm̃ Bar. in extrauaganti ad reprim. in uerbo, per inquisitionem: & in l. iij. §. si publico. in 5. col. de adulte. &
6 ideo requisita in accusatione † requiruntur in inquisitione. Alex. in consi. 63. incip. Viso themate. in 2. col. lib. 1. &
7 ea quæ excludunt accusationẽ † excludunt etiam inquisitionem: ut plene per Hippol. in §. constante. in practica criminali. col. 17. ergo sicut in ipsa accusatione non esset omni exceptione maior: ergo nec in inquisitione.
¶ Secundo dico eum repellendum, quia sibi contradicit: nam dicit quod erat ibi tanq̃ adiutor, & aduocatus partis pro qua fideiussit: & postea dicit q̃ fuit nunq̃ negotiorũ gestor, nec fautor dictæ partis: sed si erat aduocatus & adiutor, ergo fuit fautor, seu negotiorum gestor, ergo cõ
8 trarius, ergo periurus: sed testib. in uno † periuris nõ credit: ut per Alex. in consi. 134. uol. 2. & per eundem Alexã. in consil. 124. uolu. 4. & si dicatur nõ procedit quando in circunstantijs, & qualitatibus contradicunt sibi, & uera non dicant, cum sufficiat quod in facto principali non
9 † contradicant: ut per Innoc. capi. fraternitatis. de hære. per Salice. & docto. in l. si ex falsis. C. de transac. per Alex. in consi. 5. uol. 1. & ratio est sm̃ Corneum in consi. 149. ui
10 sis nonnullis. uol. 2. colum. fin. quia † quando iurauit intelligitur iurasse in causa principali & pertinentibus ad causam principalem: non autẽ in circunstantijs non ptinentib. ad causam principalem: & sic, licet sit mẽdax, non est periurus: nam solũ mendacium nõ repellit eũ a testimonio, quia rñdeo quod ex dictis Cornei colligitur solutio. Nã quod sit adiutor, uel fautor ista ptinent ad causæ principalis

principalis probationem: quia si esset talis repelleret a te-
11 stimonio. Nam pertinens dicitur illud † quod affert aliquod adminiculum ad probationem, licet minimũ. Bart. in l. ad probationem. C. de probat. Deci. in l. j. colu. 3. ff. si cert. pet. & in terminis, hoc uoluit Alex. in consil. 22. col. 3. libr. 4. ubi dicit quod si testis interrogatorijs concernentibus personam suam dicat falsum, utputa si interrogetur, an litigabat, tunc reijciẽdus est tanquam periurus, & tñ istud non concernebat factum principale, sed erat qualitas pertinens ratione personæ deponentis.

¶Secundus testis dicit quod animaduertit ad illa uerba quod iurabat se esse maiorem, quia sciebat illa esse substantialia: deinde in alia repetitione interrogatus quid sit substantiale, dicit quod nescit aliquo modo cognoscere substã-
12 tiale, immo nescit nec scribere nec legere, quo casu † ei nõ creditur: ut dicit Bar. in deponente de mutuo in l. j. ff. si cer. pet. & in teste deponenre de fama, idem dicit Bal. in l. j. ff. de his qui not. infam. Alex. in consi. 150. in causa & lite. lib. 5. col. 6. Dec. in consi. 105. col. 5.

¶Tertius testis deponit non uerisimilia, scilicet nõ recordari de iuramento, sed quod non est facta mentio de minori ætate dicit se recordari, & tamen uno contextu ista fuerunt expressa adeo quod non est uerisimile de uno ipsum
13 recordari, & non de alio: ergo deponendo unum, & † dicendo quod de alio non recordatur deponit non uerisimile.

¶Secundo dico quod iste testis in ultimo examine dicit quod se refert ad instrumentum, & si aliud dixit contra instrumentum credit dixisse potius ex leuitate capitis sui quam quod instrumentum sit falsum: sed quod cum eo stat & stare intendit. ex quibus uerbis apparet quod cõtrariatur illis quæ dixit in primo examine, & quod non uenit contra instrumẽ-
14 tum: sed potius est pro † instrõ, & si dicatur, statur primo dicto testis. c. cum in tua. de test. Alex. in l. sciendum. col. 15. de uerb. obli. Corn. in consil. 27. lib. 3. colu. penul. respondetur quod istud non procedit quando de dire-
15 cto est contrarius, † quia neutrum dictum ualet: secundum Anto. de Bu. in d. c. cum in tua. & hoc expresse uult Alexan. in consi. 20. in causa appella. col. 2. & col. 4. lib. 4. & in consi. 44. uiso. col. 1. lib. 4. & in consi. 54. uiso. lib. 2. dum uult quod
16 testi periuro † non credatur, & ad istud propositũ ista consilia allegat & sequitur Dec. in consi. 189. col. 7.

¶Secundo respondeo dato quod stetur primo dicto, primũ
17 dictum tamen multum debilitatur, ita quod † testes non dicũtur omni exceptione maiores: secundum Abb. & cõiter doc. in d. c. cum in tua. ergo si non sunt omni exceptione maiores nõ impugnant instrumẽtum, sed statur instrõ, cum non sufficienter probatum est contra ipsum.

¶Quantum ad secundum dico considerandum esse quod duo instrumenta fuerunt producta: primo fuit productũ exẽplum & copia non authenticata per quẽdam ser Melchionem: secundo fuit productum illudmet instrumentũ authenticatum per ser Melchionẽ: instrumentũ autẽ põt ca-
18 pi † materialiter & formaliter: ut per doc. in rub. de leg. 1. si capis formaliter, idẽ semper est instrm: si capis materialiter, quot sunt scripturæ, tot sunt instra, ut ibi per doc. sed in productione consideratur instrm materialiter quãtum ad actum producendi: ut patet ad sensum. Considerando igitur instrumentum materialiter respectu productionis, dico Antonium Mariã non fuisse inquisitum de productione ultimi instrumenti, s. instrumenti authenticati per ser Melchionẽ, ut dicit in inquisitione, s. quod produxit instrumentum quod continebat quãdam locationem factam, ut in dicto instro rogato per talẽ, & authenticato per ser Melchionẽ, & inquisitio loquens cum certa qualitate
9 non põt operari, nisi secundum † qualitatẽ, nec põt sequi sñia nisi adfuerit illa qualitas ac ẽt probata sit. Io. And. in addi. Spec. in tit. de accusa. & inquisi. in rub. Bar. in l. denũciasse. §. quid tñ. de Adul. Abb. in consi. 68. uiso toto processu. in 2. col. per doct. in c. 1. de homicid. per Alex. in consi. in causa de lite. in 4. colu. uolu. ij. & plene per Hippolyt. de Marsil. in §. quoniam. col. 10. cum seq. in practica sua cauf. crimi. & c. sed hic præsupponitur qualitatẽ nõ fuisse probatam, ergo & c. & in hanc sñiam uenio illustrissime gubernator, præsertim cum non sunt probatæ qualitates requisitæ a statuto nostro, ut scienter produxerit & c. & agitur pœna statuti, ergo aduersus ipsum statutũ locum habere non potest per dictum Bar. in l. denunciasse. §. quid tñ. & alios supra allegatos, ut faciunt no. in l. si mancipia. C. de seru. fug. ¶Accedit quoq; ad tollẽdũ & purgandũ delictũ si quod adfuisse probet eius diligens penitentia & declaratio: nã quãprimũ ad eius notitiã peruenit instro aliqua obijci a lite recessit declarans animum suum bonũ fuisse & esse aliquid mali ac sinistri cõmittere nolle: sed potius litẽ ipsam amittere: quib. omnib. simul iunctis, puto partes illustrissimi domini mei esse in absoluendo, nec super his plurib. insisto cum coram prudentissimo ac doctissimo principe res agitur, cui me plurimum commendo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Nulla maior probatio quam partis aduersæ confessio.*
2 *Actore non probante reus uenit absoluendus.*
3 *Statuto Bononiensi sub rub. de probat. solut. in §. ex aduerso. cauetur non posse fieri probationem per testes de summa excedẽte quantitatem centum librarum, & si contrafactum sit probationem fore ipso iure nullam.*
4 *Clausula annullatiua, importat formam.*
5 *Forma proprie debet adimpleri.*
6 *Statuto, quando actui resistit, renunciari non potest.*
7 *Singularitas testium operatur minus probari per plures quam per unum.*
8 *Mille testes singulares non inducunt semiplenam probationem, ita ut iuramentum deferri possit in supplementum probationis.*
9 *Testes duo, quorum alter asserit alium actui interfuisse, & alter eum cum ipso præsentem fuisse negat, contrarij dicuntur, ita ut neuter probet.*
10 *Miserrimi a dicendo testimonio repelluntur.*
11 *Amici non sunt integri testes.*
12 *Testes eundem fere sermonem, & quasi eademmet uerba proferentes subornati dicuntur.*
13 *Testes redduntur ex affinitate suspecti.*
14 *Testes contrarij nullo modo probant.*
15 *Concordia testium fit non ad probandum, sed duntaxat ad pœnam falsitatis euitandam.*
16 *Libello in scriptis non porrecto corruunt omnia quæ demum in processu gesta fuere.*
17 *Positionibus data responsio, saluo iure non admittendarum, in nullo nocere potest.*
18 *Positio id continens quod fuit cum iuramento negatum, dicitur cauillosa, & non admittenda.*
19 *Quoties constat de errore litigantis, licet postea dicat contrariũ respondendo positionibus, dicitur per errorem respondisse, & sibi nocere debet.*
20 *Positiones dicuntur impertinentes ad causam, quando ex libello porrecto sumptæ non fuerunt.*
21 *Impertinentes positiones siue sint confessatæ, siue negatæ, nihil præiudicare possunt.*
22 *Statutum Bononiense sub rub. de uocat. in ius in §. in quibus libellum in scriptis in principio causæ porrigi requirit.*
23 *Verbo non sufficit fieri, quod statutũ requirit fieri per scripturã.*
24 *Statutum uno tempore aliquid permittens, alio prohibere censetur.*
25 *Libello existente inualido, nullius est momenti positio.*
29 *Libellus a partibus, nec expresse, nec tacite remitti potest.*
27 *Maiori in summa minor inest.*
28 *Animus ex præcedentibus, & sequentibus declaratur.*
29 *Aduersatiua aduersatur retentis ijsdem terminis.*
30 *Responsio facta ad positionem secundum animum respondentis intelligitur, ut dolum euitet, & contrarietatem quando aliter dixerat in alia parte.*
31 *Positio ut releuet necessario concludere debet.*
32 *Confessio ad positionem, sine sua qualitate per ponentem acceptari non potest.*
33 *Soluisse se asserens pro se non habet præsumptionem.*
34 *Verba confessionis, quibus quis se asserit esse contentum, important non amplius petere posse.*

35 *Verba quittationis, in quibus quis dicit fuisse sibi integraliter satisfactum, important, amplius non petere posse.*
36 *Integraliter idem significat quod in totum.*
37 *Quittationem generalem habens, si aliquid ab eo petatur, habet pro se præsumptionem.*
38 *Fauore liberationis, si unus mecum computauerit super uno capitulo, & ego ei feci generalem quittationem de illis quibus mihi tenebatur, non solum in capitulo super quo factus est finis, sed super omnibus uideor transegisse.*
39 *Positiões ex defectu libelli, respectu actoris dũtaxat nullæ sunt qui delinquit non porrigendo libellum.*
40 *Verba in fauorabilibus largissime capi debent.*
41 *Verba in medio posita ad utrunq; extremorum referuntur.*
42 *Creditor postquam in totum liberauit debitorem, licet uelit refricari in dubium liberationem, per hoc tamen non potest ei in aliquo præiudicare.*
43 *Testis falsum asserens, uenit puniendus.*

RESPONSVM LXXV.

¶Interpretatio ad quædam statuta Bononiensia, & aliquid de clausula annullatiua, & multa in materia probationis & testium & positionum.

INVOCATO diuino suffragio. ¶In præsenti causa uidetur dicendum quãtitatem petitam omnino esse soluendam: tum quia probata esse uidetur per testes, qui dixerunt illã numerari uidisse: tum quia principalis noster in positio-
1 nibus partis aduersę fatetur, † & nulla maior probatio quam partis aduersæ confessio. l. generaliter. C. de non nume. pecu. & præsertim quando in iudicio emanauit, quo casu est probatio probata, & habet uim notorij, ita quod non opus est alia sentẽtia: ut plene notat in l. j. de confessis, cum concordan. nec quittatio generalis in qua aduersarius dicit se esse contentum arguit solutionẽ: qa non uidetur referri ad quantitatem petitam, & hoc demonstratur ex depositione unius testis, qui dicit ꝙ erant in controuersia, an comprehenderetur in calculo: ergo non erant concordes: quod contineretur, & per cõsequẽs cum non possit fieri nisi ab utraq; parte, non potest dici quod contineatur. ¶Maturius uero considerans dico ꝯuentum non teneri ad quantitatem petitam aliquo modo, & hoc apertissime ostendo. Et primo, quia actor non
2 probauit legitime quantitatẽ petitam, quo casu † actore non probante reus absoluendus est. l. qui accusare. C. de eden. l. actor. de probationib. cum similibus: & non probasse demonstratur tam ex forma statutorum, quam iuris communis: nam extat statutum hic Bononiense sub
3 rubrica de probat. solut. in §. ex aduerso. quod † uult nõ posse fieri probationem per testes de summa excedente quantitatem centum librarum: alias & si contrafactum sit, ꝓbatio sit ipso iure nulla, quod statutum est ualidũ, ut late per omnes in cap. 2. de probatio. & per Deci. in l. pactum quod bona fide. in fin. C. de pact. & propterea seruari debet, & ad unguem: pręsertim cum probationem ꝑ instrumentum ultra illam quantitatem requirat ꝓ for-
4 ma, quæ † proprie adimpleri debet. l. cum hi. §. si prætor.
5 de transac. cũ simil. Nã ponit clãm annullatiuã, q̃ † importat formam: ut per Alex. Soc. & omnes in l. ij. de lib. & posth. & resistit cum dicat nõ possit: ut plene no. in l. cum
6 lex. de fideiuss. in l. stipulatio. §. alteri. de uer. obl. quo † casu ei renunciari non potest: ut plene no. in l. nemo põt. de leg. 1. sed quantitas petita excedit centũ libras: & nõ fuit probatum per instrumentum: sed tantum per testes, quo casu uigore statuti nulla est probatio, & per consequens succedit regula reum absoluendum esse ab actore.
¶Item de iure communi non esse legitime probatum apparet: quia duo testes fuerunt examinati, qui non sunt ꝯtestes, cum adsit unus dicens nullum contestem adfuisse tempore numerationis, & alter licet dicat alium contestem adfuisse, tamẽ ipse qui uocat̃ in contestẽ hoc negat,
7 quo casu † ista singularitas operat̃ minus probari ꝑ plures q̃ per unũ. Bal. in l. iusiurandi. col. 3. C. de reb. credi.
8 in l. de quibus. col. antepen. de legi. † adeo quod si mille essent non inducerent semiplenam probationem: ita ꝙ posset deferri iurm̃ in supplementum probationis, ut ibi per eum: & ponit Deci. in consi. 159. ergo non probant.
9 ¶Item considero, quod quando sunt duo † testes quorũ unus dicit alium interfuisse tunc temporis, & alius dicit, illũ non fuisse ꝑsentem cum eo, tunc dicunt̃ ꝯrij, ita quod neuter probat: ita in terminis consuluit Alex. in cons. 34. uiso processu. col. 2. uol. 1. nam cum unus dicit habere cõtestem talem, & ille talis, dicit nullum habuisse contestẽ, probabiliter concordari non possunt, sicut in casu Alex. patet etiã quia aduersarius producens testes istos asseruit in positione. 40. & 55. illos esse miserrimos, & amicos,
10 sed miserrimi † repellunt̃. l. 3. in prin. de testi. & de miserrimo, per gl. & Ang. in §. si uero absunt. in authen. de hær.
11 & fal. Nam & amici † non sunt integri testes: ut no. Petr. & Cy. in l. eo. C. de testi. Bal. in l. data opera. in 22. col. C. qui accusa. non possunt. Alex. in consi. 154. uiso themate. col. 2. uol. 5. & in consi. 156. eo. libro, & rogo doctissimũ iudicem ad unum animaduertere, scilicet istos testes eũdem quasi sermonẽ proferre respectu numerationis, &
12 fere illa eademmet uerba, quo † casu subornati dicunt̃ ut uoluit Bal. singulariter in cons. 121. quis melius. lib. 2. & sequitur Dec. in consil. 123. col. 5. Item per testes nostros
13 probatum est illos esse affines producentis, † testes autẽ affines sunt suspecti. Bar. in l. aut affinitate. de procura. & no. Alex. in cons. 132. perlectis. col. pen. uol. 5. & plene per eundem Alex. in consi. 18. uol. 1. ¶Item ultra ꝯrietatem substantialẽ. s̃. consideratã in multis sunt contrarij, cum unus dicat reum non assignasse cãm quare mutuo rogabat, alius uero assignasse cãm dicit: certe ista est magna ꝯrietas quæ probabiliter nõ põt ꝯcordari, cum si assignasset nõ potuisset esse quin alius non audiuisset: & tñ dicit eũ non assignasse. ¶Itẽ sunt ꝯrij in tempore, cum unus dicat fuisse añ tp̃s festiuitatis diui Sebastiani: alter uero de tp̃e Augusti, quo casu dicto nullius credit̃, & pro
14 batio † est nulla: ut plene no. in c. in nr̃a. de test. & in multis alijs ꝯriantur, quæ licet aliquo pacto possent euitari,
15 tñ multum de fide tollunt ac diminuunt, cum † ꝯcordia sit, non ad probandũ, sed ad euitandã pœnã falsi: ut plene no. in c. cũ tu. de testi. q̃ omnia cũ singulariter considerata reddant probationẽ inualidã iurib. s̃. adductis, q̃to fortius simul iuncta, & unita, ꝓbationẽ ipsam penitus eneruant, arg. no. in l. spadonẽ. §. qui iura. de excu. tut. cũ simil. & ꝑsertim cũ in casu isto ꝯcurrat dispõ statuti reprobantis hmõi probationes, profecto neminẽ fore arbitror, qui talẽ probationẽ admitteret concurrente statuto, de quo. s̃. & ꝑsertim cum isti testes fuerint examina-
16 ti non porrecto libello in scriptis, quo † casu omnia concurrunt, nec põt ferri sñia: ut not. in auth. offeratur. C. de lit. contest. ut late infra dicam, & si dicatur licet per testes mutuum non probetur: satis probatur per confessionem de qua in positionibus partis aduersæ, ubi reus confessus est se recepisse dictam quantitatem: quia ad istud multipliciter respondetur. ¶Et primo præsupponendo quod est responsum saluo iure non admittendarum &c. ut in processu: & si dictum non fuisset cum habeamus hic statutum sub tit. de positionib. si positio non est admittẽda in nullo habet nocere, & ipso iure nulla: & ꝙ de iure
17 cõi qñ cum tali † protestatione respondetur positionib. si non sint admittendæ, rñsio in nullo nõ noceat: uoluit Bal. in l. fi. C. qui legi. ꝑso. habent standi in iud. per doc. in c. cũ contingat. de offi. deleg. per Alex. in consi. 166. in cã & lite. col. 2. & 3. uol. 6. sed talis positio nõ erat admittenda cũ illud ꝙ ponebat̃ iam erat in alia positione rei ne
18 gatũ cũ iur̃o seu eius ꝯriũ positũ: sed qñ † ponitur ꝙ fuit cum iur̃o negatũ positio dicitur cauillosa, & non admittenda: ſm Spe. in tit. de positio. in §. 7. in uer. 10. & no. in l. ij. §. ꝙ obseruari. de iura. calũ. sed ista positio fuit hmõi: ergo &c. licet fuerit confessata tñ in nullo habet ꝑiudicare. ¶Secundo ad illam positionem respondeo, cũ ex rñsionib. & positionibus rei appareat reum semper negasse se mutuo accepisse dictam quãtitatem, licet contrarium postea dixerit respõdendo huic positioni, nihil officit: cũ iuris

iuris censura ductus errore id fecerit, ideo tanquam erro
19 nea reuocanda est: nam quoties † constat de errore liti-
gantis, licet postea dicat contrarium respondendo posi-
tionib. dr̄ per errorem respondisse, & sibi nocere non de-
bet: quia satis dr̄ docere suum errorē: ut per Soc. in ꝯs.97.
in pn̄ti consultatione. col. fi. uersi. confirmat. uol. 4.

¶Tertio omnia dicta & positiones dicuntur impertinen
20 tes ad causam, quando † non fuerunt sumptæ ex libello
porrecto, s̄m glos. in clemen. sæpe. de uerb. sign. Specula.
in titu. de positio. §. quando. uersi. formas. & iō tanquam
21 impertinentes, siue † sint confessatæ, siue negatæ nihil ꝑ-
iudicant: iuxta no. per Bal. in l. fi. in fine, qui legiti. ꝑso. ha
bent standi in iudic. & per Bart. & doc. in l. si duo patro-
ni. §. idem Iulianus. ad finem. de iureiurā. & in terminis:
ita uoluit Alex. in consil. 166. in causa & lite. colu. 2. uol.
6. sed in casu nostro non possunt dici sumptæ ex libello,
cum nullus adsit: nam non entium nullæ sunt qualitates:
ut no. in l. si pupillus. de acqu. hære. ergo ista positio ha-
bet in nullo preiudicare: ut inducat probationē, & libel-
lus si aliquis fuit, quod tamen nego, fuit tn̄ nullus, & ine
ptus cū non fuerit in scriptis, & a principio causæ ut re-
22 quiritur per statutum positum sub rubrica † de uocat. in
ius in uersicu. in quib. causis, quod statutum continet ne-
cessitatem præcisam, ut patet ex uerbo, debeat: iuxta no.
23 in l. creditores. de pigno. nec † sufficit uerbo ex quo sta-
tutum requirit scripturam: iuxta no. in c. 1. de censi. nec
pōt notarius postea scribere: quia requiritur quod a prin
cipio scribatur, & parti detur: ut in dicto statuto ibi debeat
24 a principio: nam statutū † unius tp̄is, est exclusio alte-
rius. l. imperator. de postu. l. cum prætor. de iud. cū con-
25 cord. quo casu cū libellus † est inualidus, positio est nul-
lius momenti: ita Bal. in l. ij. §. quod obseruari. de iura. ca
lū. Lanfran. in c. quoniā ꝯ. in uerbo, missiones: de proba-
tio. ergo &c. Nec potest dici a partib. remissum esse libel-
26 lū: quia † expresse nec tacite pōt remitti: ut per gl. in c. sæ
pe. de uer. sig. & in c. 1. de libel. obl. & no. in c. de causis. de
offi. deleg. ¶Præterea dato positionem esse ualidam, & ꝑ
tinētē, ꝙ tn̄ nullo pacto quilibet sani capitis admitteret,
adhuc dico eā in nullo ꝑiudicare: & ut latius de exuberā
ti iustitia huius rei appareat: considero confessionem pos
se intelligi, utputa de tercentū aureis prout de parte quā
27 titis. 400. aureorum: nā in † maiori summa minor inest,
& de proprietate: ut late no. in l. j. §. si stipulanti. de uerb.
obl. & ita intelligere patet, quia incōtinenti dicit illos sol
28 uisse, ut in cōputo: nam † animus ex præcedentibus & se-
quentib. declaratur. l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 2. & li
cet possent separari præcedentia a sequentib. ꝙ non ad-
mitto, tamen non pōt tolli quin non declarent pręceden-
tia: ut plene no. in d. l. si seruus pluriū. & hoc patet ex ad-
29 uersatiua, sed &c. quæ aduersat † in ijsdem terminis: ut ꝑ.
Bar. in l. si mariti. ad leg. Iul. de adul. & repetit easdē qua-
litates: ut no. in §. item lapilli. insti. de rerū diuisio. ergo
loquitur de illis quos soluit, & sic de tercentum aureis cō
prehensis in quantitate. 400. aureorū, & bene facit respō-
30 sionem † ad positionē intelligendā s̄m animum respon-
dentis, ut euitet contrarietatem & dolū, scilicet qn̄ aliter
in alia parte dixit, ut hic fecit, quia dixit semper esse com
prehensos in dicta summa. argumento eorum quæ uoluit
Soc. in consi. 40. in causa spectabilis. uol. 3. in fi. & dato
posse intelligi de alia quantitate separata necessario, illa
31 positio hoc nō ꝓbat, ergo nō releuat, cū † ꝓbatio de ne
cessitate debeat concludere. c. in pn̄tia. de probationib.
l. non hoc. unde cognati. Et hoc maxime debet esse in ca-
su nostro, quia in potestate soluentis est soluere ex qua cā
uelit: iuxta no. in l. j. & 2. de solutionib.

¶Vltimo dico istam responsionem in nullo nocere pos
se, quia non fuit simplex, sed cum qualitate quod soluit,
32 iō non pōt aduersarius acceptare illā, quin † acceptet cū
qualitate, licet qualitas arguat diuersum capitulum, si tn̄
qualitas habet præsumptionem pro se, uel saltem non ha
beat contra se, tunc non pōt unum capitulū acceptare
quin aliud qualificans acceptetur. l. et. §. j. de minorib.
no. Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. de liber. lega.
33 ¶Sed ille qui dicit † se soluisse licet non habeat pro se ꝓ-
sumptionem tamen in casu nostro habet, cum habeat qt-
tationem generalem in qua dicit aduersarius se esse con-
tentum, quæ sunt indefinite prolata, & æquipollēt uniuer
sali. l. si pluribus. de leg. 1. & perinde est ac si dixisset ab om-
34 ni eo nunquam petere posse, & quod † ista uerba conten
tum &c. importent non amplius petere posse: etiam si sit
debitum, est casus in l. a diuo pio. §. si pignora. de re iud.
& ibi exponit Alex. in gl. in uerbo, contentus. in princ. dū
dicit an in dubio præsumatur contentus, & sic præsuma
tur accepisse pro toto debito: unde exponit contentū, id
est pro toto debito: & hoc in casu nr̄o non uidet habere
difficultatē, cū aduersarius in sexta positione, cum seque
ti, declaret se intelligere istud uerbū contentū adito al-
morico, ipsius manu proscriptū, qn̄ esset sibi integraliter
35 satisfactū, q̄ uerba important † amplius petere non pos
se: arg. eorum quæ ponūtur per Paul. & alios in l. si ex plu
36 rib. de solu. & liberationi. nam idem est † integraliter ꝙ
in totū: ut per Alex. in consi. 201. Perspectis uerbis. col. 2.
37 quo casu qui habet quittationem † generalem si aliquid
ab eo petatur habet ꝓsumptionē pro se, & refertur ad om
nia quæ cogitari potuissent: ut in l. qui cum tutorib. §. fi.
de transactionib. & no. in l. sub prætextu. eo. tit. & ponit
Lud. Roma. in consil. 403. col. 3. & non omitto unum di-
ctum Bald. in l. sub prætextu. C. de transactionib. in ulti.
38 col. quod † si unus computauit mecum super uno capitu
lo, & ego feci generalem quittationem de illis quibus mi
hi tenetur, quod nō solum in capitulo super quo factus
est finis, sed super omnibus capitulis uidetur transegisse
fauore liberationis: sequitur Iason in l. si de certa. co-
lum. 3. de transactionibus. de cuius ueritate alibi scripsi,
ad quæ me remitto.
39 ¶Et si dicat istas † positiones ex defectu libelli nullas es
se. respondeo illud procedere respectu actoris qui delin-
quit non porrigendo libellum, hic autem sumus respectu
rei, uel quod ex actu nullo colligitur uoluntas. l. fi. de re-
bus eorum. cum similibus. & pro hoc facit quia sumus in
40 liberationib. & sic in † fauorabilibus, quo casu uerba lar
gissime capiuntur: iuxta not. in l. talis scriptura. de leg.
1. in l. tale pactum. de pact. Item considero istud uerbum
fuisse prolatum a creditore, ergo contra ipsum debet in-
terpretari. l. ueteribus. de pact. C.

¶Et ex his omnibus rationib. tollitur relationem de uer
bo contento referri ad summas specificatas, quia in sum
mis specificatis comprehenditur dicta summa, & si non
comprehendatur debet intelligi indistincte: quia ista est
proprietas uerbi, & iure probat: ut dixi. quod intelligat
hoc modo, & debet latissime interpretari, & debet inter-
pretari contra ipsum, & est indefinita quę ęquipollet uni
uersali, & ipsemet declarauit intentionē suam, hoc mō.

¶Et ex uerbis quittationis apparet, cum se referat & cō-
siderat pluribus uicibus illas quantitates esse mutuatas,
41 † quæ uerba sunt in medio posita, ideo ad utrunq; extre-
mum referuntur: iuxta nota. in rub. de reb. credi. & in l.
3. §. cum filius. de lib. & posth. & multa concurrunt quę fa
ciunt, quod licet alias restringatur ad quantitates expres
sas, hoc casu nullo pacto restringi possunt.

¶Nec obstat adesse unum testem dicentem post factum
computum partes fuisse in discordia, an illi trecentū au-
rei computentur in quittationem, quia istud nihil officit
cum cōtractus ex postfacto sint necessarij. l. sicut. de actio
nib. & obligationib. l. in cōmodato. §. sicut cōmoda. uel
42 contra. & ideo licet postq̄ creditor † liberauit in totū de
bitorē uelit refricare in dubiū liberat: per hoc tn̄ non po
test aliquid præiudicare: maxime ex interuallo, ut hic.

¶Secundo illi testi in nullo est credendum, quia dicit fal
sum, cum dicat quittationem & saldum esse scriptum ma
nu propria: & tamen fuit scriptū manu aduersarij: & mul
43 ta alia quo casu ei non creditur, immo † puniendus ue-
nit: ut notatur in capi. in nostra. de test. & per Baldum &
Salicetum in l. si ex falsis. C. de transactionib. per Oldra-
dum in consilio. 35. & late ponit Alexander in consi. 150.
In causa appellationis. colum. fin. uolumi. 6. & in consi-
lio. 47. In causa & lite. colum. 2. uolumi. 6. & idem Ale-
xand. in consi. 124. uolumine. 4. & in consilio. 903. uolu-
mine.

mine.5.& in consi.34.uol.2.& hoc non habet difficultatem hunc testem non tollere aliquid ipsi computo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Locatio in emphyteusim perpetuam transfert utile dominium in emphyteutam.*
2 *Instrumentum est probatio probata nulla indigens iudicij disceptatione & rem notoriam reddens.*
3 *Factis inducitur ratihabitio.*
4 *Coniecturis non est opus quando de expressa partis confessione constat.*
5 *Facti proprij, uel rei ad se spectantis non est tolerabilis ignorantia.*
6 *Vicini & coniuncti inter se facta scire præsumuntur.*
7 *Vxoris factum maritus scire præsumitur.*
8 *Hæres contra factum defuncti uenire non potest.*
9 *Pactum quod quis possit sibi propria authoritate satisfacere, ualet.*
10 *Pactum in instrumento, cum aliqua persona factum ad alium non debet extendi.*
11 *Pronomen, ipsum, arguit personalitatem.*
12 *Pactum precarij quando adest uerus titulus, & adepta est possessio, importat translationem dominij.*
13 *Onus alicui iniunctum, ipso mortuo transit ad hæredem.*
14 *Promissio pure facta censetur, quando tempus appositum fuisse non apparet.*
15 *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*
16 *Solutio affictus nomine proprio non fit regulariter, nisi a uero emphyteuta.*
17 *Relatio ad proximiora fieri debet.*
18 *Relatio ad ea fieri non debet, quibus non conuenit salua ratione recti sermonis.*
19 *Casus quando sunt æquipollentes, dispositioni satisfactum erit per expressionem unius.*
20 *Verba narratiua non probant quando de enunciato principaliter disputatur.*
21 *Verba ad aliquod instrumentum relatiue prolata non probant, nisi quatenus reperitur in instrumento.*
22 *Fundamentum super instrumento is facere non potest qui se ea quæ in dicto instrumento promisit, non probauit adimpleuisse.*
23 *Bona emphyteutica irrequisito domino, & absque consensu eius in dotem dari possunt, & pro dote solui.*
24 *Dominus recipiẽdo solutiones dicitur approbare emphyteutam, & si ceciderit ei remittere casum.*
25 *Solutio canonis pro re aliqua facta per decennium, facit rem præsumi emphyteuticariam, & eo modo quo solutum fuerit in emphyteusim soluenti concessam.*
26 *Ecclesia auctrix & cultrix iustitiæ esse debet.*
27 *Prius in possessione existens alteri præfertur.*
28 *Mulier in his quæ concernunt dotem, in mariti præiudicium, nec agere, nec aliquid facere potest.*
29 *Instrumentum eius est uirtutis, ut a uerbis eius recedi non possit.*
30 *Iure ex aliquo contractu sibi competente quis uti non potest, quã do eum contractum nixus fuit impugnare.*
31 *Melioris conditionis esse non debet ille qui aliquid poterat consequi, quam si realiter consecutus fuisset.*
32 *Res alicui obligationi affecta, nisi cum sua causa ad alium transire non potest.*
33 *Ius pignoris uel hypothecæ, nisi de expresso consensu constet non censetur esse remissum.*
34 *Ius satisfaciendi sibi propria authoritate in re aliqua alicui competens, transit contra primum singularem successorem.*
35 *Ecclesia in præiudicium primi emphyteutæ, alium, & si meliorẽ afferat conditionem, inuestire non potest.*
36 *Concessio emphyteusis facta ex causa nulla, debet annullari.*
37 *Interpretatio semper fit, ut quælibet concessio sit sine præiudicio tertij.*
38 *Argumentum a sufficienti partium enumeratione, in iure procedit.*
39 *Ignorantia iuste præsumitur, quando agitur de damno uitando, & amittendo iure iam sibi quæsito & radicato.*
40 *Quod etiam procedit & si illud ius esset lucrosum.*
41 *Vicini & familiares ea quæ fiunt extra domum, & sunt momentanea scire non præsumuntur.*
42 *Communis opinio est instrumentum cuius originale non sit scriptum manu notarij rogati, non ualere.*
43 *Verba enunciatiua & narratiua, probant inter easdem personas.*
44 *Absenti non acquiritur ante acceptationem.*
45 *Actus ut ratus haberi possit, requiritur quod simus in tempore, in quo de nouo posset celebrari.*
46 *Concessio facta per errorem, non nocet concedenti, sed etiam per hæredem reuocari potest.*
47 *Ratificatio alicuius scripturæ ut ualeat, requiritur talem scripturam lectam & publicatam fuisse ratificanti.*
48 *Satisfactio dotis in re immobili æstimata non facit quin obligatio in casu restitutionis non sit in quantitate.*
49 *Maritus acceptis rebus in dotem datis æstimatis, est in potestate soluendi pro eius æstimatione.*
50 *Regula dolo facit &c. non habet locum, in eo qui illud quod petit non habet restituere, sed aliud.*
51 *Statuto Bononiæ, licet marito dare æstimationem pro rebus dotalibus.*
52 *Item locum non habet, quando illa petitio aliquid utilitatis potest afferre.*
53 *Iuramentum ubi adest, & interuenit longa mora per aliquot annos, ulterius non admittitur purgatio moræ.*

RESPONSVM LXXVI.

¶An marito cui dos data fuerit in aliquibus bonis emphyteuticis sibi pignoratis pro quantitate promissa cum potestate propria authoritate sibi satisfaciendi, si pluribus annis ut emphyteuta soluerit affictus, & deinde mulier fecit a dominis se de illis bonis inuestiri, & non constat de eius scientia, an potuerit præiudicare, & quando credatur instrumento: & regula, dolo facit. locum habeat: ubi multa circa hunc casum nouum & non decisum.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Videtur pro domina Gilia pronunciandum fore. Et primo quia de domibus, de quibus agitur facta fuit locatio in emphyteusim perpetuam ipsi dominæ Giliæ per directos dominos: & ad hoc plenam potestatem habentes cum consensu hæredum Nicolai primi emphyteutę: ergo domina est utilis, cum per ta-
1 lem † locationem transferatur utile dominium: ut plene nota. in l. j. de iure emphyteu. & in cap. potuit. locati. cum uulgaribus. Et de tali locatione constat per publicum instrumentum: ergo amplius non est disputan-
2 dum, cum † sit probatio probata nulla indigens disceptatione iudicij, & rem notoriam reddens: ut not. per Bartol. & omnes, ubi moderni infinita accumulant. in l. j. in princip. de noui operis nunciatio. & in cap. significauerunt. in uerbo, liquere. de testib. & eo magis quia per ser Hieronymum eius maritum, patrem, & authorem agen-
3 tium, tale instrumentum fuit approbatum † tam soluendo affictus domino directo nomine dominæ Giliæ, quã locando pro omni iure & interesse dictæ dominæ Giliæ, ac eius nomine expresse confitendo dictas domos spectare, & pertinere ad dictam dominam Giliam iure utilis dominij: ex quibus apparet de expressa ratificatione mariti, tam facto, quam uerbo: argumento l. Paulus respondet rem ratam haberi. cum ibi notatis: & in l. de quibus. de legibus. cum uulgaribus. Et cũ constet de expres-
4 sa † confessione non est opus coniecturis, cum in claris non sit locus interpretationi. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. de lega. 3. nec est opus alia probatione, cum nulla sit maior probatio, quam partis aduersæ confessio. l. gñaliter. C. de non numerata pecu. Nec põt dici hoc fecisse ductus errore, cum esset maritus, & habitaret cũ ea: & hæc erant super re, quæ alias fuit dicto marito pignorata pro dote,

dote, & sic erat ratione dotis; quæ est mariti.l.doce ancillam. de rei uendic. secundum quod ibi not. & sic erat
5 super facto proprio, uel re ad eum spectante, † quo casu non est tolerabilis ignorantia,& error.l.fin.pro suo.cum
6 similib.& quia uicini coniuncti & familiares præsumuntur scire facta uicini coniuncti &c. l.octaui. unde cognati.l.filiũ diffinimus.de his qui sunt sui uel alieni iuris.ple-
7 ne in l.j.ff.si cer.pet.ergo quanto fortius † factum uxoris maritus scire pſumitur,maxime in re pertinente ad dotẽ, cũ sint duo in carne una, ex quib.sequit Alexandrum, & Hannibalẽ filios dicti ser Hieronymi agentes & ueniẽtes ut hædes patris debere excludi, & a limine iudicij repelli,
8 cũ sit trita iuris regula hæredem non † posse contrauenire facto defuncti.l.cũ a matre.de rei uendi.cũ uulgarib.

¶ Prædictis quoq; accedat istam mulierem publice & palã francasse & liberasse hæc bona emphyteutica ad sui utilitatẽ, cũ licentia pontificis, & sic ex instrumentis cõstat esse libere sua, & ex qualitate facti pſonarũ, & rerũ absq; scientia,& permissione mariti non potuisse fieri, p ea q̃ supra diximus,ↄstat. ¶ Maturius uero consideranti ueritatẽ in ↄtrium esse facile apparebit,ac pfatũ ser Hieronymũ, & ↄnr Alexandrum,& Hannibalem eius filios & hæredes iustissimam causam fauere, ad quod demonstrandum præsuppono Nicolaum patrem dictæ dominę Giliæ ac conductorem rerum emphyteuticarum,de quibus agitur,dũ nuptui eam traderet celebrasse dotale instrumentũ,cuius uerba non transscribo,sed ipsum uideatur,non omitto tamen illa uerba ad quas res &c. liceat ipsi Hieronymo, & eius hæredib.habere recursum, & si solutio & satisfactio totius quantitatis facta non fuerit in totum uel pro parte,mõ,& forma & temporib.dictis in,& de,& super eis ꝓpria authoritate se indemnem & penitus sine dãno eximere & conseruare:quæ uerba idẽ signant:quod sibi satis
9 facere & soluere &c.& † pactum sibi propria authoritate satisfieri posse ualet:notatur in l.j. de pact. pignorum.in l.si fundum.§.fin.de pignorib.late per Bartolum, Salicetum & omnes in l.creditores.C.de pignoribus. Et considerandum est istud pactum fuisse concessum tantum ipsi ser Hieronymo: ut ex uerbis constat: nam tantum ser Hieronymus est nominatus & nõ domina Gilia, ergo nõ
10 † uenit,quia fuit omissa.l.quicquid astringendæ. de uerborum obligationib.& quia si uoluisset de ea fecisset mẽtionẽ, sicut facit de ser Hieronymo:argumento. l. j. §. si ita.de caduc.tollend.& maxime,quia in alio capitulo facit mentionem de ea:argu.l.cum prætor.de iudic.& sua-
11 dei ex pronomine ipsi, qđ † arguit personalitatẽ, ita ꝙ excludit alios etiam de iure uenientes.gloss.in uer.in ipsa.in §.fuerat.institu.de actionibus. ergo &c.immo in ipsum fuit translatum dominium per clausulam ad habendum &c. & quicquid placuerit &c.& per pactum precarij appositum secundum formam statutorum Bononiæ,
12 quod importat † translationem dominij, quando adest uerus titulus, & adepta est possessio: ut nota. in l. quod meo.de acquirend.possessio.& in l.contractus.de regulis iuris.in l.quoties. de rei uendicatione. & hoc habet locũ si solutio facta non fuerit modis forma et temporibus ante dictis in totum,sed non apparet factam fuisse solutionem in totum; sed tantum in centum libris, nec satisfactionem, & adimplementum contractus pro parte sua, cum etiam tenebatur illum alere: ut late instrumentum cantat: quod unus mortuo. d. Nicolao transiuit ad Ca-
13 tarinam † hæredem.l.hæredem. cum ibi nota. de regulis iuris.& tanto fortius quia fuit præsens instrumento,& cõsensit,ac promisit,& iurauit, ut in eo. immo illud uerbum solutio, & satisfactio, & si alias posset referri ad hypothecam, tamen hoc casu non potest referri, cum prius fecerit hypothecam, & subdiderit & si solutio & satisfactio facta nõ fuerit, ergo loquitur de satisfactione aliter quam per hypothecam, cum loquatur de tota dote,& hypotheca esset facta, & sic loquitur de uera satisfa-
14 ctione quæ non apparet facta, & cum † non sit appositum tempus intelligitur pure.l. eũ qui calẽdis §.j. de uerborum obligationibus. & cum sit factum non pręsumi-
15 tur † nisi probetur.l.in bello.§.factę.de captiuis & postlimi. reuersis. ergo fuit licitum dicto ser Hieronymo sibi satisfacere,immo absq; alio facto suo in eum fuit translatum dominium, per ea quæ diximus, & apparet sibi uoluisse bona illa appropriare,& in eis se indemnem cõseruare ex cõtinua solutione canonis,quã fecit nomine tan-
16 tum suo. nam † solutio affictus nomine proprio non fit regulariter,seu fieri debet nisi a uero emphyteuta: iuxta not.in l.ij.de iure emphyteutico.& patebit ex infra dicendis,& cum alias diceret mendaciũ & falsum,si ut emphyteuta solueret & non esset, quæ interpretatio excluditur l.merito.p socio. & quia appropriatio illa & suæ indemnitatis conseruatio erat accessorium præambulum ut esset emphyteuta & suo nomine iure solueret, ideo sequitur dicere sibi appropriasse hoc modo soluendo, per prius tanq̃ necessarium, seu saltem conueniens præambulum:arg. l.ij.de iurisdictio. omnium iudicum. l. ad rem mobilem. de procuratoribus.l.illud,de acquiren.hæredita. cum cõcordantib. & si dicatur seu obijciatur dictum ser Hieronymum sibi satisfacere non potuisse, nisi post mortem dicti ser Nicolai,& dictæ Ioannę,& ante mortem dictæ Ioannæ dictam Giliam fuisse inuestitam, respondetur hoc in scriptis non reperiri,ergo potuit incontinenti, nec obstat per instrumentum dotis dum fuit concessa hypotheca fuisse datam potestatẽ sibi satisfaciendi cum hac clausula,& hoc post mortem dicti ser Nicolai,& dominæ Ioãnæ suæ uxoris, quia istud refertur tantum ad hypothe-
17 cam pro quatuor centum libris, tum quia † relatio fit ad proxima. l. si idem cum eodem, de iurisdictione omnium iudic. tum etiam quia pactum de sibi retinendo in solutum ad quod refertur non est nisi in hypotheca illius quantitatis: ut patet ex eius lectione: ubi sæpius & geminate se restringit ad illam quantitatem, ibi pro dicta quantitate libratũ &c.ad dictam summam pro dictis libris &c.quæ geminatio, & reiteratio, arguit præcisam mentem,& excludit alias quantitates & hypothecas:arg. no.per gl.in cle.1.in uerbo,diœcesanos. de iure patronatus.& istud non habet aliquod dubium,quod pactum de recipiendo in solutum non refertur nisi ad illam possessionem obligatam pro illa quantitate: ut cantat instrumentum & non est dubium uersi.& hoc post mortẽ fuisse ꝓlatum respectu illius pacti,quia,ut dixi,proximius est, & etiam ex rectitudine sermonis, cum dicat hoc in nume-
18 ro singulari, & genere neutro. & † sic non põt referri ad hypothecas, quia plures sunt & generis fęminini:in arg. l.Plautius.de auro & argen.leg.& in specie no.per modernos in l.talis scriptura.de leg.1.& in c.secundo requiris. de appellationibus.immo impossibile est, quia assignatio hypothecarum fuit pura,& hic fuisset in diem, uel sub conditione mortis:nam ille dies facit cõditionem. l.j. de conditio.& demon. & istud pactum habet in in se certam particularitatem differentem ab alio pacto apposito in uersic. ad quas res.nam istud habet locum etiam in casu, quæ soluatur dicto ser Hieronymo, cũ sit in electione sua accipere in solutum possessionem spreta solutione.

¶ Aliud pactum procedit in casu quo non soluatur:ut patet ex uerbis dicti instrumenti, nimirum si uno casu potest sibi satisfacere pro tota quantitate alio pro parte, & uno casu post mortem &c.alio pure, cum diuersi sint casus diuersas rõnes habẽtes,ergo &c.& cum in primo conceditur sibi facultas absq; aliqua ratione & causa solum ad suum beneficium, nimirum si temperatur ut post mortem &c. alio casu conceditur satisfactio pro casu necessario,& complemento debiti, nimirum si non grauetur ut expectetur mors,immo dico dato sine piudicio ueritatis, sed ut iudex uideat euidentissimum ius horum agentiũ, etiam si referatur ad domos de quibus agitur ille uersicu. & hoc post mortem, nihilominus fuit adimpletum: nam certum est dictum Nicolaum decessisse. Item dictam Ioannam transijsse ad secunda uota: quo casu nullum commodum habebat, & cum illa uerba fuerint prelata ad sui commodum, scilicet dictum ser Hieronymũ illam potestatem non habere uiuente dicto Nicolao, & itidem uiuente dicta domina Ioanna, qui fauor per transitum ad secunda uota cessat, adeo quod isti casus uiden-

19 uidentur æquipollentes, & † satisfactum fuit per expres
sionem unius.l.mulier.ad;senatusconsultum Trebellianũ.
l.fideicommissa.§.si cui.de lega.3.l.si mater.C.de institu-
tionib.& substitutionib.& est uerisimile.namq; si interro
gatus fuisset testor in casu quo transiret ad secunda uota
idẽ statuisset, ꝙ post mortẽ in instrumẽto donationis,er-
go dispositum in uno habebit locũ in alio.l.tale pactũ.§.
fi. de pactis.ubi gl. & istud est uerisimũ saltẽ per reserua
tionẽ instrumẽti donationis,& hęc sint dicta ex abũdãti.
¶Nec obstat in alio instrumento sexcentarum librarum
fuisse narratum illas hypothecas fuisse factas post mortẽ
dicti Nicolai,& dictæ Ioãnæ,quia illa sunt narratiua,quæ
20 non†probant, quãdo principaliter disputat̃ de illo enun
ciato:ut not.in c.illud.per Felin.de præsumptionibus. &
in l.ex his.per Iaso.de militari testam. & hoc maxime in
hoc casu,quia non fuerunt simpliciter prolata sed relatĩ
21 ue ad instrumentum dotis,ergo nihil†probant,nisi qua-
tenus reperiatur in dicto instrumento.auth. si quis in ali
quo.C.de edendo.sed hoc non inuenitur in illo instrumẽ
to,per ea quæ diximus,ergo &c.& præsertim quia nõ be-
ne recordabant̃ de illo instrumẽto ibi,uel ueriori tp̃e, im
mo perinde ac si nõ esset factũ,cũ fuit factũ si dictæ mulie
res adimpleant id ꝙ promiserãt, scilicet pstationẽ alimẽ
22 torum &c.sed non probarũt hæc adimpleuisse, † ergo nõ
pñt facere fundamentum in eo:ad notata in l.Iulianus.§.
offerri.de actione empti.in l.cũ actũ.de negotijs gestis.
¶Secundo principaliter psuppono pro ueritate haben-
da istas promissiones & obligationes rerum emphyteu-
ticarum cum potestate sibi satisfaciendi,cũ fuerint factæ
ex cã dotis,& pro dote,potuisse fieri sine licentia domini
directa,nam licet non possint bona alienare sine consen-
23 su domini.l.fi.de iure emphyteu.† pñt tamen in dotẽ da-
ri & pro dote solui absq; ɔsensu domini & eo requisito:ut
uolunt Abb.Io.Fabri.Sali.Ias.& communiter docto.in di
cta.l.ij.C.de iure emphyteu.nume.42. Hostien.in summa
de loca.Specula.Io.Andr.Ioan.de Imo.Alex. & alij relati
per Iaso.& hoc maxime quando pater dat pro filia : ut in
hoc casu, & tanto magis in isto casu potuit uigore pacti
sibi soluere, & subintrare locum Nicolai primi emphy-
teutæ irrequisito domino, cum dominus directus per de
cẽ & nouem annos receperit solutiones a dicto ser Hiero-
nymo successore dicti Nicolai pro satisfactione dotis in
24 dictis bonis emphyteuticis. Nam † dominus recipiendo
solutiones dicitur approbare emphyteutã, & si ceciderit
ius ei remittere:ut est glossa cõiter approbata in l.ij.de iu
re emphyteutico.& ibi late per Iasonem charta.11.& hoc
quando simpliciter recipit non protestando &c. ꝓut fe-
cit in casu nostro:ubi aliquib.scripturis appellat ser Hie-
ronymũ cõductorem,ergo &c.immo dicit Bal.in l.j.C.de
fidei.colum.5.si† quis soluisse tanquam emphyteuta repe
25 riatur per decem annos continuos rem illam psumi em-
phyteuticariam,& ei eo modo quo solutum fuerit in em-
phyteusim cõcessa,& loco instrumenti has solutiones suf-
ficere,& ita uoluit Bartol. & Ioan. de plat.in l.litibus. C.
de agricolis & censitis.lib.11.& dicit Ang.in l.qui in alie
na.§.j.de acquir.hæredita.ita se pluries de facto habuis-
se,& practicasse,& ita consuluit Roma.in consi. 127. Po-
sito.Abb.in consi.24.Duo principalia.Dec.in consi.147.
& Alexand.in consi.121.Super primo libro. 4. ergo cum
ecclesiæ soluerit dictus ser Hieronymus canonem per de-
cennium uel nouem annos continuos,& ipsa receperit,&
apochas fecerit, perinde est ac si ei instrumentum emphy
teuticum fecerit,illumq; inuestiuerit per supradicta.
¶Et ex his necessario sequitur. d. ser Hieronymũ fuisse
uerum emphyteutam:uirtute primi contractus facti in p
sonam Nicolai, & suorum successorum:ad quem illa bo-
na ex causa dotis sine consensu ecclesiæ potuerunt pueni
re:& tanto magis fuit uerus emphyteuta : cũ consensus
ecclesiæ interuenerit in tam longo tempore recipiendo
solutionẽ canonis ab eo:quæ receptiones cũ quittantijs
non solum probant psonam soluẽtis uti emphyteutę:sed
faciunt præsumi instrumẽtũ emphyteuticũ : & succedũt
loco instrumenti:& sic perinde est,ac si de nouo fuisset in
uestitus ab ecclesia:& per cõsequens ser Alexander, & Hã
nibal uti hæredes & filij.d.ser Hieronymi habent ius fir-
mũ,& acquisitũ in dictis bonis emphyteuticis, sed quor-
sum hæc?nonne & si omnia supradicta non procederent,
quod tamen negatur,scilicet,non euenisse tempus.d. ser
Hieronymo satisfaciendi, antequam dominæ Giliæ fue-
rit facta renunciatio, nec sibi satisfecerit, & dicta bona
appropriauerit:ac a domino directo non fuerit recogni-
tus,& acceptus,ut emphyteutæ, mediantibus solutioni-
bus,quæ succedunt loco instrumenti inuestituræ, & reno
uationis.d.ser Hieronymus & hæredes eius habebant &
habent firmum, & acquisitum ius sibi satisfaciendi ꝓ di-
cta quantitate duarum mille librarum in d.domib. & bo
nis hypothecatis uigore. d. instrumenti saltem post mor-
tem.d. dominæ Ioannæ, profecto hoc inficiari non po-
test:ergo cum non reperiatur facta solutio dictæ quanti-
tatis:si nunquã appropriassent sibi illas domos hypothe
catas, possunt & potuerunt appropriare uirtute illius in-
strumenti. Ex quib. necessario sequit̃ inuestituram factã
dominæ Giliæ non potuisse fieri in præiudicium iuris iã
quæsiti.d.ser Hieronymo,& eius hæredibus ꝓ annos. 25.
& ultra:ut apparet ex instrumento dotis & per tot solu-
tiones affictuum. ¶Nam nullus, & præsertim ecclesia
† quæ debet esse auctrix & cultrix iustitiæ, potest facere
26 actum uel contractum in præiudicium alterius, saltẽ in
iure iam quæsito:ut plene no.in c. quæ in ecclesiarum. de
consti.& in regula,non debet.de regu.iur.cum concordã
tib.ibi traditis.¶Sed hic fuit ius iam quęsitum.d.ser Hie
ronymo,& eius hæredibus : ergo sibi talis contractus ni-
hil potuit nocere,& præsertim cum sunt dicti hæredes in
actuali possessione permanendi & percipiendi fructus, &
ante.d.Giliam & ex post, argu.eorum quæ plene tradun-
tur in l.quoties.de rei uendi.& in l.contractus.de regu.iu
27 ris.ubi præfertur† qui prius habuit possessionem.
¶Nec obstat dictam dominam Giliam habere ẽt ius si-
bi satisfaciendi, quia licet fuerit promissum utriq; & hy-
pothecatum, non tamen fuit data potestas satisfaciendi
utriq; in casu solutionis non factæ,sed tm̃ Hieronymo,&
hæredib.eius:ut in instrumẽto : in uersi.ad quas res,& su
pra ponderaui,non repeto, & ultra ibi dicta ɔsidero ꝙ &
si utriq; fuisset data potestas sibi satisfaciendi &c. nihilo-
minus cũ fuerit data ex causa dotis,& pro dote, ac dotis
executione mulier constante matrimonio nihil potuit
28 facere,& psertim ad præiudiciũ mariti, cũ in his † quę ɔ-
cernunt dotẽ mulier nec agere,nec aliquid facere põt:ut
no.per Bal. & alios in l.doce ancillam. de rei uendicatio.
nec piudicare marito, etiã scienti facto iudicis iustitiam
ministrãte,& hoc quando ipsa est actrix:ut uoluit Guli.&
Alexand.declarantes tex. in l. sæpe. de re iudic. qui uidet̃
innuere ɔtrium in sciente, ergo multominus hic potuit p-
iudicare solo suo facto extra iudiciũ & ignorante mari-
to,q̃ ignorantia psumit̃ cũ agat̃ hic de dãno uitando , ex
quo ñ apparet satisfactũ de dicta q̃titate ꝓmissa ipsi ma-
rito. ¶Et casu quo dictæ dñæ Giliæ ius sibi satisfaciendi
cõpetijsset ex cã dotis, & pro satisfactione dotis, ut dicit̃
29 in instrumento, a cuius † uerbis recedi nõ potest, tanquã
a lege.l.j.§.legem.depositi.& in l.legem. de pact. aut igi-
tur fuit inuestita pro satisfactione dotis & tendit ad utili
tatem mariti : cum dos erat mariti constante matrimo-
nio dicta.l.doce ancillam.de rei uendicatione.nõ fuit in-
uestita ex causa dotis, & pro satisfactione dotis, & tunc
30 ius † competens ex contractu dotis non prodest, cũ eo
non sit usa,sed potius aduersus id fecit:argu. eorum quæ
ponunt̃ in cap.ex eo.de regulis iuris.& l.auxilium. de mi
morib.ergo illud ius satisfaciendi remansit firmum in p-
sona mariti,& eius hæredum.
¶Præterea dico hunc cõtractum celebratum in persona
dominę Gilię nõ debere plus operari nec sibi attribuere,
q̃ si domina Gilia fuisset ante ɔstitutionẽ dotis, ac solu-
tionẽ affictuum factam per dominũ ser Hieronymum in
uestita, cum tunc tp̃is si facta fuisset concessio annuente
emphyteuta oẽs obiectiones cessarent, & regula est ꝙ nõ
31 debet esse melioris † conditionis ille qui ad aliquid po-
test peruenire & consequi, quam si realiter consequutus
fuisset.l.ordinata.§.si is qui.de lib. cau.l.iiij. de his quib.
ad li-

ad libertatem proclama.non licet.Pau. de Cast. & alij in l.iulianus uerum debitorem.de conditione indebi. in secunda col. ¶Sed si tunc temporis fuisset inuestita, & dicta bona à patre,sub cuius custodia erant, fuerunt data in pignus pro dote cum potestate satisfaciendi ea pręsente,cōsentiente,& approbante,ac iurante nō amplius contradicere posset, & promissa teneretur obseruare.l.si cut. de actioni. & obligati. & in regula, ꝙ semel.de reg. iur.cum uulgari.nec contra illam potestatem satisfaciēdi,marito competentem potuisset contrauenire, cum marito & hæredibus ius erat quęsitum,ergo minus, cum adhuc non erat inuestita,& ei ius non erat quęsitum,sed marito,& præstitit consensum, ac ea pręsente celebratū fuit instrumentum , potuit contrauenire promissis petendo ac faciendo se inuestiri. ¶Sed ut magis constet de aperto iure hæredum dico, & si inuestitura in persona domi. Giliæ ualuisset : nec adhuc maritus , & eius hęredes,sibi adiudicassent in solutum dicta bona, nihilominus non est derogatū iuri competenti marito, & hæredibus eius accipiendi in solutum pro dote:quoniam hoc nō est expressum in instrumento,ergo habetur pro omisso.l. quic quid astringende. de uerb. obligationi. l. si cum dotem. solu.matri.cum concordantibus.nec tacite etiam intelligitur esse derogatum:quoniam stant ista simul.utile dominium sicut erat in persona Nicolai , & tamen competebat marito ius sibi accipiendi in solutum,& utile dominium sit in persona dominę Gilię,& marito competebat illud ius:& facit quod res hypothecata est affecta illa potestate sibi satisfaciendi : quæ sine consensu domini iure medio ex causa dotis potuit ita affici:ut dixi,non potest:
32 †transire in alium,nisi cum sua causa.l.alienatio.de contrahen. empt.cum concordan. & in l.nemo plus.de reg. iur. & præsertim cum huic instrumēto non interfuit maritus,ac cōsensum pstitit:immò & si interfuisset ex quo
33 non subscripsit, & de eius consensu præstito † nō est scriptum in instrumento,non remisit pignus , & ius satisfaciendi sibi competens:ut est casus in l.sicut. §. non uidetur.& ibi Bar.Bal.& Sal.cum concordantib. quibus modis pignus uel hypotheca solui.sed ius suum permanet mutata tamen persona, cum nunc habeat exercere ius contra nouum dominum in re sibi obligata, nec sua indubium interest unum magis esse dominum alio. ¶Ex quibus manifeste constat ius istud satisfaciendi competijsse & competere marito ac eius hæredibus non obstante instrumento inuestiturę facto in persona dominę Gilię,ac instrumento francationis , & non obstante solutione nonnullorum affictuū nomine.d.Gilię ac etiam sciētia,& patientia mariti dicentis spectare ad ipsam iure utilis dominij etiam casu quo id instrumentum ualeret, de cuius ueritate infra dicam,quoniam stant simul ut dixi quod domina Gilia sit domina utilis & inuestita, & nihilominus competat marito & eius hæredibus illud ius satisfaciendi,sicut competebat aduersus Nicolaum primum emphyteutam , quoniam res fuit affecta & transit cum sua causa,&†tale ius transire contra primum singu
34 larem successorem probatur ex nota.per Bar. communiter approbatum in l.creditores.de pignorib.per l.titius. de seruis exportan. & maxime quando sumus in iure reali,& promissum est non contrauenire,& rem non uendi, ut hic. ¶Et ex hoc solo remanent sublata omnia adducta in contrarium,& constat de euidentissimo iure horum hæredum , arguendo à sufficienti partium enumeratione:nam aut uis maritum sibi appropriasse,ac soluisse ante inuestituram factam in personam dominę Giliæ, & tunc ecclesia non potuit inuestire in pręiudicium alterius,& sic mariti qui successit in locum Nicolai emphyteutę ex causa dotis, quod fieri potest sine consensu ecclesiæ, & fuit receptus & approbatus ab ecclesia per tot receptiones canonum , & per tantum tempus , quod habet instar inuestiturę , & instrumenti, ita quod sufficit sola allegatio per ea quę dixi,& certum est in prę
35 iudicium primi†emphyteutę alium ab ecclesia inuestiri non posse,& si meliorem attulerit conditionem.l.2.& ibi not. docto.C.de iure emphyteuti. & in dicto cap. potuit loca. & hoc non habet difficultatem. ¶Aut uis ante inuestituram maritum sibi non appropriasse,ac in solutum accepisse:& tunc potuit ex postea,& possunt eius hęredes uirtute instrumenti : nec ecclesia concedendo dominę Gilię potuit plus attribuere: quam si à principio ipsa domina Gilia fuisset inuestita,& habuisset utile dominium:quo casu ex quo consensit,& promisit fieri illud pactum,ipsa non potuit, nec potest contrauenire. Item ecclesia non potuit facere , dato quod habuisset potestatē inuestiendi illa bona hypothecata, & affecta potestate sibi satisfaciendi non transire cum sua causa , & onere : ut dixi, & maxime quia ecclesia concessit de uoluntate Catarinę, & Ioannę hæredum respectiue dicti Nicolai concedentis potestatem satisfaciendi, & quæ Ioanna, & Catarina fuerunt præsentes instrumento dotis, illudque approbarunt,ac non contrauenire promiserūt,& iurarunt: & sic non potuerunt postea consentire inuestituram fieri.d.Gilię,immò fuerunt periurę, & fuit decepta ecclesia, cum nō fuerit certiorata de pacto in instrumento dotis comprehenso : & propter uoluntatem hæredum conces-
36 sit, quæ causa est nulla : † ergo actus tanquā ex falsa causa factus debet annullari,toto tit.de condic.cau.data.cū uulgaribus. & non est uerisimile quod si hoc sciuisset cōcessisset: ergo non ualet ex defectu uoluntatis, iuribus uulgaribus. & idem dici debet, de contractu francationis cum depēdeat ab illo de inuestitura, & maxime quia illæ pecuniæ pręsumunē mariti & ablatę à marito.l. quintus.de donationib. inter uirum & uxo. & quia fuit deceptus à ser Paulo,qui gerebat negotia patris,& de quo pater confidebat, & probatum fuisse dicitur. ¶Præterea ut dixi,esto quod potuerit inuestire : non tamen potuit inuestire in præiudiciū ser Hieronymi , & hæredum suorum,cum ista sint compatibilia dominam Giliam esse dominam utilem,& hæredes habere potestatem sibi satisfaciendi,sicut habebant contra primum emphyteutam,nec scientia mariti(esto quod adsit)sibi habeat nocere,ut dixi:& ista interpretatio debet capi,cum semper fiat inter-
37 pretatio,ut quęlibet † concessio fit sine præiudicio alterius.l.2.§.merito.ne quid in loco publi.cū uulgaribus.& ita liquidissime constat à sufficienti partium enumera-
38 tione, † qui locus in iure procedit.l. patre furioso. de his qui. sunt sui uel alie.iur.§.actionum. institu. de actionib. hos hæredes iustissimam causam fouere & non sibi obstare,tam contractus inuestiturę, quā francationis, factos in personam dominæ Gilię,& solutiones factas noīe dnę Gilię , cum non potuerint fieri in præiudicium iuris iam quęsiti ser Hieronymo , & eius hæredibus:nec concedentes uoluerunt præiudicare, nec præiudicarunt,rationibus & iuribus de quibus supra,non repeto, & præsertim cum omnia à ser Paulo frauduleter fuerint facta,& ignorante ser Hieronymo : nam ser Hieronymus ætate grauescēte confidebat de ser Paulo,& præmittebat negotia domus pertractare , sperans eum administrare prout decet bonum filium, nec petebat rationem sibi administrationis reddi : ut probatum fuisse dicitur . qui quam ex fide gesserit euidentissime apparet ex solutione affictuum ac celebrationem ꝯtuum, ex quibus licet descriptus non sit:tamen præsens erat, ex quo sequitur , cum nunquam apparet dictum ser Hieronymum præstitisse consensum
39 ita factum fuisse ignorasse,& † iuste præsumitur ignorantia , cum agitur de damno uitando & amittendo iure iā sibi acquisito & radicato,quod idem est & si illud ius†es-
40 set lucrosum:gl.in l. j. §.si qui autem. de itinere actuque priua. Alex. in l. 3. de damno infec. ergo quanto fortius cum sit causa dotis quæ est onerosa:ut not.in l.pro oneribus. de iure dotum.& in l.j.solu.matrimo. & quod præsumatur ignorantia plene traditur in regula, præsumit. de regulis iuris. ¶Nec obstat maritum esse,nec manere in eadem domo &c. quia isti actus sunt momentanei; & sunt celebrati extra domum:ut apparet in illis quibus concurrentibus & concurrente etiam muliere , saltē in re spectante ad dotem non solitam esse à communiter accidentibus contrahere sine consensu mariti,immo nō debet , sequitur quod uidentur facti eo modo ut nesciret maritus

maritus, ne posset contradicere, & sic ex qualitate facti:
41 constat de uerisimili ignorantia mariti: nam† ea quæ fiunt extra domum, & uiciniam, & sunt momentanea, uicini & familiares, non scire præsumuntur, cum solum ea quæ fiunt in domo, & uicinia, & spectant ad ius sanguinis, à communiter accidentibus præsumuntur scire familiares uicini & consanguinei: ut late per Bar. Alex. & omnes in l. j. si certum peta. & Bal. in l. j. in fi. C. de collusione detegen. ¶Nec obstat si obijciatur præstitisse consensum expressum: ut patet in locatione facta nomine dictæ dominæ Giliæ; uti de re spectante ad. d. Giliam ratione utilis dominij, quoniam respôdetur multipliciter, & primo istud instrumentum non ualere de iure, quoniã eius originale est scriptum manu ser Pauli litigantis & personæ suspectissimæ: quantum ad hunc actum forsan uolûtate matris, cum habeam eum pro probatissimo uiro, & uelle ut Deus concederet ut possem inter eos ac matrem pacem & concordiam inducere. & quia non est rogatus de instrumento, quo casu & si non esset persona litigans, & de cuius intereile saltem per indirectũ ageretur, nihilominus instrumentum non ualet, quia fuit scriptum per personam quę non fuit rogata: nam licet sit altercatio inter scribentes, an ualeat instrumentum scriptum per personam non rogatam, & subscriptum à notario rogato, tamen communis† opinio est, quod si originale non sit scri-
42 ptum manu notarij rogati non ualere: ut uoluit Anto. & Hostien. in c. quoniam contra. in 6. col. de probationib. Anto. Imo. Felin. in c. inter dilectos. de fide instrumento. col. fi. post Ioã. Andr. & alios citatos per ipsos, & domi. Alex. in l. quędam. §. nihil. de edendo. ubi relatis opinio. ita concludit, & idem consuluit Alex. ut attestant mod. in locis supra allegatis, ergo quanto fortius in isto casu est nullum, cum non solum sit scriptum à persona non rogata sed suspectissima. ¶Præterea esto quod ualeret: illa uerba spectante ratione utilis dominij sunt enũciatiua, & narratiua, † quę licet probent inter easdem per-
43 sonas. l. publia. §. fi. depositi. & in l. optimam. de contrahend. emptio. tamen hoc non procedit quando illo enũciato principaliter agitur: ut per Felin. in c. illud. de præsumptionibus. post Mathesila. in notabili 80. Et per Ias. & alios mod. in l. ex his. de mi. testa. ergo non probant in hoc casu in quo principaliter agitur de dominio illarum ędium quę fuerunt enunciatę ut dominę Giliæ propter aliud, scilicet ad effectum illius locationis, & quo ad illũ effectum probant, nõ quo ad istum de quo agit. ¶Tertio dico assertionem illam non posse prodesse. d. Giliæ, quoniam non erat præsens, nec unquam fuit acceptata
44 per eam, & absenti † non acquiritur ante acceptationẽ. l. qui absenti. de donationib. adeo quod licita est penitẽtia interim: ut plene ibi not. & per Dec. in l. contractus. de reg. iur. 5. col. & in cons. 226. per tex. in l. si ego. §. si res. de iure dotium. & in l. si in delictum. §. j. rem ratam haber. ubi not. Et nunc non potest ratum habere, & acceptare, quia non sumus in tempore in quo actus posset cele-
45 brari per ratificantem. Nam requiritur quod † simus in actu qui posit de præsenti celebrari. l. bonorum. rem ratam haberi. ubi per Bar. & omnes, per Bar. & mod. in l. j. C. qui admitti. cum similibus. sed ista domina Gilia de præsenti non posset locare, tanquam utilis domina, cum de hoc agitur, & res est litigiosa, & supra hoc est litigatũ,
46 ergo &c. Nec statutũ † Bononiæ repugnat recte intuẽti, cum intelligatur secundum ius commune si ratificetur, & non sint uerba narratiua in quibus non fuit apposita stipulatio, uideatur, quia nihil facit. ¶Quarto dico & si illa uerba ualeant &c. fuerunt prolata per errorem, quoniam ex præcedẽtibus & sequentibus contractibus celebratis per d. ser Hieronymum, nunquam apparet côcessisse dictam rem spectare ad dictam Giliam ratione alicuius dominij, ergo tanquam erronea non habet sibi noce-
47 re, † sed possunt reuocari etiam per hæredem, ut toto ti. de iuris & facti igno. & maxime in l. cum testamentum. & pręsertim cum maritus ignorabat instrumentum inuestiturę, cui non fuit pręsens, & per ea quę dixi, & ignorãs non consentit. l. non fatetur. de confes. cum simi. attenton.
48 quod ut† ratificatio alicuius scripturæ ualeat, requiritur talem scripturam lectam & publicatam esse ratificanti: ut per Spec. in tit. de emp. & uendi. in §. tertio loco. colu. penul. uersi. itẽ not. quod personę ɔsentienti &c. cũ simi. ¶Vltimo dico, esto quod instrumentum ualeret & uerba probarent, ac ratificari potuisset, & ratificatum esset, tamen non præiudicant dicto marito illa uerba quod spectet iure utilis dominij ad dictã Giliam, & nomine eius locet, quando competat sibi ius satisfaciendi, & in solutum recipiendi, cum ista stent simul per ea quę dixi, ergo ista sunt paruifacienda: & tantum præterijt à die illius locationis quod uerisimile est sibi in solutum recepisse, maxime interuenientibus possessione ac locatione, nomine d. ser Hieronymi, & filiorum factis, & pensionibus receptis, ac considerato quod res quando fuit hypothecata uix tanti ualebat, quanti fuit hypothecata, ut dicit probatum fuisse, quo casu etiam ex intentione concedentis, respondetur pignus in solutum cedere. ¶Nec obst. si obijciatur hæc bona in causam dotis cessisse, & casus restitutionis euenisse, & dolo est petere quod habent restituere: regula dolo petis. de reg. iur. cum concor. ibi traditis. quoniam respôdet dotem in quantitate consistere, ut in instrumento dotis apparet, & hæc bona dantur pro satisfactione loco illius quantitatis, arg. l. si pro mutua. C. si cer. pet. & in l. 2. ff. si cer. pet. & in l. solutũ. de pig. actio. unde satisfactio in re† immobili nõ facit quando obliga-
49 tio in casu restitutionis non fit in quantitate: ut expresse dicitur in instrumento, immo & si illę res ęstimatę, principaliter fuerint datę in dotem, dico de iure in faculta-
50 te † esse mariti dare æstimationem, seu quantitatem illius temporis. l. plerunque. §. fi. de iure dot. & not. in l. si ęstimatis. solu. matr. & hoc eo magis cum in hac ciuitate lege propria cautum sit in facultate mariti esse dare ęstimationem: ut in §. item dicimus. sub rub. de dote resti. ergo dolo non petit, † cum id quod petit non habeat re-
51 stituere, sed aliud: ut no. in dicta regula, dolo petis. ¶Itẽ illa † regula non habet locum quando aliquid utilitatis
52 potest afferre illud petere: ut per omnes not. in l. si socer. §. Lucius. solu. matri. qui tex. loquitur in petente dotem in casu restitutionis, & ita per illum tex. uoluit Dyn. in dicta regula, dolo &c. ¶Nec ista mulier tanquam hæres Nicolai potest soluere quantitatem promissam, & liberare bona obligata, quoniam ipsa non est hæres, sed dominę Catarina & Ioanna, ut constat in testamento dicti Nicolai, & licet dominæ Catarina, & Ioanna consenserint eam inuestiri, & nulliter cum uenerint contra proprium iuramentum, ac promissionem per ipsas celebratam, ut dixi. ¶Nihilominus ille consensus non attribuit illam facultatem soluendi: ut ex uerbis instrumenti patet, à quibus recedi non debet. l. quod constitutum. ad munici. l. quicquid astringendę. de uer. obli. nec etiam ipsi hæredes hôc facere possent, cũ sint in mora, & est adiecta dies, & pęna, ac iuramẽtum, quo casu non admittitur
53 purgatio morę, & maxime quando fuit tam longa † mora, & per tot annos, & etiam post litem contestatam: quibus concurrentibus prout hic concurrunt, non solum est communis opi. moram purgari non posse: ut attestatur Alex. Ias. & omnes mod. post Bar. Iac. But. Bal. Sal. Ang. Imo. & Raph. & alios citatos per eos in l. si insulam. de uerb. ob. & l. si in pacto quo pęnã. C. de pac. sed et dico nullũ ĩ terminis ɔdictorẽ reperiri, ergo &c. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus. V. I. Doctor minimus.

SVMMARIVM.

1 *Promissio facta alicui pro sustentatione uitæ, dicitur facta gratia alimentorum.*
2 *Depositum debet solui quacunque exceptione reiecta.*
3 *Dictio, unde, idem signat, quod qua de re, quare, uel similia uerba denotantia causam.*
4 *Causa illa præsumitur esse finalis quæ respicit commodum promittentis.*

5 *Dilapidatio*

5 *Dilapidatio non præsumitur.*
6 *Disputandum ulterius non est in eo quod uerbis instrumenti continetur.*
7 *Benemerita quæ præcesserunt donationem, dicuntur causa finalis donationis, licet ad dandum propter illa donator cogi non posset.*
8 *Causa proxima attenditur.*
9 *Promißio uel solutio, indicatur facta ex causa magis utili soluēti seu promittenti.*
10 *Verba instrumenti debent interpretari contra eum qui se fundat in illis.*
11 *Dispositio introducta propter duas causas copulatiue positas, si altera ex illis causis cessat, & ipsa quoque cessabit.*
12 *Copulatiua ad eius ueritatem requirit implementum utriusque copulati.*
13 *Mandatum, re integra ad libitum reuocare potest.*
14 *Paria sunt aliquid non esse factum, uel esse nulliter factum.*
15 *Contractus propter aliquam causam celebratus, causa eum effectu non secuta resoluitur, & datur promissori repetitio ex capite causæ non secutæ.*
16 *Exceptio promissori si conueniatur multo magis competit: cui ad resoluendum contractum competit actio.*
17 *Materia ex qua aliquid conficitur, longe discrepat ab eo quod conficitur.*
18 *Actor id quod est suæ intentionis fundamentū probare tenetur.*
19 *Actore non probante, reus, & si iniustam causam foueret, absolui debet.*
20 *Relatiuum appositum uerbo futuri temporis reddit promissionem conditionalem.*
21 *Obligatio conditionalis non producit actionem ante adimplemētum conditionis.*
22 *Agens sine actione, tanquam de facto agens, à iudice uenit repellendus.*
23 *Verbum consequenter, requirit adimplementum & effectum cōsummatum.*
24 *Conditio habetur pro impleta ad damnū implere debentis, quando per eum stetit quominus adimpleretur.*
25 *Mora debet nocere moroso.*
26 *Impedimentum quod prouenit facto tertij quominus conditio adimpleretur, non debet nocere debenti adimplere conditionem.*
27 *Facta quæ si adimplerentur non releuarent, fieri nō debent.*
28 *Verbum poterit, obligationi insertum, commode intelligi debet.*
29 *Depositum contractus est qui re celebratur.*

RESPONSVM LXXVII.

¶ An promissio certæ annuę pensionis facta sub conditione si aliquid consequeretur, teneat & obliget promittentem quando nihil fuit consecutus, & notorium erat licet aliquid non fecerit.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ In præsenti causa domini Valerij Tinguli nobilis Ariminensis, licet uideatur prima fronte dominum Valerium teneri uirtute promissionis factę ex certa scientia & liberali animo, & maxime
1 cum facta sit pro sustentatione uitę & sic gratia † alimentorum quibus multum fauent iura. l. cum hi. de transac.
cum ibi plene not. cum alijs concor. & etiam quia uoluit
2 teneri ex causa depositi quod debet solui† reiecta quacūque exceptione. l. penu. & fi. deposi. ut ibi late per omnes, ergo omnino habet soluere reiecta quacunque exceptione opposita uel opponenda per ipsum. ¶ Tamē rectius consideranti contrarium uerius esse uidetur: & præsuppono promissionem factam per d. Valerium fuisse principaliter factam ex eo, quia actor resignauit pensionem quandā in fauorem domini Francisci filij domini Valerij, quod probatur ex uerbis instrumenti quibus cauetę qualiter ipse agens cognoscens probitatem & sufficientiam domini Valerij pensionem & ius suum resignauit in manib. sanctissimi domini nostri, ad fauorem domini Francisci Tinguli filij præfati domini Valerij & cōstituit eum procuratorem ad resignandum &c. & incontinenti subdit, unde dictus dominus Valerius sponte &c. promi
3 sit &c. illud uerbum unde, idem† signat qua de re, quare, uel similia uerba denotantia causam, de quibus per Bar. in l. demonstratio. §. quod autem. de cōdi. & demonstra. & sic resignatio fuit causa promissionis, & quod fuerit
4 causa finalis probatur, ex quo respicit† commodum promittentis: iuxta not. in l. si fundum per fideicommissum de leg. j. & in dicta. l. demōstratio. §. quod autem. de cōd. & demon. & in hoc non me extendo, cum neminem esse existimo tā hebetis ingenij qui non pro cōperto habeat dominum Valerium nihil promisisse, nisi ad fauorem
5 filij fuisset resignatum, cum resignanti † nihil attinebat. ipsum quoque uix cognoscebat, & non præsumitur dilapidatio. l. si cum aurum. de solutio. l. cum de indebito. de prob. & præsertim in domino Valerio qui cęteros in acquirendo antecellit ut notorium est, & cum in uerbis in-
6 strumenti exprimatur † non est amplius disputandum. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. de leg. 3. l. continuus. §. cum ita. de uerb. obli. ¶ Nec obst. alia uerba, scilicet liberali animo & pro sustentatione uitę, &c. quia licet resignatio sit causa principalis & finalis, tamen cum iam erat facta resignatio, licet iuræ naturę teneretur cogi non poterat, sed istud non posse cogi, nō excludit illā esse causam
7 finalem, sicut† nos dicimus de benemeritis: iuxta not. per mod. in l. si donatiōe. C. de collatio. & quia alias promissurus non fuisset, licet ex causa donationis promiserit: argumen. l. 2. §. si. de donationib. cū ibi plene not. ¶ Itē illa uerba pro sustentatione uitæ fuerunt posita per promittentem pro casu remota, cū illa sustentatio uitę fuit causa ut resignaret, ut expresse dicit in instrumento, resignatio uero fuit causa ut dominus Valerius ꝓmitteret, & per consequens sustentatio quæ fuit causa resignationis, & resignatio causa promissionis fuit causa remota
8 in promittente, ergo non attenditur cum † proxima attēdatur. l. ex eo tempore. de peculio. l. socium qui in eo. pro socio. Barto. in l. sed si plures, §. in arrogato. de uulg. &
9 pupilla. & facit quia promittens, † uel soluens uidetur facere ex causa magis sibi utili: arg. l. j. & 2. de solutio. & fa
10 cit† quia uerba instrumenti debent interpretari contra eum qui se fundat in illis: ut not. in l. ueteribus. de pac. cū simi. ergo contra aduersarium, cū producat instrumētū. ¶ Præterea istę rationes & causæ dato, quod essent æque
11 principales, tamen cum copulatiue † sunt positę si cessat una cessat dispositio: nam licet ubi est duplex ratio si cessat una non cessat dispositio. §. affinitatis. insti. de nup. tamen quando sunt per copulam coniunctę si cessat una: non cessat dispositio. Bar. in ti. ad reprimeñ. in uer. ex eorum. & ratio quia ad ueritatem copulatiue requiritur
12 † implementū utriusq; copulati. l. si hęrdi. de ꝯd. insti. §. fi. insti. de hære. inst. sed hic sunt copulatiue coniunctæ, ut patet in instrumento: ergo illa ratio resignationis & si nō esset magis principalis quam aliæ quantum ad hoc ut faciat cessare dispositionē, perinde est ac si esset sola. ¶ Secundo præsuppono in facto quod resignatio in manibus sanctissimi domini fuit facta post istam promissionem, & sic resignatio fuit causa ꝓmissionis de futuro. ¶ Nec obst. quod factum prius fuerat mandatum de resignando. quia non facit quod resignatio adhuc non facta tempore promissionis non sit causa de futuro, cum tunc tem
13 poris res erat integra & ad libitū poterat reuocari † mādatum. §. mandatum. institu. manda. ¶ Tertio præsuppono ꝙ resignatio fuit nulla ex defectu potestatis resignantis, cū ius aliquod nō habebat in pensione, immo nec ille qui constituit pensionem ius habebat, ut constat
14 ex sententijs latis cōtra eum, & iuris regula † trita est paria esse aliquid non fuisse factum uel factum & nulliter l. quoties. qui satisda. cogan. ¶ Modo his stantibus di-
15 co, quod cum causa finalis non est secuta efficaciter † propter quam fuit promissum contractus & obligatio resoluuntur, & datur repetitio ex capite causę non sequutę. l. cum à te. C. de pact. inter emp. & uen. & no. Bar. & omnes in l. fi. de condi. cau. data. si igitur promissori competit actio ad tollendum contractum, multomagis competit
16 exceptio si conueniatur: † quoniam cui damus actionē, multomagis exceptionem: ut no. in l. 3. C. de cōd. indeb.
cum

cum simi. ¶Secūdo principaliter cōsidero quod esto quod ex parte agētis causa efficaciter sit sequuta, nihilo minus do. Valerius non tenetur ad aliquid, quoniam nō promisit dictam pensionem ad quam iste agit, sed promisit omne id & totū ꝙ cōsequetur ex dicta pensione:& sic aliud est ꝓmittere pēsionē, aliud ꝙ ex pēsione ꝯsequef ut
17 de se patet, cū aliud sit† ꝙ fit, aliud materia ex qua fit, iu rib. uul. ¶Aut igitur iste agit ad pensionē uigore promissionis, prout facit & male agit, quoniā pensio nō fuit promissa & sic debet repelli: aut uult agere ad id ꝙ fuit promissum, scilicet omne id quod consequi poterit & cōsequetur ex pensione, & tunc dico quod cum istud sit fundamentum intentionis agentis, scilicet aliquod conse-
18 cutum † fuisse debet illud probare. l. eum actum. de neg.
19 gestis. & eo non † probato reus, & si iniustam causam foueret, debet absolui. l. qui accusare. C. de edend. cū simi. qua de re cum notorium sit nihil consecutum fuisse nec potuisse, cum auocata fuit possessio à possessore & ab auctore resignantis ut præsupponitur in facto, sequitur quod nihil potest petere uirtute promissionis, immo cū in promissione dictum est id quod consequetur, & sic est
20 appositum relatiuum uerbo futuri temporis † promissio est conditionalis & idem est, ac si dictum fuisset quatenus consequetur. l. stichum qui meus erit. de leg. j. ubi est casus. si igitur non probauit aliquid cōsecutum fuisse non solum male agit, sed agit sine actione, cum nō pro
21 bauerit conditionem adimpletam fuisse, ante† cuius adimplementum non est nata actio. l. cedere. de uerb. signi. §. ex conditionali. insti. de uerb. obli. sed agens sine actio
22 ne, cum de facto † agat à iudice repellendus: ut not. in l. j. C. ut quæ desunt aduoc. ergo &c. ¶Nec sufficit probari quod potuerit consequi, cum in conditione nō solum fuit dictum consequi potuerit, sed & consequetur, & sic requisiuit adimplementum effectum consummatum,
23 quod uerbum † cōsequetur, ex sui natura signat ultra regulam uulgarem quod uerba debent intelligi cum effectu. l. j. quod quisque iur. l4. §. condemnatum. de re iud.
24 ¶Nec potest dici quod † conditio habetur pro impleta ad damnum implere debentis, cum stetit per eum ex quo non expediuit bullas, & non fecit alia necessaria: argu. not. in l. iure ciuili. & in l. in testamento. de condi. & de-
25 mon. & sic quodammodo fuit in mora quæ† moroso debet nocere. l. mora. de usur. & in l. quod te. si cert. peta. quoniam respondetur quod cum auocata fuit possessio ab auctore resignantis eodem mense quo fuit† facta resignatio ut præsupponitur in facto non dicitur stetisse per ipsum cum facto tertij non solum fuit impeditus do. Valerius, sed ab auctore ipsius resignantis, quo casu quan-
26 do facto† tertij adest impedimentum non dicitur stetisse per implere debentem. l. titius. de cond. & demon. & no. Bart. & alij in dicta. l. in testamento. de condi. & demon. ¶Nec potest dici quod impetrauit bullas nec aliquid fecit, quoniam facere non debebat, cum & si fecisset non
27 releuassent: & illud† quod si factum fuisset non releuaret fieri non debet. l. stipulatio. §. diuus. ut lega. nomi. caueа. cū concor. & per hoc tollitur illud de mora, & maxime cum do. Valerius debebat exigere à possessoribus & non apparebat de possessore, cum stabat in suspenso & erat auocat ut præsuponitur in facto. facit text. in l. qui sine dolo. de reg. iur. cum concordan. & facit uerbum poterit
29 † positum in instrumento quod debet intelligi commode. l. nepos proculo. de uerb. sign. sed hic non potuit consequi nec commode nec incommode, ergo. ¶Nec obst. adducta in contrarium, quoniam ex supra adductis colligitur responsio, & primo ad promissionem quod non habet effectum ex capite causæ principalis non sequutæ. ¶Item quia agit ad rem non promissam & non probauit intentionem suam, immo non probauit implementum conditionis & sic sine actione agit: quę responsiones conueniunt etiam promissionibus pro alimentis & ex causa depositi factis & illas reddunt inefficaces: præterea hic non potuit esse depositum, cum sit contractus qui
29 re † celebratur. §. præterea. quib. mod. re contrahi. obli. l. j. de act. & oblig. faciunt not. in l. si ex pretio. C. si cer. peta. sed hic nulla res interuenit, ergo &c. & causa alimentorum fuit causa remota, & non fuit principalis nec sola, ergo. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Pactum generale de soluendo affictus singulo anno ad pactum speciale interpositum super fructibus primi anni referri non debet.*
2 *Pacto generali derogatur per speciale.*
3 *Contractus contra eum qui se fundat in illo interpretari debet.*
4 *Fructus à fundo separati appellatione rei uenditæ non continentur.*
5 *Contractus ita intelliguntur, ut quæcunque in eis expressa non fuerunt pro omisis habeantur.*
6 *Emptor recipiens fructus rei emptæ de iure communi tenetur ad præstationem usurarum, seu interesse respectu precij non soluti.*
7 *Vsuræ ad quas tenetur emptor recipiens fructus rei uenditæ, respectu pretij non soluti, sunt permissæ de iure canonico.*
8 *Qualitas quæ inest actui ex necessitate habetur in consideratione & illius contemplatione uidetur factus actus.*
9 *Intentio principalis disponentium attendi debet.*
10 *Actus agentium non debent operari ultra eorum intentionem.*
11 *Contractus uerba quæ ita uni casui contractus conueniunt sicut alteri in utroque casu locum habere debent.*
12 *Verba ubi sunt clara amplius non est ambigendum.*
13 *Proœmium dispositionis declarat eius causam finalem & principalem.*
14 *Clausula in fine contractus posita ad omnia pacta præcedentia referri debet.*
15 *Contractus interpretari debet ut contrahentes uideantur se confirmasse cum dispositione iuris communis.*
16 *Pactum primum speciale derogat sequenti generali quando illi expresse repugnat.*
17 *Contractus qui de iure communi absque appositione quorundam uerborum uno modo intelligebatur, quamuis illa uerba apposita fuerint, ex hoc aliter quam iure communi intelligi non debet.*
18 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*

RESPONSVM LXXVIII.

¶An pactū generale de soluēdo affictus singulo anno referatur ad pactū speciale primi anni.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Viso uenditionis instrumento ac diligenter considerato uidebatur emptorem non teneri ad affictus pro primo anno soluendos in recompensatione fructuum, cum per pactum speciale fuerint reseruati, & licet postea sequutum fuerit pactum generale de soluendo affictus singulo anno, tamen non debet re-
1 ferri ad pactum † speciale primi anni, cū clausula generalis non referatur ad specificata. l. doli clausula. de uerbo. obli. l. sanctio legum. de pęn. cum materia. & illi clausulę
2 generali, seu pacto generali derogatur † per specialem. l. uxorem. §. felicissimo. de leg. 3. & plene in l. in toto. de re gu. iuris. & hoc maxime debet esse in casu nostro, quia dicitur in pacto generali &c. fructuum percipiendorū de dicta possessione &c. & tamē illi de primo anno erant iam separati à fundo dictæ possessionis, ut dicitur in primo pacto pro maiori saltem parte: & sic uidebatur ex na-
3 tura uerborum illud ultimum pactum non referri ad tēpus primi anni, & præsertim † cum ꝯ uendētem hoc asserentem, & fundantem se in contractu in ultimo pacto debeat fieri interpretatio. l. ueteribus. ff. de pac. ¶Maturius tamen considerando dico emptores teneri ad affictus primi anni. Et præsuppono per primum pactum solum esse conuentum ut fructus spectent & pertineant ad emptores, quod autem soluant affictus uel non soluant nihil de hoc dictum est. ¶Secundo præsupono illud pactum

4 pactum fuisse necessariũ propter fructus separatos † qui appellatione rei uenditę non ueniebant:arg.not.in l.fructus pendentes.de rei uendica. ¶Quibus pręsuppositis apparet, cum per illud pactum speciale non excluditur præstatio affictus illius primi anni, quia non dicitur
5 in † contractu, ergo habet pro omisso.l.quicquid astringendę.de uerb.obli.& ibi plene not.& etiam not. in l.cō modisśime. de lib. & posth. quo casu remanet sub dispositione iuris communis, sed de iure communi si emptor
6 †]habet fructus rei emptę tenetur ad præstationē usurarum seu interesse respectu precij non soluti in recompēsationem fructuum:ut est casus expressus in l.curabir. C. de act. emp. & ita ibi illum summant Bal. & Sali.& plus
7 uolunt quod istę † usuræ sunt permissę de iure canonico, ne quis locupleretur cũ aliena iactura, & ita uoluit Bal. in l.petens.& ibi mod.C.de pac. ergo nō obstante illo pacto isti emptores tenentur ad usuras de iure cui non derogarunt, ut constat expresse in dicto cōtractu, immo nō fecissent illud pactum speciale quod fructus pertinerent ad emptores, nisi fructus fuissent pro maiori parte separati, cum proprer illos fuit necessarium pactum: ut dixi
8 in 2.præsupposito:nam quando inest qualitas ex†necessitate, illa est in consideratione & illius contemplatione uidetur factus actus, secundum Bald.in l.lege.C. de legi. hære.& per Abb.in rub.de appel.col.fi. faciunt not. in l. fideiussor.§.necessaria.qui satisd. cogan. ideo dici debet istud pactum non fuisse factum ad exclusionem affictus,
9 sed principaliter ut fructus separati includerētur, & † id quod principaliter agitur debet attendi.l.si quis nec causam.si certum peta.cum simi.& actus agentium non de-
10 bent operari ultra †eorum intentionem. l. non omnes.si cer.peta.cum simi.ergo cum istud pactum nec ex uerbis, nec ex intentione & ratione excludit pręstationem usurarum, & de iure communi debent præstari, omnino præstandæ sunt, & nihil repugnat, & hoc sufficit ad reportandam sententiam.sed ut Reuerendissimo ac iustissimo Vicario magis constet de euidenti iustitia uendentis dico debere hunc affictum non solum de iure communi, sed ex conuentione partium: ut probatur in dicto cōtractu circa fi. ibi, & quia iustum non est &c. ubi ipsi emptores promiserũt singulo anno soluere affictum &c. donec solutum fuerit precium. quæ uerba ita conueniunt primo
11 anno, sicut alijs †annis, ergo & dispositio.l.4.§.toties.de damn.infec.ubi Alex.& omnes per Bal.& Fulgo. & alios in l.si mancipia.C. de seruis fugi.immò non uerificarentur nisi primus annus comprehenderetur, quia non esset
12 uerum singulo anno &c. & sic cum uerba sunt clara†amplius non est disputandum.l.ille aut ille.§.cum in uerbis de leg.3. ¶Pręterea pondero illa uerba, & quia non est iustum nec conueniens quod. d. prior & fratres uno &c, quę uerba sunt per modum rationis & quia &c. & per
13 modum † pręfationis quo casu arguunt causam & rationem finalem.l.fi.de hæredi. instituen. sed illa ratio habet locum ita in primo anno sicut in alijs, cum & primo anno fructus habent emptores, & cum minori pretio, cum erant separati à solo, ergo & eadem dispositio.l.à Titio. de uerb.oblig.l.illud.ad leg.Aqui. ¶Itē quia illa clausula ꝙ soluatur affictus &c. est in fi. posita, ideo ad om-
14 nia pacta † pręcedentia debet referri.l.talis scriptura.de lega.j.c.secundo requiris.de appel.ergo & ad pactũ illud quod fructus primi anni sint emptoris, & maxime cũ militat eadem ratio, quo casu ad omnia refertur indifferenter:ut per Decium in d.c.2.requiris.qui allegat plura ad hoc:& per Ias. in d.l.talis scriptura. de leg. j. ¶Corroboratur:nam cum de iure sit ut soluatur affictus etiã pro primo anno.d.l.curabit.de act.empt.& dixi supra, debet
15 fieri interpretatio ut † cōtrahentes aliter non disposuerint, cum uideantur se confirmare cum iuris dispositione:ut not.Pet.de Ancha.in l.tres fratres.de pacto. in l.hæredes mei.§.cum ita.per Alex.& alios ad Trebe. per Soc. & alios in l. Gallus. §. quidam recte.de lib.& posthu.Ex quibus manifeste constat dictos emptores teneri ad affictus etiam pro primo anno, tam iure communi quam uigore contractus, quam etiam iuris præsumptionē, adeo ut iste casus redditur clarus, & propterea amplius non insisto. ¶Nec obstant adducta in contrarium, & primo pactum primum esse speciale, ideo derogat sequenti pacto generali, nec ad illud sequens pactũ se refert, quia dico illud procedere quando primum pactum expressē
16 excluderet † solutionem affictus & repugnaret sequenti: ita not.in d.l.in toto. & in d. l. doli clausula.sed expresse non repugnat:ut dixi supra.ergo illa ratio nihil facit:pręterea emptor non solum uenit uigore pacti, sed ex regula iuris cōmunis, ut dixi.¶Non obst.illud percipiendorum de possessione:quia licet essent separati utique erant in possessione, & sic uerba conueniunt. Præterea illa uer-
17 ba non debent † officere cum fine illis affictus de iure cō muni uenirent.arg.l.j.de rei uxo.act. & alias cum sint in-
18 ducta † ad argumentum operarentur diminutionem cōtra. l. legata inutiliter. de adim. leg. nec obst.debere fieri interpretationem contra uendentem qui se fundat in contractu quia retorquetur:nam uendens, ut dixi, habet fundatam intentionem de iure communi contra quam uult uenire emens uigore contractus & pacti, & sic se fundat in contractu, ergo contra ipsum debet fieri interpretatio dictę.l.ueteribus. Laus Deo.

Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Dominus in præiudicium emphyteutæ cui concessit, non potest alteri concedere etiam si meliorem offerat conditionem.*
2 *Agnati eorum quibus fuit concessa emphyteusis, finita linea omnibus alijs sunt præferendi, nec eis cōcessio potest denegari, alias possunt appellare.*
3 *Spurij etiam legitimati non succedunt in bonis datis ab ecclesia in emphyteusim.limita ut nu.14.*
4 *Sententia lata contra rem iudicatam non ualet.*
5 *Rescriptum principis contra sententiam, non habet effectum.*
6 *Sententia facit de albo nigrum, & econtra.*
7 *Ecclesia potest rem emphyteuticam alteri concedere absque citatione & monitione primi emphyteutæ, quando est eadem reuersa propter canonem non solutum.*
8 *Solutio canonis emphyteutici fieri debet ante finitum annum, & illi anno ascribi quo debeat solui.*
9 *Res emphyteutica ad hoc ut propter canonem non solutum reuertatur ad ecclesiam, requiritur lapsus biennij continui non consideratis temporibus statutis ad solutionem.*
10 *Hæres emphyteutæ uendens ignoranter rem emphyteuticam irrequisito domino non cadit à iure suo.*
11 *Purgatio moræ semper admittitur de æquitate canonica.*
12 *Militia pro ecclesia catholica suscepta, præstat iustißimum impedimentum.*
13 *Emphyteuta non soluens canonem per biennium continuum, si iuste fuit impeditus, expelli non potest.*
14 *Legitimatus ab habente amplißimam potestatem, admittitur ad emphyteusim ecclesiasticam, concessam alicui pro se & filijs suis &c.*
15 *Sententia quæ continet expressum errorem, nunquam transit in rem iudicatam.*
16 *Sententia lata non seruato ordine iuris, non ualet.*
17 *Instrumentum (de iure communi) non habet executionem paratam.*
18 *Emphyteuta cum consensu ecclesiæ, rem emphyteuticam donare potest.*
19 *Contractus celebratus cum tyranno nullius est momenti.*
20 *Contractus à subdito cum suo officiali celebratus, propter impreßionis præsumptionem, non ualet.*
21 *Preces principis, sunt præcepta.*
22 *Carcer affert ueram impreßionem, ac iustißimum metum.*
23 *Donatio facta de re magna à paupere diuiti & inimico, metu pręsumitur facta.*
24 *Secundus emphyteuta alienando, sequentibus quibus per primũ fuit ius acquisitum, præiudicare non potest.*
25 *Instrumentum facit rem notoriam, ita ut non sit opus alia disceptatione iudicij.*
26 *Factum, siue delictũ patris, nocet filio, in emphyteusi etiam auita.*

27 *Delictum*

27 *Delictum uasalli quamuis filio noceat in feudo, non tamen nocet agnatis.*
28 *Intellectus ad l.3.C.de iure emphyteu.*
29 *Dispositio loquens, tam de domino concedente in emphyteusim, quam de eius hærede, dum postea loquitur de emphytheuta simpliciter debet uerificari non solum in primo, sed & in eius hærede.*
30 *Dominus & emphyteuta correlatiua sunt & correspectiua.*
31 *Dispositio quæ dum in sui principio loquitur de emphyteuta intelligitur tam de primo, quam de secundo, si postea in sui fine de eo simpliciter loquatur, tam de primo, quam de secundo, intelligi debet.*
32 *Instrumentum approbare uolens, cum eius qualitatibus illud approbare debet.*
33 *Casus qui alias sub regula comprehendi non potest, ut exceptio sit de regula, contra naturam actus comprehenditur.*
34 *Periurus & mendax, procul à limine iudicij uenit repellendus.*
35 *Casus nouus in materia caducitatis.*

RESPONSVM LXXIX.

¶ An factum patris cõtra naturam emphyteusis noceat filio in emphyteusi etiam auita, ubi multa egregia in materia emphyteusis, & quæ inducant iustum metum ut cõtractus rescindatur.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ Punctus præsentis consultationis cõsistit, an agẽtes abbatię sancti Gregorij in Choncha potuerint inuestire filios do. Michaelis milui in bonis cuiusdam possessionis de qua agitur spectantis ad d. abbatiam. ¶ Et prima facie uidentur non potuisse, quia prius per agentes. d. abbatię fuit concessa Dionysio de Rõcho frigido, pro se filijs & nepotibus nascituris, in forma ualida, & nunc reperitur in rerum natura Dionysius nepos illius primi Dionysij & qui uocatur in inuestiturę, & sic cui ius est expresse acquisitũ ex tenore inuestiture per primum cõcedentem: iuxta tradita in l. ut iurisiurandi. §. si liber. de bopis lib. & in l. emancipatum. §. si
1 quis. de sena. sed † dominus in pręiudicium emphyteutę cui concessit non potest alteri concedere etiam si alius meliorem conditionem offerat: ut est casus in l. j. C. de iure emphyteu. & ita ibi not. Ias. & alij: ponit Bar. in l. j. C. fundo patrimo. lib. 11. per Alex. in consi. 79. in fi. quod
2 adeo † procedit ut agnati illorum quibus fuit concessum finita linea omnibus alijs sint præferendi, nec eis potest denegare, alias possunt appellare. l. j. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & ęstiua. & ibi Bar. Alex. in consi. 80. Viso. in 2. dubio. uol. j. ubi attestatur istam esse communem opin. & idem attestatur Dec. qui infinita allegat in consi. 121. Reuocatur. per totum. ¶ Nec obst. si obijciatur primũ Dionysium cecidisse propter canonem nõ solutũ, & q̃a decessit relicto Francisco filio legitimato propter lineã finitam reuersa est ad ecclesiam, cum † spurij etiam legiti
3 mati nõ succedunt in bonis datis in emphyteusim ab ecclesia, ut per Bal. & alios in l. generaliter. in fi. C. de instit. & subsli. per Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. chart. 21. ad Trebel. per Dec. in consi. 282. col. fi. & de canone non soluto sunt iura aperta: ut in auth. qui rẽ. C. de sacrosanc. eccl. in c. potuit. locati in l. 2. C. de iure emphy. cum concordan. ergo &c. & ita lata fuit sententia quæ uidetur transiuisse in rem iudicatam quo caso facit ius, itaque amplius non est disputandum. l. res iudicata. de reg. iur.
4 cum ibi plene notatis, adeo quod sententia † lata contra rem iudicatã non ualet. l. j. C. quando prouoc. non est ne
5 ces. nec † rescriptum principis ualet contra sententiam l.
6 fi. C. senten. rescin. non pos. & facit † de albo nigrũ & ecõtra. Bal. in c. nosti. de elect. cum multis uulg. ut per Cur. consi. 177. uol. 2. & propterea. d. ecclesia concessit domi. Raymundo pro se filijs & nepotibus, & Raymundus ipsius nepos nunc est in rerum natura, cui ius quęsitũ est, & cui potuit ecclesia concedere, quoniam quando res est reuersa ad ecclesiam propter canonem nõ solutum,
7 uel lineam finitam, † ecclesia potest cõcedere alteri absque aliqua citatione, & monitione primi emphyteutę. Roma. in consi. 212. quo ad primũ quo queritur. & late per Ias. in l. 2. col. 6. de iure emphy. & præsertim quando cecidit propter canonem non solutum, & lata est sententia ut in casu isto, quoniam ad ista sigillatim respondetur. ¶ Et primo pro solutione canonis non soluti, pręsuppono fuisse factam solutionem canonis de anno. 1485. quod solutio durat usque ad annum. 1486. de mẽse Martij per totam diem uigesimam, cũ tali die cepta fuerit emphyteusis, & ita durat, & semper solutio canonis fit seu fieri debet ante finitum annum, & quando de
8 scribitur † ascribitur illi anno quo debebat solui ut iuris est, iuxta tradita in l. 2. de iur. emphy. & in c. potuit. locati. & docet experientia, argumento notatorũ in c. qui sit. de electio. & hæc probantur in diaceris. d. ecclesię, & instrumento rogato, per ser Philippũ de Rabertis de anno. 147. die. 20. Martij, & sic apparet canonẽ fuisse solutum de anno. 1485. quæ solutio prodest usque ad annũ. 1486. die. 20. Martij, adeo quod si uolumus considerare canonem non fuisse solutum, habemus incipere à die. 20. Martij. d. anni. 1486. quo perspecto apertissime cõstat nõ fuisse lapsum biennium continuum à. d. die. 20. *Martij.* 1486. usq; ad mortem. d. Dionysij qui decessit de anno. 1488. de mense Ianuarij, sed ad hoc ut propter canonem
9 non solutum bona reuertantur ad ecclesiam † requiritur biennium continuum non consideratis temporibus statutis ad soluendum, ut uoluit Spe. in ti. de loca. §. nunc aliqua. uersi. 87. ponit Alex. in l. diuortio. §. ob donationem. sol. matr. Dec. in auth. qui rem. col. 4. de sacrosan. eccle. ergo non potest dici Dionysium cecidisse propter canonem non solutum, cum à die obligationis canonis nõ est lapsum biennium integrum, licet forsan lapsi fuerint termini præfixi ad soluendum, quod tamen non admittitur, sed supererant duo menses. Nec potest dici quod propter non solutum canonem saltem per hæredem res ceciderit in commissum, quia respondetur hæredem excusari per regulam. l. qui in alterius. de reg. iur. & ibi hoc uult
10 Dec. in fortioribus terminis † quando rem emphyteuticam uendiderit irrequisito domino potest Bal. in ca. j. si uasa. in titu. si controuer. fue. inter. domi. & agn. uasal. & ponunt moderni in d. l. 2. & tanto magis quia quamprimum, & ut ita dicam non expectato tempore purgandi moram, ecclesia declarauerit. d. Dionysiũ cecidisse, quod quam sit contra æquitatem, & præsertim canonicam ne
11 minem fugit, cum † de æquitate canonica semper admittatur purgatio morę. c. tua. extra de pœn. & notatur in l. si insulam. de uerb. obli. & maxime quia mihi præsupponitur in facto Franciscum filium. d. Dionysij fecisse incontinenti oblationem realem ut dicitur constare per publicum instrumentum. ¶ Accedat quoque unum nõ modici momenti quod mihi pręsupponitur in facto, prædictum Dionysium absentem fuisse ac iuste impeditum extitisse per plurimos menses militando in castris pro ec
12 clesia catholica: † quod quidem fuit iustissimum impedimentũ. l. hi qui in prouincia. l. milites qui. l. milites om
13 nes. ff. ex quibus cau. maio. sed non † soluens canonẽ per biennium continuum, si fuit iuste impeditus non potest expelli, & hoc casu pactum & dispositio legis super biennio non habet nocere. Anto. de Butr. in c. significante. de pigno. in 4. notabili. Ias. in d. l. 2. col. 19. uer. *uigesimo septimo quęro.* C. de iur. emphy. & per Dec. in *d. auth. qui* rem. C. de sacrosan. eccle. col. 4. cum similibus. *Ex quibus* (saltem simul iunctis) apertissime constat nec. d. Dionysium nec eius hæredem propter canonem non solutum cecidisse, & saltem restitui posse. ¶ Minus quoque obstat obiectio de linea finita cum aderat Franciscus eius filius legitimatus, & licet sit altercatio, an legitimatus ueniat in emphyteusim concessam ab ecclesia pro se & filijs, & magis communis opinio uideatur esse quod non: per ea quæ dixi supra, tamen cum in casu nosto expresse legitimatus est ab habente amplissimam potestatem, ut succedat in bonis emphyteuticis concessis ab ecclesia
14 cessant omnes obiectiones, cũ hoc † casu succedit & non habet locum communis opinio: ut dicit Dec. post alios in l.

in l.generaliter.in fi.C.de institu.& substitu. sub condic.
fact.& in consi.169.& hic non me extendo,cum hoc sit in
dubitatum & sæpius consului,& ex istis apparet senten-
tiam nullam esse nec in rem iudicatam transire potuisse.
15 nam † quando sententia continet expressum errorem
nunquam transit in rem iudicatam:ut no. in c. j. de sen-
ten.& re iud.& in c.fraternitatis.de frigid.& malefi.in l.
j.C.senten.rescin.non pos.per Alex.in consi.163.col.fin.
uolu.4.& idem quando ex falsa causa est lata : ut ibi per
Alex.sed ista fuit lata propter canonem non solutum,&
lineam finitam,& apertissime constat utrunque falsum
esse per supradicta,ergo sententia tanquam ex falsa cau
sa lata non potuit transire in rem iudicatam,nec præiu-
dicare,& præsertim quia mihi præsupponitur in facto,
eam latam fuisse non seruato iuris ordine,nec interue-
nientibus litis contestatione libello &c.quo casu non ua
16 let,† ut no.in l.prolatam.C.de senten.cum uulg.& quia
dicit instrumentum habere executionem paratam de iu
17 re, quod † continet expressum iuris errorem.l. minor.
25.annis cui fideicommissum.ff.de mino.& sic non est in
consideratione.iuribus uulgarib.& per consequens re-
manet sublata obiectio de sententia. ¶Secundò non ob
stat si obijciatur.d.Franciscum filium legitimatum Dio
nysij primi emphyteutæ cum consensu ecclesiæ donasse.
d.Raymundo stipulanti pro se filijs & nepotibus, quod
18 de iure fieri potuit:nam † emphyteuta cum consensu ec-
clesię potest donare:ut est tex.in l.2.C.de iure emphy. &
ibi no.omnes,immò multi tenent,quod licet in uendi-
tione requiratur consensus ecclesiæ, tamen in donatio-
ne non requiritur rationibus de quibus ibi per eos,& ita
tenet gl.Iacob.Butrig.Oldr.Alber.Bal.in l.si domus. §.
fi.de leg.j.ubi dicunt istam fore communem opin.& infi
nitos referunt,& sequitur Ias.in d.l.2. de iure emphy.nu.
31.ubi plura:si igitur potest irrequisito domino,sine dif
ficultate & poterit cum consensu domini,sed hic interue
nit,ergo &c. ¶Nam ad istud respondetur præsupposi
tis quibusdā in facto quę mihi narrata fuere, huiuscemo
di donationem nullius momenti esse & in nihilo pręiudi
care:nam d.Raymundus de facto tunc temporis guber-
nabat Ariminum & se gerebat tanquam tyrannum,adeo
ut omne quod quomodocunque per eum gerebatur,siue
iure,siue iniuria,ratum ac firmum erat. item scripsit lite
ras ad fauorem ecclesiæ ut d.Franciscus dicta possessio-
ne spoliaretur,ac priuaretur prout fuit priuatus, ipsum
quoque Franciscum in carceribus posuit. ¶Prӕterea do
natio fuit facta nulla interueniente causa, & postquam
erat spoliatus,& d.Raymundo erat facta renouatio quo
rum quodlibet de per se annullat contractum:nam con-
19 tractus † celebratus cum tyranno est nullius momenti:
ut per Bar.in tracta.de tyranno.col. 3.plene per omnes
in l.si per impressionem.C.quod met. cau. immò & si ut
tyrannus nō gessisset, nihilominus cum erat ut princeps
& dominus,& apparet eum contra Franciscum sibi do-
nantem scripsisse,contractus dicitur factus per impres-
sionem quæ dicitur probata ex istis coniecturis,& nō ua
let: iuxta not. in d. l.si per impressionem. C. quod met.
20 cau.immò & si simplex officialis fuisset non † debet uale
re contractus,per l.j.de contr.iud.& licet docto.in l.prin
cipalibus.ff.si cer.pet.uelint hoc limitare in iudice origi
nario,nihilominus ubicunque potest apparere de aliqua
impressione,& metu seu malo animo,omnes fatentur cō
tractum esse nullius momenti, nam totum fundamentū
eorum est in impressione, & ubi est seu præsumitur esse
non ualet:ubi non præsumitur esse ualet,& ideo si donat
ipse officialis ualet quia cessat omnis impressio , ut ibi
per omnes : sed hic adsunt coniecturæ maximæ, ut com-
minationes, literæ commendatitiæ contra. d. Francis-
21 cum, & † preces principis sunt præcepta,& nutus & uo-
luntas,& multa similia quæ late ponuntur per moder.in
l.interpositas.C.de transac.in l.in omnibus.de reg.iuris.
& in c.fi.de appel.ubi late per Dec.& in consi.219.cum si
22 mi.& maxime,quia interuenit † carcer qui affert ueram
impressionem ac iustissimum metum.l.qui in carcerem.
ff.quod met.cau.& plene traditur in locis supra allegatis
ubi est locus suus,non transscribo. ¶Accedat quoque
hanc cessionem fuisse factam ex causa donationis quæ
23 cum sit de re magna † & à paupere diuiti facta, & inimi-
co qui scripsit contra eum quem etiam detinuit in carce
ribus,nō potest dici secundum iuris coniecturas, de qui
bus in l.quę dotis.sol.ma. per doc.esse facta nisi propter
metum ac uiolentiam tyranni.quæ omnia si recte consi-
derentur non reperietur casus in quo magis de uiolenta
impressione constet.& ita puto quemlibet sanum iudicē
arbitraturum , saltem his omnibus concurrentibus . sed
quid plura?& si hæc non interuenissent solū ex hoc colli
gitur impressio quę habet uitiare donationem & contra
ctum,quia iste Franciscus fuit priuatus illa possessione,
& fuit concessa principi , & post priuationem & cōcessio
nem factam principi,absque causa donauit illam princi-
pi,quibus concurrentibus non potest dici, hoc fuisse fa-
ctum , nisi quia uidebat se priuatum , & principi datum,
adeo quod lex pręsumitur,quod cum fecit sine causa, so
lum ob hoc fecit:quia minę præcesserint,& istud est adeo
potens quod uitiat actum:& per istam rationem ita con
suluit Cur.Iunior in consi.226.col.2.in 2.parte.& hic ca-
sus uidetur indubitabilis his omnibus simul concurren-
tibus. ¶Tertio principaliter non obst. si obijcitur di-
ctum Franciscum nupertime alienasse dicta bona domi
no Michaeli stipulanti pro se & filijs &c.cum consensu ec
clesię & interuenientibus solennitatibus requisitis:iux-
ta plene tradita in d.l. 2. C. de iure emphy. & sic Diony-
sius Iunior tenetur approbare factum sui patris, argu. l.
cum à matre.C.de rei uendic.cum concordan.de quibus
ibi,quoniam ad istud respondetur quod cum Franciscus
sit secundus emphyteuta : & eius filij habent à primo cō-
24 ducente † alienatio sua non potuit præiudicare sequenti
bus,& per consequens Dionysio Iuniori : ut uoluit Alex.
in consi.106.Viso.col.4.Corn.Peru.in consi.199.In præ-
senti consultatione lib.2.& in consi.110.li.4. & per Dec.
post istos in consi.239.col.3.cum concor. de quibus ibi
per eos. Ex quibus manifeste apparet de bono iure. d.
Dionysij competenti sibi ex prima inuestitura facta Dio
nysio auo dicti Dionysij Iunioris,tam aduersus Raymun
dum secundo inuestitum,quam aduersus filios hæredes
dicti Michaelis non obstantibus quibuscunque contra-
ctibus factis per d.Franciscum. ¶Maturius uero conside
rans dico filios do.Michaelis habere potiora iura & pre
ferendos esse d.Dionysio Iuniori:quoniam sunt inuestiti
ab ecclesia in forma ualida,ut patet per eorum instrumē
25 tum authenticum,quod facit † notorium ita ut non sit
opus alia disceptatione iudicij:ut per Bar. Alex. & om-
nes in l.j.in prin.de noui ope.nun. ubi Ias. & mod. accu-
mulant infinita quę non transscribo , & ecclesia potuit
eos inuestire cum facto & delicto contra naturam con-
tractus emphyteutici.d.Francisci filij Dionysij primi con
ducentis,iure medio exclusis sequentibus nominatis in
concessione, res est deuoluta ad ecclesiam,quæ tanquam
domina potuit cuicunque concedere:iuxta plene tradi-
ta.in d.l.3.C.de iure emphy. & in d. c. potuit loca. quod
autem esset deuoluta probatur ex his quæ præsupponun
tur in facto:nam dicitur hunc Franciscum irrequisita ec
clesia uendidisse domino Michaeli pro magna quantita-
te precij,deinde ficte pro parua quantitate pretij ad frau
dandam ecclesiam uendidisse accedente consensu eccle-
siæ,seu renouatione cum hac conditione & sub infrascri
ptis pactis , uidelicet quod si reperiretur. d. Michaelem
emisse suprascriptas res à suprascriptis uenditoribus pro
maiore pretio , quam supra expressum est : quod tunc &
casu pręsens instrumentum & omnia & singula in eo con
tenta sunt nulla & inualida,& pro non factis habeantur:
ut latius in dicto instrumento.ex quibus manifeste colli
gitur eum uendidisse sine consensu ecclesiæ,quo casu res
est deuoluta ad ecclesiam.d.l.3.cum ibi plene no.C.de iu
re emphy.ex facto.d. Francisci contra naturam contra-
26 ctus, quo casu & si auita sit emphyteusis † nihilominus
factum patris nocet filio , & sic nepoti primi recipientis:
ut uoluit Bar.in l.3. de interdic. & releg. & ibi Ang. Bal.
in l.adoptiuum.§.patronū.de in ius uocan.& in l.eman-
cipatum.

cipatum.§.sed si pater.ff.de sena.& per Sal. in l.2.C.de iure emphy.q.22.in fi.Spe.in ti.de loca.§.nunc aliqua. uer. 2.Bal.in l. fi.C.de lib.cau.Io.de Imo.in c.2.de feu.nu.18. Bal.in l.lege duodecim tabul.C. de legi. hære. & cũ Bar. sub breuitate transit Are.in l. pro hærede.§.quid tamen. circa fi.de acquir.hæred.Pau. de Cast.in consi. 162. circa id quod primo quæritur.Soc.in consi.25. do. Franciscus col.5.uol.j.ubi post Spe. allegatum per ipsum simpliciter transit cum Bar. in d. l.3. de interdi. & releg.quã doctrinam etiam approbat Alex. in consi. 30. quoniam omne datum col.5.uol.j uer.non obst.l.2. de iure emphy.item in uersi.non obst.ea quæ not.Bar.in l.3.de interdic.& releg.ubi Alex.approbat doctrinam Bar. scilicet,delictum patris nocere filio in emphyteusi auita,uult tamen quod
27 licet noceat filio† non tamẽ noceat agnato quantum ad feudum,& ibi alleg.infinitos doct.& assignant rationem diuersitatis, sed hic agitur an noceat filio, quem casum ipse admittit pro expedito, ergo expresse quantum ad casum nostrum approbat dictũ Bar.& idemmet dixit Alex. in consi.2.uol.5.col.5.Imo.in c.2.de feud.& ibi do.Abb. qui transit cum opi.Bar. & opi.Bar.approbatur etiam ab Imo.in l.stipulatio.§.si quis ita. in fi.de uerb.obli.ibi,tu dicit ut per Barto.& opinio ista in emphyteusi uidetur uerissima & à multis recepta, & ultra istos posset infinitis rationibus & authoritatibus comprobari, quas tanquã non necessarias prætermitto, præsertim cum habemus tex.in d. l. 3. C. de iure emphy. qui priuat emphyteutam
28 alienantem † sine consensu domini,& uult eum amittere emphyteusim, & habet locum tam in primo quam in secundo emphyteuta, quod ultra supradictos docto.comprobo,multipliciter ponderando dictam.l.3.Nam loquitur generaliter, ergo generaliter debet intelligi, etiam si sit materia restringibilis. gl. in c. contra Christianos.de hæreti.in 6. Alex. in auth.ex testamento.C.de colla. & si maior ratio sit in uno casu quam in alio.l.j.§. quod antẽ de alea.& maxime quia ita secundus emphyteuta est proprius emphyteuta sicut primus, ergo dispositio se habet ad utrunque,cum à proprietate sermonis non est recedẽdum, iuribus uulga. & quia est indefinita legis quæ æquipollet de proprietate uniuersali:ut per Bar.in l. pluribus de legat. 2. sed si dictum fuisset omnis emphyteuta alienans &c. nulli dubium quod ueniret tam primus quam secundus,ergo debet uenire,cum idem est de proprietate uerborum ac si id dictum fuisset.suadetur, quia illa lex est facta ad commodum utriusque tam emphyteutę quã domini,ut in ea patet: sed dum loquitur de domino habet locum tam in domino concedente, quam in eius hærede.& sic in secundo domino,ergo † idem dici debet in
29 emphyteuta ut seruetur ęqualitas inter contrahentes.iuribus uulga.& ęqualis fiat determinatio. l. iam hoc iure. de uulg.& pupi.& hoc maxime quia † ista sunt correlati
30 ua & correspectiua dominus & emphyteuta, cum non detur unus sine alio, & dispositum in uno habet locum in alio.l.fi.de acceptilatio.l.j.de cupres. sed uerbũ domino, uerificat in secũdo.ergo, & uerbũ emphyteuta. ¶Corroboratur istud, quia immò & illudmet uerbum emphyteuta prolatum in principio legis, in medio & per totam legem dum imponitur ei ut denunciet domino, & expectet per duos menses,& soluat ei laudemium, & domino inter tempus non respondente ius suum expediat, uerificatur: & secundũ omnes intelligitur tam de primo,quã de secundo emphyteuta. ergo dum in fine dicitur quod si aliter fecerit cadat à iure emphyteutico,debet † intelli
31 gi tam de primo,quã de secundo emphyteuta, tum quia una pars orationis declarat aliam.l.utrum.de pet.hęred. cum simi.tum quia habet relationem ad præcedentia,ergo secundum illa debet intelligi.l.in testamento.de cód. & demon.traditur in l.admonendi. de iureiu.in j.gl.cum simi.de quibus ibi per nouissimos. ¶Præterea facit: nam ille stipulans stipulatus est cum pacto,quod si non soluat per biennium cadat à iure suo. si igitur sequentes uolunt uenire ex instrumento primi,& illud approbare,
32 debent†approbare cum suis qualitatibus, & sic acceptãdo accipiũt cũ sua qualitate,arg.no.p Bar.in l.Aurelius. §.idem quęsijt.de lib.lega. ¶Corroboratur etiã, quia ille tex.excipit quosdã casus in quibus emphyteuta alienans irrequisito domino non cadit,ut si est in pacto &c. quæ exceptio habet locum tam in primo,quam in secundo emphyteuta,ut oẽs admittunt,ergo & regula legis debet habere locum tam in primo emphyteuta,quam in secundo,cum exceptio debet esse de regula, & declarat regulam in quibus terminis loquatur.l. nam quod liquide §.fi.de penu lega.l. damni infecti. ff.de dam. infe.immo
33 & si ex uerbis regulę† casus aliquis non posset cõprehendi,tamen ut exceptio sit de regula,contra naturam actus comprehenditur:ut est tex.in c.eum qui ad agendum.de procur.in 6.& ibi not. Domi.& per Dec.in l. j.de reg.iur. cum simi.ergo fortius in d. l. debet cõprehendi.tam primus emphyteuta,quam eius successor,cum ultra declarationem exceptionis ex proprietate includatur,& ex regula iuris quæ habet eiusdem iuris debere esse hæredẽ cuius erat prædecessor. l. hęredem de regu.iur. sed primus alienando præiudicabat secundum omnes,ergo & secũdus, & hęc ultra alios uolui dixisse ut sit magis satisfactum cõscientię domini iudicantis,præsertim in hoc casu ubi non solum alienauit sine consensu ecclesię,sed noluit postea ecclesiam fraudare faciendo contractum fictitium, & simulatum,& falsum.ac mendatium committen
34 do cum iuramento,adeo quod est periurus,& † periurus quantum sit expellendus plene not.in l. si quis maior.de transactio.& mendax plene per Hippo.in rub.de fideiuss. & simulatos contractus conficientes & fraudantes per Cępo.in tract.de simu.contra.cum infinitis uulgaribus, quæ taceo uti notissima, immo adest expressa prohibitio ecclesię & declaratio,quod intendit cõsentire: ut patet in dictis instrumentis, ubi uult consensum præstitum haberi pro non præstito,& per uerba satis pręcisa, ut est tunc & eo casu.l.4.de condi.& demõstra. & satis prægnãtia ut ibi,nulla & inualida & pro non factis, quæ geminatio quanti effectus sit, iura sunt uulgaria:ut late per Fel. in c.si cautio.de fide instr.per mod.in l.etiam. solu. mat. cum sim. & iste est casus diuersus ab articulo scribentiũ, quoniam solum loquuntur quando sine consensu domini alienauit,hic non solum sine consensu domini, sed domino uetante. item non solum alienauit, sed fraudibus, mendacio ac periurio uoluit dominũ circunuenire, quæ qualitates concurrentes in casu nostro sunt tantę uirtutis, quod pro comperto habeo neminem doctorem et à tenentem contra Bar.hunc casum non admisisse, & cum habeat aliquam diuersitatem à casu tenẽtium contrariã opi.non potest fieri fundamentum in eorum dictis,& ad hoc rogo doctissimum iudicem animaduertere, quia in proprijs terminis non reperiet contradictorem:& est casus separatus & nouus. ¶Et ex istis apparet responsum omnibus adductis in contrarium,& in primis quod habet potiora iura: & ecclesia quę semel uni cõcessit nõ potest concedere alteri,quod uerum est,nisi facto emphyteutę sit res reuersa ad ecclesiã per supradicta. ¶Non obst.etiam secundum emphyteutam non posse nocere sequenti etiam cum consensu ecclesię, quia illud procedit secundum naturam emphyteusis, & ita loquunt consilia in ꝯrium allegata. secus quando agitur contra naturam emphyteusis,& ad damnum dñi.ita Bar.in d.l.3.de interdic.& releg. & alij allegati s.& infiniti quos non allegaui,cũ satis ex allegatis appareat opi. Bar. esse satis à ꝗplu ribus receptã,immo nõ habere ꝯdictorẽ, ꝯsideratis alijs qualitatibus interuenientibus in hoc casu:ut late dixi,propter quas qualitates principaliter in hoc casu ꝯsulo,nec mihi ꝯdico in ꝯsi.q̃m ibi nõ tenui opi.Sal.uti ueriorẽ,nec ꝑpter illã ꝯsului, sed qa in fraudẽ alienauit ut ibi dixi, quemadmodũ hic et propter qualitates prædictas ꝯsului,& principaliter respõdi. Laus Deo.O.M.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis non potest concedi personis prohibitis.*
2 *Milites,curiales,& potẽtiores,sũt ꝓhibiti cõducere res alienas.*

Emphyteusis

3 *Emphyteusis prohibetur concedi capitaneis, seruis, & omnibus personis, quæ non sunt idoneæ facilitate conueniendi.*
4 *Emphyteuta non potest alienare in potentiorem considerata persona ipsius emphyteuticæ. declara. nu. 2.*
5 *Lex fi. de iure emphy. expresse non loquitur de comitibus, & nobilioribus.*
6 *Leges allegatæ in gl. in dicta. l. fin. non loquuntur in contractibus emphyteuticis, nec debent extendi ad alias personas: ut in numero. 8.*
7 *Emphyteutico contractu ius in re acquiritur.*
8 *Extensio de persona ad personam non fit.*
9 *Plures rationes in dubio præsumuntur.*
10 *Dominus quando sua non interest, nec de aliquo conqueri potest, a regula promissæ alienationis recedere non potest in damnum emphyteuticæ.*
11 *Sine causa a regula non receditur.*

RESPONSVM LXXX.

¶Quando emphyteuta possit alienare in nobiliorem.

INVOCATO diuino suffragio. ¶In præsenti causa quærit, an emphyteuta ecclesiæ possit uendere iura sua inuita ecclesia comiti, uel alicui alteri, & nobiliori: in casu quo ecclesia non uelit pro se emere pro iusto precio oblato per dictū comitem. ¶Et uidetur prima fronte ꝙ nō possit per tex.
1 in l. fi. C. de iure emphy. ibi, si ius emphyteuticum † ad personas non prohibitas, sed concessas, & idoneas ad soluē
2 dum emphyteuticum canonem, sed milites, † curiales, & potentiores sunt prohibiti conducere res alienas. l. milites. l. curiales. l. fi. C. loca. & ita tenent gl. Bal. Saly. & Ias. in dicta. l. fi. ubi dicit istam esse communem, & alleg. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. qō. 116. ubi dicit ꝙ res eccle
3 siæ censentur † prohibitę conduci a capitaneis, militibus & omnibus personis quæ non sunt idoneæ facilitate conueniendi: idem sentit Imol. in l. si finita. §. de uectigalibus col. 4. de damn. infec. & dicit Abb. post Host. in c. potuit.
4 loca. ꝙ emphyteuta † non potest alienare in potentiorem considerata persona ipsius emphyteutæ, qui est priuatus, huiusmodi comites sunt nobiliores, ergo ſm cōmunia nō poterit alienare. ¶Melius tñ considerans determino ꝯriū præsupposito in facto ꝙ isti comites, & dñi, sunt eiusdem fori, cuius est emphyteuta, & sunt idonei ad soluendū canonē non solū facultatibus, sed facilitate soluendi, immo semper fuerunt, & sunt soliti, sponte, & faciliter suis ueris creditoribus satisfacere, eꝯ emphyteutam præsupponunt in facto hominē esse rixosum, litigiosum, habentem maximos fauores cū pontifice, ita ꝙ licet non soluat: ecclesia non audet eum pronunciare cecidisse. Itē ꝙ habet plures filios, & nepotes ex filijs: comites autem istos esse tantum duos fratres bonæ ætatis, & sine filijs: quibus præsuppositis dico per regulam generalē quæ habet ꝙ postquam emphyteuta denunciauerit dño se uelle uendere, & quantū precium inuenerit, & dñs per spaciū duorum mensiū steterit, licentiam habet ubi uoluerit sine consensu domini meliorationes suas uendere, omnibus exceptis personis
5 quæ solent emphyteuticis ꝯtībus uetari: ut dicit † tex. in d. l. fi. & ibi not. omnes. & not. in c. potuit. loca. sed isti comites, & nobiliores, licet sint maioris conditionis quam emphyteuta uendens, non reperiunt aliqua lege prohibiti
6 emphyteuticis ꝯtībus, & leges † allegatę in gl. nō loquūtur in ꝯtībus emphyteuticis, & intelligunt in casu quo ius in re non acquirerent, sed tm̄ rem alterius administrarent: alias emere nō possent, ꝙ est ꝯ tex. in l. si ut proponis. C. de rei uendica. cum uulg. sed per ꝯtum emphyteuticū
7 † acquiritur ius in re, immo utile dominium transfertur: ut not. in l. j. si ager uectig. uel emphy. pet. ut late demonstraui in d. l. fi. præterea retenta cōi opi. illorum a qua in consulendo non recedo, ꝙ illę leges habeant locum etiā in ꝯtībus emphyteuticis, dico ꝙ non loquuntur de nobilioribus, & potentioribus, alia nomina habentibus, ut comitibus, sed de militibus & curialibus: nec debent extēdi illę leges, cum loquantur in certis personis in materia prohibitiua ad alias personas etiam si militaret eadem
8 ratio, qm̄ licet fiat † extensio de uno casu ad alium propter identitatem rationis. l. si uero. §. de uiro. solu. matri. & plene in l. si constante. eo. tit. tñ nunq̄ fit de persona ad personā, ut per Are. in l. Gal. §. & quid si tm̄. de lib. & posthu. maxime quia in lege non scripta ratio &c. & in dubio
9 plures † præsumunt. Bar. in l. liberorum. de uerbo. signifi. col. 6. Areti. consi. 27. col. fi. Alex. consi. 97. Viso. col. fi. lib. 2. Soci. in consi. 11. Viso. lib. 3. ¶Nec obst. si dicat ꝙ licet iura hoc non dicant, saltem Spec. Ias. & alij supra citati, hoc dicunt: quia rñdeo ꝙ eis credendum nō est, cum sine lege loquant: ad no. in l. j. si cer. pet. & in l. illā. C. de colla. ¶Præterea dico ꝙ etiam si ipsis credere nolumus, prout in consulendo ab eis nō recedo, casui nostro non ꝯdicūt, nec in eo loquunt: nam loquuntur in potentiori qui non sit idoneus facilitate soluendi: ita Spec. ad literam hoc dicit in loco præallegato: & post alios Ias. ibi. hanc tñ conclusionem ꝙ in potentiorem & sic non idoneum facilitate soluēdi &c. sed isti sunt idonei facilitate soluēdi, & eiusdem fori ut præsuppositū est, ergo non aduersat casui nostro, sed sub regula complectit ꝙ possit fieri alienatio: & merito, cum in hoc casu data facilitate soluendi in nullo fit deterior conditio dñi, cum in emptore & si potentiori omnia iura ꝯtus emphyteutici seruantur, & domino ob
10 seruantur, unde cum sua non intersit, nec † de aliquo cōqueri possit, a regula permissę alienationis in damnū emphyteutę recedere non pōt, cum iure id non probetur, nec
11 doct. hoc casu loquant, cum sine † causa a regula nō receda tur: ad not. in l. j. & in l. omnis diffinitio. de reg. iur. ¶Et his stantibus quod in nihilo fit deterior cōditio domini responsum apparet ad adducta in ꝯrium, cum semper loquantur qñ illę personæ erant perpetuæ, ut ecclesia: uel non habebant facultatem soluendi, ut pauperes: uel non poterant constringi: & in eis non aderat facilitas soluendi, ut potentiores huius qualitatis: quę omnia in casu nostro cessant, & cum cessant rationes, & per inclusionē unius: omnes docto. in ꝯrium allegati tenent istam opinio. immo cum fiat melior conditio ecclesiæ propter qualitates præsentis emphyteutæ, & facilius pōt fieri solutio, & reuolutio ad ecclesiam. Itaque in hoc casu puto in nobiliorem rem emphyteuticā concedi posse. Et rogo doctissimum iudicem recte hunc casum considerare: & facile perspiciet æquissimum esse, nec leges, & doct. in proprijs terminis ꝯdicentes habere, & ex regula generali, ac mēte omnium scribentium decidi, licet casus nouus esse uideatur. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Confessio iurata in scriptis deducta facta in iudicio absente parte optime probat.*
2 *Dominus probans aliquem sibi affictus soluisse per triginta annos alicuius rei si allegauerit contractum emphyteuticum eo iure utetur contra soluentem quo uteretur si haberet instrumentum concessionis in emphyteusim.*
3 *Item contra illum postea non soluentem huic domino competunt omnia remedia quæ dominis concederentur aduersus emphyteutas.*
4 *Res emphyteutica domino restitui debet, & emphyteuta expelli postquam declarauit emphyteutam cecidisse, quia stetit per triennium uel annum secundum aliquos, si instrumentum erat iuratū quod non soluit canonem emphyteuticum.*
5 *Iuramento asserentis se librum amisisse non statur nisi doceat causam.*
6 *Liber tertij mortui facit fidem quando agitur de modica quantitate.*
7 *Forma statuti loci inter habitantes in loco uti lex propria ad unguem seruari debet.*
8 *Positiones quæ transiuerunt in rem iudicatam pro ueritate habentur.*
9 *Probatio nulla maior datur, quam partis aduersæ confessio.*
10 *Verba narratiua quo ad tertium non probant.*

11 *Intelle-*

11 *Intellectus ad l. optimam. C. de contrah. & committenda stipu.*
12 *Voluntas tacita, & coniecturata sufficit ad declarandum aliquē ab emphyteusi cecidisse.*
13 *Coniectura nulla fortior est quam ualiditatis actus.*
14 *Res emphyteutica ipso iure reuertitur ad ecclesiam quādo declaratum fuit cecidisse emphyteutam.*
15 *Exceptio canonis non soluti a tertio opponi non potest.*
16 *Acta non solum probant sed faciunt rem notoriam.*
17 *Exceptio non factæ solutionis a quocumque opponi potest cuius interest.*
18 *Qualitas adiuncta uerbo intelligitur secundum tempus uerbi.*
19 *Actus qui non ualet ut fit, debet ualere ut potest quando sumus in dispositione particulari.*
20 *Item quando adest iuramentum.*
21 *Ius mihi iam acquisitum per factum alterius tolli non potest.*
22 *Rei uendicatio ab emphyteuta uendicari non potest, nisi constet traditam fuisse rei possessionem.*
23 *Emphyteuta conditionem ex l. Zenonis, in dubio intentasse præsumitur.*
24 *Traditio rei emhyteuticæ non requirit ad hoc ut emphyteutæ competat rei uendicatio quando ipse est in possessione.*
25 *Conductor simplex non possidet.*
26 *Intentans rei uendicationem possessioni renunciare uidetur.*
27 *Rei uendicatio datur contra posidentem*
28 *Intentans rei uendicationem possessioni renunciare uidetur quando intentauit respectu eiusdem possessionis, secus si respectu detentationis.*
29 *Libellus ad fauorem libellantis interpretari debet.*

RESPONSVM LXXXI.

¶ An confessio iurata facta in iudicio ab asserēte se affictus soluisse alicuius re per quadraginta annos alteri, probet rem pro qua soluti fuerunt affictus esse emphyteuticam, ita ut cōtra illum postea non soluentem illi cui soluti fuerunt affictus competant remedia quę dominis cōpetunt contra emphyteutas, & multa circa probationē rei emphyteuticę.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ Cum hic casus ex deductis in processu satis liqueat, breuibus agam omisis argumētis ad partes, & considero Io. Iacobum de Raynerijs confessum fuisse in iudicio cum iuramento se soluisse affictus rei de qua agitur Piramo de Bambo ac eius filio affictuario hospitalis &c. a multis annis citra etiam excedentibus annos quadraginta & in posit. 20. fol. 110. confitetur filium Pirami esse Franciscum qui nunc agit, quę con-
2 fessio licet fuerit † facta absente parte, tamen cum fuit in iudicio & iurata ac in scriptis deducta optime probat ut de confessione iurata facta absente parte no. Barto. in l. cum quis decedens. §. codicillis. de lega. 3. Bal. in l. rationes. in fi. de proba. etiam si sint uerba narratiua: ut Barto. in l. ex hac scriptura. in ulti. colum. de donat. per omnes mod. in l. ex his, C. de milita. testa. de confessione facta in iudicio plene per glo. in l. 1. C. de confes. ubi per Sal. Pau. & omnes qui etiā ponūt de cōfessione posita in scriptis, & per Feli. in c. si cautio. de fide instru. ergo cum oēs istæ qualitates simul ꝯcurrant quarum unaquęq; est sufficiēs ad probandū, absq; dubio in hoc casu plenissima fit ꝓba-
3 tio, sed ubicūq; dominus † probat aliquē sibi affictus soluisse per triginta annos alicuius rei, perinde est ac si instrumentū haberet concessionis in emphyteusim, si alleg. emphyteuticum contractum. Bal. in l. 1. col. 5. C. de fidei. Bald. in l. si certis annis. col. 4. de pac. Alexā. in consi. 124. super primo uolu. 4. Dec. in consi. 146. colum. 2. ita ut cōtra illum postea non soluentem ille cui soluebatur affictus habet rei uendicationem conditionē ex lege Zeno-
5 nis. & omnia remedia † quæ competunt domino contra emphyteutam: ut per Spe. in ti. de loca. in §. nunc aliqua. in uersicu. licet. & seq. per Iaso. in l. 2. de iure emphy. char. 13. colum. 3. & per Curt. antiquum in consi. 15. in princi. ergo Bambo contra d. do. Iacobum competunt omnia remedia quæ competunt domino producenti instrumentū ꝯ emphyteutam, ac ei ita ius administrari debet sicut dño redditur contra suum emphyteutam, sed domino res emphyteutica restitui debet, & emphyteuta repelli postquam declarauit emphyteutam cecidisse, quia stetit per
4 triennium uel per annum, secundum aliquos † si instrumentum erat iuratum quod non soluit: ad abundanter tradita in l. 2. C. de iure emphyteu. per illum text. & in. capitu. potuit. loca. ergo ad fauorem Bambi qui per propriam confessionem aduersarij probauit se esse dominū & aduersarium emphyteutam ac declarauit emphyteutam propter canonem non solutum cecidisse sententia ferri debet, & res emphyteutica restitui expulso Iacobo uti emphyteuta ac in expensis condemnato, & id nullam uidetur habere difficultatem in hoc casu, cum ultra probationem solutionis affictuum factam confessionem aduersarij emanatam in iudicio ac iuratam multæ concurrunt coniecturæ ac probationes, & primo adest coniectura libri quem habebat, in quo constabat de omnibus affictibus solutis, & quem edere tenebatur omissa longa disputatione de qua in motiuis ex forma particularis statuti loci quod obseruatur coram quocunque iudice & in quocunque foro, licet sit in statuto mercatorum: ut in eo
5 & non statur iuramento † de amissione, cum non docet casum: ut per gl. Bar. Sali. communiter doct. in l. fi. de proba. cum simi. Adest quoque alia probatio, scilicet, liber Scipionis de Butrigarijs conductoris ad nouennium ipsius Bambi fornacis de qua agitur, & sic nomine Bambi rem ipsam tenebat in quo scriptæ sunt solutiones & debita pro affictu dictæ fornacis per nouennium, & hic liber
6 † facit plenam fidem non solum de iure communi, quia liber est tertij, & modica est quantitas & persona scribentis est mortua: ut per Pau. de Cast. in cōsi. 138. alias. 140. & per Decium, & moder. qui omnia ista ponunt in l. j. in 2. notab. C. de edendo. cum concordantijs ibi traditis ꝑ ipsos, sed etiam ex forma statuti loci quod inter habitantes in loco uti lex propria ad unguem obseruanda est:
7 † ad not. in l. omnes populi. de iustitia & iure. & ita apparet plene probari per hunc librum aduersarium longo tempore affictus dictæ fornacis soluisse non solum Piramo patri & Francisco filio, sed etiam Scipioni de Butrigarijs nomine. d. Francisci & eius conductori recipienti, quod idem est quo ad recognitionem dominij. d. Francisci, suadetur ex depositione nonnullorum testium in quorum præsentia soluit affictus. d. Francisco ut emphyteuta ipsius. facit quoque protestatio quædam facta per Bernardinum eius fratrem nomine. d. Io. Iacobi, in qua fatetur Io. Iacobum conducere ab illis de Bambo, & propter ea uelle eis soluere ut in ea quæ omnino uideatur & optime constabit iudici de bono iure. d. de Bambo, maxime cum per testes productos per d. Io. Iacobum deponatur. d. Bernardinum successisse in iuribus Raynerij qui conduxit. ¶ Corroboratur ex positionibus pronunciatis pro confessis a quibus licet fuerit appelatum & de nullitate dictum & restitutio in integrum postulata, nihilominus earum pronunciam per deserti onem transiuisse in rē iudicatam reiectis appellationibus restitutione ac de nul-
8 litate dictione fuit per sententias declaratum, adeo † ꝙ pro ueritate habentur: ad nota. in rub. de re iudi. & in l. res iudicata. de regu. iuris. & ita ueritas se habet si recte processus spectetur reiectis nonnullis obiectiunculis partis aduersæ quas uti relatione non dignas taceo, maxime cum propter lapsum terminorum, ex forma legis municipalis habentur pro confessis. sed in positionibus dicitur Io. Iacobum conducere illam fornacē cum quodam prædio a Francisco de Bambo & eius patre & per multa tempora uti emphyteutam ei soluisse, ac eū in dñm & possessorē recognouisse, & ꝓpter omissam solutionē a iure suo cecidisse, & ita declaratum fuisse, & multa alia de quib. in dictis positionib. quæ cum sint probatæ ex ꝯfessione par-
9 tis aduersæ † qua nō dat̄ maior probatio. l. gñaliter. ubi Sali. & alij. C. de non nu. pec. cū si. sequit̄ necessario ex cōfessione & probatione partis aduersæ intrepide iudicandū esse pro dicto Francisco, tā in possessorio, ꝙ̄ in petitorio, ꝗ absq; dubio M. D. meos facturos esse pro cōperto

habeo

habeo omnibus supra deductis saltē simul iunctis,quorū
singula de per se sufficerēt,& id eo magis esse debet,cū ni
hil pro parte Ioan. Iacobi allegetur ꝙ in iure suffragetur,
ꝙ demonstratur ac simul ad obiecta respondetur. ¶Nā
titulus emptionis quem allegat cū consensu domini Lau
rentij non probat.d.Laurentium fuisse rectorē, quia sunt
10 uerba narratiua † quæ non probāt quo ad tertium, & sic
ꝯ Bambum, maxime cum de eo principaliter opponitur:
l.ad probationem.C. de probationib. cū ibi plene not. &
ponit Bar.in l.ex his de mili.testamen.& quia fuit negatū
per ipsum Ioan. Iacobum cum iuramento illum locum
non spectare ad aliquem rectorem nec a rectore habuisse,
ideo eius probatio super hoc tanquā facta a periuro non
pōt sibi in aliquo opitulari,iuribus uulgarib.Nec his casi
11 bus loquitur.l.optimam.de † contrahē.& committen.sti
pulatio. in motiuis adducta,cum loquatur inter ꝯhentes
& non ꝯ tertium:s̄m Bar.& cōiter doct.in auth.si quis in
aliquo.C.de edend.nec qñ instr̄m & testes a periuro pro-
ducantur,nec testes etiam probant authoritatem.d.Lau-
rentij, & dato sine præiudicio ueritatis ꝙ probaretur di-
ctus titulus,& eius probatio admitteret̄ quantuncunque
sit periurus, nihilominus dicta locatio illis de Raynerijs
non potuit prodesse,cum res locata reuersa esset ad recto
rem propter cessationem solutionis factæ rectori qui de
anno.1513.illam locauit illis de Bambo per quam loca-
tionem declarauit uti tanquam necessarium antecedens
a iure suo cecidisse.nam ad declarandū aliquem cecidisse
non requirit̄ expressa declaratio,sed sufficit tacita & con-
12 iecturata † uoluntas:ut per Alex.in consi.106. col.4.in 4.
uol.& per Dec.in consi.146.col.3.uersi.ultimo.nō obstat.
13 Sed nulla fortior coniectura † est quām ualiditatis actus
quæ omnibus alijs anteponitur,ut late congerit Dec.in l.
in ꝯhenda de reg.iur.ergo ut ista sequens locatio facta il-
lis de Bambo ualeat habemus pro firmo tenere per prius
uti necessarium præambulum saltem tacite declarasse il-
los de Raynerijs cecidisse qua declaratione etiam tacite
14 facta ipso iure † res reuertitur ad ecclesiam ita ꝙ nō ad-
mittitur amplius purgatio moræ:ut late per Dec.in dicto
consi.146.& in istis terminis cessat obiectio de no.per Ia
15 so.in l.2.col.2.C.de iure emphy.† ꝙ exceptio canonis nō
soluti non potest opponi a tertio, quia illud procedit qñ
dñs non declarauit.secus qñ declarauit:ut ibi dicit Iaso.
sed hic declarauit:ergo &c.¶Nec obstat dum dicebatur,
non fuisse probatum canonem non fuisse solutum, quia
r̄ndetur unico uerbo omissa disputatione, cui incumbat
onus probandi non solutum, & dico id probari per suam
dispositionem iuratam de qua supra, in qua dicit ꝙ non
recognoscit nec unquam recognouit rectorē nec illis sol
uit,sed illis de Bambo quantuncunque d.Hieronymus de
anno.1505.factus fuit rector,& super hoc non potest dari
maior probatio. Item probatur per positiones confessa-
tas.& istud sufficit ut potuerit priuari per rectorem, cum
ex actis constet etiam ex propria confessione quæ non so
16 lum probant,sed † faciunt rem notoriam:ad no.in c.qm̄
ꝯ.de proba. ¶Præterea ex quo tractat̄ de interesse istorū
de Bambo,cū non fuisse solutū per illos de Raynerijs ope
rat̄ concessionem & locationē illis factā ualere:& ita sua
interest per illos de Raynerijs non fuisse solutū, & est ma-
ximū interesse,cum ab eo pendet ualiditas sui instrumen
ti,& iurium suorū, & habet ius in re potest dici ꝙ ab illis
de Bambo potest opponi de solutione nō facta tertio, sed
17 et a creditore, & a quocunque † prætendente habere ius
in re,& illud ꝙ dr̄ a tertio nō posse opponi procedit in ter
tio penitus extraneo de cuius interesse aliquo modo non
agitur:s̄m Cyn.& cōiter docto.ut attestatur ibi Ias.in l.2.
col.45.C.de iure emphyteu. & sufficit ꝙ tempore opposi-
tionis habeat ius in re ex mente docto. si considerent̄ eo-
18 rum uerba,cum sufficiat ꝙ † qualitas adiuncta uerbo in-
telligatur s̄m tempus uerbi. l.in delictis. §.si detracta. de
noxalib. l. Titius. de mili. testamen. & dum etiam dice-
batur instrumentum locationis factū illis de Bambo non
posse habere effectum propter renouationem non petitā
ab illis de Raynerijs,cum tempore locationis illorum de
Bambo non adhuc uenerat tempus petendi renouationē,
& nihilominus fuit facta locatio ut ab illa die inciperet:
respondet̄, si illa locatio non potuit ualere propter reno-
uationem non petitam ut tunc inciperet debet ualere eo
modo quo potest,& sic ut incipiat eo tp̄e quo potest, cū
19 sumus in dispositione particulari † quo casu si actus non
ualet ut fit debet ualere ut potest.l.j.§.si quis ita.de uerbo
rum obligationib.cum ibi plene not.maxime qñ adest iu
20 ramentum † l.cum pater.§.filius fratrem. de legatis.2. ꝙ
procedit tam respectu actus quam tp̄is, & rei:ut per mo-
dernos in d. §.si quis ita.nec dictum domini Leonis po-
21 tuit præiudicare illis de Bambo quibus † erat ius quæsitū:
ad notata in l.fi. de pactis. & hæc sint dicta ex abundanti
cum sufficiat confessio iurata Ioan. Iacobi ꝙ nunquam
cognouit rectorem illius hospitalis.minus quoq; obstat
ꝙ ex quo intentauit rei uenditionem male egit cum non
22 † constet ꝙ sibi sit tradita possessio prout requirit̄:ut per
Specula.in §.postquam.uersi. si autem emphyteuta. in ti-
tul.de locato. quia respondetur ꝙ non constat ꝙ intenta
uerit rei uendicationem, & in dubio debet intelligi cōdi
23 ctio † ex lege Zenonis intentata uti propria & peculiaris:
argu.eorum quæ ponunt̄ per Ias.in l.j. in gl. in uerbo,cu-
stodiri.C.de iure emphy. ¶Secundò dico ꝙ traditio non
24 requirit̄ qñ † emphyteuta est in possessione:argu.§.uendi
tę.cum similibus.institu.de rerum diuisio.hic autem con
stat ex instr̄o si bene legat̄,cum saisfacit domino pro prę
terito tp̄e &c. ¶Tertiò dico,ꝙ uana est ista oppositio,cū
ipsemet in positionib. fatetur illos de Bambo dominos.
¶Item circa possessionem aliter non insistam,cum con-
stet istos de Raynerijs nullam habere possessionē,& apud
illos de Bambo possessionem existere per confessionem
propriam Ioan.Iacobi de qua in positione per quam de-
claratur debere intelligi omnia dicta testium productorū
pro parte sua dato ꝙ in aliquo concluderent:quod tamē
negatur quod nomine illorum de Bambo illos actus fa-
25 ciebat uel ut simplex conductor † qui non possidet. l.so-
let.loca. cum ipsemet Ioan. Iacobus fateatur illos de Bā
bo possidere nō comprobabo aliter,sed solum responde-
bo ad obiectum quod fit per partem aduersam, scilicet
26 illi de Bambo ex quo intentarunt † rei uendicationem ui
dentur possessioni renunciasse, cum de necessitate talis
27 † actio detur contra possidentem.l. in rem. de rei uendi-
catio.& maxime quando sciebat se possidere: s̄m Bar.in l.
naturaliter.§.nihil commune.in 2.col.de acquir.poss.
¶Nam respondetur ex supra deductis negando rei uendi
cationem esse intentatam. ¶Secundò dato quod sit intē-
tata rei uendicatio dico tunc per rei uendicationem re-
nunciatum possessioni quando respectu eiusdem posses-
28 sionis intentatur, secus † quando respectu alterius uel
detentationis:s̄m Bar.in loco præallegato:& glo.Barto.
Ias.& communiter docto. ut ibi attestatur Iaso. in dicto.
§.nihil commune. in 5. lectur. sed hic non apparet quod
intentauerit respectu eiusdem possessionis, immo respe-
ctu turbationis de facto & sic detentationis:ut patet in li-
29 bello d. de Bambo qui debet † interpretari ad eorum fa-
uorem.l.si quis intentione ambigua.de iudic. cum simi.
Et ita omnibus obiectis in effectu responsum esse,& de bo
no iure istorum de Bambo apertissime constat.

Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

S V M M A R I V M.

1 *Bonorum appellatione ueniunt bona tam mobilia,quam immobilia iura & actiones.*
2 *Obligatio generalis omnium bonorum competens pro dote comprehendit,tam bona præsentia, quam futura, mobilia & immobilia,& pecuniam.*
3 *Res alteri hypothecata, nihilominus remanet in bonis hypothecantis.*
4 *Verbum permanere,denotat perfectionem.*
5 *Statutum generaliter loquens, licet sit contra ius commune, & odiosum,nihilominus quatenus uerborum proprietas patitur generaliter intelligi debet.*

6 *Lata interpretatio quæ ex uerborum proprietate insurgit nõ ex cluditur in materia odiosa.*

7 *Subaudiendum unquam nihil est, in statutis quæ sunt contra ius commune.*

8 *Interpretatio fit ut statutum adaptetur ad communiter accidentia.*

9 *Indefinita legis, de proprietate æquipollet uniuersali.*

10 *Assertioni partis standum est.*

11 *Soluendo quis satis esse probatur, quando contrarium non probatur.*

12 *Statutum loquens de contractu, & renunciatione præiudiciali non habet locum in contractu, & renunciatione non præiudiciali.*

13 *Statutum loquens in uno casu non uendicat sibi locum in alio, de quo expresse non facit mentionem.*

14 *Priuilegiatus contra priuilegiatum non utitur priuilegio.*

15 *Statutum contra ius commune stricte debet interpretari: ut minus deroget iuri communi.*

16 *Et ut saltem non comprehendat casum dotis priuilegiatum.*

17 *Statutum annullans renunciationem mulieris, non uendicat sibi locum in alijs bonis matris quando ea pro obseruatione absolutionis obligauit. Et in hoc ipsa mulier contrauenire non potest.*

18 *Alexander doctor ueritatis appellatur.*

19 *Hæres factum defuncti adimplere tenetur, & ei contrauenire nõ potest.*

20 *Contractus factus lege resistente est ipso iure nullus, & omnes clausulæ, & obligationes in eo appositæ.*

21 *Quod procedit quando principalis actus est nullus de iure communi, secus si sit nullus de iure speciali.*

22 *Textus in l. & si is. C. de prædijs minorum. habet locum tam in prædio minoris uendito absque solennitatibus, quàm in fundo dotali.*

23 *Obligatio naturalis est potens ad excipiendum.*

24 *Casus quicunque omissi a statuto remanent sub dispositione iuris communis.*

25 *Statutum includens unum casum, aliud censetur excludere.*

26 *Argumentum non procedit quod fit de pœna ad hypothecam.*

RESPONSVM LXXXII.

¶An statutum disponens ꝙ in ultimis bonis obligatis pro dote aliqua renunciatio, seu pactum non præiudicet mulieri comprehendat pecuniam mariti ad emptionem prædiorum destinatam, & alia ultima bona mariti quæ sunt alteri obligata, ubi multa ad intelligentiam illius statuti.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Punctus
difficultatis consistit, an statutum disponens
ꝙ in ultimis bonis obligatis pro dote renun-
ciatio aliqua cõtractus, uel quiuis alius actus
non præiudicent mulieri, uel alteri cui petitio dotis com
peteret &c. comprehendat casum de quo agitur.
¶Et pro ueritate habenda premitto nonnulla satis trita:
1 & primo quod † appellatione bonorum ueniunt bona
tam mobilia quam immobilia iura & actiones. l. bonorũ.
la. j. uersi. in bonis. & l. bonorum. de uerb. signific. l. j. §. bo
norum. de bono. poss. l. nam post. §. fi. ad Trebel.
¶Secundò quod obligatio generalis omnium bonorum
competens pro dote comprehendit tam bona præsentia
2 quam futura mobilia & † immobilia, & pecuniam: ut per
Alex. & communiter docto. in l. si cõstante. solu. mat. col.
9. post Bart. in l. eum tabernam. §. fi. de pigno.
¶Tertiò præsuppono, & si rem meam alteri hypothecẽ,
nihilominus illa res remanet mea. l. ueditor. l. Titius. de
3 pig. actio. l. rescriptum. de distrac. pigno. & est in † bonis
mei hypothecantis: ut dicit tex. in l. pignus. de pig. actio.
& istud est de proprietate propter uerbum, est, quod de-
notat proprietatem. l. nurus. de uerb. signi. & uerbum, per
4 manere, quod † not. perfectionem. l. urbana. §. pernocta-
re. de uerb. signi.
¶His sic præmissis sequitur quod statutum de quo su-
pra loquens de ultimis bonis obligatis pro dote compre
hendit de proprietate pecuniam mariti ad emptionem
prædiorum destinatam & alteri obligandorum, quia talis
pecunia uenit appellatione bonorũ de proprietate & sub
hypotheca dotis, & dicitur esse in bonis mariti hypothecã
tis de proprietate, licet sit destinata ad emptionem præ-
diorum obligandorum alteri: nam quando statutum lo-
quitur generaliter, licet sit contra ius commune & odio-
sum, generaliter tamen debet intelligi quatenus proprie-
5 tas † uerborum patitur: ut uoluit Ange. in l. fin. de consti.
princip. col. fin. uersi. tertio quęritur. cum in materia odio
6 sa non excluditur lata interpretatio † uerborum quæ ex
uerborum proprietate insurgit. l. cũ lege. de test. ubi Aret.
& not. Calderi. in consi. j. & Decius in consi. 5. in fin. quod
habet locum etiam si maior ratio militaret in uno casu
quam in alio. l. j. §. quod autem. de aleatorib. ergo illud
statutum uendicabit sibi locum in omnibus ultimis bo-
nis mariti, etiam si alteri hypothecata sint, cum talia bo-
na proprie in bonis mariti esse dicantur, quod suadetur:
nam si ita non intelligeretur deberet fieri subauditio ad
uerba statuti bonis alteri nõ obligatis & exemptis ab om
7 ni onere, sed in † statutis cõtra ius commune nihil unquã
subaudiendum est: iuxta gl. in c. cupientes. §. quod si per
uiginti. de elec. in 6. cum uulga. ¶Præterea posset esse in
damnum dotis, pone quod iste maritus ante receptionẽ
dotis ex aliqua causa obligasset omnia bona, istud statu-
tum nunquam haberet locum, cum non haberet locum
in bonis obligatis, quod esset contra commodum mulie-
rum: nam a communiter accidentibus quod de iure pro-
cedit. l. certi condictio. §. quoniam. si cert. petatur. raro
uel nunquam euenit ꝙ quis ante ꝯctum matrimonium
aliquem contractum non gesserit in quo obligauit om-
nia bona sua: ergo istud statutum non faceret ad commu
8 niter accidentia, † & fit interpretatio ut statutum adapte
tur ad communiter accidentia. l. nam ad ea. de leg. cum
simi. ¶Item parum uel nihil deseruiret doti, cum raro eue
niret bona non esse obligata, ut dixi, quod est contra intẽ
tionem statuẽtium qui doti fauere intendunt, & fit inter-
pretatio ut actus deseruiat intẽtioni disponentis & aliud
non operetur, ad plene tradita in l. non omnis. si cer. pet.
ergo dici debet, ꝙ intelligatur de omnibus bonis etiã ob-
ligatis. ¶Nec obst. si dicatur si intelligeretur de bonis
obligatis posset euenire ꝙ doti non esset consultum eue-
niente casu obligationis, quoniam dico ꝙ si intelligeret
de bonis liberis ultra ꝙ recederetur a proprietate & gene
ralitate uerbi, & fieret subauditio, minus etiam esset con-
sultum, cum frequentius eueniat ꝙ quis habet omnia bo
na obligata ante dotem quam ꝙ ultimo habeat libera: ut
docet experientia, cũ quotidie pro qualibet minima pro-
missione obseruanda obligant omnia bona. ¶Item nõ es-
set consultum in bonis obligatis: qũ eueniret cõditio ob
ligationis ꝙ non est certum nec uerisimile, cum quilibet
non præsumatur uendere nisi rem propriam, maxime stã
te statuto Bonoñ. ꝙ imponit pœnam uendenti rem alie-
nam. ergo est magis, & frequentius consultum si intelliga
tur indistincte, quam solum in bonis non obligatis. ¶Pre
terea ibi est indefinita legis quæ de proprietate æquipol-
9 let † uniuersali. l. si pluribus. de leg. 2. ubi per Bar. ergo per
inde est de proprietate, ac si dixisset de omnibus bonis,
sed si ita dixisset nulli dubium ꝙ appellatione omnium
bonorum uenissent etiam bona alteri obligata, cum qui
omne dicit nihil excludit. l. Iulianus. de legat. j. ubi uult
tex. ꝙ ueniant bona obligata in fortioribus terminis, &
infinitè sunt concordantes, ergo non solum ex proprieta
te uerbi bonorum comprehenduntur bona alteri obliga-
ta, qua proprietate sola contenti esse deberemus, cum ubi
uerba sunt clara amplius non est disputandum. l. ille aut
ille. §. cum in uerbis. de lega. 3. sed etiam indefinite & uni-
uersaliter propter uerbi probationẽ, & ut generaliter in-
telligant absque aliqua subauditione, & ad frequẽtia ada
ptẽt & magis doti sit consultũ, & intentioni disponentiũ.
quibus omnibus ꝯcurrentibus hic casus reddit indubita-
tissimus, maxime quia ista obligatio est incerta & spem
probabilem non habet ut non deseruiat doti, ut dixi.
¶Et ex his apparet falsum & ꝯ iura id ꝙ nonnulli dice-
bant ex quo illa pecunia est obligata non dr̃ in bonis: ap
paret

paret etiam ꝙ statutum in eis debet sibi locum uendicare:& licet istud sufficeret ad reportandam sententiam, tñ ut res magis elucescat. ¶Secundò principaliter cõsidero ꝙ non sumus in casu statuti: nam liberatio & absolutio facta per d. Helenam illis de Maraninis attenta sua petitione non est super ultimis bonis ad damnum & præiudicium mulieris, ergo statutum non habet locum in hoc casu, cum ipsum loquatur de ultimis bonis. l. 4. §. ꝙ autem. de damn. infec. cum simi. nam ipsi dicunt domum uenditam fuisse in ultimis bonis ꝙ super hoc instant, & probãt, sed absolutio, & renunciatio mulieris est super quadã pecunia dictæ domus uenditę destinatę ad conseruationem dictæ uenditionis, & sic ad utilitatem ementis & non mulieris renunciantis; & hoc respectu domus uenditæ, quæ
10 sm suam assertionem † cui standum est. l. cũ precum. de liber. cond. & in ultimis bonis, & sic absolutio nõ est super ultimis bonis nec respectu illorũ bonorũ ad præiudiciũ mulieris, cum non sit super domo, & per illã respectu domus uendicandæ nullum fiat præiudicium si ꝙ ius competebat, uel competit mulieri ꝯ domũ, & hoc saltem quantum ad illos de Maraninis, & respectu eorũ liberationis, & in hoc rogo dñm iudicẽ animaduertere. ¶Tertio principaliter considero dato ꝙ essemus in ultimis bonis ꝙ in hac absolutione & eius ꝯctu nihil aliud interuenit q̃ mutatio personæ depositarij, seu depositi uocatio: nã depositum ꝙ erat penes illos de Maraninis est depositatũ penes
11 illos de Lectis qui sunt soluendo & satis dicunt, ex † quo non probat ꝯrium. l. una. §. deficientiũ. de munе. & hono. l. si patruus. arbi. tute. ergo per talẽ mutationem nullũ fit preiudicium, cũ secundus depositarius est æque idoneus. ¶Et ita considerando liquidissime constat statutum Bonon. loquens de ultimis bonis &c. nõ uendicare sibi locũ in hac absolutione mulieris, cum sit super nouatione depositi non sibi præiudiciali, & statutum loquatur de ꝯctu
12 & renunciatione † præiudiciali, patet ibi, dum uult ꝙ nõ præiudicent: argu. l. decem. de uerb. obli. cum materia sit etiam pro ducentis libris quædam commutatio in aliam
13 dotem, quam quidem statutum † supradictum non impedit, tum quia expresse de ea non facit mentionem, tum et quia id ꝙ disponit facit ex causa dotis, ergo non ꝯ dotẽ,
14 cum priuilegiatus contra priuilegiatum non utit † priuilegio. l. si ex causa. §. fin. & in l. uerum. de mino. & not. late per omnes in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. ergo istud statutum non uendicat sibi locum qñ fieret pactum ad fauorem alterius dotis, cum id de iure cõi permittatur, & statutum recipit interpretationem a iure cõi
15 l. si serui uestri. de noxa. cum simi. & cum sit cõtra ius † cõmune debet stricte interpretari ut minus deroget iuri cõi per Ant. de But. & alios in c. cum dilecti. de dona. cũ simi. & ut saltem non comprehendat casum dotis priuilegiã-
16 tum: arg. eorum † quæ ponit Sali. in l. fin. C. de dotis promis. & moder. in l. j. solu. matri. & qñ ut altare cooperiret aliud discooperiretur ꝙ esse non debet: iuxta gl. triuiales, & not. in l. assiduis. C. qui potio. in pign. hab. ergo dici debet ꝙ statutum in tali casu non uendicat sibi locum, sed remanet in dispositione iuris cõis. ¶Quartò considero: nam præsupponitur ꝙ hæc mulier quæ absoluit, & liberauit ipsos de Maraninis, cum obligatione omnium suorũ bonorum habebat multa bona paterna ultra dotes, quæ saltem pro legitima & Trebellianica ascendunt ultra quãtitatem petitam. ¶Item ꝙ iste filius qui egit est hæres matris: ex quibus præsuppositis sequit̃ necessario ꝙ iste actor debet condemnari pro obseruanda illa absolutione matris in alijs bonis habitis & tentis per matrem, cum istud
17 statutum annullans renunciationem † mulieris non uendicat sibi locum in alijs bonis matris, qñ ea pro obseruatione absolutionis obligauit, & in hoc ipsa mulier contra uenire non potest: ut consuluit Alex. in consi. 59. uol. j. circa fi. per multa de quibus ibi per eum, cui standũ est pro-
18 pter eius authoritatem & fundamenta cum † doctor ueritatis appellet̃ ꝙ potest in casu in quo ut in hoc, nullũ contradictorem habeat, & magis fit reductio ad ius cõe, ideo aliter non corroboro. Si igit̃ ipsa mulier ꝯuenire non posset quin tantundẽ solueret de bonis hypothecatis per ipsam, ergo nec hæres, cum hæres teneatur factum defuncti
19 adimplere, & ei ꝯuenire nõ potest. l. cum † a matre. de rei uendi. l. hæredem. de reg. iur. & nõ plus debet posse hæres quam defunctus: ut in dictis iuribus: & in regula, nemo plus iuris &c. ¶Nec obstat si dicat̃ ꝙ cum ꝯctus est ipso
20 iure nullus, cum lex resistat omnes † obligationes & clausulæ sunt nullę. l. cum principalis. de reg. iuris. per Soci. in consi. 3. col. 3. uol. j. qm̃ respondet Alex. ꝙ illud procedit
21 qñ principalis actus est nullus de iure cõi, secus si † sit nullus de iure speciali, quia tunc licet principalis ꝯctus non ualet, ualent tñ obligationes & fideiussores per tex. in l. & si is. & ibi gl. Bal. & alij. C. de prędijs mino. qui tex. habet
22 † locum tam in prædio minoris uendito absque solennitatibus quam in fundo dotali, sm Bal. & alios ibi, & tamen alienatio facta de re minoris absque decreto est ipso iure nulla. l. 2. eo. tit. & not. per gl. in dicta. l. si is. & ita est etiam in alienatione fundi dotalis, cum lex resistat. l. j. §. cum lex. C. de rei uxo. actio. & ibi not. per Sali. qui uult quod maritus potest uendicare quod nõ posset si adesset
23 naturalis obligatio, cum sit potens † ad excipiendum: ut not. in l. j. de pactis. & in cap. j. eodem titu. & in l. j. de condictione indebiti. ex quo sequitur quod non magis renũciatio mulieris est ipso iure nulla per istud statutũ, quam alienatio fundi dotalis, uel rei minoris est ipso iure nulla per legem, & in hoc nõ me extendo, cum clarum est secundum terminos iuris. ¶Nec obstat si dicatur quod per talem obligationem fieret præiudicium mulieri, quod est contra statutum, quia respondetur quod non fit præiudicium in re obligata remissa a muliere, quia adhuc illam petere potest, sed in alia re mulieris in qua non habet priuilegium, & quam ad libitum potuisset distrahere, & de qua non loquitur statutum: nam alię res debent esse melioris conditionis quando obligantur pro renunciatione rei dotalis, quam si simpliciter cum uno casu non magis sit pauperior quam alio.
¶Nec obstat quod statutum uult non committi pœnam &c. quia ex quo pœnam excludit, & non hypothecam: er-
24 go non habebit locum in hypotheca, cum † quicquid est omissum a statuto remanet in dispositione iuris communis. l. commodissime. de lib. & posthu. l. si cum dotem. so-
25 lut. matri. & † includendo unum aliud censetur excludere
26 l. cum prætor. de iudi. nec † potest argui de pœna ad hypothecam, cum pœna magis odiosa sit: & hæc sint dicta ex abundanti, cum adsit authoritas Alex. absque contradictore. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio iuris, & de iure, dicitur quando lex siue statutũ aliquid præsumit, & super præsumpto disponit.*
2 *Probatio non admittitur contra præsumptionem iuris, & de iure.*
3 *Conductor semper probare potest patientiam sibi præstitam non fuisse, & ideo se non teneri ad pensionis solutionem.*
4 *Probatio notoria facti, admittitur contra præsumptionem iuris, & de iure.*
5 *Acta faciunt rem notoriam.*
6 *Notorium illud dicitur quod constat ex qualitate facti permanẽtis omnibus inspicientibus.*
7 *Notorium, post conclusum in causa, & in calculo ferendæ sententiæ, de iure adduci potest.*
8 *Notorij sola sufficit allegatio.*
9 *Probatio nulla maior quam partis aduersæ confessio.*
10 *Confessio partis adeo firma est probatio, ut contra præsumptionẽ iuris, & de iure admittatur.*
11 *Confessio partis tacita, & præsumpta sufficit contra præsumptionem iuris, & de iure.*
12 *Partis domus appellatione illius dimidia continetur.*
13 *Patientia colono non præstatur a communiter accidentibus, si diruta fuerit pars dimidia domus.*
14 *Probatio sufficit quæ concludit secundum communiter contingentia.*

15 *Confeſsio facta abſente parte ſi fuerit a notario in ſcriptis redacta, perinde habetur ac ſi præſente parte facta fuiſſet.*
16 *Epiſtola, & liber rationum faciunt fidem contra ſcribentem.*
17 *Proteſtatio ſcripta a notario, & in actis regiſtrata iuxta ſtylum curiæ, fidem facit.*
18 *Reſponſio intelligitur facta ſecundum interrogationem & poſitionem.*
19 *Scriptura contra proferentem interpretari debet.*
20 *Interpretatio contra mendacem & periurum fieri debet.*
12 *Limitatio, & declaratio ad ſtatutum Bononienſe quod requirit proteſtationem fieri a cõductore de patientia non præſtita alias quod teneatur ad ſolutionem.*

RESPONSVM LXXXIII.

¶Circa ſtatutum Bononienſe requirens colonum proteſtari patientiam ſibi preſtitam non eſſe, alias teneri ad ſolutionem penſionis, ubi multa in materia præſumptionis iuris, & de iure, & notorij.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Punctus
difficultatis eſt ſuper ſtatuto de pœna uendẽ
tis &c. in §. præterea ſtatuimus. in uerſi. & ſi
poſt. ubi conductor præſumitur patientiam
habuiſſe, niſi proteſtatus fuerit ſibi patientiam nõ præſta
ri, alias non excuſetur quin promiſſam penſionem præſta
re cogatur: quæ uerba ſignant preſumptionem iuris, & de
1 iure† cum præſumant, & ſuper præſumpto ſtatuant: iuxta
not. per gl. in c. forum li. digeſt. Bald. in l. ſiue poſsidetis.
2 C. de probat. ꝯ quam † præſumptionẽ non admittiẽ pro-
batio. cap. is qui fidẽ. de ſponſal. l. antique. C. ad uelle. per
doc. in l. a diuo pio. §. ſi pignora. ff. de re iud. cum ſimilib.
ſed conductor in caſu noſtro non eſt proteſtatus patien-
tiam ſibi non præſtari: ergo amplius non poteſt probare
patientiam non fuiſſe præſtitã, ſed omnino cogiẽ ſoluere
rigore prædicti ſtatuti. ¶Maturius uero conſiderans attẽ
ta ſerie facti dico non obſtante ꝙ non ſit proteſtatus cõ-
ductor, nihilominus poſſe probare ſibi non fuiſſe præſtitã
patientiã, & hoc ſatis probatũ fuiſſe ex deductis in actis,
& per ꝯſequens nõ teneri ad penſionẽ. Nam certũ eſt poſ
3 ſe conductorẽ ſemper probare ſibi † patientiã non fuiſſe
præſtitã, & ſi non eſt præſtita nõ teneri ad penſionẽ. l. ſed
addes. §. ſi quis cum in annũ. ff. locat. & in l. ſi fundus. eo
tit. cum ſimil. ¶Nec obſtat iſtud ſtatutum, quia eſto ꝙ ꝯ-
tineat præſumptionẽ iuris, & de iure, tñ ꝯ illã præſumptio
4 nem† admittiẽ probatio notoria facti: ſm Roma. in conſ.
350. in 8. col. Card. in clemẽ. j. in fi. de probat. Feli. in cap.
quanto. de preſumpt. ſed hic notorie cõſtat domũ de qua
agiẽ pro parte deuaſtatam, & intraſſe in aliam domum ꝙ
5 factũ fuiſſe, ut ex actis conſtat † quæ faciunt notorium: ut
not. in cap. qm̃ ꝯ falſ. de probat. & iã per quinque annos
ante ex inſpectione oculorum percipiẽ, adeo ꝙ factum &
6 tẽpus facti notorie conſtat omnibus inſpicientibus, † tũ
ex qualitate facti etiam ut dr̃ ex milleſimo deſcripto quæ
inducunt notorium: iuxta not. in c. fi. de coha. cleri. & mu
lie. nec poteſt dici amplius iſtud allegari non poſſe cum
ſumus poſt concluſum in cauſa, quo tempore non admit-
7 tuntur probationes, quia etiam poſt concluſum in cã † &
in calculo ferendę ſñię notoriũ de iure adduci põt. Lapus
in cap. iudex. de offi. deleg. in 6. & plene per Barbat. & mo
der. in cap. paſtoralis. de excep. Inno. in cap. fraternitatis.
8 de frigi. & mal. & in notorijs † ſufficit ſola allegatio, iux-
ta no. in cap. non ſolũ. de appel. in 6. cũ ſimilibus: ergo cũ
allegeẽ iſtud notorium, & ſumus in tempore allegandi, &
in caſu notorio non uendicat ſibi locũ ſupra dictũ ſtatu-
tũ, ſequiẽ de neceſsitate conductorẽ cui ex inſpectione rei
apparet patientiam non fuiſſe præſtitam, debere abſolui.
¶Secundò reſpondeo ꝯſtare ex confeſsione aduerſarij pa
tientiam non fuiſſe præſtitam, dum proteſtati ſunt deua-
ſtatam domũ, ſeu partem domus &c. de qua proteſtatio-
ne apparet in actis, nam ex quo ibi fateñ domũ, ſeu par-
tem domus deuaſtatã ex confeſsionę ſua probatur patiẽ
9 tiam non præſtitam fuiſſe: † & nulla maior probatio q̃ par
tis aduerſę ꝯfeſsio. l. generaliter. C. de numer. pecu. & ibi
Sali. & alij, & hoc caſu ceſſat ſtatutum, cum confeſsio par-
10 tis adeo ſit firma† probatio, ꝙ admittiẽ ꝯ præſumptionẽ
iuris, & de iure: ſm Cyn. Bar. Sali. & omnes in authen. ſed
iam neceſſe. C. de donationib. ante nup. Anto. Abb. & alij
11 in cap. is qui fidem. de ſponſal. ꝙ adeo uerum eſt ut † ſuffi
ciat tacita & præſumpta confeſsio partis ꝯ præſumptio-
nem iuris, & de iure: ſm Bar. in l. abſentem. uerſi. quarto
quæro. de pen. Pet. de Ancha. in c. 2. de confeſſ. & per Fel.
in d. c. quanto. de preſumpt. ergo &c. ex quo apparet ꝙ li-
cet in proteſtatione expreſſe non dicat patientiam ipſum
locatorẽ non poſſe præſtare conductori, tñ ſatis dicit cũ
dicat domum, ſeu partẽ domus demolitam: ex qua demo
litione ſequiẽ neceſſario patientiam nõ potuiſſe præſtari,
12 cũ † appellatione partis domus ueniat dimidia. l. nomen
filiarum. §. portionis. de uerb. ſignifi. cũ ſimili. & a cõiter
13 accidentibus diruto † dimidio domus non præſtatur pa
tientia: ꝙ argumentũ a ſolitis procedit. l. certi condictio.
14 §. qm̃. ſi cert. pet. cum ſimilibus. & ſufficit ꝙ probatio† cõ
cludat ſm cõiter accidentia. gl. in l. neque natales. de pro
bat. traditur in l. non hoc. unde cogn. & in c. in præſentia.
de probationib. ergo per confeſsionem de parte domus
diruta ſufficienter probatũ eſt patientiam non fuiſſe præ
ſtitam. Præterea intelligiẽ de patientia abſolute, & omni
reſpectu, ut alias late ſcripſi: ſed hic & ſi patientia fuiſſet
præſtita non fuit tñ abſolute, & omni reſpectu: ergo &c.
¶Nec obſtat ſi dicatur ꝙ iſta confeſsio reſultans ex pro
teſtatione fuit facta abſente parte, & inter alias perſonas,
quia rñdetur ꝙ ex quo facta eſt in ſcriptis, & a notario, &
ſcriptura ſemper loquiẽ, ideo ſemper aperte poteſt acce-
15 ptari, & † perinde eſt ac ſi in præſentia ſit facta cum ſcrip-
tura ſit preſens & loquatur, & propter iſtam rationẽ non
ſolum ſcriptura confecta a notario, ſed a perſona priuata,
16 ut epiſtola, & liber rationũ, faciunt fidẽ † ꝯ ſcribentẽ uel
dictantem, quia ſemper loquiẽ. l. publia. depoſi. plene per
docto. in l. admonendi. de iureiur. in materia ſcripturę pri
uatę, & maxime hoc debet eſſe in caſu noſtro cũ iſta prote
ſtatio fuit ſcripta a notario, & in actis regiſtrata iuxta
17 † ſtylum curię, & licet res inter alios &c. alijs non noceat,
poteſt tñ prodeſſe: ut plene not. in l. ſępe. de re iudi. ¶Nec
poteſt dici & ſi iſta proteſtatio probat patientiam non
fuiſſe preſtitam non probat, tñ in primo anno conductio
nis cũ non apparet in ea de tẽpore, quia reſpondeo ꝙ iu-
ſtificaẽ iſtud tempus per reſponſiones, ad poſit. in quibus
fatentur primo anno locationis proteſtatos, & licet ſe re-
ferant ad acta, ex quo acta aliter ſe habentia non produ-
18 xerunt intelligitur reſponſum † ſm interrogationẽ, & po-
ſitionẽ, ergo de primo anno. argumen. l. ſi defenſor. §. qui
interrogatus. de interrogatio. act. & in §. præterea. de inu.
ſtipu. ¶Præterea probaẽ: nam in dicta proteſtatione nar
raẽ per uerbũ præteriti tpis demolitionẽ eſſe factam &c.
ergo dato & non conceſſo ꝙ proteſtatio non fuiſſet facta
in primo anno, tñ cũ præſupponit in preteritũ demolitio
19 nem factam, debet fieri interpretatio ꝙ demolitio † ſit fa
cta primo anno, cum uerba intelligaẽ ꝯ proteſtantem &
præferentem. l. ueteribus. de pact. l. in ꝯhenda. de reg. iur.
& quia ipſe locator negauit demolitionem eſſe factam: er
go cum probatũ fuerit ꝯrium, & ex ſua propria confeſsio
20 ne debet fieri interpretatio † ꝯ ipſum mendacem, & per-
iurum. argumento plene not. per Docto. in l. fi. de rei uen-
dica. cũ ſimilibus: ergo debet intelligi de primo anno, &
hæc ſint ex abundanti, cum ſatis conſtat ex uerbis prote-
ſtationis. ¶Præterea cum iudici conſtat omnino patien-
tiam nõ fuiſſe præſtitã, & eſto ꝙ dubiteẽ de tpe non debet
denegari facultas probandi de tpe patientiæ non præſti-
tę, quia hoc caſu non habet locũ ſtatutum, nec in his ter-
21 minis† loquiẽ: ſcilicet qñ agiẽ de tempore patientię non
præſtitę præſuppoſita patientia non præſtita, ſed tantum
loquiẽ qñ agiẽ quod patientia non fuit preſtita, & iſti ſunt
termini diuerſi, & hoc caſu non conueniunt uerba ſtatu-
ti: ergo nec diſpoſitio, nec eſt ueriſimile quod ſtatutum
habuerit reſpectum ad caſum demolitionis notorię, &
adeſt æquitas magna cũ in ueritate iſte nõ ſtetit in domo
propter demolitionẽ, quo caſu nõ obſtãte ſtatuto iudex
poteſt admittere probationes. argumento eorũ quæ po-
nunt.

nunt. Abb. Feli. & alij in cap. cum Ioannes. in 3. colum. de fide instrumen. ubi in casu quo amplius non admittunt probationes, ut post conclusum in causa de iure, uel ex forma statutorum, si iudici vr æquum admitti possunt, ꝙ maxime admitto in summarijs: ut uoluit Ancha. in cap. j. de confes. & sequuntur Feli. & alij in dicto cap. cum Ioannes. sed hic sumus in summarijs cum solum ex forma statuti quod uult procedi summarie, sed etiam uirtute rescripti ab utraque parte approbati, ergo &c. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Solutio in obligatione pure facta ad omnem interpellationē creditoris fieri debet.*
2 *Moram commisisse is dici non potest, cui aduersus obligationem competit exceptio.*
3 *Causa quælibet etiam iniusta excusat a dolo.*
4 *Obligatus ad tradendum frumentum cum iuramento, præcise ad traditionem cogi potest.*
5 *Statuto uel iuri ad suum fauorem tendenti, quilibet renunciare potest.*
6 *Laici super iuramento statuere non possunt.*
7 *Approbatio pontificis ad statutum laicorum disponens super iuramento non ualet, nisi fuerit facta ex certa scientia.*
8 *Statutum Ferrariæ disponens super iuramento non habet locum, quando non potest considerari coniectura, quod dolo iuramentum fuerit præstitum.*
9 *Statutum debet interpretari ut minus deroget iuri communi.*

RESPONSVM LXXXIIII.

¶ An statutum Ferrariæ habeat locum ubi ei fuit renunciatum cum iuramento, item quando non potest considerari coniectura, quod dolo iuramentum fuerit præstitū.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ In causa magnifici Ioannis Baptistæ uaini, uisis elegātissimis dubijs ac statuto Ferrariæ: hisque diligenter consideratis, & si prima fronte uidebatur reum conuentum non teneri, nisi ad æstimationem frumenti de quo agitur considerato tempore obligationis contractę cum obligauit sine die ad omnem dicti Ioānis Baptistæ petitionem & requisitionem &c. & hoc uirtute dicti statuti Ferrariensis, quo cauet ꝙ ubi dies solutionis aut tempus apposita, uel appositum non fuerit, teneat dare & soluere frumentum, uel communem æstimationē eius tempore latę obligationis, sed hic non fuit expressa dies, ergo &c. Nam nō potest dici ꝙ illa uerba ad petitionem, & requisitionum important designationem certam alicuius diei, cum & in pura obligatione id tacite inest: & expressio eius ꝙ tacite inest nihil operat: ut in l. 3. de leg. j. nam in obligatione † pure facta ad omnē interpellatio-
1 nem creditoris fit solutio, alias mora cōmittit: ut per oēs in l. si decem cum petiero. de uerb. obli. nec potest dici ꝙ hic fuerit facta mora cum in processu apparet oblatum fuisse ęstimatione dicti frumenti: & sic se poterat † aliqua
2 exceptione tueri. ca. p. l. non est in mora. de reg. iur. in 6. & in l. nulla intelligitur. de reg. iur. ff. Et maxime, quia exceptio est legitima: & nulla adfuit dilatio calumniosa, ut requirit statutum: nam calumnia vr continere dolum, & a
3 dolo quælibet † causa etiam iniusta excusat. l. igit. de lib. causa. ¶ Præterea statutum in illa exceptione uidet loqui qñ mora sit ex lapsu diei appositæ, ergo non habet locum in hoc casu ubi dies non fuit apposita. ¶ Melius uero considerans determino cōtrium, nam hic magnificus uir habet fundatam intentionem de iure communi cum reus promisit dictum frumentum reddere, & restituere cū
4 iuramento quo † casu præcise potest cogi ad traditionem frumenti: ad abundanter tradita in l. stipulationes non diuiduntur. de uerb. obli. & in l. 4. §. cato. cod. tit. & in l. si pecuniam. de condi. ob causam, ergo debet cogi ad dandum frumentum non considerata cuiuscunque temporis æstimatione, solum igitur superest ut respondeamus statuto, ad ꝙ sub breuitate respondeo ꝙ huic statuto promittens renunciauit cum iuramento, & in forma amplissima: &
5 quilibet † potest renunciare iuri, uel statuto facienti ad fauorem suum in l. si quis in conscribendo. C. de pact. cum ibi plene notatis, ergo omnia supra deducta cum dependent a statuto cui renunciatum est nihil obstant.

¶ Nec obstat ꝙ huic statuto non possit renunciari, etiā per iuramentum, ut dr in eo statuto: quia quantū ad istā renunciationem tollendam statutum non ualet, nec eam tollere potuit cum disponat super iuramento, & est statu-
6 tum laicorum, & † laici non possunt disponere super iuramento, & quicquid faciunt, nihil ualet: ut per oēs in authen. sacramenta puberū. C. si aduer. uendit. ubi late per Perusinos qui attestantur hanc esse cōem opinionem per plura quæ non transcribo, & hoc eo magis esse debet, cū mihi in facto præsuppositū fuit a Pontifice huiusmodi statutum non fuisse approbatū ꝙ requirit, immo & si fuisset
7 approbatū nō sufficeret, nisi ex certa † sciētia: ut per Aret. in 8. consilio, ubi est locus suus, & aliquid per Alex. in ɔs. 27. uol. j. ¶ Præterea aduertendū est dato ꝙ statutū quātum ad istam prohibitionē renunciationis ualeret, nihilominus non potest sibi locum uendicare, qñ dicit ꝙ si renunciatum fuerit præsumitur iuramentum dolo, uel fraude præstitū, sed hic nullus dolus, nec fraus potuit interuenire cum iste sponte promisit huic magnifico uiro absenti, & ignoranti: nam hoc casu impossibile est si absens & ignorans erat, ꝙ dolo & fraude induxerit eum ad renunciandum, ergo ex expressis uerbis statuti constat non habere locum in hoc casu cum in certis cessent præsumptiones. l. continuus. §. cum ita. de uerb. obli. & ita in terminis
8 ꝙ istud † statutum nō procedat qñ de causa legitima præsumente dolum non apparet, uoluit Anto. de But. in c. cū contingat. de iuresiur. & Abb. in consi. 62. & late per Crot. in repet. l. omnes populi. de iusti. & iur. nu. 39. & ex istis apparet statutum Ferrariense non habere locum in casu huius magnifici uiri, & pro eo omnino pronunciandum est, cum intentionem habeat fundatam a iure communi, &
9 debet interpretari statutum, † ut ei minus deroget quam sit possibile, ut in l. si serui uestri. de noxa. & in c. cum dilectus. de consuetudi. ergo &c. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens plus petentem &c. non uendicat sibi locū, nisi petens perseuerauerit usque ad sententiam.*
2 *Item non habet locum quando plus petens perseuerauerit usque ad sententiam, & a sententia fuit appellatum, & pendente appellatione destitit a petitione.*
3 *Sententia a qua fuit appellatum non habetur in consideratione.*
4 *Verba statuti cū effectu, & in potiori significatu intelligi debent.*
5 *Verbum petere, prolatum in iudicio capitur duobus modis.*
6 *Pœna plus petentis, de iure communi non applicatur fisco.*
7 *Statutum debet intelligi, ut minus deroget iuri communi.*
8 *Interpretatio illa capi debet per quam pœna magis euitatur.*
21 actus: erit † actus ille nullus. Et etiā quælibet promissio, & pœnæ appositio ad illius conseruationem adhibita. Et rō quia sublato principali tollitur omne accessoriū: ut no. in l. cum principalis. de reg. iu. & in regula accessorium, eod. tit. extra plene ponunt mod. in l. j. §. si uir. de acq. poss. Ergo sicut propter legis, & hominis resistentiam est ipso iure nulla: ita & promissio de euictione uel alicuius pœnæ pro conseruanda uenditione debet esse nulla tanquam accessoria cum actus principalis nūquam ualuerit. Et id uidetur esse de mente doctorum dum uolunt. d. l. fi. in §. fin. dispositionem alienata nō posse uendicari quādo ab ignorante fuerunt uendita ignoranti, non habere locum quando cum fideicōmisso cōcurrit expressa prohibitio alienatiōis: quia fortior est, & adest aliud in quo militat diuersa rō: ita dici potest illam legem disponentem alienata reuocari, hoc tamē addito, ut bonæ fidei emptor possit agere de euictione, intelligi debere iuxta terminos ipsius legis,
22 † ne habeat locum qñ cum fideicommisso concurrit expressa prohibitio alienationis: quia tūc dispō fortior est, & militat diuersa rō: ergo de uno ad aliud nō pōt inferri, cum ex diuersis nō inferatur. l. Papinianus exuli. de mino.
23 l. fi. de calum. † Et secundum Ias. & alios ibi ille est casus
24 particularis: † ergo non debet extendi nec trahi ad consequentias. l. ius singulare. de legib. & maxime cum militet diuersa ratio: iuxta no. per Alexan. & alios in l. a Titio. de uer. obl. Immo ex mente scribentium induco illum text. Nam quando concurrit cum fideicōmisso expressa prohibitio hominis: ita iudicatur de alienatione facta ignoranter sicuti de facta scienter: ut in consilijs supra allegatis, sed textus uult qñ a sciente fuit emptū, emptorē nō posse agere de euictione: ergo etiam quādo ignorāter cōcurrēte expressa prohibitione hominis, & sic extra terminos illius legis. Et ex hoc apparet responsum ad primū fundamentum de euictione, s. quem tenet actio multomagis exceptio. l. uendicante. de euic. quia sicut non ualet uēditio: ita nec promissio de euictione tāquam accessoria ad actū ipso iure nullum, & factū contra expressam prohibitionē hominis. de quo non loquitur lex fi. §. fi. C. cōmu. de leg. per supradicta, quod ultimum uolui dixisse ex abūdanti: & ut magis instissimo ac doctissimo iudici constet de exuberanti ac clarissimo iure istorum de Flubijs: ad istam obiectionem multipliciter respondeo. ¶ Et præsupposito promissionem de euictione ualere: & si id in puncto iuris negauerim, nec doctores in hoc casu particulari contradicunt. Et primo cum actus uenditionis est nullus, & titulus dicatur non titulus: ut per Ias. in d. §. diui. col. penul. & Corne. in consi. 294. uol. 3. & alios consulētes de quib. supra: sequitur hæredem posse uenire contra factum de-
25 functi, & illud reuocasse: † quia contra actum nullum hæres uenire potest ac illud reuocare non obstante promissione de euictione: & hoc casu non habet locum regula. l.
26 uendicantem. de euic. l. si tibi. C. de euic. † qui tex. hēt locum in quocunq; actu nullo, secūdū Dec. in cons. 384. ubi uoluit hæredem, licet teneatur de euictione fundum alienatum, quando contra legem fuit alienatum posse reuocare: ita hic, & contra factum nullum defuncti posse uenire hæredem uoluit Soci. in consi. 79. uol. 4. nu. 48. ergo in casu nostro cum nulla sit uenditio poterit contrauenire nō obstante regula. l. uendicantem. de euict. &c.
¶ Secundo respondeo ementem scienter non posse agere de euict. l. fi. §. fi. C. commu. de leg. & ementem ac uendentem ignorasse est fundamentum suæ exceptionis: sed qui
27 allegat exceptionem debet illam probare, sicut † quicunque aliquid allegat agendo debet illud probare. l. in exceptionibus. de proba. ut uoluit Dec. in cōsi. 236. col. 3. uer. sicu. capio igitur septimum. Quod comprobo, nam licet
28 † ignorantia præsumitur in facto alieno. l. fi. ff. pro suo. ta
29 men alia præsumptio est eum † qui cum alio cōtrahit scire conditionem illius, & qualitatem rei. l. qui cum alio. de reg. iur. cum ergo concurrunt duæ præsumptiones attenditur illa quæ nocet. arg. l. si quis in graui. §. fi. cum l. seq.
30 & ibi no. Bar. ff. ad syllan. ergo cum isti non probauerint ignorantiam alienantis, & suam, qđ est fundamētum suæ exceptionis, debent succumbere, iuribus uulgaribus: &
31 ad damnum ꝯtrahentis † regula, qui cum alio. de reg. iu. præfertur præsumptioni ignorantiæ: ita ne sibi prosit præsumptio ignorantiæ: ut ibi plene colligitur, uide cumulata per Dec. in d. l. qui cum alio. de reg. iur. ¶ Tertio respondeo non habere locum quando competit hypothecaria ante restitutionem: quia licet omnis actio hæredis per aditionem confundatur: & ipse repræsentet defunctum in omnibus, & per omnia, & obligationibus per defunctum factis teneatur. d. l. cum a matre. de rei uen. cum alijs supra
32 allegatis: tamen ipsa † non confunditur, nec in ea repræsentat defunctū: & ideo si pignus reperitur in hæreditate
33 potest illud retinere: & si nō adest pōt † agere ꝯ tertios detinentes. tex. est in l. debitor. & ibi no. Pau. Alex. Raph. & doct. communiter ad Trebel. Alex. Deci. Riminald. & alij
34 in l. si debitori. C. de pac. sed pro re † per fideicommissum relicta competit hypothecaria. l. 2. C. cōmu. de leg. §. sed nostra. insti. de lega. & plene per Alex. in l. j. de leg. 1. ergo non obstante aditione isti de Flubijs possunt per hypothecariam reuocare bona comprehēsa in fideicōmisso aduersus quoscūq; detinentes non obstante obligatione de euictione: cum hypothecaria non teneatur adimplere factū defuncti

defuncti cum eis non representent:& libellus quo usi sunt conuenit hypothecariæ cũ agant ad restituẽdũ:ergo &c. Et ita præsertim habent locum quando alijs habent resti tuere:secundum Alex.in d.l.debitor.in fi.sed ita est hic,er
35 go &c.¶Quarto respondeo † hæres potest uenire ꝯ factũ defuncti,quãdo a defuncto non habet illud ꝙ defunctus necessitabatur relinquere ei:secundum Bar. in l.2.uer.op ponitur ꝙ hæres.C.de inoffi.don.sequit Cur.in cõs.1.col. fi.ubi istud multũ cõsiderat:& hãc rationẽ habet pro fun damento:ergo licet loquitur in alio casu,cum ista rõ mili tat,in casu nostro militat dispositio.l.a Titio.de uer.obl. l.illud.ad legem aqui.nã cogebatur restituere,& relinque re bona subiecta fideicommisso filijs:ergo cum hoc nõ fe cerit,sed alienauit filij quantumcunq; hæredes possunt ꝯ uenire,de ueritate tamen huius dicti alibi disserui.
¶Quinto respondeo regulam.l. uendicantem.nõ habere locum in hærede:& si succesit nõ confecto inuẽtario qñ
36 alijs habet † restituere,& ipse eodem modo est grauatus per fideicommissũ quõ erat defunctus.Et ratio quia si op ponatur ei de euictione,& de regula.l.uendicantem.repli cabitur quod uenit tanquam alius, & alijs habet restitue re:& sic de.§.sublata.l.j. ff.ad Treb. & debebit obtinere: ita in terminis decidit,& ad l.uẽdicantẽ.rñdet Soci.in ꝯ si.44.non est parua difficultas.uol.3. ¶Sexto respondeo,
37 & præsuppono † hæredem posse uenire contra factum de functi ultra uires hæreditarias &c. confecto inuentario non obstante.l.uendicantẽ.& quacũq; alia rõne.secundũ Pau.Sali.& cõiter doc.in d.l.a matre. C. de rei uen.& in l. fi.§.in computatione.ubi Alex.& Ias.C.de iure delibe.Itẽ
38 præsuppono non † magis teneri hęredẽ non confecto in uentario quam confecto de iure canonico:secũdum Bal. in consi.71.super præmisso. uol. 4. & sic de iure canonico potest uenire contra factum defuncti ultra uires hæredi
39 tarias:sed in † terris ecclesiæ, ut ẽt Bononiæ seruat,& ser uari debet ius canonicum:ut plene no. in c.1.de no.ope. nun.& in l.priuilegia.de sac.sanc.eccl. ergo in hac ciuita te attento iure canonico,quod seruari debet,poterit ꝯue nire hæres facto defuncti,nõ obstante regula.l.uendican tem . & si dicatur istud procederet nisi adesset statutũ hic Bononię,in casibus non prouisis a statuto seruari debere iura ciuilia:ut in uersi.& ubicunq;.in cõclusione gñali sta tutorũ:quia rñdetur illud statutum non habere locũ in
40 casu isto:quia alias resultaret iniquum, & † statutum dẽt intelligi ne resultet iniquum. Et hoc expresse dicit statutũ in dicta generali conclusione statutorum in princ.sed ini quum est quem obligari ex facto defuncti , ultra illud ꝙ
41 habuerit:& † ideo in foro conscientiæ, & apud Deũ nõ te netur:secundum Alex. Ias. Are. & cõiter doc.in rubric.de acq.hære.ergo nõ loquitur in casu isto,& bene facit:quia
42 istud statutum est ꝯ ius cõe,ergo stricte † debet intelligi: ut minus lædat ius cõe ẽt cum impropriatione:secundum Soci.in l.in ambiguo, de reb.dub.& facit qa lex & sermo
43 † quantumcunque generalis recipit restrictionem, ut nõ offendatur ius naturæ,& conscientiæ:ut plene no.in l.j.de pac.dum uolunt doctores principem solutum, legi natu rali subijci.& in c.1.de proba.& de pac.¶ Vltimo dico cũ isti hæredes adiuerint hæreditatẽ cum beneficio inuenta rij,quo casu omnia cessant:ut supra dixi, ꝙ inuentarium iudicio meo apertissime est probatum in processu. Nam est producta una imbreuiatura notarij, seu prothocollũ, in qua scriptum est inuentarium hæredum Bolognini,de quo in Filza, ut eorum uerbo utar. Et de eo fui rogatus ego Franciscus de Ghisilerijs:& sic de confectione cõstat ex illa authentica scriptura,& approbata.Secundo cõstat de tenore per inuentarium tutelarum quod est productũ in processu,quod continet illummet tenorem quæ conti-
44 net † inuentarium aditionis, secundũ Alex. in l.in rõne. in §.quod uulgo.ad legem fal.& de forma & consuetudi ne hic Bon.est quod contineat idem:& ꝙ illudmet tutela rum legatur coram iudice in aditione hæreditatis,& nihil aliud fiat:ut est apertissime probatum per stylũ deductũ
45 in processu,† quæ consuetudo est altera lex : ut plene in l.de quib.de legib.constat igitur de tenore tam iure con suetudinario quam de iure communi:ergo cũ constet de confectione,& de tenore,solũ restat quod cõstet de solẽni tatibus requisitis ad ipsum:& dico ex quo probatũ est in strumẽta illius notarij deperdita esse,& pſertim istud in-
46 strumentum:† dr satis probatas esse omnes solennitates. ista est doctrina Feli.in c.2.in antepe.col. uersi.3.extra de proba.post Bar.& doc.in l. testium. C. de testib. ubi uult sufficere ista tria probari,scilicet instrm cõfectum fuisse, tenorem,& eius amissionem,quæ omnia hic fuerunt pro bata:ergo secundum communiter doc.inuentarium uali dum dicitur sufficienter probatũ : & sic istos adiuisse cũ beneficio inuentarij:& per ꝯñs posse ꝯuenire facto defun cti,& si illa sola sufficiunt de iure quanto fortius in casu nostro debent sufficere cum solennitates principales casu nuperrime repertę sunt,scilicet citationes creditorũ,com missiones iudicis,& relationes nunciorũ, de quib. cõstat in processu:ex quibus apparet optima ꝯiectura pręter in surgentia ex illis tribus de quib. supra,solẽnitates inter uenisse.Itẽ oẽs solẽnitates requisitę satis probatę sunt ex
47 quo sumus in antiquis.† Nam propter diuturnitatẽ tem poris præsumũtur interuenisse citationes, & oẽs solẽnita tes necessarię:ita ut non requirat alia probatio. ita Host. Bal.Io.And.Ant.de Bu.Io.de Imo.Feli.in c.Albericus.de test.Bal.Ang.& mod.in l.sciendum.de uerb. obl.& ita est communis opi.secundum Soci.in cons.187.in controuer sia.uol.2.col.4.& idem dicit ipse Soci.in consi. 254. uisa. col.2.eo.uol.ubi uult tempus.30.annorum sufficere,ergo sine aliqua difficultate ista procedunt in casu nostro,ubi quadraginta duo anni lapsi sunt:& plus dicit idẽ Soci.in consi.270.consideratis.uol.2. col. 3. omnes solennitates
48 præsumi † propter spatium triginta annorũ etiã in pręiu dicium tertij:ergo fortius in pręiudicium cõtrahẽtiũ uel habentium ius ab eis,& alleg.d.Alex. in plurib.consilijs: ut ibi per eum.& ponit Alex.in consi.28.uol.4.ergo dicit probatum inuentarium cum omnib.suis solennitatib.itẽ vr deci.Bar.Alex.Ias.Ro.& cõis in l.admonendi.in 7.col. uer.quæro utrum imbreuiatura.ff. de iureiur.ubi uolunt
49 † solam imbreuiaturam , & prothocollum notarij cuius tenor per aliud instrm potest declarari sufficere ad qualẽ qualem probationem:sed hic ista imbreuiatura declarat per inuentarium tutelarum:ergo facit fidem,maxime cõ currentibus diuturnitate temporis, citationibus, & pro clamationibus,amissione scripturarũ : & quampluribus coniecturis de quib.supra, etiam concurrit peritia nota rij rogati,qui erat primus in ciuitate:& pp singularẽ peri tiã pręsumitur pro eo,& ꝙ non fecisset actum sine debitis solẽnitatibus:& ex his apparet illam exceptionem.d.l.uẽ dicantem.esse sublatam.nam si tollitur expresse per quã libet responsionẽ particulariter cõsideratã,quãto fortius tollitur per tot simul iunctas.arg.l. excusantur. §.fi.ff.de
50 excus.tut.† cum quæ non prosunt singula unita iuuant.
¶Secundo principaliter nõ obstat præscriptũ fuisse,cum lapsi sint quadraginta duo anni:quia respondetur,& pſup pono,licet Bar.fuerit contrarius in d.§.diui.tamen cõmu nis opinio est:ut attestatur Ias. & mod. repetentes ibi ad præscribendum res prohibitas alienari requiri spatiũ lon gissimi temporis:& propter hypothecar.an quæ cõpetit
51 † requiri spatium quadraginta annorum,cum non tollat minori spatio.d.legib.C.de pręscrip.30.uel 40.annorum. ultra quos ibi addo Soci.qui ita in proprijs terminis con suluit propter hypothecariam in cons.251.quoniã in pre senti.col.pen.uol.2.& idem uoluit Soci.in consi. 266.col. 16.uol.2. & idem dicit Cor. in consi. 294. uidetur prima facie.col.3.per totum.uol.3.¶Secundo præsuppono con
52 tra pupillos , & † minores non currere præscriptionem, sed dormire.l.fi.& ibi no.per omnes.C.in qui.cau restitu. in integ.rest.non est neces.ponit Alex. in consi. 36. & pro responsione.col.fi.uol.j.Soci.in cõs.60.in pręsenti. col.fi. uol.1.¶His sic præsuppositis , dico cum. d. Alex.non ha beat adhuc quadraginta quatuor annos:& minus tempo ris habeat.d.Robertus:& considerato tempore pupillaris ætatis,& illo dempto intra quod dormit præscriptio:nõ dum præterijsse annos quadraginta,prout de iure requiri tur,immo nec annos triginta : ex quo apparet manifeste perfectam non fuisse præscriptionem,& non obstare.

¶Secundo reſpondeo,& ſi præſcriptio fuerit cõpleta,tamen quia iſti ignorarunt teſtamẽtũ.d.Vrſinæ,in quo aderat prohibitio alienationis:& erat ꝓbabilis ignorãtia cũ erat de facto alieno.l. fi.pro ſuo.& de re facta antequã na
53 ſcereñt.iuxta no.in l.peregre.de acq.poſſ.ideo † mediãte reſtitutione in integrũ eſt reſciſſa ſeu reſcindẽda ſm Bart. in l.j.§.ſi quis autem de iti.actuq; priua.Alex.in cõſi.84. in cauſa uertente.& in conſi.71.uideretur prima conſideratione.uol.1.Ro. in conſi. 123. circa primum.& eſt cõis opi.ut atteſtatur Dec.qui ita conſuluit in conſi.25.pro tenui facultate.col.fi.nec poteſt dici elapſum fuiſſe tempus
54 reſtitutionis in integrnm:† quia tale tempus non currit niſi a die ſcientiæ læſionis:& ideo ſi læſus ſtaret per centũ annos,antequam peteret reſtitutionem ſibi ignorãti tempus non curreret.ita Alex.in conſi.4.uidetur.lib.2.Abb.in conſi.33.ad fin. & per Deci.in d.conſi.36.nec obſtat ſi di-
55 catur † ꝯ præſcriptionem longiſsimi temporis nõ datur reſtitutio:quia cõis opi.eſt in ꝯrium:ut per Dec. in d.cõſi.178.uiſo themate.col.pen.lib.2.ubi atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem,cum ergo ſint tantum duo anni,quod teſtamentum.d.do.Vrſinæ peruenit ad eorũ notitiam,ſi non ſunt reſtituti in integrum omnino ſunt reſtituendi:& cum conſtet iudici præſcriptionem ad hoc non eſſe decurſam:& ſi eſt,nihilominus uenit reſcindẽda,& ea non obſtante debet pronũciare pro iſtis de Flubijs. ¶Tertio principaliter non obſt.res ſemel alienata efficitur alienabilis.l.cum pater.§.quindecim.de leg.2.quia procedit
56 quando fuit alienata † inter illos de Familia:& ſic in caſu permiſſo,ſecundum Dec.in addi.in conſi.183.incl.conſului.col.fi.ſed hic alienatio facta per Bologninum fuit inter extraneos,ergo &c. ¶Secũdo reſpõdeo tex.in §.quindecim.& illa † regula procedit quando prohibitio alie-
57 nationis fuit limitata:ut quia fuit ꝓhibitus alienare partẽ ſuã, ſecus qñ fuit prohibitio alienationis ſimpliciter: prout fuit in caſu nr̃o,quia tunc ſi millies fuiſſet alienata nõ efficit̃ alienabilis ſecũdum Pau. de Caſt.in l.uoluntas. C.de fideic.& in fi.& in conſi.232. niſis. col.5.circa principium.& Dec.in conſi.ſupra allegato.& in conſi.88.& ꝓ tenui.col.fi.ergo iſtud fundamentum,non facit ad caſum noſtrum. ¶Quarto principaliter non obſt.fuiſſe factã ab ignorãte ignoranti,quo caſu tenet alienatio : ut in d.l.fi. C.commu.de leg.§.emptor.quia procedit † qñ reus pro-
58 baret iſtam ignorantiam,ſecundum Dec.in cõſi.273.col. 5.uer.capio igitur ſeptimum.ut dixi ſupra. ¶Secundo reſpondeo non procedere in hærede extraneo, † qui ſecun-
59 dum iuris cenſuram ſcit contenta in teſtõ:ſecundum Bar. in l.qui Romæ.§.duo fratres.de uer.obl.& ita in terminis in hærede alienante uoluit Soci.in conſi. 49.conſilijs noſtris.uol.1.col.penul.ſed iſte Bologninus eſt hæres extraneus.d.Vrſinæ. ¶Tertio reſpondeo non habere locum qñ cum fideicommiſſo concurrit expreſſa prohibitio † homi-
60 nis:quia tunc non fit diſtinctio inter ignorantem,& ſciẽtem:ſecundum Cor. in conſi.294.vr̃ prima facie.col.3.per totũ.uol.3.ſed ita eſt hic; quia ultra fideicõmiſſum adeſt expreſſa prohibitio.ergo &c.ut late ſupra diximus. ¶Vltimo non obſt.eos de Flubijs recipiendo precium rei alienatę per patrem : & illud inueſtiendo uideri approbaſſe alienationem,& per ꝯñs non poſſe ꝯuenire : quia ad iſtud de facili reſpõdetur,& præſuppono eos fuiſſe pupillos qñ receperunt precium:ut præſupponitur in facto , & apparet ex inſtr̃o receptionis,& abſolutionis:quo caſu ſicut pupillus non poteſt alienare, ita nec alienatum approbare, & ſibi præiudicare:ut non poſsit † acquirere ſibi debita.
61 in regula iuris qui uendere non poteſt.nec uendenti ꝯſentire:ſed iſti non poſſent alienare † etiam cum tutorib.ſine
62 decreto iudicis,toto titulo de reb.eorũ. & in l.lex quæ tutores de admi.tut.ergo alienatũ expreſſe approbare non potuerunt,nec tacite. ¶Secundo dico,& ſi fuiſſent maiores,& potuiſſent approbare,& approbaſſent (quod tamẽ nullo pacto eſt concedendum) ipſos ſibi non præiudicaſſe:cum illud ius fideicommiſsi.d.Vrſinæ ignorabant,& iuri quod quis † ignorat,nunquam intelligitur renũciare.
63 l.mater decedens.de inofficio. teſtam. & ibi Pau.de Caſt. etiam per quæcunque uerba generalia : ut plene not.per omnes in l.ſi de certa.de tranſ.in l.fi.§.idem quæſijt.de cõdi.indeb.per mod.in l.tres fratres . de pac. ergo &c.& ex his apparet de iure ſuccurrendum eſſe iſtis de Flubijs præſertim cum ementes non patiuntur aliquod damnum:cũ audiam ipſis precium,quod eo tempore ſoluerũt,actores reſtituere paratos eſſe,& ſi in quadruplum rei ualor creuerit. Laus Deo.

¶Ita ut ſupra reſpondebam ego Hieronymus Gratus,V. I.D.minimus.

SVMMARIVM.

1 *Numerus pluralis , de iure aliquando exponitur pro ſingulari.*
2 *Legatum factum coniuncto,cum adiectione alicuius rei , quæ in re legata non reperitur adeſſe , ex re aliena ſuppleri debet.*
3 *Legatum non debet exponi per eum intellectum , cui nec proprie , nec improprie conuenire poteſt , etiam ſi alias non ualeret.*
4 *Intellectus ille capi debet per quem uerba minus impropriantur .*
5 *Declaratio ad materiam legis , ſi quis in ſundi uocabulo.de legat.1 .*
6 *Diſpoſitio loquens in una re,nunquam uerificatur in alia plus continente.*
7 *Præſumptio ut actus ualeat præfertur omnibus alijs præſumptionibus,& interpretationibus.*
8 *Interpretationes , & diſpenſationes quæ tolerantur a lege : ut actus ualeat , non procedunt quando actus ualet aliquo modo.*
9 *Interpretatio ut actus ualeat non fit quando proprietas,& natura actus illi repugnant.*
10 *Legati natura eſt ut minus grauet hæredem.*
11 *Lex potius patitur legatum non ualere , quam quod recedatur a uerborum proprietate cum grauamine hæredis.*
12 *Actus ille in dubio cenſetur factus,cui expreſſæ qualitates conueniunt ſubſtantialiter,& neceſſarie.*
13 *Actus uitiatur propter diuerſas,& contrarias demonſtrationes, quæ hincinde exiſtunt in illo.*
14 *Res ipſo ſolo nomine ſufficienter demonſtratur .*
15 *Legatum in quo hincinde adſunt contrariæ demonſtrationes uitiatur:aut ſaltem electio in eo ſpectat ad hæredem.*
16 *Doctor debet intelligi ſecundum legem,quam allegat.*
17 *Iudex in dubijs debet proferre id deberi , quod minimum eſt.*
18 *Interpretatio in legatis fit,ut minus grauetur hæres .*
19 *Error non præſumitur .*
20 *Interpretatio fit,ut a uerborum proprietate non recedatur .*
21 *Interpretatio in dubio pro eo fieri debet, cui aliqua iuris præſumptio fauet.*
22 *Demonſtrationes in legato primo nominatæ a teſtatore poſteriori loco nominatis ſunt fortiores.*

RESPONSVM XCII.

¶An legatum pro quo hincinde uarię concurrunt demonſtrationes ualeat,& quid in eo ueniat,& quomodo interpretetur,& cum poſsit conuenire duabus rebus,pro qua magis interpretetur.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Pulcher eſt hic caſus atq; difficilis,nec amicis ſolũ ad repertorium cognitis , in quo profecto tranſeo cum opinione.d. conſulentis , & ultra adducta per ipſum, conſidero quod licet in legato facto de molendino de Romagna,ſint aliquæ qualitates,quæ conueniant alteri molendino de Rotta : tamen aliquo modo ſaltem per interpretationem,& impropriationem poſſunt
1 conuenire molendino de Romagna:nam numerus † pluralis de iure exponitur pro ſingulari.inſtitutio.de iur.per ſon.ubi latiſsime ꝑ Chriſtoph.& ſic tollitur illud de Macinis,& aquæductibus,item octo cultræ terræ, & cum illa qua-

qualitate possunt uerificari legando rem alienã,† ꝙ præsumitur ut saluetur legatũ, maxime quãdo est factum cõ iunctę personę:ut plene per omnes in l.rem alienã.C.de lega.§.res aliena.insti. de leg. item illius qualitatis adsunt circum circa:maxime quia etiam ita intelligitur respectu alterius molendini:sed uerbum de Romagna,nullomodo potest conuenire uerbo de Rota , nec proprie,nec impro-
3 prie,nec impropriissime: ergo nõ † dȝ exponi pro illo,ẽt si legatũ nõ ualeret:secundũ Bar.Pau.de Cast.in l.in ambiguo.de reb.dub.Pau.de Cast. in consi.247.suprascriptus.
4 & consi.351.præsens dubiũ.circa fi.unde iste † intellectus dẽt capi cum minor sit impropriatio.c.Rodulp.de rescri. & magis ęquus sit, cũ uerba ad illũ possint adaptari:nec
5 † doc.in l.si quis in fundi uocabulo.de leg.1.cum simi.loquuntur in casu quo qualitates saltẽ per interpretationẽ, etiam impropriam possunt cõuenire rei legatæ,ut hic,sed quando nec proprie, nec impropriissime conueniebant: ideo non merentur allegari ad istum casum. ¶Secundo facit,pręsupposito molendinum de Rotta plus continere, quam molendinum de Romagna:dico legatũ factum de molendino de Romagna,non posse uerificari in molendino de Rotta:etiam si largo sumpto uocabulo appellatione molendini de Romagna,ueniret molendinum de Rot
6 ta:quia † dispositio loquens in una re,nunquam uerificatur in alia plus continente,licet improprie posset comprehendi:ita dicit Bar.in l.tutores.§.curator.de admi.tu.per illum tex.Pau.de Cast.in l.pater seuer. de cond.& demon. Are.in l.a Titio.de uer.obl.& est firma opinio : ergo fortius hoc debet esse hic,cũ nec improprie, nec impropriissime appellatione molendini de Romagna uenit de Rotta:&ita debet declarari materia.d.l.si quis in fundi uoca. & hoc magis,quia illud procedit ẽt si actus reddetur nullus:ergo fortius hic, cũ aliquo mõ ualeat. ¶Tertio moueor,& præsuppono illud quod dr̃ † præsumptionem ut
7 actus ualeat.l.quoties.de reb.dub.præferri omnibus alijs præsumptionibus,& interpretationibus : ut late congerit Dec.in l.in contrah.de reg.iur. ¶Secundo præsuppono
8 † interpretationes,& dispensationes quæ tolerãtur a legẽ: ut actus ualeat nõ ꝓcedere qñ actus ualet aliquo modo, quia tunc nõ fiunt,ut ualeat magis uno modo,quam alio.
9 Ias.in l.quoties.de uer.obl.modo sic qñ † ꝓprietas,& natura actus repugnat non fit interpretatio ut actus ualeat: sed potius lex permittit petire.Bal.in l.si testm̃. C.de test. & ponit Rimi.post alios in l.non codic.C.eo.ti.sed hic repugnat proprietas de Romagna in cõi Murini &c.Itẽ na-
10 tura legati † quæ est ut minus grauet hæredem l.nummis.l.Seio.de leg.3. & sic si nullo modo ualeret nõ deberet interpretari,ut ualeret per supradicta:ergo fortius cũ ualeat legatum non debet interpretari ut alio modo ualeat,& in alia re sit factum non obstantibus quibuscunq;
11 coniecturis:& in terminis legati,quod tolleretur † a lege, legatum non ualere potius, quam recedere a proprietate uerborũ cũ grauamine hæredis ponit Ias.per illum tex.in l.quod in rerũ.§.j.de leg.1. ergo fortius debet tolerari qñ ualet aliquo modo:ut hic. ex quibus demonstratur, qũo intelligantur no.in d.l.si quis in fundi uocabulo. ¶Quarto considero,quod ad molendinum de Romagna ostendendum inter alia quatuor concurrunt, scilicet,nuper factum,de Romagna in commune Murini,quæ demonstrationes necessario demõstrant sui natura:& sunt immutabiles,sed in contrarium licet allegẽtur aliquæ demõstrationes,tamen illę necessario nõ demonstrãt sui natura immutabili,cum pro uolũtate patrisfamilias uario modo possunt intelligi,ut ille de Macinis, de aquęductib. de curia: nam ista sunt ex ꝯstõne patrisfamilias:& fiunt ut docet experientia,& facit tex.l.Caius.§.Titius. de leg.2.cũ ibi no. & concor.sed illa de communi de Romagna &c.non constituunntur a testatore,nec ab eo mutari possunt:unde sequitur ꝙ illę demõstrationes necessariæ debent præferri: quia qñ sunt diuersæ qualitates, quæ arguunt diuersa, & aliquæ competunt substantialiter,aliquæ non:ẽt & si plu-
12 res sint,tunc censetur † factum & inductum illud cui qualitates competunt substãtialiter & necessario,f̃m Bal.in l. cum dotem.sol.mat.Are.in l.cẽturio.col.7.de uul.& pup.

& l.stichũ qui meus.de leg.1.ergo illud de Romagna,& in communi &c.attendendũ est,& pro ista opinione facit ꝙ uult Alex.post alios in l.si in nomine.C. de test.ubi di-
13 cit ꝙ † qñ hincinde sunt demonstrationes uitiatur actus: ergo hic debet uitiari,nec plures sunt demonstrationes ꝑ molendino de Rotta,cum necessario non demonstrẽt:ut dixi supra,& maxime illud de curia ꝙ proprie potest capi pro area,quæ ibi erat.Item quia proprietas nominis operatur de se,quantum faciunt duæ demonstrationes,ꝙ pa-
14 tet,quia ipsum † solum nomen rem demonstrat sufficienter.Bar.in l.si rem.de rei uend.ponunt doc. in d. l.si quis in fundi uocabulo.de leg.1.ubi Soci. in prima conclusione.col.2.sed alia demõstratio sine nomine sola hoc nõ facit quia requirũtur ad minus duæ,uel tres:ut dicitur in ꝯfinibus,uel similib.ut dicũt doc. in d.l.si quis in fundi uocabulo.& in d.l.si in nomine. Vnde in casu nr̃o uel plures sunt,& potentiores pro molẽdino de Romagna,uel si plures sunt pro alio molendino,cũ pro illo non adsit demonstratio nominis,immo ꝯ̃ria,sequitur ꝙ propter demõstrationẽ nominis,quæ est in illo de Romagna, quæ æquipollet duabus,uel tribus demõstrationibus : quod saltẽ sunt
15 æquales demonstrationes hincinde, quo † casu uitiatur legatum tanquã incertũ:f̃m Alex.s̃.alleg. uel saltẽ,f̃m Soci.electio spectat ad hæredem. in d. l.si quis in fundi uoc. col.3.in concl.3.dum alleg.l. apud Iulianũ.§.Seio.eo.ti.
16 & † allegans debet intelligi f̃m legem quam alleg.Bar.in l.non solum.§.liberationis uerba.de lib. leg. ¶Et ex hoc fundamento patet responsum ad omnia allegata in ꝯ̃riũ, dum ponderatur per partem aduersam adesse aliquas demonstrationes competentes alteri molendino:quia etiam competunt aliquo modo,ut dixi, molendino de Romagna,& casu quo nullo modo competerent non sunt plures in effectu quam demonstrationes,quæ competunt molẽdino de Romagna,uel saltẽ efficaciores,iõ aut nõ ualet legatũ,aut electio spectat ad hæredẽ. & hoc solum deberet sufficere excellentissimis auditoribus Rotæ ciuitatis Lucanæ,qui optime norunt ultra demonstrationes factas per testatorem quantę pręsumptiones cõcurrãt in hoc ca
17 su pro hærede,quia sumus in dubijs, & ideo † uenit ꝙ minimum est.l.semper in obscuris.de reg.iur.cum simili.su-
18 mus in hærede pro quo † fit interpretatio ut minus grauetur.l.nũmis.de leg.3.sumus in legatis quæ sui natura stricte interpretãtur in quacũq; ꝑsona:ut plene in l.talis scri-
19 ptura.de leg.1.per Bar.sumus in errore qui nõ † præsumitur:ut no.in l.errore.de test. cum simi. repugnat proprie-
20 tas uerbi pro † qua fit interpretatio ut ab ea nõ recedat. l.ille aut ille.§.cum in uerbis.de leg. 3. Item fundamentũ agentis plene non probatur,ergo conuentus uenit absoluendus.l.qui accusare. C. de eden. unde succedit ꝙ dixit Bal.in l.nõ hoc.col.ult.C.unde cog.& Bar.in l.non solũ.§. sed ut probari.de no.ope.nun.Bal. Ang.in l.si ita scriptũ.
21 de hær.insti.cum simi.ꝙ † qñ aliquid dubium est tũc semper interpretatr̃ pro eo cui fauet aliqua iuris præsumptio, ergo pro hærede in hoc casu dubio debet pronunciari cui non solum aliqua iuris præsumptio fauet, sed quãplures, ut supra dixi,& dicerem si cum peritissimis nõ ageretur. hoc unum non prætermittam,quod illę demonstrationes
22 quæ sunt pro molendino de Romagna sunt primo nominate a testatore,ergo fortiores. l. eum qui soluendo.ff.de hære.insti.& ideo dicit Bar. in l.si seruus communis ita.de stip.seru.col.1.uersi.ut dicit gl. si non apparet:& tunc inspicitur quod procedit,ubi dicit post gl. quod illa est uera opinio:& facit quia quando legauit molendinum dixit spectare ad eum, quando legauit octo cultras terræ non dixit:ex quo datur intelligi ꝙ nolebat omnino uenire.d. molendinum in legato,licet nõ adesset terra spectans ad eum,ergo &c. Laus Deo.

¶Ita de iure respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Maiori numero testium standum est.*
2 *Testibus duobus affirmantibus magis creditur quam mille negantibus.*

3 *Donatarius qui ad consequendam donationem tenetur ad aliquod implementum explicandum, si plene illud se adimpleuisse non probauerit, perinde est ac si fuisset probatum non adimpleuisse.*
4 *Probatio donatarij de adimplemento eius ad quod uirtute donationis tenebatur debet esse necessario concludens.*
5 *Confessio ad positiones sine sua qualitate acceptari non potest.*
6 *Confessio sine sua qualitate acceptari potest, quando præsumptio in qualitate, est contra confitentem.*
7 *Quod etiam procedit, & si præsumptio fundetur in sola uerisimilitudine.*
8 *Præsumptio est, neminem mendicare uelle, & ore tremente cibū quæritare, si aliter uiuere possit.*
9 *Confessio pro parte acceptari potest, & pro parte non, quando contra partem, quam quis non acceptat probauerit, seu probare intendit.*
10 *Responsio debet interpretari ut sit conformis interrogationi.*
11 *Expressio eius quod tacite inest nihil operatur.*
12 *Testi contrario non creditur, nec ut probet ad concordiam reduci potest.*
13 *Testis in uno falsum asseuerans, in alijs non est admittendus.*
14 *Testibus deponentibus de negatiua, ita creditur sicut deponentibus de affirmatiua, quando negatiua ita cadit in sensu testis sicut affirmatiua.*
15 *Testibus dicentibus Titium aliquid facere uelle ita creditur sicut asserentibus facere nolle.*
16 *Probatio bonæ famæ, purgat omnia indicia habita contra aliquem de mala fama.*
17 *Bonus quis non præsumitur, quando illicitæ rei operam dedit.*
18 *Pœna est mensuratio delicti.*
19 *Contumacia habita in uno, non debet in alio nocere contumaci.*
20 *Promissio facta ab homine extraiudicialiter, & uoluntarie siue contineat unum factum diuiduum siue plura, siue respectu unius personæ, siue duarum, tamen per contrauentionem partis pœna committitur in totum.*
21 *Donatio contractus est stricti iuris.*
22 *Testator prohibens alienari bona sub pœna, operatur, ut per minimam partem alienatam pœna committatur.*
23 *Conditio est indiuidua.*
24 *Pœna quoties est adiecta indiuiduo per contrauentionem partis, committitur in totum.*
25 *Dictio quemlibet, sui natura attribuit actum, & dispositionem cuilibet insolidum.*
26 *Promissio contrahentium obseruari debet.*
27 *Mitius agitur cum lege quam cum homine.*
28 *Conuentio hominum inter eos pro lege seruatur.*
29 *Mendacium operatur ut quis perdat ius, & priuilegium quod habebat in re.*
30 *Emphyteuta negans se emphyteutam, si conuincatur de mendacio, amittit ius emphyteuticum.*
31 *Creditor negans rem sibi pignoratam, si mendacium asseruisse conuincatur, perdit ius quod habebat in ea.*
32 *Maritus negans matrimonium amittit beneficia quæ sibi competebant ex illo.*
33 *Negans contractum perdit ius quod habet in eo.*
34 *Consentiens pacto etiam donationi consentire uidetur, quando donatio est necessarium præambulum ad pactum.*
35 *Verba semper ita interpretantur, ut periurium euitetur.*
36 *Responsio facta positioni continenti pluralitatem, in numero plurali intelligi debet.*
37 *Dicens decem, & unum dixisse uidetur.*
38 *Quod uerum est quando dictio decem, profertur affirmatiue, secus si negatiue.*
39 *Negans positionem in totum, non dicitur in parte negare.*
40 *Minor summa de qua facta fuit distincta prouisio, non comprehēditur in maiori quomodocunque prolata.*
41 *Responsio facta sequenti positioni affirmatiue, derogat priori factæ negatiue.*
42 *Super dicto contrario non potest fieri fundamentum.*
43 *Mendacium sine dolo prolatum, non dicitur mendacium, & per consequens puniri non potest.*
44 *Mendacium punibile non est, quando alteri non est nociuum.*
45 *Positio impertinens, & non faciens ad causam, ad libitum negari potest.*
46 *Negans instrumentum, uel se esse socium, quando pars aduersa haberet illo probare, priuatur iure ex instrumento uel societate sibi competenti.*
47 *Moræ purgatio admittitur, quando sumus ante litis contestationem, & pœna est apposita absque die.*
48 *Mora de iure canonico, & si iuramentum interuenisset, semper purgari potest.*
49 *Ius canonicum in terris ecclesiæ obseruari debet.*
50 *Oblatio uerbalis sufficit ad constituendum aduersarium in mora.*
51 *Oblatio uerbalis sufficit in re quæ sui natura actualiter non est præstanda.*
52 *Item sufficit quando est incertum, quod offerri debet.*
53 *Arbitrium boni uiri ante declarationem dicitur incertum.*
54 *Oblatio uerbalis ita operatur sicut realis, quando ille cui facta est recusauit.*
55 *Purgatio moræ non admittitur quando creditoris interest ultra meram rei promissæ stipulationem.*
56 *Purgatio moræ est fundata in æquitate.*
57 *Honoris iactura maior est damno, & amissione totius patrimonij.*
58 *Mendicare, magna ignominia est, & dedecus incomparabile.*
59 *Generalis oblatio, & incerta, non sufficit ad purgandam moram.*
60 *Concessio hæc, quicquid iuris habeo in tali re tanquam obscura non ualet.*
61 *Moræ purgatio non admittitur, si per moram contractam facta esset resolutio contractus.*
62 *Moram quis purgare non potest, si est facta executio a lege uel ab homine.*
63 *Mora impurgabilis est, quando fuit contracta in faciendo.*
64 *Delictum in faciendo grauius est quam in omittendo.*
65 *Communis & firma conclusio est quod quoties obligationi adest dies, & pœna, mora purgari non potest.*
66 *Pœnam continet annullatio contractus.*
67 *Alimenta dietim præstanda sunt, & si non præstentur dietim a principio pro toto anno, & si non a principio mensuatim.*
68 *Mora si purgari non potest ubi adest unica pœna, immunis poterit purgari, ubi aderit duplex.*
69 *Iuramentum appositum contractui pœnali, impedit moræ purgationem.*
70 *Lex, si quis maior. C. de trans. seruatur in terris ecclesiæ, & de æquitate canonica.*
71 *Doctores omnes tenēt, quod ubi adest iuramentum nō admittitur purgatio moræ, secundum Alex.*
72 *Donatarius non præstans alimenta moram purgare non potest.*
73 *Oblatio uerbalis nō sufficit ad purgandum moram donatarij qui non præstitit alimenta.*
74 *Oblatio uerbalis potens est ad purgandam moram, quando erat incertum illud quod præstari debebat, & offerens præstitit fideiussorem, de præstando in casu quo liquidaretur.*
75 *Oblatio uerbalis, licet alias sufficeret, tamen non sufficit quando est conditionaliter facta.*
76 *Moræ purgatio non obstante iuramento de æquitate canonica nō admittitur, quando creditor est passus damnum ex mora ultra obligationem.*
77 *Item illa æquitas canonica non procedit, quando facta est resolutio contractus.*
78 *Item non procedit quando mora interuenit in faciendo.*

RESPONSVM XCIII.

¶An & quando uideatur sufficiēter probatum donatarios contrauenisse donationi, ut ab his donatio reuocari possit: & an propter contrauentionem unius ex donatarijs donatio in totum annulletur: & an donatarij qui contrauenerunt ex quo uerbaliter obtulerunt se paratos fore ad adimplendum promissa, dicātur moram purgasse, ubi nō desunt plura in materia notatu dignissima.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Viso instrumento donationis de quatuor principaliter contingit dubitari: & primo an sit sufficienter probatum Cæsarem & uxorem donatarios contrafecisse. Secundo casu quo contrafe-

trafecerunt respectu unius personæ, tunc sufficiat ut donatio in totum annulletur. Tertio an soror Catharina cui acquiritur res donata propter contrafactionem donatarij possit rem donatam petere uigore instr̃i donationis cui non dicit consensum præstitisse in positionibus. Quarto dato ꝙ contrafecerint, an ex quo uerbaliter obtulerũt se paratos alimenta præstare moram dicantur purgasse.

¶Circa primum uidetur dicendum donatarios satis probasse alimenta præstitisse cũ produxerũt pro parte sua decẽ & octo testes, & licet pro parte petentis reuocari donationem fuerint nonnulli testes adducti, tamen fuerunt reprobati per alios testes productos per d. donatarios, & casu quo non fuissent producti reprobatorij, tamẽ quia plures sunt testes Cæsaris quam testes sororis Catharinæ, i-
1 deo debent præferri: quia maiori † numero testium standum est. c. in nostra. extra de test. l. ob carmen. §. fi. de test. per Alex. in consi. 85. col. 2. uiso processu. col. 2. ¶Secundo quia testes Cæsaris deponunt affirmatiuam. s. alimenta præstita fuisse. Testes uero sororis Catharinæ deponũt negatiuam, scilicet alimenta non fuisse præstita, ergo ma-
2 gis credendum est testib. Cæsaris. cum magis † creditur duobus testibus affirmantibus quam mille negantib. glo. in l. diem proferre. §. plures. de arb. & ibi plene no. ¶Maturius tñ considerando ueritas uidetur esse in ꝯrium. Et primo præsuppono unum: nam & si nihil probatũ esset ex parte. d. sororis Catharinæ, tñ si plene non sit probatum per d. Cæsarem donatarium se alimenta præstitisse perinde est ac si esset probatũ præstita nõ fuisse cum sit imple-
3 mentum explicandum a d. † Cæsare: iuxta ea quæ ponunt doc. in l. 2. de iur. emphy. & in c. potuit. loca. Cor. in consi. 40. uiso processu agitato. in col. 5. uol. 4. & late per Cor. in consi. 101. inci. uisis actis. col. 2. uol. 1. & in consi. seq. col.
4 2. ubi etiam dicit ꝙ probatio † donatarij debet esse concludens de necessitate. ¶Secundo præmitto ꝙ. d. Cæsar. & eius uxor confessi sunt sororem Catharinam stetisse per duos menses cum dimidio extra domum, nec ei alimenta præstitisse, ut patet in positionib. sororis Catharinæ in positione. 31. cum duabus seq. & licet nõ confessi sint simpliciter, sed cum hac qualitate. s. ꝙ sponte discessit. Item
5 ꝙ non habuit alimenta quia noluit, quo casu cõfessio acceptari non potest sine sua † qualitate. l. publia. §. fi. depo si. l. si quidem. de excep. tamen isto casu uidetur ꝙ possit
6 acceptari illa confessio sine illis qualitatibus: quia quoties † præsumptio est ꝯ confitentem uel pro acceptante, tunc cõfessio põt acceptari sine qualitate, & sic pro parte acceptari, & pro parte nõ: secundum Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. de lib. leg. probatur in c. cũ uenissent. & ibi Io. de Imo. & Abb. de insti. per Bal. in l. j. de confes. & in l. per seruum. §. j. de usur. & est magis cõis cõclusio: ut per
7 Imo. & doc. in l. decem. de uer. obl. ꝙ etiam procedit, & si præsumptio † fundetur in sola uerisimilitudine, ut consuluit Alex. in cõsi. 2. col. pen. & fi. inci. ex narratis. uol. 4. sed non est uerisimile in casu nostro ꝙ ista mulier quæ educata fuit, & stetit per 40. annos in illa domo ꝙ sponte decesserit, & alimenta noluerit ut mendicaret alimenta ac nouam habitationem. ꝙ autem mendicauerit satis probatũ
8 est per testes productos per d. sororẽ Catharinã: immo ꝑsumptio firma est in † ꝯrium ꝙ nemo si potest aliter uiuere uelit mendicare, & ore tremente cibũ exposcere, a communiter accidentibus apparet: ad no. in l. certi condict.
9 quoniam. si cer. pet. ¶Secundo illud non habet locum ut confessio † non possit pro parte acceptari qñ ꝯ partẽ quã non acceptat intendit probare uel probauerit, ita est casus in l. Aurelius. §. idem quæsijt. de lib. leg. & ibi no. Bar. & alij: & doc. in locis supra allegatis: sed testes sororis Catharinæ probant eam fuisse expulsam, ut expresse dicit primus testis examinatus pro parte sororis Catharinæ: nam deponit eam fuisse expulsam, & percussam ac cibum mendicasse. Et secundus testis deponit ꝙ audiuit eam clamantem intra domum, & uidit eam expelli extra domum, & post tergus ipsius ianuam claudi, & idem deponit sextus testis, & septimus testis deponit ꝙ audiuit eam clamantẽ heu ꝙ me occidunt, & alia die uidit & audiuit uxorẽ Cæsaris dicentem erga illam existentem sub porticu, o nequã si non aufugiebas te suffocabã: quæ uerba demonstrãt ipsam fugisse, & non sponte exijsse: & idem decimus testis: & habitationẽ ac alimenta ẽt non fuisse præstita ultra testes probatur in protestatione facta per d. sororẽ Catharinã d. Cæsari in qua petit sibi alimenta denegata præstari, & illam recipi in d. domo, & ipsi rñderunt nos nihil tibi debemus, & si quid prętẽdis a nobis in ius nos uoc. ex quib. uerbis apparet, nec ꝙ præstitit, nec præstabat alimenta nec habitationem, unde suis uerbis satis probat ꝙ nõ prę stabat alimẽta, nec eam retinebat in domo, nõ ex eo quia soror Catharina nolebat recipere, nec stare in domo ut dicit ipse confessione facta in positionibus, cum ipsa instãter, & instantissime petebat, ut in d. protestatione: sed ex eo quia ipse præstare nolebat, & denegabat dicẽdo nihil tecum habemus agere, ut supra: & per ꝯsequens non habemus præstare alimẽta nec habitationẽ. Nam licet illa uerba sint generalia, tamen ut responsio sit conformis inter-
10 rogationi † prout debet esse. §. præterea. insti. de inu. stip. l. qui seruum. §. interrogatus. ff. de interro. & fuit interrogatus ut præstaret proferẽdo illa uerba dr̃ denegare. Nec obst. ꝙ postea subiungat illa uerba, & si nobiscũ aliquid agere habes uoca nos in ius: per quæ uerba vr̃ ꝙ nõ denegat, sed se remittat ad ius: quia ex præcedentibus apparet ꝙ omnino denegat, & illa uerba non tollunt ꝙ non dene-
11 get: quia & si non fuissent prolata inerant ex † nã rei, & sic si exprimantur perinde est ac si nõ sint expressa. l. 3. de leg. 1. cum ibi no. ergo & c. Nam quis nõ põt facere quin uocẽ eum in ius, & si istud mihi ꝯcedat nihil ꝯcedit, cũ a lege habeã, arg. l. j. de thes. & in l. j. ff. ad mun. & sat est quantũ in eo fuit ꝙ denegauit: ex quib. apparet ac probat̃ manifeste. d. Cęsarẽ de domo. d. sororẽ Catharinã expulsisse, habitationem, & alimenta denegasse, & per ꝯñs ꝯfecisse ꝯtui donationis ac in eius pęnam incidisse. ¶Non obst. ꝙ per testes. d. Cæsaris fuit probatũ ipsum alimenta præstitisse: quia si considerentur singulariter, & sigillatim patiuntur multos defectus adeo ꝙ in eis fundamentũ fieri nõ põt. Nã primus est ꝯrius cũ primo dicit scire ꝙ Cæsar tpe expulsionis non erat in domo: postea dicit se ignorare an es-
12 set in domo, & testi ꝯrio † nõ cred: r, immo & si posset reduci ad ꝯcordiã non tñ ut probet reducitur: ut per Alex. in cõs. 20. col. 1. li. 4. cum conc. Secũdus testis dicit falsum cũ dicit ꝙ fuerũt ꝑstita alimenta ab uno anno citra a die. 8. Nouẽbris in domo, & tñ Cæsar fatet̃ ꝙ p duos mẽses cũ dimidio nõ stetit in domo. d. soror Catharina, nec ꝑstita fuerũt alimẽta, ut diximus: ergo dicit falsum, & testis di-
13 cens falsum in uno † nõ est admittendus: ut per Alex. in d. cõs. 20. li. 4. col. 3. & si illa uerba ab uno anno citra non intelligunt̃ cõtinuo nõ ꝓbãt: quia nõ ꝓbat adesse ꝙ ab hoc cõtingit abesse. l. nõ hoc. unde cog. c. in præsentia. de proba. Tertius testis dicit tm̃ ꝙ credit ex coniecturis, & nihil deponit de sensu circa expulsionem, & mouet̃ ẽt mala coniectura cum in domo non solum erat uxor Cæsaris, sed eius filię & serui ꝗ iuris ꝑsumptione mr̃i auxiliabant̃, & nulli dubiũ ꝙ oẽs simul erãt potẽtes ad inferendã uiolẽtiã. d. sorori Catharinæ, unde uerisimilitudo est ꝯ ipsum & de sensu debet deponere. Quartus testis ultra multos defectus quos patitur nihil deponit de dña sorore Catharina. Quintus testis dicit falsum, cum dicit a duob. annis reprobando eo modo quo secundum ne bis idem repetã. Sextus testis nihil probat, quia nõ deponit respectu d. Catharinæ nisi per unũ mensem ante mortem Iacobi, & per partẽ sororis Catharinę dr̃ ꝯ factũ post mortem Iacobi. Et eodem mõ dicit septimus testis. Et eodem modo octauus testis nihil deponit de alimentis, sed de mala cõditione sororis Catarinę. Et eodẽ modo reijcitur nouus testis. qui solum deponit de bona conditione d. Cæsaris. Et eodem modo reprobatur decimus testis cũ tm̃ deponat de tpe antequã. d. Cæsar ingrederet̃ domũ. Et ita undecimus testis solum deponit de bona conditione. d. Cæsaris. Item duodecimus & decimustertius testes solum deponunt de anno. 1531. inquo anno principaliter non dicimus cõtra fecisse, sed de anno. 1532. Decimusquartus testis nihil deponit de alimentis. Et similiter decimusquintus testis, & licet subiungat quod audiuit a dña Ioanna se fuisse bene ali-

alimentatā tñ nihil de sorore Catharina:& dña Ioāna nō
est sani intellectus prout fuit declaratū a nr̄o iustissimo
iudice circa rñsiones positionū. Decimussextus testis so-
lū deponit de alimētis præstitis iam sunt duo anni,& sic ni
hil facit ad tp̄s quo ꝯqueritur.d.soror Catharina. Ad idē
decimusseptimus imo nullū uerbū dicit d' alimētis p̄stitis
sorori Catharinę. Vltimus testis de alimētis pręstitis dńę
sorori Catharinę nihil dicit,sed tñ dńę Ioāngę:hęc uolui
annotasse ut facilius de ueritate ꝯstet, & si unico uerbo
dicere potuissẽ testes nihil ꝯcludere recte intuẽti. ¶Sunt
postea decē testes qui solū tendunt ad reprobandū dicta
quorundā testiū de testib.productis per d.sororē Cathari
nā:quorū dicta,& si de facili euitari possunt tñ de eis non
curo,cū de reprobatis ēt fundamentū nō facio.ꝯstat igit
iustissimo iudici testes examinatos ꝓ parte.d.Cęsaris ni
hil probare:tū quia multi sunt qui nō deponūt de alimen
tis præstitis,nōnulli qui licet deponant de alimentis præ
stitis tamen deponūt alio tp̄e, & non tp̄e quo.d.soror Ca
tharina dicit sibi non præstita esse,immo restringūt se ad
tp̄s illud præteritum.alij quoq; q̄ l3 deponāt de alimentis
præstitis,& omni tp̄e non tamē deponunt de præstitis so
rori Catharinæ,sed dominę Ioānæ adeo ꝙ tm̄ tres testes
reperiūtur.s.primus secūdus & quintus,qui uidenī depo
nere de alimentis præstitis omni tp̄e, & omnib.personis
quib.debebatur,sed isti sunt ꝯrij, & falsum dicunt saltem
quo ad duos menses cum dimidio quib.ipse Cęsar ꝯfessus
est se nō præstitisse alimēta,quo casu sunt reijciendi,cū in
uno falsum dicunt,ut diximus. s̄. si ergo non probauit d.
Cęsar adimpleuisse ex parte sua satis dr̄ sufficienter pro-
batū eum nō adimpleuisse per supra dicta,immo ex parte
d.sororis Catharinę fuit plene per testes probatū alimēta
sibi nō fuisse pręstita,licet istud nō fuisset necessariū, & ēt
manifeste probat̄ ex ꝓtestatione facta de qua supra,quæ
& si singula sufficiāt multo magis unita prodesse debent.
¶Ex quib.apparet responsum ad adducta in ꝯrium:& pri
mo ꝙ licet fuerint examinati testes nō tñ probant.ad ſm
respondetur,ꝙ licet fuerint reꝓbati testes sororis Catha
rinæ non tamē legitime, & si legitime nō oēs, & maxime
illi qui bene,& optime deponūt pro d.sorore Catharina,
ex quib.tolluntur illæ alię rōnes.s.ꝙ plures sunt testes.d.
Cæsaris,& probant affirmatiuam, fateor,sed non conclu-
denter. ¶Item aliter respondeo quando negatiua ita ca
dit in sensum testis sicut affirmatiua, tunc ita † creditur
testibus deponentibus de negatiua sicut testib.deponen-
tibus de affirmatiua, ut colligitur ex dictis Bar.in d.§.si
plures.in fi.& late per Rimi.in l.j.C.de secun.tab.col.fi.&
15 ideo dicunt Imo.& d.Abb.in c.3.loco.de ꝓba.ꝙ ita † cre
ditur testibus qui dixerunt Titium aliquid facere uelle,
quantum testibus qui dixerunt aliquid facere nolle,sed
ita cadit in sensum non præstare alimenta sicut præstare,
ergo &c. Nec uerum est ꝙ plures sint testes.d.Cæsaris qui
licet plures sint examinati,plures tamen non sunt illi qui
deponunt de alimentis.d.sororis Catharinæ:& si dicatur
fuit saltem probatum illam sororem Catharinam esse ma
lę conditionis,fateor,sed dico ꝙ illa mala conditio,& fa-
ma fuit purgata per testes adductos per d.sororem Catha
rinam,qui plenissime probant de eius bona fama per quā
16 purgātur † omnia indicia habita contra ipsam de mala
fama:ad no.per omnes in l. admonendi.de iureiur.in ar-
ti.bonæ famæ. & in l. de minore. de q. & per Hippol. de
Marsi.in sua practica caus.crimin.ex quo infero ultra pro
bationes de quibus supra ex sua mala fama,& natura nō
posse præsumi ꝙ ipsa fuit in causa ut expelleretur:quia de
bet iudicari bonæ famæ,& opinionis, & illi donatarij,li-
cet præsumantur boni,tamen quantum ad istum actum
17 non debent præsumi,† cum rei illicitę operam dederunt:
iuxta no.per gl.in l.j.C.de sicar. per Bar. in l.Aurelius.§.
idem quæsijt.de lib.leg.per Alex.in l.j.§. si quis simplici-
ter.in 3.col.de uer.ob.latius per Hippo. de Marf. in d.l.j.
de sicar.char.4. ¶Ex his concludo omnino probatū fuis
se ac manifestissime constare.d.donatarios ꝯ fecisse,& in
cidisse in pœnam ꝯctus saltem respectiue ad personam.d.
sororis Catharinæ. ¶Circa secundum dubium quo quæ-
ritur,an sufficiat ut donatio in totum annulletur eos ꝯ fę
cisse respectu unius personæ?uidebatur dicendū ꝙ nō,cū
erāt tres personę uel saltē duę post mortē Iacobi erāt ali-
mentādę sub pęna priuationis donationis, ergo si uni fue
rūt denegata ur̄ tantū pro parte ꝯfactum,& per ꝯn̄s pęna
18 pro parte imponenda est,cum pęna sit † mensuratio deli
cti.l.gracchus.de adul.l.rescriptum. de his quib.ut indig.
& ideo dixit Bar.in l.si prius.in 7.col.de no. ope. nunc.ꝙ
19 si quis † est contumax in uno non debet ei cōtumacia no
cere in alio cum multis similib.quæ possent adduci. ¶Me
lius tñ ꝯsiderando dico ꝙ per ꝯuentionē partis pęna com
20 mittitur in totum:quia quoties promissio est facta † ab
homine extraiudicialiter & uolūtarie, siue ꝯtineat unū fa
ctū diuiduū,siue plura,siue respectu unius personę,siue re
spectu duorū,tñ per ꝯuētionem partis pęna committitur
5 de rescriptis. col. 2. & satis dicitur non† diuidi continentiam causę quando coram eodem iudice litigatur ordine successiuo, & seruata causę natura: ut not. maxime ꝑ mod. in l. nulli. C. de iudi. & hoc dicit tex. in dicta. l. nulli. iuncta gl. in uerbo, iudicio. & Pau. de Cast. ibi intelligit in
6 his quæ simul possunt terminari de iure: nec est † uerisimile rescribentem, tam ius commune quam municipale sub quodam inuolucro uerborum subuertere uoluisse. l. si quando. C. de inoffi. testa. ¶Hoc præsupposito dico ante omnia partes domini iudicantis esse in pronunciãdo sententiam latam contra fideiussores esse nullam, & inualidam, primo ratione incõpetentię iudicum qui protulerunt sententiam ut delegati, & nõ sunt delegati quo ad fideiussores, cum tempore delegationis, non erant dati, & est facta quo ad Camillum & alios de Caprana tantum, & in ea nullum uerbum fideiussoribus, ergo cũ stri-
7 ctissimi iuris sit † non habet illos comprehendere. c. j. de offi. deleg. in 6. cum ibi plene not. nec etiam potest dici eos tanquam ordinarios excitatos iudicasse: iuxta nota. in l. & quia. de iurisdic. omniũ iudi. quia in sententia aliter exprimunt, immo in procedendo & terminando non seruarunt cap. Rotę, dando dubia & alia pretermittendo quæ requirebantur, secundum cap. Rot. ut ex actis apertissime constat, ergo in hoc non potest considerari eorũ ordinaria iurisdictio: iuxta not. in d. l. & quia. cum con-
8 tra eius formam processerunt, & † defectus incompetentiæ iudicis reddit sententiam nullam magis, quam quilibet alius defectus: ut not. gl. ordi. per illum tex. in cle. j. de sequestra. pos. & fruc. & no. in c. j. de senten. & re iudi. & in c. cum in iure. de offi. deleg. ¶Secundo probatur quia fuit lata pendente appellatione à nimis breui dila-
9 tione ad præsentandum, & † sententia lata pendente appellatione à iudice à quo est nulla, & tanquam de facto, & ut attentatum debet reuocari: iuxta no. in cap. non solum. de appel. in 6. toto tit. nihil innouandum appellatione pendente. ꝙ procedit etiam in interlocutoria in certa causa: ut per Feli. in c. cum I. & A. de offi. deleg. cum simil.
10 nec potest dici non potuisse appellari, quia † à quolibet grauamine potest appellari. c. ut debitoris. de appel. cum concordan. de quibus ibi per moder. nec constitutiones Rotæ repugnant si recte intueantur. immo hoc casu non debent considerari, cum secundum illas non processerũt: arg. l. auxilium. de mino. ¶Tertio dico nullam esse, quia fuit lata pendẽte licentia data Camillo de discedendo ꝑ rescriptum principis, & sic cõtinent falsam causam, cum fuit lata contra eum tanquam non comparentem, & contra fideiussores tanquam non præsentantes in termino monitionis: & tamen ex actis iudicialibus & omnibus & lippis apertissime constat, propter rescriptum iustã causam eos habuisse non præsentandi, nec ad id obligatos es-
11 se, sed † sentẽtia continens falsam causam est nulla. c. j. de senten. & re iud. ¶Nec obst. secundum rescriptũ quod re-
12 uocat primum, si & inquantum potest. qnia hoc † non habet officere, cum quod semel placuit non potest amplius
13 displicere: regula, quod semel. de reg. iur. in 6. & † causa semel approbata amplius improbari non potest. §. semel insti. quib. ex cau. manumit. non licet. quod maxime in
14 principe locum habet, cum in eo magis reijciatur † uariatio & inconstantia, & plus conueniunt illa uerba, quod scripsi, scripsi. & quæ processerint de labijs meis non faciam irrita: ut late per Bal. in consi. 279. pridie. lib. 3. ubi
15 concludit, quòd † princeps reuocans aliquid etiam motu proprio quod prius concesserat fingitur circumuentus: adeo ut contrarium probari non possit: idque maxime habet locum, quando nõ est expressa causa: iuxta tradita per Roma. in consi. 118. circa principium. ubi cõclu
16 dit per plura secundum † concessionem factam contra primam non ualere, per Pau. de Cast. in consil. 156. Viso examine. per Alex. in consi. 3. Viso. lib. 5. & 23. eo. lib. col. 3. cum similib. & sic istud secundum rescriptum non tollit primum, cum in eo non sit expressa causa saltem sufficiens, & fingitur subreptitium, ita ut contrarium probari non possit per supradicta, & maxime non habet nocere, cum non fuit simpliciter concessum, sed sub conditio-
17 ne, quæ improbatur per illam dictionem si, & † in quantum: iuxta tradita per Bar. in l. ambitiosa. de decr. ab ordi. fac. & per Roma. in consi. 501. col. 2. ubi late, sed condi
18 tio † nihil ponit in esse quousq; sit declaratum illam esse adimpletam. l. si quis sub conditione. de condi. institu. l. ex facto agitatur. de hær. insti. ergo quousque declaratũ fuit rescribẽtem potuisse & debuisse de iure reuocare primum rescriptum, & sic conditionem positam in secundo rescripto extare, remanet firmum primum, sed ista ante aliquam declarationem factã: & antequam constaret adimpletam esse conditionem secundi rescripti citarunt & mandarunt præsentari, ac sententiam protulerunt, ergo omnia nulliter gesserunt, ac non seruatis seruandis, ad qđ rogo ut statim aduertat iustissimus, ac doctissimus iudex noster, & uidebit errorem manifestum iudicum à
19 quibus Quarto sentẽtia est nulla † ipso iure, cum sit lata perempta instantia. l. properandum. in princ. cum gl. & ibi docto. C. de iudic. l. scire oportet. §. consequens. de excusa. tuto. not. Bal. in auth. clericus. C. de episco. & cleri. per Alex. in consi. 166. In causa & lite. col. j. uol. 6. cum uulgaribus. quod autem sit perempta instantia patet ex actis in quibus apparet, fuisse cõmissam causam de mense Iunij, & de mẽse Februarij fuit lata sentẽtia, & sic sunt fere octo menses transacti, in quibus nemo diceret instãtiam uiginti dierum fere continuorum prefixam à statuto mercatorum, peremptam non esse, secundum quod statutum procedere debet ex forma rescripti ibi, & procedenda prout poterant, consules fori mercatorum, secũdum eorum stylum & statutorum: nam dictio, secundũ,
20 † stat limitatiue & restrictiue: ut plene notatur in l. edita. C. de eden. per Bar. in tit. ad reprimen. in uerbo, prout ergo & c. maxime, cum à uerbis rescripti delegationis nõ sit recedendum, cum sint strictissimi iuris. dicto. c. j. de offi. delegati. in 6. cum uulgaribus. instantia autẽ Rotę non potuit considerari, cũ iudicarunt ut delegati, & fuit processum tẽpore quo Rota silet de mẽse Augusti, & Septembris:

21 ptembris:itaque † cum res excedit suos terminos, exceditur quoque a non suis terminis.glo.Bart. & communis schola in l.fi.C.de edic.diui Hadria.toll.cũ simi. ¶Præterea secundum constitutiones Rotę perempta est instantia, quæ cum nulla sic facta prorogatio erat tantum triginta dierum utilium qui absque difficultate transacti sunt à tempore commissionis, itaque clarissimum est instantiam peremptam fuisse, & per consequens sententiã fore ipso iure nullam. ¶Vltimo apparet nullam esse, cum nõ seruauerint statuta mercatorum secundum quæ
22 procedere debebant ut dixi, sed sententia † lata non seruato statuto, uel iure est nulla.c.j. de snĩa & re iudicata. ubi Abb.& Fel.in specie not.post Bar.in l.cum prolatis.de re iudicata.ubi notant omnes, quod autem nõ seruauerint, sed expresse cõtrafecerint in actis ex multis apparet, quorum unum tantum pro nunc dicam, ut domini mei benignissimas aures nõ obtundam. Nonne isti iudices commiserunt executionem realem & personalem, quod expresse mercatorum legi refragatur, nonnullas quoque nullitatis causas tanquam non necessarias prętermitto, cum ex his omnibus saltem iunctis liquidissime constet hanc sententiam ipso iure nullam esse, & ita pronunciandum fore in hac causa maximi ponderis, in qua fui consultus post hanc sententiam latam ad instar secũdi medici, qui accersitur ingrauescẽte morbo. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio in parte & partibus &c. an iuuet instrumentum uel scripturam priuatam, distinguunt doctores.*
2 *Protestatio de qua supra in productione actuum iudicialium nihil prodest.*
3 *Acta faciunt rem notoriam.*
4 *Doctores qui dicunt dictam protestationem iuuare, tantum loquuntur in instrumentis.*
5 *Verba enunciatiua probant, si cum illis aliquod adminiculum concurrat.*
6 *Item quando propter illa uidetur introducta dispositio. intellige ut ibi.*
7 *Item quando sunt geminata, quod amplia ut ibi.*
8 *Dictio, uel, ponitur inter diuersa idem importantia.*
9 *Declaratio ad glos. in l. si conuenerit. de pigno. act.*
10 *Verba enunciatiua probant quando sunt iurata*
11 *Iuramentum non debet referri ad uerba enunciatiua.*
12 *Fallit quando sunt necessaria ad dispositionem.*
13 *Declaratio ad regulam, quod quæ non prosunt singula unita iuuant.*
14 *Facilius aliquid declaratur, quam quod de nouo inducatur.*
15 *Probatio filiationis quodammodo impossibilis reputatur.*
16 *Probationes imperfectę & coniecturæ, admittuntur quando sumus in casu impossibilis aut difficilis probationis.*

RESPONSVM CIIII.

¶An protestatio in parte & partibus &c. prosit, & quãdo uerba enunciatiua probent: & quando quæ non prosunt singula unita iuuẽt, & super probatione filiationis.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Et si satis liqueat de probatione filiationis Camilli Tartagni per confessionem partis aduersę, ut late in alijs allegationibus deduximus, ita quod nõ esset opus amplius de ea facere uerbũ; nihilominus ut conscientię domini iudicantis fit magis satisfactum nõnullis obiectionibus respõdebo ad quas antequam deueniam ultra ea quę dixi prę̨suppono quod pars aduersa produxit quendam processum agitatum inter easdem partes super quibusdam fructibus in quo plene per testes & positiones probata est filiatio, quo stãte amplius nõ est laborandum. ¶Nec obst. quod hæc productio facta fuerit ut passim fit in parte & partibus, quoniam istud habet maximam contrarietatem: ut per omnes in c.cum uenerabilis.de excep.& in c. capitulum. de rescrip.& in l.j.§.editionem.de eden. & in l.j.C.quæ
1 desunt aduocato.ubi in instrumentis † & scripturis priuatis fit distinctio per Alex. & moder.& in instrumentis ita
2 alias consului sed † in actis non distinguitur, & tenetur opi.Bal.in d.l.j.C.quæ desunt aduo. ut ibi per Alex. col. 2.qui uult quod protestatio nihil prosit, ratio diuersita-
3 tis: quia acta faciunt † rem notoriam, & sunt publica & authoritate iudicis facta, & magis communia quam instrumenta & ad iudicem spectantia: ut late per mod.in l. is apud quem. C. de eden. ubi enumerantur plures differentię inter instrumenta & iudiciorum acta: ut ibi per ip-
4 sos in notab.& si recte intueantur † omnes fere docto. qui tenent quod protestatio iuuat loquuntur in instrumentis, sed nos loquimur in actis, & sic domi: Alex. post Bal. & alios sequaces nullum fere habet cõtradictorem, & alias comprobaui suam opi. multis medijs quę uti nõ necessaria prætermitto: nõ omittam tamen Feli.in dicto. c.cum uenerabilis. col. 17. expresse hoc dicentem tacito Alex. cum saltem iudici faciant talia acta non obstante protestatione qualemqualem fidem quæ sufficit, quoniã si aliquod adminiculum concurrat cum uerbis enunciã-
5 tis, † etiam ubi agitur de nunciato principaliter uerba enunciatiua probant: ut per Feli.in contrarium allegatũ in c.illud.præsump. in uersi.not. 2. ibi sine alijs adminiculis: & ita etiam ibi uult Abb.quod cõcurrentibus alijs adminiculis uerba narratiua probant, sed ista productio processus facit probationem, uel saltem adminiculum, ergo optime probata est filiatio. ¶Item nonnulla fuerũt adducta, scilicet quod sunt ista uerba prolata in dispositione, & propter illam adeo quod sine illis non esset facta transactio non dico respectu modi: ut in l.optimã. C.de contrahen.& commit.stipu. sed respectu effectus &
6 personę principalis quo † casu probant, & multa alia quę adduxi quibus non est aliquo modo responsum: & ex istis apparet non esse opus responsione: cum ultra ea qui bus est data responsio per ista probetur filiatio, quæ etiã probatur per ea quæ dixi. ¶Nec obst. quod geminatio uerborum requiritur in diuersa dispositione: ut uidetur sentire Bar.in l.cum simus.de agri.& cẽsi. quia etiam
7 † idem uoluit esse quando in eadem oratione uerba geminata proferuntur. Soc. in cõsi. 66. frustra. col.fi.ubi loquens de uerbis geminatis in eodem instrumento ad probandum allegat istud de uerbis enunciatiuis geminatis: & doctrinam Bar.in l.cum simus.& Corn. uult in cõsi. 77. quæ allegationes nõ facerent ad propositum si ita non intelligerentur, & multi alij ita tenent quos prætermitto: nec Bar.hoc negat, & ponderatio facta de perseueratione probat contrarium, quia dicit uel perseuerant.
8 sed † dictio uel, ponitur inter diuersa idem importantia: ut no.in l.j.de rebus dub.ergo idem est si est geminatio absque perseueratione, & sic sine alia dispositione, alias
9 non poneretur inter diuersa. ¶Nec obst. † gl.in l.fi cõuenerit.de pigno.actio. quia aut loquimur de geminatione actus & tunc non sufficit simultanea ita Ias.in l.j.in 7. col.de officio eius cui manda.est iurisdi.ubi allega.dict. gl.in d.l.si cõuenerit.& plura: & respondetur modo quo supra.sed doc.ut Ias.in d.l.ex his.& alij loquuntur de geminatione uerborum, ergo sufficit in eadem dispositione, immo sunt quadruplicata & sunt super eo quod non est simpliciter necessarium ad actum, sed est causa finalis dispositionis, ut quia erat filius legitimus Scipionis; qd ultimum de per se facit quod enunciatiua probent, & sic iste est casus fortior quam simplicis geminationis, & qui non habet contradictorem si recte intueatur, & præser-
10 tim cum sint † iurata. ¶Nec obst. quod † iuramentum
11 non debet referri ad uerba enunciatiua: iuxta no.in capi. cum uenerabilis.de excep.sed tantum ad principalia: ut per Bar.in l.fi.§.Titia.de lib.leg.quia respondetur quod allegata in contrarium loquuntur quando est simplex relatio uel productio: ut ibi per eos non autem quando est expressa approbatio cum iuramento per uerba uniuersalia collectiue & distributiue prolata ibi omnia & singula in instrumento contenta, immo geminata &c. & uniuersalis

uniuersalis geminata quantum magis operetur, quam simplex relatio & tacita approbatio absque iuramento, nemo est qui nesciat, & sic allegata in contrarium nō faciunt ad casum. Immo Decius ibi in d. c. cū uenerabilis. in tacita approbatione & simplici relatione uult quod
12 referatur ad uerba †enunciatiua quando illud enunciatum erat necessarium ad contractum, sed ad contractum transactionis de quo sit uerbum filiatio erat necessaria, cum alias fuisset erroneus & inualidus, ergo &c. allegata in contrarium recte intellecta concludunt pro casu nostro. ¶Nec obst. quod requiritur quod sint hæredes rei conuenti do. Caroli qui confessus est & iurauit, quia probatur per confessionem dictorum hȩredum in processu fol. 17. nec potest dici quod illa confessio non fuit acceptata, sed impugnata, quia non fuit simpliciter impugnata, sed in parte &c. immò secundum petitionem productam, in qua petitione expresse confitemur illos esse hæredes, uideatur, & illa occupatio intelligitur respectu bonorum domini Camilli de quibus agitur. Ex quibus manifeste sequitur quod cum ista omnia de per se probent multomagis unita iuuant, & dato quod de per se nō sufficerent tamen simul iuncta debent prodesse, cum sit regula, quȩ non prosunt singula, nec ut singula aliquid fa-
13 ciunt, unita iuuant. ¶Nec obst.† dictū Bal. in l. si quis ex argentarijs. §. j. de eden. ubi uult quod quando duo sunt imperfecta in sua specie si iunguntur non prosunt, quia respectu probationis de quo agitur Bal. probat cōtrarium: nam dicit aut agimus de producēda dispositione & tunc non iuuant: aut agitur de reprobanda, & tunc secus, quia iudex non debet alligare animum ad unum genus probationis: & plenius declarat Bal. in l. spadonē §. qui iura. de excu. tut. ubi assignat rationem, quia probationes solum fiunt ad declarandū, sed facilius aliquid
14 declaratur †quam quod producatur in esse. l. hæredes palam. §. sed si notā. de testa. sequitur Ias. in l. admonendi.
15 char. 23. de iureiur. sed hic agitur de †probanda filiatione, ergo & si singula non probent, & sint in specie sua imperfecta, quod tamen negatur, unita tamen iuuant: secūdum Bal. allegatum in contrarium: & hoc eo magis debet esse in casu nostro ubi agitur de re impossibili ad pro-
16 bandum. l. Lucius. de cond. & demon. quo † casu admittuntur imperfectȩ probationes & coniecturȩ quæ alias non probarent: ut not. in rubr. de proba. & in cap. tertio loco. cod. titul. & in l. si quando. C. unde ui. cum simil. ergo &c. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Treugam frangere non est licitum, licet prius ab aduersa parte non fuerit obseruata.*
2 *Doctores multi, maximȩ authoritatis tenent frangenti treugam fidem seruandam non esse.*
3 *Discordia doctorum operatur ut licet plures sint pro una parte, quam pro alia, nihilominus iudex pro alia parte cui multi doc. maximæ authoritatis assistunt, iuste iudicare possit.*
4 *Doctoribus sententiam suam lege non probantibus credendum non est.*
5 *Communis opinio non attenditur, quando aduersus eam adest cōcludens ratio legis.*
6 *Iudex secundum regulam habet proferre sententiam.*
7 *Communis opinio quæ contra se habet plures docto. maximȩ authoritatis de facili limitari non potest.*
8 *Communis opinio quæ habet treugam debere à parte offensa seruari fallit, quando treuga est antiqua ita quod iuris præsumptione transiuit in pacem.*
9 *Infinitas est euitanda.*
10 *Tempus decem uel uiginti annorum dicitur longum.*
11 *Reipublicæ interest ne delicta committantur, & tranquilla sit prouincia.*
12 *Facultas agendi & petendi in criminalibus ea quæ tendunt ad puniendum delicta tollitur. 20. annis.*
13 *Dominium rei propriæ amittitur decursu uiginti annorum.*
14 *Ratio amissionis dominij rei propriȩ per uiginti annos illa est, quia dominus non petendo tanto tempore uidetur renunciare, & tacite consentire ut alius acquirat.*
15 *Tacens per 24. annos uidetur renunciasse offensȩ & iniuriæ uindicandæ.*
16 *Treuga cessante ipsius quoque cessabit effectus.*
17 *Sublato uno censetur omne sublatum per quod peruenitur ad illud.*
18 *Interpretatio semper fit: ut pax inducatur, & eius causa receditur à regulis iuris.*
19 *Defensio unicuique permissa est, etiam alterum interficiendo.*
20 *Excommunicatus is non dicitur qui clericum pro sua defensione percussit.*
21 *Presbyter celebrans rem sacram aggressus, aggressore interfecto, non obstante homicidio, rem sacram inchoatam perficere potest.*
22 *Defensio contra aggressorem in quocunque contractu uel statuto intelligitur excepta.*
23 *Casus propriȩ defensionis non comprehenditur sub treuga.*
24 *Nemo dominus est membrorum suorum.*
25 *Incontinenti aliquid dicitur factum, quando fuit factum statim in eodem actu absque ulla ad extraneos actus diuersione.*
26 *Massarij dicto, testibus coadiuuato standum est.*
27 *Massario soli creditur in delictis non grauioribus.*
28 *Pœna pecuniaria inter diuites minoris æstimationis est, quam quodlibet delictum.*
29 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione ualidum est in iure.*
30 *Vox unius uox nullius.*

RESPONSVM CV.

¶Qualiter & quomodo treugā rumpatur, & plura circa cōmunem opinionem quæ habet treugam à parte offensa seruari debere, & quando credatur dicto massarij, & ponit aliquas nouas limitationes, & casus nouos circa treugam obseruandam.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Videtur treugam ruptam fuisse per Laurentium inquisitum ex quo interfecit Paridem comprehensum in instrumento treugȩ, & si asseratur d. Laurētius primo fuisse uulneratus à d. Paride, quoniam non est licitum frangere treugā, licet prius ab alia
1 † parte fuerit fracta: ut est dictū Vincentij in capi. j. de treug. & pace. & ibi Feli. qui multa alleg. per Soc. in consi. 110. In cā magnifici. col. fi. lib. 2. & per doc. in l. semel mora. fol. matr. cum simi. ¶Melius uero considerans dico contrarium uerius esse: & primo quia licet multi tēneant frangenti treugam fidem seruandam fore à parte
2 offensa, tamē† multi alij maximȩ authoritatis tenuerūt contrarium: ut Imol. & Alex. in l. qui seruū. de uerb. obli. ubi dicunt frangenti treugam non esse seruandam fidē. & in pūcto iuris hanc opi. esse ueriorem idem tenet Abb. in c. j. de treug. & pace. Imo. in ca. 3. de iureiur. & nouissime Dec. dicit de iure opinio. Imo. & Alexan. ueriorem esse in l. cum proponas. col. 2. C. de pac. & ibi respondet adductis pro alia opinio. & pro ista parte consuluit Cor-
3 neus in consi. 42. uol. 2. quapropter †cum sumus in conflictu scribentium, licet plures sint pro una parte quam pro alia, tamen cū multi sint etiam pro alia parte & maximȩ authoritatis magnificus iudex poterit iuste iudicare pro nostra parte, cum alia opinio non probatur lege,
4 quo casu †doctoribus non est credendum. l. illam. de collatio. cum simi. & ratio concludens. l. cum proponas. C. de pac. est contra eam: ut per Dec. in dicta. l. proponas.
5 quo † casu non attenditur communis opi. nec pro ea est iudicandum: secundum Abb. in c. capellanus. de fer. Dec. in consi. 25. col. 5. Cur. in consi. 56. col. 4. ergo &c. & facit quia illa opi. habet regulā pro se ut frangenti fidem
6 fides frangatur eidem. iuribus uulg. & iudex habet † proferre sententiam. secundum regulam legis. l. ab ea parte. de probat. Bar. in l. si tutor. in fi. C. de ser. pigno. dat. Ias. in l. cȩtera. in 3. notabi. de leg. Dec. in c. translato. de constit. in 4. notab. ergo &c. & hoc dixisse uolui non ut determinem in prȩsentiarum contra communem opi. nam id

relinquo

relinquo arbitrio iudicantis, sed ut demonstrem eam debilem & de facili ab ea recedendum esse si aliquantulum
7 casus uarietur, & ab eius terminis discrepet, † & facillime limitari posse ac eius limitationes admittendas esse,
8 & eam limitandam puto ut statim probabo † quādo treuga effecta est perpetua seu in pacem transiuit, & considero præsentis facti speciem: nam quod alia opi. sit tenenda in iudicando tanquam communi, tamen demonstro quod nō habet locum in casu nostro, quia fuit facta treuga per unum annum, cū potestate ei renunciandi seu discedendi ut uerbis partium utar, & iam sunt elapsi uiginti quatuor anni quibus nunquam fuit ei renunciatum, ex quo uidetur cū per tantum temporis steterint amplius dictæ partes renunciare nōn poterant: & ita hæc promissio de non offendendo ad tempus facta est perpetua: quo casu Vincentius, Feli. & omnes docto. concurrunt in hoc ut frangenti promissionem perpetuam non sit seruanda fides, cum militet in ea ratio pacis in qua admittitur potestas uindicandi: quia perpetua est: & alias nunquam potuisset se uindicare, secus in treuga quia temporalis est, & cum cito finienda est, ea finita poterit se uindicare, at cum hæc treuga facta sit perpetua & transiuit in pacem, si facultas uindicandi sibi denegata esset nunquam potuisset se uindicare, ergo licitum fuit. d. Laurentio se uindicare sine fractura treugæ ut ita dicam, perpetuatæ ex mente omnium scribentium. quod autem ius renunciandi sit sublatum per 24. annos probatur: nam certum est illam potestatem non debere intelligi in infinitum, cum
9 infinitas euitanda † est. l. fideicommissa. §. si quis decem. de leg. 3. l. qui bona. §. ulti. de dam. infec. cum simi. si igitur intelligitur ad tempus non debet intelligi ultra tem-
10 pus decem uel uiginti annorum, cum dicatur longū † tēpus insti. de usucap. in prin. plene in rub. de longi temp. præscrip. ¶ Item quia ista potestas discedendi à treuga tendit ad tollendam pœnam & ad faciendum aliquem audaciorem ut crimina committat, ergo cum quodammodo ordinetur ad aperiendam uiam ad crimen perpe-
11 trandum debet stricte interpretari, cum interest † reipublicæ ne delicta committantur & tranquilla sit prouincia l. cum grauiter. de offi. præsi. not. in l. 4. §. hoc autem. de dam. infec. & facit quia facultates agendi & petendi in
12 criminalibus quæ tendunt ad puniendum delicta † tolluntur. 20. annis. l. querela. & ibi Bald. Sali. & omnes de falsis. ergo fortius facultates & potestates aliquid faciendi per quas aperitur & fit leuior uia delinquendi spacio
13 uiginti annorum debent tolli. & facit: nam † si per uiginti annos quis amittit dominium rei propriæ: insti. de usucap. in prin. & in toto tit. de long. tempo. præscrip. & ratio quia stando per tantum tempus uidetur renunciare & † tacite consentire ut alius acquirat. l. alienationis uer
14 bo. de uerbo. signific. ergo fortius hic cum per uiginti quatuor annos steterint & non recesserint, tacite uidetur renunciare illi facultati, cum sit minoris præiudicij, immo † per tantum tempus uidetur esse renunciatum offen
15 sæ & iniuriæ uindicandæ: argu. à fortiori eorum quæ ponuntur in l. si non conuitij. C. de iniur. ergo per cōsequēs uidetur esse renunciatum potestati renunciandi treugæ quæ tendit ad hoc ex intentione partium: ut quis impune se posit uindicare, cū cessante † causa cessat effectus,
16 l. adigere. §. quamuis. de iure patro. & sublato † uno cense
17 tur omne sublatum per quod peruenitur ad illud: plene not. in l. 2. de iurisdictio. omnium iudi. & præsertim hoc esse debet in casu nostro in quo deducitur pax, pro qua † pace, ut fiat, semper fit interpretatio, & receditur à regu
18 lis iuris. dicit Bal. in l. j. de cad. tollen. in princ. late per And. Siculum in consi. 41. illud referam. col. 20. lib. j. & in consi. j. col. 34. uol. 2. ubi prosequitur per tres col. ergo & si illa potestas renunciandi treugæ deberet durare longiori tempore, quod tamen negatur, ut inducatur pax non debet durare. ¶ Præterea considerandum est: nam licet Laurentius fuit primo percussus, cum sanguinis effusione, & dubitans ne iterum percuteretur ut uim expelleret percussit quodam paruo gladio d. Paridem percutiētem, & sic uim ui repellendo eum uulnerauit: quo casu
19 licite fecit † cum unicuique permissum est se defendere etiam alium interficiendo. l. is qui aggressorem. l. si quis
20 percussorem. C. de sica. adeo ut † clericum pro sua defensione percutiens non dicitur excommunicatus. clemen. j.
21 de homic. & presbyter † celebrans rem sacram aggressus, aggressore interfecto non obstante homicidio celebrare, & rem sacram inchoatam perficere potest: per Io. de Lign. in tractatu & bello in c. 84. uersi. 3. quæro. & talis
22 defensio † in quocunque statuto uel contractu intelligitur excepta: ut per Io. de Ana. in consi. 59. Visa inquisitione. per Alex. in consi. 113. Viso themate. lib. 2. col. 2. & sic
23 iste casus † propriæ defensionis non comprehenditur sub treuga, immò si partes expressissent nōn ualuisset ta-
24 le pactum, cum nemo † sit dominus membrorum suorum. l. liber homo. ad leg. Aquil. arg. not. per Bart. in fortiori in l. cum seruus. de condic. ob cau. ergo &c. quod autem ita factum fuerit probatur ex denuncia massarij qui denunciat in rixa Paridem primo percussisse Laurentium: deinde Laurentium Paridem, & sic probatur Paridem fuisse primum percussorem: quo casu Laurentius cogebatur se defendere. probat etiam incontinenti se defendendo. d. Laurentium uulnerasse Paridem: ex quo dicit in dicta rixa, & sic in illo actu & antequam diuerteret
25 † ad actus extraneos, quo casu dicitur incontinenti. l. cōtinuus. de uerborum obligationib. & ibi plene not. & in l. j. in prin. eo. tit. cum simil. Et si dicatur, non creditur massario denuncianti, respondetur hic non adesse solum massarium, sed sunt aliqui testes examinati pro parte fideiussorum qui narrant casum, prout audierunt ab ipso uulnerato, & deponunt semper. d. Paridē primo percus-
26 sisse, quo casu statur † dicto massarij coadiuuato testibus: ut per Gandi. sub rub. quomodo de malifi. cogn. cum si. quæ uti notissima prætermitto. ¶ Secundò responde
27 tur credi soli † massario in delictis nō grauioribus. Bar. in l. diuus. de custo. & exhib. reorum. & per docto. in l. ea quidem. de accusa. sed hic licèt sit graue crimen, tamen de eo non agitur: sed respectu treugæ ruptæ quæ est tercētum aureorum inter diuites: quod est quid minimum cō
28 sideratis personis & minus † quam quodlibet delictum. arg. tex. in l. in seruorum. de pœ. & in §. audient. in auth. de defen. ciui. & nota. per moder. in l. imperium. in fin. de iurisd. om. iudi. ergo quantum ad effectum treugæ standum est dicto solius massarij. ¶ Tertiò non probatur aliter illud delictum quam per massarium & illos testes,
29 aut † ergo statur dictis eorum & probatur prima percussio, aut non statur & delictum & cōtrauentio treugæ nō est probata, & licèt sit examinatus unus testis contra
30 Laurentium nihil facit: quia † uox unius uox nullius, & quia uarius & inimicus, ut expresse colligitur ex dictis suis: ergo &c. iuribus uulgaribus. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Ius cuiuslibet restituti pendet a uerbis restitutionis & gratiæ, & quatenus a uerbis gratiæ ei conceditur, eatenus consequitur.*
2 *Bannitus restitutus ad ciuitatem & omnia bona sua, fructus perceptos per quemcunque etiam ex bonis per fiscum non alienatis consequi non potest.*
3 *Obligatus uirtute restitutionis & gratiæ ad restituendum bona quæ ad eum peruenerant, non tenetur assignare rationem fructuum, nec administrationis medij temporis.*
4 *Filius præsumitur remisisse fructus perceptos per matrem in bonis suis, dum esset bannitus.*
5 *Statuta debēt obseruari a suis ciuibus, circumscriptis omnib. alijs iuris dispositionibus.*

RESPONSVM CVI.

¶ An bannitus restitutus ad ciuitatem, & bona, recuperet fructus intermedij temporis in bonis suis ab aliquo perceptos.

INVOCA-

INVOCATO diuino suffragio. ¶Quęritur an bannitus cum publicatione bonorum restitutus ad ciuitatem, & bona? possit repetere fructus perceptos per eius matrem, & omissis argumentis ad partes breuibus me absoluo, cum ueritas in paucis consistit, & cum hic casus sequens ac tritissimus sit, & pro resolutione considerò secundum communem theoricam scribentiũ in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posth. cum infinitis concordantibus
1 ibi traditis: quod ius † cuiuscunque restituti pẽdet à uerbis restitutionis & gratię, & quatenus per gratiam ei cõceditur eatenus consequitur & non ultra, sed per gratiã & restitutionem huius banniti fructus non cõceduntur, ergo cum ad illos non sit expresse restitutus eos consequi non potest, & licet generaliter sit restitutus ad ciuitatem, & omnia bona sua, nihilominus cum non sit in indi
2 uiduo ad fructus restitutus † fructus pceptos p quẽcunq; etiam ex bonis non alienatis per fiscum consequi non potest: ut est tex. singularis in auth. idem est de nestorianis. C. de hære. Bal. in l. nam ad ea. de leg. & in c. domino guerram. in tit. hic finitur lex. & in l. fi. in 8. col. C. de sen ten. pass. & in l. j. circa fin. C. de conue. fisc. deb. lib. 10. & Roma. in l. iusiurandum; ꝙ ex conuentione. §. procurator. in 2. col. de iureiu. ubi dicit tex. in d. auth. idẽ est de nestorianis. C. de hære. ad hoc peregrinum & singularem esse, & ad hoc etiam est tex. in §. si quis de parentibus. in uersic. si uero post. in auth. ut cum de appella. cognos. ubi
3 not. Angel. quod † si bona tua quæ ad me deuenerũt per uiam restitutionis & gratię debeo tibi restituere, quod non debeo tibi assignare rationem fructuum nec gubernatoris medij temporis, eo quia restitutio nõ operatur, nisi quantum ad exhibẽdum proprietatem & possessionem bonorum non autem quantũ ad fructus: ut est tex. ibi, in uerbo, nullam. de fructib. & istud sequuntur Ang. Imo. Alex. Are. & cęteri scribẽtes. in l. Gallus. in §. & quid si tantum. de lib. & posth. & dicit ibi Ias. col. 11. quod est communis opi. à qua nemo discrepat licet disputatiue ipse aliquid dicat, ergo casus iste est decisus & amplius non est laborandum, & hoc eo magis esse debet, quia isti fructus fuerunt percepti & consumpti ab eius charissi
4 ma matre quo casu † leges præsumunt filium eos remisisse intuitu pietatis, & amoris filialis etiam in terminis in quibus quilibet ad petendum admitteretur, ut plene traditur in l. alimenta. de neg. gest. cum concord. ergo fortius in hoc casu repetere non poterit, cum quilibet alius extraneus per supradicta repetere non possit. ¶Accedat quoque longum tempus lapsum post habitam restitutionem: nam hic bannitus postquam fuit restitutus stetit ultra triginta annos antequam rationem fructuum peteret ex quo longo temporis spatio, immo breuiori, ut decem annorum statutũ huius ciuitatis, sub rub. de præscrip. in his quæ uere debita sunt, & de iure peti poterant, pręsumit satisfactum fuisse, & uult quod stetur iuramẽto debitoris uel eius hæredis quod fuerit ei satisfactum: ergo fortius in casu nostro, cum hæres huius matris est paratus iurare hic actor reijciendus est, cum id quod petit de iure sibi non debeatur, cum & si deberetur repellendus à limine iudicij foret ex forma statuti. quod cum sit
5 proprium ciuitatis ius † circunscriptis quibuscunq; alijs iuris dispositionibus obseruandum est: ad plene tradita in l. omnes populi. de iusti. & iu. & in §. iustitia. inst. de iusti. & iure in c. j. de consti. Ex quibus liquidissime cõstat reum conuentum non teneri ad fructus perceptos ex bonis huius bãniti, & cum res sit satis clara & inter fratris amicabiliter agatur: his paucis ꝯtentus ero. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum adest Bononiæ in foro mercantili quod contra scriptum priuatum nulla possit poni exceptio tribus exceptis, de quibus in eo.*

2 *Statutum aliud adest in dicto foro quod scriptis credatur, & si diem, nec tempus, nec causam, nec subscriptionem habuerint.*

3 *Pęnitentiæ locus est ante confectionem instrumenti, in contractu celebrato à partibus de precio concordibus, quando conuenerant ut de illo contractu fieret instrumentum. declara ut nu. me. sequen.*

4 *Pęnitentiæ non datur locus, quando partes omnia conuentionis capitula scripserunt, & contraxerunt obligationem de præsenti, quãuis postea dixerit quod de ea fieret instrumẽtũ.*

5 *Limita nisi dictum fuerit quod alias contractus non ualeat nisi fiat in scriptis.*

6 *Pęnitentiæ non est locus ante confectum instrumentum, quando sumus in contractu ad cuius essentiam non requiritur scriptura.*

7 *Pęnitentia non est licita ante confectionem instrumenti quando in contractu, semper fuit facta mentio de obligatione de præsenti.*

8 *Contrahentes ante factum instrumentum pęnitere non possunt, quando promiserunt se obseruaturos contractum, licet postea dixerint se uelle de eo fieri instrumentum.*

9 *Scriptum factum absente parte, ex forma statuti de quo supra acquirit ius absenti, sicut si factum esset ipso præsente.*

10 *Ius absenti acquisitum non potest reuocari, per promittentem.*

11 *Filius statim acquirit patri.*

12 *Conditio contractui inserta non dat facultatem pœnitendi, sed tantum prohibet nasci obligationem antequam sit purificata.*

13 *Pęnitentia licita est re integra in contractibus innominatis.*

14 *Pœnitentia non est licita in promissionibus conditionalibus etiã innominatis.*

15 *Pęnitentia in contractibus innominatis non est licita etiam ante implementum partis aduersæ, quando ad finiendam litem contractus fuit celebratus.*

16 *Obligatio seu promissio de uendendo est quid separatum ab ipsa uenditione.*

RESPONSVM CVII.

¶An quando partes conuenerunt quod de conuentis fieret instrumentum, licita sit pœnitentia ante confectionẽ instrumenti, ubi declaratur statutum mercantile Bononien.

INuocato diuino suffragio. ¶Cum casus sit clarissimus breuibus me absoluam: nam
1 adest statutum in foro mercantili † quod cõtra scriptum priuatum nulla possit opponi exceptio, exceptis tribus de quibus ibi, sed debeat mitti executioni. & postquam erit executum tunc uideatur de ueritate exceptionis, & istud statutum ubicunque agitur de scriptis, inter quascunque personas, & coram quocunque iudice, etiam legato & uicelegato debet obseruari: ut in eodem statuto continetur à pontifice cõfirmato, sed oppositiones quæ fiunt per partem aduersam nõ sunt de illis tribus, ergo illis reiectis exequi debet, & hoc eo magis fieri debet, cum huiuscemodi scriptum sit semel pronunciatum esse exequendum, & habeat diem & subscriptionem testium ac partium, & adsit aliud statutum quod scriptis credatur, & si diem † nec tempus,
2 nec causam, nec subscriptionem habuerit, & licet per ista magnificus. d. iudex reiectis exceptionibus partis aduersæ debeat mittere executioni. d. scriptum maxime, cum in statuto uideatur iste casus decisus si bene aduertatur, nihilominus ut magis sit consultum suæ conscientię, ad omnes exceptiones sigillatim respondeo, & primo ad illam quod scriptum non erat perfectum, cũ de eo debebat fieri instrumentum, ita quod uidebatur esse locum pœnitentię: iuxta gl. in §. j. insti. de empt. & uendi. & per Pau. de Cast. in l. cum res. de prob. C. & in l. contractus. de fide instru. per Dec. in consi. 149. col. 3. cum simil. ubi si partes uendunt, † & sunt concordes de pretio,
3 & agant quod fiat instrumentum locus est pœnitentiæ antequam fiat instrumentum, quia notarius non potest rogari de eo quod fuit prius conuentum, cum non fuit in sui pręsentia, sed tantum debet rogari de eo quod factum fuit in sui præsentia, & ita ab illa die incipit ualere.

¶Respon-

¶Respondetur illud procedere quando actum est inter partes non solum quod eo fiat scriptura, sed quod sit cōtractus in scriptis uel alias non ualeat, ita quod substantia contractus pendet à scriptura: secus quando partes omnia capitula conuentionis scripserunt & fecerūt obli
4 gationem de præsenti, & postea dixerunt † quod de eo fiat instrumentum, quia tunc uidetur requiri instrumentum ad probationem perpetuam, & hoc quando non est contractus qui de sui natura requirat scripturam, quia tūc in dubio uidetur actum fuisse inter partes quod fiat instrumentum secundum naturam contractus ad probationem: ita declarauit & concordauit opi. Sali. in auth. sed nouo iure. col. 3. uersi. aut est dictum. C. si cert. peta. alias non procedunt allegata in contrarium, nisi fuerit
5 † dictum quod alias cōtractus non ualeat, nisi fiat in scriptis: secundum Bar. Bal. in l. fi. & in auth. ibi posita. C. si cer. pet. Bar. Pet. Cyn. Sali. & communiter doc. in l. contractus. C. de fide instru. quos sequitur Soci. in consi. 174. circa fi. uol. 2. ubi attestatur doc. ita communiter tenere, & uide Dec. in consi. 340. in 3. uol. ubi respondet Pau. de Cast. in l. cum res. C. de proba. sed non fuit dictum in casu nostro quod sit contractus in scriptis, uel quod alias
6 non † ualeat. nec sumus in casu quo de essentia contractus requiratur scriptura, nec etiam sumus in casu quo ante absolutum contractum partes conuenerunt ut fieret instrumentum, in quibus casibus procedunt allegata in contrarium, sed sumus post perfectum contractum & conuentionem, cum istud ut de eo fieret instrumentū fuit prolatum in subscriptione partis quæ apponitur in fine conuentionis, & post perfectam cōuentionem, & ita secundum communem opinio. & distinctionem Salice. communiter retentam contractus iste est perfectus, ita ut non sit locus pęnitentię, & instrumentum debet fieri ad perpetuam probationem, & maiorem corroborationem, & id in isto casu absque difficultate esse debet, quia
7 semper in scripto fit mentio de obligatione de † præsenti si recte consideretur, & attenta suprascripta conditione esset obligatio de futuro, immò nulla adesset, cum ante conditionem nulla obligatio est nata. l. cedere diem. de uerb. sign. ¶Præterea aduertendum est quod promittit
8 obseruare scriptum, & postea dicit se † uelle de eo fieri instrumentum, & ita uenit augmentatiue ad promissionē factam, ergo nón debet operari diminutionem. l. legata inutiliter. de adimen. leg. ¶Secundo non obst. illam promissionem fuisse factam sub illa conditione, dummodo do. Iacobus se subscribat &c. quia respondetur istud nō arguere licitam fore pœnitentiam, tum quia fuit adimpleta illa conditio per subscriptionem factam eadem die per d. Iacobum, & sic postea non potuit pęnitere nec ante pęnituit, ut colligitur ex petitione termini, & copiæ scripti super executione facti, ubi petit copiam scripti cum termino ad deliberandum quid sit agendum, & dato termino à iudice nihil opponit: nam per ista datur intelligi, eum prius non reuocasse, & merito quia nec re-
9 uocare poterit, cum per † scriptum factum absente parte ex forma statuti, de quo supra est acquisitum ius absenti,
10 sicut si esset factum præsenti ut in dicto statuto, sed † qñ absenti est acquisitum ius non potest reuocari per promittentem: ut no. in l. qui absenti. de dona. & hoc eo magis in casu nostro esse debet, cum fuerit facta illa obligatio præsente reuerendo, & magnifico domino Leone de Leonoris. d. Iacobi filio, & acceptante, immo dictum scriptum de consensu promittentis subscribente, & filius sta-
11 tim † acquirit patri: ut no. in l. placet. da acquir. hæredi. & in l. stipulatio ista. §. alteri. de uerb. obli. nec conditio
12 dat † facultatem pęnitendi, sed bene prohibet nasci obligationem antequam sit purificata: ad not. in l. sicut. de actionib. & obliga. & in l. j. de condi. & demonstra. & hęc sint dicta ex abundanti, cum etiam dato quod esset con-
13 tractus innominatus, in quo re integra † licita est pœnitentia. l. si pecuniam. de condic. ob cau. tamen cum est facta promissio sub conditione: ut etiam fatetur pars aduersa in suis scripturis non est licita pœnitentia, quia in
14 † promissionibus conditionalibus etiam innominatis licitum non est promittenti pœnitere secundum Bar. Ange. Fulgo. & alios in l. ab emptione. in j. col. de pac. ¶Itē
15 in contractibus innominatis † non licet pœnitere etiā ante implementum partis aduersæ, quando contractus fuit factus ad litem finiendam. l. si fratris. l. quamuis. C. de transac. per Pau. de Cast. in l. postquam liti. eo. titu. per Ias. in d. l. si pecuniam. col. 5. sed istud scriptum fuit factū ad litem finiendam, immò in eo fuit renunciatum liti, ergo non potuit pœnitere, etiam re integra, & adhuc non impleta conditione: & ita etiam potest responderi ad id quod dicitur conditionalem esse uenditionem propter mensurationem, & pretium collatum in arbitrium communium ęstimatorum, quia esto quod sit conditionalis, tamen non est licita pœnitentia per ea quæ dicta sunt supra. ¶Præterea aduertendum est hic duo adesse, scilicet, obligationem & promissionem de emendo & uendendo modis & formis de quibus in scripto, & ipsa uenditio & illę conditiones & pacta mensurationis & pretij respiciunt uenditionem: non autem obligationem de uenden
16 do † quæ est quid separatum ab ipsa uenditione: ut per Alex. & alios in l. iurisgentium. in prin. de pac. & ita dico quod cum pura sit obligatio de uendendo, & conditiones & pacta respiciunt rem separatam, non est disputandum quando propter pactum mensurationis uenditio sit conditionalis, quod recipit distinctionem, & alias declaraui. ¶Et sic recte considerando non faciunt hæc quæ objciuntur, ad rem ipsam, ut magnifico domino meo apparebit liquidissime, cuius partes esse puto mediante euidenti iustitia in pronunciando reiectis huiuscemodi friuolis exceptionibus, scriptū de quo agitur exequendum fore. Laus Deo.

¶Ita de iure respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres factum defuncti adimplere tenetur.*
2 *Instrumentum ubi est clarum, disputatione, ac interpretatione non est opus.*
3 *Instrumentum pro se habens, dicitur habere fundatam intentionem & probationem probatam, ita ut solum sententia deficiat.*
4 *A uerbis contractus non est recedendum.*
5 *Verba contractus de expensis mentionem facientia, de ueris expensis & non de fictis intelligi debent.*
6 *Expensarum appellatione ueniunt expensæ, quæ remunerandi causa remissæ fuerunt.*
7 *Expensas quas facturus eram, nisi aduocatus meus salarium suū & alia quæ expendissem mihi donasset, ut me sibi obligaret, ab aduersario meo, perinde ac si uere expendissem repetere possem.*
8 *Dominus qui tenetur fideiussori de eo quod ipse soluit, tenetur etiam in casu quo non soluit, sed ei, gratia tamen obligandi illum, donatum fuit.*
9 *Expensæ intuitu meo & non aduersarij mei mihi remissæ in utilitatem meam duntaxat cedere debent.*
10 *Dispositio loquens in casu uero, uendicat quoque sibi locum in ficto, si casus fictus æquipolleat uero.*
11 *Contrahentes cum dispōne iuris cōis se confirmare uidentur.*
12 *Sermo generalis nō refert nisi ad expressa & expresse narrata.*
13 *Sermo generalis non refertur ad ea ad quæ non est uerisimile quod contrahentes specialiter se retulissent.*
14 *Computum expensarum, in quo aliquæ expensæ non fuerunt deductæ non habet officere quominus illæ peti possint, quando ratio diuersitatis reddi potest: quare aliquæ in calculo magis fuerunt deductæ, quam aliæ.*
15 *Calculatio erronea emendari atque rescindi debet.*

RESPONSVM CVIII.

¶An promissio expensarū contineat & cōprehendat ea in quib. fuisset expēsum, si non fuissent donata: & an expēsę de qb. in calculo nō fuit facta mētio censeantur remissę.

INuocato diuino suffragio. ¶Paucis agam in præsenti cā, cum ueritas in paucis cōsistat, & prima fronte uīr ꝙ d. Galeatius V. I. D. de Pōtremulo meus olim acutissimus discipulus teneatur ac compelli possit restituere molēdinū de quo agitur

agitꝛ restitutis sibi expensis factis p patrem suum de proprijs pecunijs illorũ de Vrsis,& elapsum sit quadrienniũ, put narratũ est in instrõ celebrato inter dictos de Vrsis & patrem dicti.d. Galeatij: quod instrm tanquã a patre fa-
1 ctũ teneť † adimplere.d.Galeatius.l.cũ a mre.de rei uend. plene no.in l.fi.§.in cõputatione.C.de iure deliberan. cũ
2 simi.& instrm est clarum,ergo non est opus † disputatione ac interpretatione.l.ille aut ille.§. cũ in uerbis. de leg.
3 3.cũ simi.& qui † habet instrumentum pro se dicitur habere fundatam intentionẽ & habere probationẽ probatã,ita ꝙ solum deficiat sñia:ut late p Ias.& alios in l.j.so. mat.p Feli.in c.significauerũt.in uerbo,liquere de testib. ¶Nec põt dici ꝙ.d.Galeatius uult adimplere ꝯtum,sed uult ꝙ sibi reficiantur non solum expensæ factæ a patre, sed illę expensæ quæ fuissent factæ a patre si prout quilibet alius coactus fuisset emere incille & locum p quẽ duxit aquam ad dictũ molendinũ, & multa alia quæ ab amicis affinibus & a remuneratis fuerunt remissa patri dicti dñi Galeatij,prout præsupponitur in facto:nam cũ pater dicti do.Galeatij erat doctor & potens ad remunerandũ, & quia nonnullis seruitutẽ in proprijs domib.ꝯcessit, iõ sibi illud incille in proprijs latib.concesserunt,ꝙ si uoluisset emere multum expendisset,propterea uult ꝙ sibi restituatur istud ꝙ sibi donatum est,cum utiq; si donatum nõ fuisset expendisset. ¶Rñdetur ꝙ licet si gratis illa non fuisset ꝯcessa multa expendisset,tñ uere non expendit,& ꝯ-
4 ctus loquiť de expensis factis restituendis,& a † uerbis ꝯctus non est recedendum.l.quid constitutum.ad munici-
5 pa.l.quicquid astringendæ.de uer. obl. cum simi. & † debent intelligi uerba ꝯctus de ueris expensis & nõ de fictis l.3.§.hæc uerba. de neg. gest. cum simi. ¶Secundo rñdetur qđ.d. Octauianus pater. d. Galeatij fecit computum expensarum,& publicum instrm de dicto cõputo confecit & promisit non contrauenire,cum clausulis cõsuetis, nec de istis expensis fecit aliquod uerbum. ex quo datur intelligi ꝙ appellatione expensarum facta in primo instrumento non intelligebant ꝙ uenirent tales expensę,& sic ex calculo declararũt intentionẽ suam,circa uerbum expensas,alias sequereť ꝙ ueniret. d. Galeatius cõtra cõtractum calculi facti contra quem pater eius uenire non posset,ergo nec ipse habens ius ab eo. ¶His tamen non obstantib.vr huiuscemodi expensas remissas,&, ut ita dicam, ꝙ remuneratis donatas remissas d. Octauiano restituendas esse dicto domino Galeatio eius hæredi,& antequã ei restituanť possit illud Molendinum tenere & ei insistere,& istud probať apertissime. ¶Nam illi de Vrsis promiserunt ei restituere omnes expensas,sed appellatio-
6 ne expensarum † ueniunt expensæ quæ remunerandi causa fuerunt remissæ,& sic non fuerunt solutæ,quia fuerunt donatæ cã obligandi, & iõ ueniunt sibi restituendæ ac si solutę fuissent.istud probať ex no.per Sal.& doc.in l.fi.C.
7 fructibus.& lit.expẽ.ubi dicũt quod si aduocatus † meus donauit mihi salariũ suum, & alia quæ expendissem: ut me sibi obligaret isto casu sine dubio pinde est ac si expẽdissem,& tanꝗ expẽsa a me facta nomine expẽsarũ ueniť restituenda:si ergo istud ꝙ donatũ fuit uenit appellatiõe expẽsarũ reficiẽdarũ,ergo cũ d. Galeatio sint reficiendæ expensæ,istud ꝙ expendisset si nõ fuisset sibi donatũ restituendũ est. ¶Et pro ista opi.vr casus in l.idẽ.in §.fi.cũ.l. seq.& ibi no.Guil.de Cũ.& nõnulli alij.ff.mãd. ubi dñs ꝙ
8 teneť & fideiussori de eo ꝙ soluit pro eo teneť ẽt in casu quo non soluit,sed ei fuit donatũ gratia tñ eum obligandi,ergo cũ isti de Vrsis teneanť ad id quod domi.Octauianus expediret in utilitatem molendini ac solueret utiq; debent etiam teneri in casu quo ꝙ expẽdere debebat fuit sibi donatum gratia obligandi, & probatur ratione: nã isti qui remiserunt expensas non remiserunt intuitu Vrso-
9 rum,† sed. d. Octauiani, ergo solum ad utilitatem illius debent cedere,& non ad utilitatẽ illorum de Vrsis, cum actus agentium non operentur ultra eorũ uoluntatem. l. non omnis si cert.pet.cum concordan.

¶Nec ꝯqueri possunt isti de Vrsis, quia si expẽdisset sine dubio haberent expensas reficere, nec maiorẽ utilitatem consequerentur ex eo ꝙ expenderit uel sibi donatũ esset, & bene facit tenor ipsius ꝯctus in rõne finali. nã dr ibi ꝙ iõ illi de Vrsis dederunt illud molendinum.d.Octauiano quia erant impotentes ad reficiendũ, & sic ꝯsiderarunt ꝙ ipsi non poterant aliquid ꝯsequi,& facere,ex quib.uerbis colligiť ꝙ illę seruitutes ꝯcessæ fuerũt dote contẽplatiotione.d.dñi Octauiani, & per consequens ad utilitatem suam,& istud æquissimum ac iuri & rõni cõsentaneũ est. ¶Nec obst.adducta in ꝯrium, & primo ꝙ non sunt uerę expensæ, sed fictę:quia rñdeť ꝙ ęquipollent ueris, in quo
10 casu † dispõ loquens in casu uero habet locũ ẽt in casu ficto.l.Gallus.§.& quid si tñ.de lib.& posthu. ubi est casus,& ibi no.oẽs,& iõ appellatione expensarum ueniunt. Et bene facit ꝙ cum sit statutum in lege ꝙ appellatione expensarum ueniunt tales expensæ p supra dicta. dicẽdũ
ptura. de lega. 1. quia adducta superius repugnant.
61 ¶ Secundo † relatio non fit ad sequẽtia, nec sequẽtia de
clarantur per præcedentia, quando fieret præiudicium
iuri communi: ut per Ias. in l. talis scriptura. de leg. 1. per
Dec. abundanter in c. secundo requiris. de appel.
¶ Nec dici põt in casu quo pars citata est absens solũ in-
colam inuestiri posse, ne melioris conditionis sit inobe-
diens, quã obediens. argu. l. Seruius. quod ui aut clam.
& l. non solum. de noxal. cum similib. nam hoc attento
contra obediẽtem quilibet ẽt non subiectus posset se op
ponere, contra contumacem solũ subiectus, ꝙ quidem es
62 set ualde absurdum: ut † autem euitetur absurdum, sta-
tuta extenduntur. arg. l. nam absurdum. de bon. lib.
63 ¶ Item statutum † debet interpretari contra non subie-
ctos: ſm Bal. in l. ij. C. an seruus ex fac. suo. & in l. milites.
C. de mili. testa. ergo cum statutũ in uno casu aduenas
exclusit dicendũ est ẽt in alio casu excludere debere &c.
ad hæc rñdet̃, & ꝑmitto illud statutũ emanatũ fuisse: non
64 † ut pręferat hæredes alijs, & ut incolas aduenis, si illi alij
potiora iura habere inueniantur, ut ꝑdixi respondendo,
& nunc dico probari ex alijs uerbis statuti, ibi ostendere
cãm quare non debeat ille inuestiri: ergo non præfert hæ
redes, quia nõ haberent assignare aliã cãm: ex alijs ẽt uer
bis colligitur &c. sed intendit istud statutũ ne fiat inuesti
tura ex fraude aliqua in ꝑiudiciũ hęredũ, iõ uult ut fraus
oĩs euitet̃ citari, & ĩuestiturã fieri eo mõ de quo ibi, istud
colligitur ex uersiculo, & ut in prædictis imposterũ oĩs
fraus euitet̃ statuimus &c. qui uersiculus est ꝓfatio, ex pfa
65 tione † autem colligitur ratio finalis. l. fin. de hæred. inst.
& tota dispositio regulatur ab ea, seu moderatur, sed qñ
pars citata non cõparet magis fraus posset interuenire,
cum non adsit contradictor qui eam detegere possit, iõ
statutum illo casu se restrinxit ad incolam, ut si casu illo
uoluit, saltem ut non exiret de ciuitate: qñ autem pars ci-
tata uenit cũ adsit ꝯtradictor petens inuestiturã, ita frau
dare non põt concedentem. ideo non restringit se ad inco
lam: & ꝓ hoc facit. l. si duo ex trib. de re iud. & l. si in tres.
66 de arbi. ubi maioris est † potentiæ absens, q̃ præsens con
tradicens, quia militat diuersa rõ. & ita rñdetur ad con-
traria de absurdo, & ultimum procedit, nisi libertas ec-
clesiæ, & ius commune offenderentur, ut ibi. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Transmissio ad hæredes fit quando fuerunt expressi. quod declara ut infra nu.12.& seq.*
2 *Interpretatio semper fit ut uerba aliquid operentur.*
3 *Dictio, uel, ponitur inter æqualia.*
4 *Testator in executione de hæredibus mentionem faciens, & omittens illos in disp sitione, uidetur uelle illos duntaxat in executione uenire.*
5 *Testator si uoluisset hæredes in dispositione uenire dixisset, sicut dixit in executione.*
6 *Geminatio ita afficit personam nominatã, ut non includatur alia persona, quæ alias secundũ regulas iuris solebat includi.*
7 *Dispositio conditionalis regulariter non includit hæredes.*
8 *Pronomen ipsam, cæteros præter expressam personam excludit.*
9 *Verba executiua non disponunt, nec habent alterare dispositionem.*
10 *Dispositio frustratoria, & superflua esse non debet.*
11 *Sensus ille capi non debet qui nec proprie, nec improprie uerbis conuenire potest, quantumcunque intentio agentis adesset.*
12 *Testator uidetur se confirmare cum dispositione iuris communis.*
13 *Doctores limitantes. §. finautem. l. unicæ. de cad. tol. non loquuntur quando est factum uerbum de hæredibus in executione, sed in dispositione.*
14 *Verba in dubio præsumũtur expressa in executione per eum modum, per quem inerant.*
15 *Coniectura ne recedatur a regula iuris, cæteris est fortior.*
16 *Casus qui non reperitur in specie decisus, secundum regulam est decidendus.*
17 *Dictio, uel, satis uerificatur in donatione, licet non in causa dationis.*
18 *Donatio in qua fuit facta mentio mortis, intelligitur, causa mortis.*
19 *Demonstratio non habet alterare dispositionem a sui natura, sed secundum sui naturam intelligitur.*
20 *Donatio utrum sit causa mortis, uel inter uiuos pendet a sola uoluntate & coniectura disponentis.*
21 *Dispositum in uno casu habet locum in alio, in quo diuersitatis ratio reddi non potest.*
22 *Diuersa hæc duo sunt, posse tollere disponentem, & esse inductũ ex præsumpta uoluntate disponentis.*
23 *Inductum ex præsumpta uoluntate facilius tollitur.*
24 *Testator semper uidetur se confirmare cum dispositione iuris, licet ab ea recedere posset.*
25 *Verba semper debent intelligi secundum naturam actus.*
26 *Clausula in executione gratiæ apposita non ampliat gratiam.*
27 *Executio est accessoria dispositionis, & sequitur dispositionem.*
28 *Apposita in accessorijs non alterant principale.*
29 *Clausula authoritate nostra cognoscas, posita in uerbis concessionis, operatur ut agens non facit nomine proprio, secus si est apposita uerbis executionis.*

RESPONSVM CXI.

¶An opinio quæ habet filios positos in conditione uenire ad conditionale fideicommissum quando est appositum uerbum hęredes, habeat locum quando uerbum hęredes, fuit appositum executioni, ubi plura in materia uerborũ executionis.

INVOCATO diuino suffragio. ¶In causa cõitatis Regij, & si uideantur quædam urgere pro opinione hęredum, qñ fuerunt expressi, quo † casu fit transmissio ad illos: iusta no-
1 tata per Bal. in l. j. ut act. ab hæred. & contr. hære. per Soc. in l. hæredes mei. §. cũ ita. ad Trebel. & in consi. 6. uolu. 3. cum alijs de quibus per Dec. in consi. 300.

¶Secũdo facit, quia alias illa expressio esset superflua, &
2 semp fit interpretatio ut † aliquid operentĩ uerba. l. si qñ. de leg. 1. c. si papa. de priuileg. in 6. cũ uulgarib. ergo &c.

¶Tertio facit, quia dicit filiæ, uel hęredibus, sed dictio,
3 uel, ponitur † inter æqualia. l. 1. de reb. dubi. sed filiæ datĩ si eueniat conditio legati in uita eius, ergo & hæredib. debet dari si eueniat conditio in eorum uita, ergo &c.

¶Maturius considerans, dico contrarium, quia isti hæredes ex persona propria non possunt uenire, cum eis nõ sit legatum, nec sint substituti, immo soli filiæ est legatum, & sola est substituta, ut in dicto testamento, ubi in dispositione nunquam est factum uerbũ de hæredib. ergo fuit de expressa intentione testantis, non conferre dispõnem in hæredes, ꝙ patet, quia in executione fecit postea men
4 tionẽ de hæredibus: ergo ut uerba † non sint prolata sine ministerio, dicendũ est in dispositione non uenire, sed in executione, & facit regula. l. cum ptor. de iud. cum uulgarib. Nã cũ includit in uno casu uidetur excludere in alijs
5 & si uoluisset in dispõne uenire dixisset † sicut dixit in executione. arg. l. j. §. finautẽ. de cad. tol. & plene p Alexã. in rubr. de acq. hæred. & maxime quia geminata est dispositio in filia sola, quę arguit pcisam mentem, ne ueniant
6 hæredes, cũ † geminatio ita afficit personam nominatã, ut non includatur alia persona quæ alias secundum regulas iuris solebat includi: fm Dec. in l. ij. de reg. iur. col. 16. ergo fortius hic non debet dispositio conditionalis
7 includere hæredes, † cum regulariter non includat. l. iiij. quan. dies. leg. ced. ergo minus propter geminntionẽ debet includere, & faciunt illa uerba, ipsam. d. Dariam sub-
8 stituit. nam pronomen † ipsam, habet excludere hrdes: ut est gl. in §. pterea. in uerbo, ipsi. inst. de actio. per uerba igitur dispositiua non ueniunt hæredes, p uerba execu
9 tiua uero non pñt dici esse in dispositione, quia † uerba executiua non disponunt, nec dispõnẽ habent alterare. l. mutuo. §. sub ɔdõne. de tut. per Bar. in l. hæreditas. per illum tex. de hęred. instit. cũ ɔcordantib. & maxime hic, qa postq̃ illa protulit testator, & si in psona filiæ protulit, ẽt de ea disposuit: ergo sentit manifeste ꝙ nõ intendebat disponere p illa uerba prius prolata p modũ executionis.
10 ¶Itẽ sequens dispõ fuisset frustratoria, & † superflua, & minus prouidens, ꝙ non debet esse: dicta. l. si quando. de legat. 1. Et pondero uerbum dandos hæredibus, quod nõ se habet proprie, nec improprie, ad dispositionẽ & institutionem hæredum: ergo nullo modo potest importa-
11 re, nec † iste sensus debet capi quantũcunq; intentio agẽtis adesset, quod tamen negatur: secundum Pau. de Cast. in l. in ambiguo. de reb. dubi.

¶Et hæc quantum, ut ex persona sua admittantur, ex psona uero filiæ, uigore transmissionis non pñt admitti p regulam legis unicę. §. finautẽ sub ɔdõne. de cad. tol. cũ
12 qua † testator uidetur se confirmare: ut plene notaĩ in l. Gallus. §. quidã recte. de liber. & posth. Nec alia coniectura adest præter illam, quia hæredes fuerunt expressi, sed dico fuisse expressos in executione, & si uideanĩ doctores
13 ponentes limitationẽ ad. §. finautem. non † loquunĩ qñ est factum uerbum de hæredibus in executione, sed in dispositione: ut expresse uult Dec. in consi. pallegato.

¶Item illa uerba hæredib. fuerunt expressa in executio-
14 ne per eũ modũ per quẽ † inerant, & in dubio præsumiĩ; ne recedatur a regula iuris, & hoc casu limitatur regula. l. si quando facit gl. in clem. 1. de sum. trinita. & fid. Catho. ut per Ias. in l. 3. de leg. 1. in notabilibus. & pro hoc facit dictum Bar. in l. uxorem. §. testamento. de leg. 3. & ubi si pater stipulatur sibi, uel filiæ, intelligitur secundum dispositionẽ. l. ij. §. ꝙ si patris. solu. mat. licet uerba repu-
15 gnent, & tractetur de utilitate patris, quia † coniectura, ne recedatur a regula iuris est fortior.

¶Et præsumptio quæ est fm regulas iuris tollit aliã præsumptionẽ. Bal. in l. si quis. decurio. de falsis. in princip. &
16 cũ iste † casus non reperiatur decisus pronunciandũ est pro regula. §. finautem. iuxta plene no. per Dec. in l. j. de reg. iur. ubi iudex aliter non debet iudicare.

¶Nec qualitas hrdum inducit ɔiecturam propter incertitudinẽ, & qualitas grauati pp pios usus negat trãsmis-
17 sionis ɔiecturã, & † satis dictio, uel, uerificaĩ in datione, licet non in cã dationis: ut est textus in l. cum quis. de uer. obl. & ex his apparet responsum ad adducta in ɔ̃rium.

¶Nec

¶ Nec obstat, quod uerbum hæredibus, prolatũ in uerbis conditionaliter positis operatur dispositionem &c. ut l.hæredes mei.§.cum ita.ad Trebel. quia ibi uerba cõditionaliter prolata erant posita in dispositione, & substitutum excludebant, sed hic sunt posita in executione, & sic sunt termini diuersi, & facilius ibi positum in conditione disponit, quia est magna quæstio inter doctores, an disponat, sed in casu nostro nulla est difficultas, non transmitti, & sunt iura expressa, cum quibus, ut testator se concordet, fit interpretatio. ¶ Præterea ibi dependebat à præsumpta uoluntate dispositio, hic à regula iuris firma, quæ non est fundata in præsumpta uoluntate, &
18 facit pro hac parte. Nam † si in donatione sit facta mentio mortis, intelligitur tunc causa mortis. l. seia. de don. causa mort. in l. seia. de dot. præl. hoc autem intelligitur quando mortis est facta in uerbis dispositiuis, secus si in executiuis: nam tunc mentio mortis non habet alterare dispositionem ac si non esset apposita: ita Bal. in tit. de instrumen. edit. in ult. col. in addi. Specula. sequitur Alex. in l. quæ dotis. col. 5. uersi. 7. fallit. solu. matrimo. & ratio est, quia causa demonstrationis uidetur appositũ, illud
19 uerbum, quæ † demonstratio non habet alterare dispositionem à sui natura, sed secundum sui naturam intelligitur. l. quidam testamento. in principio. de leg. j. cum concordantijs de quibus ibi: ergo ita dicendum est in casu nostro, uerbum hæredibus, executioni appositum, naturam legati conditionalis non habere alterare, & hoc ex coniecturata mente disponentis: & licet transmissio per coniecturã inducatur contra naturam actus: tamen dico, coniecturam ex uerbo hæredibus executioni appositio, non induci, cum intelligatur secundum naturam dispositionis, ut dixi. ¶ Nam & ut donationes sint cau-
20 sa mortis, uel inter uiuos, pendet à sola uoluntate † & cõiectura disponentis, ut uolunt Raph. & Rom. in d. l. quæ dotis. & uerbum mortis, est coniectura potens, ut dixi, & tamen non est quando executioni apponitur. Ita hic uerbũ hẽdibus executioni appositum, nõ dẽt esse potẽs
21 coniectura, & cum inter hos casus † ratio diuersitatis dari non potest: ergo dispositum in uno habet locũ in alio. l. à titio. de uerb. obli. cum simi. immo considerandum est, siue illa donatio sit inter uiuos, siue causa mortis non offenditur regula iuris, sed pendet à sua uoluntate, at secus est in casu nostro, quia offenditur regula. §. finautẽ. l. unic. C. de cad. tol. quæ licet possit alterari per testatorem, non tamen est inducta ex præsumpta uoluntate te-
22 statoris. ¶ Nam ista sunt duo † diuersa, posse tollere disponentem, & esse inductũ ex præsumpta uoluntate disponentis: ut probatur in l. conficiantur. de iur. codic. & in l. siue autem. ut in poss. legat. ubi unum est ex præsum-
23 pta, aliud non, licet tolli possit, & † inductum ex præsumpta uoluntate facilius tollitur, cum pendeat à præsumptione agentis quæ alia tollitur: alterum uero nisi ex expressa uoluntate. Si ergo regula inducta ex præsumpta uoluntate non tollitur per uerbum executioni appositum, minus debet tolli regula non inducta ex præsumpta uoluntate disponẽtis, sicut est illa de §. finautẽ. ¶ Præ-
24 terea cum testator semper † uidetur se confirmare cum dispositione iuris, licet ab ea recedere posset. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. ubi notant omnes. per Soc. & alios in l. Gallus. §. quidam recte. de lib. & posth. debemus capere interpretationem, ne sit positum uerbum hæredibus ad alterationem iuris, sed secundum dispositio-
25 nem iuris. Facit etiam † quia semper debent intelligi secundum naturam actus. l. ita stipulatus. de usur. cũ simi. sed natura fideicommissi conditionalis est, ut non trasmittatur, ergo &c. ¶ Corroboratur per textũ in cle.
26 j. cum his quæ ibi notantur de præbendis. ubi † clausula in executione gratia apposita non ampliat gratiam: ergo ita dicendum est in casu nostro, ut uerba executioni apposita non amplient, nec alterent dispositionem. Et
27 facit quia executio est † accessoria, & sicut accessorium
28 sequitur principale, & non alterat, ita † apposita in accessorijs, ut in cap. accessorius. de reg. iur. in 6. & ad hoc faciunt notata per Imol. & doc. in c. quoniam Abb. de
29 offi. deleg. ubi † ista clausula authoritate nostra cognoscas, si est apposita in uerbis cõcessionis, facit quod agẽs non facit nomine proprio: secus si talis clausula est apposita in executione, quia tunc non mutatur, nec alteratur natura principalis dispositionis, & tñ qualitas actus dependebat à uoluntate disponentis, assignant rationẽ quia posita in executione non habent alterare dispositionem: & plene per Feli. in c. licet. de offi. ordi. col. penul. & ex his apparet responsum ad adducta in contrarium, nec amplius repeto, cum uerba faciam cum doctissimo auditore Rotæ nostræ Bononiensis, qui me rogauit ut in hac causa aliquid scriberem. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Impedimenta in uia publica nemini imponere licet.*
2 *Statutum uolens a signis, & tabulis, quæ extra apothecam ponuntur mensuram capi, debet intelligi in casu quo res illæ sint in loco à iure permisso.*
3 *Apothecam exercens ubi olim solitum fuerat exerceri non dicitur nouam apothecam facere, sed reficere, & renouare.*
4 *Prohibitus castra ædificare non censetur prohibitus reficere.*
5 *Statutum imponens uectigal ubicunque fit aliquod instrumentum, non habet locum si instrumentum reficiatur.*
6 *Ars aromatariæ, absque concessione iurisdictionis, ex forma statutorum Bononiæ, in aliqua apotheca exerceri non potest.*
7 *Incertitudo uitiat contractum, & concessionem.*
8 *Sermo dicitur incertus quando non magis in uno quam in alio uerificari potest.*
9 *Consuetudo habet uim legis.*
10 *Actus factus non interueniente forma, quæ ex consuetudine adhiberi solebat, nullus diiudicatur.*
11 *Agens uti cessionarius, si instrumentum cessionis non producat, audiri non debet.*
12 *Mandatum non præsumitur etiam per centum annos.*
13 *Alteri per alterum acquiri potest.*
14 *Alteri per alterum non prius acquiritur quam ratum habuerit.*
15 *Facto inducitur ratificatio.*
16 *Regula legis, Paulus respõdet. ff. rem rat. habe. non habet locum nisi in eo qui expresse ratificare potest.*
17 *Procurator datus simpliciter ad lites, non potest ratificare concessionem, factam ei qui illum constituerat procuratorem, post multum tempus.*
18 *Concessio exercendi apothecam aromatariæ alicui facta seruatis statutis dictæ artis, & sine tertij præiudicio intelligi debet.*
19 *Actus nullus est, qui fit lege resistente.*
20 *Dictio, aliquam, in minimo uerificatur.*
21 *Dictio, aliquid, facit id proprie comprehendi, quod impropriũ est.*
22 *Dictio, iuxta, significat uicinitatem, cum aliqua distantia.*
23 *Statuta mercatorum approbata, nulla alia lege considerata, ad unguem inter ipsos sunt obseruanda.*
24 *Statutorum uerba ubi sunt clara, non est ulterius disputandum.*
25 *Lex quantumcunque dura, inter ipsos qui illam fecerunt obseruanda est.*
26 *Pars uiæ quæ sub stillicidijs comprehẽditur, dicitur domus cuius sunt stillicidia.*
27 *Spatium uiæ debitum, octo pedum, in porrectum esse debet.*
28 *Imponi in uia publica aliquid potest, ex consuetudine, uel permissione ciuitatis.*
29 *Notorium facti permanentis optime probat.*
30 *Notorij sola sufficit allegatio.*
31 *Verbum facere, simpliciter prolatum, uerificatur de sui proprietate, in faciente in quocunque loco.*
32 *Verbum petere, in genere sumptum, de proprietate & repetere significat.*
33 *Statuta generaliter loquentia, generaliter debẽt intelligi, etiam si sint odiosa.*
34 *Prohibitus nouum opus facere, non uidetur prohibitus reficere, & restituere, secus si simpliciter fuerit prohibitus opus facere, quia tunc & reficere prohibetur.*
35 *Reficiens ædificium penitus, & omnino destructum, de nouo facere dicitur.*

36 *Relatio*

36 *Relatio ad proximiora fieri debet.*
37 *Statuti alicuius artis non ligantur, qui eam artem non exercet.*
38 *Limitatio nunquam refertur ad omnia præcedentia, quando maior ratio militat, relationem potius fieri debere ad unum quam ad aliud.*
39 *Limitatio stricte uenit interpretanda, & regulæ magis inhæren dum est quam sit possibile.*
40 *Concessum ad tempus, post censetur esse prohibitum.*
41 *Dominus consulens, asserit se esse patronum, & aduocatum perpetuum, exercentium artem aromatariæ Bononiæ.*
42 *Statuta ita debent intelligi, ut non contineat superflua, & non necessaria.*
43 *Interpretatio ea sumi non debet per quam dispositio statuti redde retur elusoria.*
44 *Lite pendente nihil est innouandum.*

RESPONSVM CXII.

¶In causa artis aromatariæ circa mensurã triũ perticarũ.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Prima fronte uidebatur Marcum Venetum potuisse habere iurisdictionem exercendi artem aromatariæ in apotheca de qua agitur, cum distet per tres perticas ab apotheca Mellonis, sumẽdo mẽsuram ab ostio uel pariete unius apothecæ ad parietem alterius, & non à signis, & tabulis quæ extra apothecam
1 ponuntur, cum illa uti existentia contra † ius super uia publica. l. 2. ne quid in loco publi. cum similibus non debent esse in consideratione: nec obstat statutum uelle ab huiusmodi rebus mensuram capi: quia debet intelli
2 gi in casu † quo res illę sint in loco à iure permisso, & nõ super publico, ut statutum intelligatur in casu habili: ad plene no. in l. j. §. nunciatio. de ope. no. nun. cum sim. & in casu quo possit disponere: nam de uijs publicis nihil disponere potest. ¶Secundò uidetur dictum statutum in hac apotheca locum sibi non uendicare, cũ in ea prius solitum erat artem aromatariæ exerceri, adeo quod dictus Marcus non dicitur facere nouam apothecam, sed
3 † reficere, & renouare, quod aliud est quam nouum opus facere: iuxta tex. in l. 3. §. reficere. de itine. actuque priua. & in l. j. §. pen. de mortu. infec. & statutum loquitur de eo qui facit, uel fieri fecit apothecam: ergo non habet locũ in eo qui renouat, & reficit, cum sit quid diuersum, & uerba statuti stricte interpretanda sunt. l. quicquid astringẽdæ. cum simil. de uerb. oblig. & ideo Bal. & Ang. in d. l. j.
4 §. pen. dicunt prohibitos † ędificare castra, non prohibi-
5 tos reficere, & † statutum imponens uectigal ubicunque fit aliquod instrumentum, non habet locum si instrumentum reficiatur: secundum Ant. de But. in ca. 3. per illum tex. de iudi. ergo non obstante statuto poterit exercere iurisdictionem in dicta apotheca. ¶Tertiò demonstratur ex uerbis ipsius statuti, ubi postquam prohibuit fieri unam apothecam iuxta aliam per spatium trium perticarum, & ad damnum alterius pensionem augeri, quod incantare appellat, limitat per hęc uerba prædicta locum non habere in apothecis, in quibus prædicta ars exerceri consueuit, licet cessatum fuerit per aliquod spatium temporis. l. quinquennium: ergo expresse statutum uult prædicta, scilicet de spatio trium perticarum: & de incantatione, locum non habeant in tali apotheca in qua consuetum est exerceri, sed in hac est consuetum, ut diximus, ergo &c. ¶Præterea saltem denegari non potest quin faciat talem artem si apothecam claudat, ita ut adsit distantia, cum tunc cessat statutum, & hæc sunt quæ principaliter facere uidentur in fauorem. d. Marci. ¶Quibus non obstantibus contrarium determino, & id ex pluribus, & primo, quia absque concessione iurisdictionis nõ
6 potest exerceri † prædicta ars in aliqua apotheca ex forma statutorum dictæ artis, sed concessio iurisdictionis facta in casu de quo agitur, est nulla ratione incertitudi-
7 nis, cum incertitudo † uitiet contractum, & concessionem: ut per Alex. & omnes in l. ita stipulatus. de uer. obli. per Spec. in tit. locat. uersi. 59. & facit tex. in l. triticum. de uerb. obli. ibi nihil stipulatus uidetur, si igitur nulla est concessio, perinde est ac si nullam habuisset concessionem. l. 4. §. condemnatum. de re iud. l. fi. qui satisd. cogan. & per consequens iurisdictionem aliquo modo non exercere potest, ac si nulla sibi concessa fuisset iurisdictio. patet ex uerbis concessionis esse incertam ibi licentiam faciendi, & erigendi, exercitium artis speciariæ in quadã apotheca murata posita in capella sancti Dalmatij de Scanobibilis iuxta uiam publicam, & alios confines, sed infinitę sunt apothecę in dicta capella, & omnes sunt iuxta uiam publicam, & omnes sunt muratę, ita quod ex tali concessione, nullo modo cõstat de qua intellexerint, & ita apotheca cui est concessum, est penitus incerta, cũ
8 sermo † non magis uerificetur in una, quam in alia: iuxta theoricam Bal. in l. liberti. de ope. lib. & in l. edita. C. de eden. uidetur quoque nulla ex alio, nã in facto præsupponitur huiusmodi consuetudinem in concedendo exta
9 re † quç habet uim legis: ad plene not. in l. de quibus. de legibus. ut in concedendo huiusmodi iurisdictionẽ tres curatores interueniant una cum massario, sed in conces-
10 sione fuerunt tantum duo: ergo uidetur nulla † tanquam facta contra consuetam formam. l. cum hi. §. si prætor. de transactionib. cum similibus. ¶Secundo considero dato huiusmodi concessionem ualere, nihilominus agentes repellendi sunt. Et primo. d. Marcus cuius nomine agitur: quia ut principalis uenire non potest, cum in con
11 cessione non sit nominatus, nec † ut cessionarius, cũ instrumentum cessionis non produxerit: etiam in causa cõclusum est, & cessio cum facti sit, non pręsumitur. l. in bello. §. factę. de capt. & postlimi. reuer. minus quoque recte intentatum est iudicium nomine. d. Ludouici, cum nomine ipsius fuit accepta iurisdictio, & non constat quod cũ
12 mandato, & † mandatum non pręsumitur, etiam per centum annos. l. filius. de petitio. hæred. & not. in l. sciendũ. de uerb. obli. nec etiam constat secutam fuisse ratificatio
13 nem, & non præsumitur, cum sit facti: nam † licet alteri acquirere possim: secundum distinctionem traditã per
14 Bal. & Sali. in l. j. per quas perso. non acquir. C. tamen † nõ acquiritur prius quam ratificatum sit: ut not. in l. si ego. de nego. gest. & in l. cum mihi donatum. de dona. nec po
15 test dici agendo ratificasse cum & facto † inducatur ratificatio. l. Paulus respondet. ff. rem rat. hab. quoniam aduertendum est ipsum nunquam egisse, immò nunquam interuenisse, sed eius procuratorem, qui in mandatis nõ habet facultatem approbandi iurisdictionem cõcessam, uideatur mandatum, unde cum expresse procurator ratificare non posset, nõ potest dici facto ratificare, cũ nec ad id etiam eo modo faciendum habeat mandatum, &
16 † regula, l. paulus. non habet locum nisi in eo qui expresse ratificare potest, uideatur dicta l. & not. in ea. ¶Pręterea aduertendum est istum procuratorem esse simpliciter ad lites, & fuisse creatum ante istam concessionẽ per
17 multum tempus: ergo non est ad † ratificandum istam acquisitionem, cum uerba non conueniant, & fines mandati stricte interpretandi sunt. l. diligenter. mandati. ex quo sequitur quemlibet agentium uti sine actione agentem repellendum esse. ¶Tertiò comprobatur dato sine ueri præiudicio agentes non esse repellendos à limine
18 iudicij, & concessionem ualere, dico quoniam † concessio sine tertij præiudicio intelligi debet, & seruatis statutis dictę artis. l. 2. §. merito. ne quid in loco publi. cum simili. ut etiam in ea expresse cautum est, & sumpta mensura à tabulis, & rastris, & signis: in quibus res dictę artis uendendę apponuntur ac uenduntur, non adsunt tres perticę, prout requirit statutum, ut mihi in facto pręsupponitur, quod huiusmodi licentia ipsis non prodest, cũ sit data, ut dixi, seruatis statutis, & statuto expresse cautũ est nullum posse facere, uel fieri facere apothecam, si fit iuxta aliquam apothecam, uel rem, in qua seu super qua fuit uenditum &c. uel operatum &c. per tres perticas &c. ponderandum est primo legem resistere cum dicit nul-
19 lus possit, quo casu † actus in contrarium factus est nullus: ut per Bar. in l. cum lex. de fideiuss. in l. stipulatio ista. §. alteri. de uerb. obli. & not. in l. non dubium. de legi. & cum

& cum statutum dicat iuxta aliquam apothecam, uel rē,
super qua uenditum & operatum est, & de proprietate
appellatione rei omnia continentur. l. j. si cert. peta. l. rei
appellatione. de uerb. signi. & ibi late not. Et maxime
20 propter dictionem † aliquā, quæ uerificatur in minimo.
l. si seruum. §. prætor ait. ubi Bar. & Ang. de acqui. hære.
gl. in clemen. j. in uersi. eorum parte. de foro comp. & fa-
21 cit id proprie † comprehendi quod improprium est: ut
per Alex. in auth. ex causa. col. 9. C. de liber. prete. ut ibi
per eum: sequitur de proprietate rastra, & tabulas super
quibus uenditur comprehendi, & iuxta illa debere capi
22 mensuram: & præsertim, quia dictio iuxta † significat ui-
cinitatem cum aliqua distantia: ut per Bar. in l. penul. C.
de aquęduc. col. 2. lib. 11. & per Bal. in l. j. C. de sacrosan.
eccle. cum similibus. si igitur de proprietate uerborum
statuti, mensura trium perticarum debet capi ab illis ta
bulis, & rastris, & distantia non adsit, & statutum ubi nō
adest distantia ꝓhibet fieri apothecā: sequit̄ necessario ꝑ
istos esse debere, nec fieri posse huiusmodi apothecam, &
dominus iudex ita habet pronunciare, cum statuta mer
23 catorum † approbata, nulla alia lege considerata ad un-
guem inter ipsos sint obseruanda: ut per Bar. ubi late mo
der. in l. omnes populi. de iusti. & iur. & ubi statutorum
24 † uerba sunt clara non est amplius disputandū. l. ille aut
ille. §. cum in uerbis. de leg. 3. & in l. continuus. §. cum ita
de uerb. obli. & à uerbis statuti ac eorum proprietate nō
est recedendum. l. quicquid astringendę. de uerb. obl. sed
25 lex † ipsa inter ipsos qui illam fecerunt quantumcunque
dura seruanda est. l. prospexit. qui & à quibus. ideo cum
habeamus statutum clarū decidens istum casum, ipsum
aliter legibus & rationibus non corroboro, sed ut ueri-
tas clarius appareat ad adducta in cōtrariū respondeo.
¶ Et primo non obstat illas tabulas esse super publico,
quod non licet, & propterea de illis non potest intelligi
statutum: quia respondetur ex quo sunt intra stillicidia,
26 & pars uię † quæ sub illis comprehenditur, dicitur do-
mus cuius sunt stillicidia. l. fi. de serui. maxime cū spatiū
27 uię debitum † quod debet esse octo pedum in porrectum
remaneat. l. uię latitudo. de serui. rustico. prædio. itē cū
28 suꝑ uia publica aliquid † possit apponi promissione ciui
tatis, uel ex consuetudine: ut in l. 2. §. de publico. ne quid
in loco publico: & per Cępo. in q. 12. & 7. in cap. de uia.
29 & à consuetudine id permissum est, ut † notoriū est etiam
facti permanentis quod optime probat: ut in c. fi. de co-
hab. cleri. & muli. & plene per moder. in l. j. de noui ope.
30 nuncia. in princip. & sufficit eius sola † allegatio: ut ibi
not. & in c. non solum. de appella. in 6. sequitur licite illa
apponi iuxta apothecam, & per consequens statutum
de eis intelligit, & loquitur in casu habili. ¶ Secundo
non obstat istud statutum sibi uendicare in hoc casu: cū
statutum loquatur de faciente apothecam, & iste nō fa-
cit nouam, sed reficit, cum prius erat apotheca aroma-
tarię, & statutum loquens in ędificante non habet locum
in reficiente, quoniam respondetur illud ad casum no-
strum non pertinere, in quo adest uerbum facere, simpli
31 citer prolatum, quod de sui proprietate † uerificatur in
faciente apothecam, in quouis loco, licet alius prius in
ea eandem artem exercuerit, utique iste proprie dicitur
facere apothecam, & ita uerba statuti comprehendunt:
ergo & dispositio. l. 4. §. toties. de dam. infec. cum uulga-
ri. faciunt not. per Bart. & omnes in rub. solu. matrimo.
32 ¶ Circa uerbum † petere, quod in genere sumptum repe
tere signat de proprietate, & statuta generaliter loquen-
33 tia intelliguntur † generaliter, etiam si sint odiosa. l. cum
lege. de testa. & ibi not. per Areti. & per Dec. late in cons.
5. & adducta in contrarium procedunt quando non sim
34 pliciter fit mentio † de eo qui facit opus, sed qui nouum
opus facit: & ita probat tex. in l. si quis ędificium. de no-
ui oper. nuncia. & procedunt quando uerbum facere, ca
pitur in specie, & si considerentur iura apparebit docto.
in multis errasse & dixisse ultra iura. ¶ Secūdo respon
deo, omnia supra allegata non habere locum quādo pri
35 mum ędificium erat prius omnino destructū: † quia tunc
reficiendo dicitur de nouo facere: gl. in c. de monachis.
18. q. 2. Hostien. in summa de eccle. ędifi. per Ias. & mod.
in l. j. §. si quis ędificium. de noui oper. nuncia. sed prior
apotheca aromatariæ erat in totum finita, & per sex an-
nos: & ultra erat factum exercitium alterius artis: ergo
absque difficultate dicitur iste uelle facere apothecam,
& à statuti uerbis de proprietate cōplectitur. ¶ Nec
obstat hunc casum à statuto excipi uideri: quia ille uersi
culus prædicta autem &c. non refertur ad dispositionem
factā super mensura: sed super incantatione, quæ est pro
36 ximior, & † relatio debet fieri ad proximiora. l. si idem cū
eodem. de iur. omnium iudi. cum similibus: & maxime
quia militat ratio diuersitatis, cum prohibitio incanta-
tionis magis debeat restringi, cum concernat damnum
domini apothecę, qui finita locatione meliorem condi-
tionem afferenti rem suam concedere prohibetur, quod
quam sit iniquum neminem fugit: præsertim cum con-
37 cernat utilitatem domini, qui non est aromatarius, † nec
illius artis statutis ligari debet, & apotheca iam habet
iurisdictionem, quæ cessant in noua apotheca facienda.
ratio, illa limitatio restringens statutum, magis ad incā
38 tationem referri debet, & quando maior † ratio militat,
ut fiat relatio magis ad unum quam ad aliud nunquā re
fert̄ ad omnia. Bal. in l. in actionibus. in 3. not. de infami.
Pet. de Ancha. in cons. 67. & plura allegantur per mod. in
c. secundo requiris. de appel. ¶ Secundo dato quod ad
oīa referatur per hoc nihil obstat: quia statutum ponit
priuilegia exercentis apothecam, quod in sua apotheca
non possit molestari mediante incantatione: nec median
te uicina apotheca: cum debeat distare per tres perticas
&c. & subdit excipiendo id in effectu dicens ista priuile-
gia, nō cōpetere apothecis in qb. ꝯsuetum erat, & ita ces
satum est &c. & sic ista exceptio tendit ad diminutionem
illius apothecæ in qua cessatum est, scilicet non gaudere
istis priuilegijs, sed aliam apothecam non gaudere con-
tra eam, hoc non dicit, remanemus sub regula statuti,
39 nullum per tres perticas &c. & maxime cum † limitatio
sit stricte interpretanda, & magis sit inhærendum regulæ
quam sit possibile. l. omnis definitio. de reg. iur. plene per
Dec. in l. j. de reg. iur. & ita intelligitur de incantatione:
ergo & illud de mensura, cum una pars orationis decla-
ret aliam. l. utrum. de peti. hæred. l. si seruus plurium. de
leg. j. ¶ Tertio dico sine ueri præiudicio, illam limita-
tionem ad dispositionem de mensura referri, & non solū
esse ad priuilegia illi apothecę tollenda competentia, ue
rum etiam operari alteri apothecæ contra eam compete
re, adhuc dico casui nostro non obstare, cum loquatur
de apotheca in qua cessatum est per spatium quinque an
norum, & in hoc dicitur ultra quinque annos: ergo nihil
40 ad ipsam, immo totum econtra, cum † concessum ad tē-
pus post tempus censetur prohibitum. l. imperator. de
postu. l. statuliberum. de lega. j. in l. si ita de uulga. hæc in
telligentia recepta est ex consuetudine & communi stylo
qui habet postquam cessatum est exerceri artem aroma-
tarię ultra quinquenniū in aliqua apotheca ꝑinde esse ac
si illam nunquam habuisset iurisdictionem: ergo non est
in consideratione quod ibi alias fuerit solitum exerceri
huismodi artem: & ita sæpe fuit iudicatum, & obserua-
tum, ergo &c. l. minime. l. si de interpretatione. de legi. &
ita ego de uoluntate hominum illius societatis, uti eorū
41 patronus † perpetuus sępe & sępius obseruari feci, & iu-
dicaui: & ita etiam excellens Alex. de Tartagnis dum
erat aduocatus perpetuus, eo modo quo nunc ego sum,
ita iudicauit, nec potest dici posse partem apothecę clau
dere, & aderit distantia: quia est contra mentem statuti:
nam considerat statutū distantiam esse à signo, à rastris,
uel ab aliqua re, & non requirit esse à tota apotheca, ui-
deatur, & sępius ocurrit istam distantiam non esse à tota
apotheca: & si requireretur, superfluum esset dicere à ra
stris &c. ut dixit, & si ita intelligeretur statutum, conti-
42 neret † superflua, & non necessaria, quod quidem esse nō
debet. l. si quando. de lega. j. & per Bal. in rub. de contra.
empt. cum similibus. Item cum pro parte apothecę non
adesset distantia, & pro alia parte adesset, ut sępius ocur
rit, si posset pro parte claudi, dispositio statuti non con-
siderans

siderans totā apothecam, sed rastra, & signa, uel aliquā
43 rem de†facili redderetur elusoria, cum in illa parte apothecę adesset illamet ratio impeditiua &c. contra no. in c. quam sit. de usur. in 6. & per Alex. in l.j. in princip. de uerb. obli. & maxime non debet posse aliquid agere cum
44 lis pendeat:†qua pendente nihil est innouandum. l. cum aliquis. cum ibi not. C. de iure delib. & per Spec. in tit. ut lite pend. ex quibus omnibus saltem simul iunctis pro cōperto habeo partes domini iudicis esse debere in pronunciando agentes repellendos esse, cū nō cōstet de sua iurisdictione: nec aliquod ius habeant, ac distantia à statuto requisita non adsit. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo uitiat concessionem.*
2 *Notarius non habet facultatem declarandi mentem cōcedentis.*
3 *Declaratio mentis testatoris per hæredem fieri non potest.*
4 *Senatores ac patritij, maxima fulgent dignitate.*
5 *Existens in aliqua dignitate uiles artes exercere non potest.*
6 *Iudex ex officio suo tenetur eius sumere tutelam contra quam ab aduersarijs in dies plurima iniuste machinantur.*
7 *Proœmium statuti declarat causam finalem.*
8 *Statutum generaliter loquens, non debet restringi magis ad unū casum quam ad alium, quando restrictionis ratio non adest, sed indistincte intelligi debet etiā si materia esset odiosa.*
9 *Casus comprehensus sub ratione legis, perinde habetur, ac si uerbis illius esset expressus.*
10 *Tabulę & scrinia quæ separata ab apotheca sufficiunt ad acquirendam iurisdictionem: ita ut impediant posse fieri apothecam iuxta tres perticas, iuncta apothecis ratione uicinitatis, & connexitatis maius robur accipere debent.*
11 *Allegantí consuetudinem pro fundamento sue intentionis non est standum, nisi illam probauerit.*
12 *Artifices eiusdem exercitij, à communiter accidentibus non se compatiuntur.*
13 *Regulę inhęrendum est, & qui uult dicere contrarium habet probare.*
14 *Argumentum à cessante ratione in iure procedit.*
15 *Statuti aromatariorum declaratio.*
16 *Dispositio loquens de omnibus, in stillicidijs, & cęteris rebus perpetuo ędibus infixis uendicat sibi locum.*
17 *Statutum conditum ad tollendum rixas, & ęmulationes, interpretatione adiuuari debet.*
18 *Intentio principalis statuti si sit fauorabilis, cętera quæ sunt ad iuris correctionem non habentur in consideratione.*
19 *Publica utilitas, ut ciuitas sit pacata, alijs utilitatibus præfertū.*
20 *Dispositio iuris positiui ad unguem seruari debet.*
21 *Præsumptio iuris, & de iure tūc dicitur quando lex aliquid præsumit, & super eo statuit.*
22 *Æmulatio præsumitur in prohibitis, & in eo qui secundo loco facit.*
23 *Permissa de iure, nec aliquo statuto prohibita, si ad ęmulationē fieri præsumantur, de iure fieri prohibentur.*
24 *Domos suas licet unicuique eleuare permittatur, non tamen id licet quando fit ad ęmulationem.*
25 *Venditio uel donatio, facta de parte castri à fratre qui ab alio fuit expulsus, nulla est, cum præsumatur facta ad ęmulationē.*

RESPONSVM CXIII.

¶ An incertitudo uitiet concessionem, & multa ad declarationem statuti aromatariorum Bononien. & de præsumptione ęmulationis.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ Quāuis etiam admissis elegantissimis obiectionibus adhuc ex alijs deductis in superiori allegatione, quibus nullum accommodatum est responsum liquidissime constet clientem meum esse in casu uictoriæ cum sine concessione iurisdictionis ex forma statutorum illius artis nullus possit. d. artem exercere: & concessio iurisdictionis facta parti aduersę sit nulla, quia est incerta cum non appareat cui apothecæ
1 fuit concessa, & incertitudo uitiat concessionē: † ad plene not. in l. ita stipulatus. de uerb. obli. nec notarius. d. so
2 cietatis habuit facultatem declarandi † mentem concedentium cum declaratio mentis ab alio quam à conce
3 dente fieri non potest, † adeo quod non potest fieri per hæredem: ut not. in l. inter stipulantem. §. j. de uerb. obli. ubi Alex. plura adijcit, & Bar. & alij in l. ædita. C. de eden. est etiam nulla cum nō fuit concessa à maiori parte curatorum prout de iure. d. artis requiritur, nec Marco agēti fuit concessa, nec domino Ludouico, cuius nomine fuit
4 recepta potuit acquiri uti incapaci cum sit senator † ac patritius meritissime ac maxime habeat dignitatem: ut per Spec. in titu. de iur. omn. iud. uers. magni. & plene per moder. in rub. & in l. de offi. eius cui man. est iurisd. nemi nem quoque fugit existentem in aliqua dignitate huiusmodi
5 uilissimę artis incapacē † fore. & est tex. in l. nequis. C. de diu. lib. 11. cum concor. ibi tradi. immò nec cōstat de sua ratificatione, nec habet nocere quoddam instrumentum productum tacitæ ratificationis, cum fuit productum post conclusionē in causa: & multa alia fuerunt deducta quæ sufficiunt ad uictoriam, & si acutissimæ obiectiones essent ueræ, nihilominus ad obiecta sigillatim respondebo, ut magis liqueat de iuribus mei clientis ad cuius æmulationem, & suppresionem tot ab aduersarijs machinantur etiam sub nomine illorum de regimine, ut eius protectio absque petitione partis ad iudi
6 cem miseratione motum ex † officio pertinere deberet: ad plene not. per Bar. Alex. & alios in l. 4. §. quod autem. de dam. infec. ¶ Et ad id quod primo dicebatur statutum prohibens erigi apothecam, uel stationem, uel poni aliquem scrinium, discum, uel rem in qua &c. iuxta aliquam stationem, uel rem &c. per tres perticas, ne oriantur discordiæ propter uicinitatem intelligi debere ultra eos qui tenent apothecas de tenentibus capsas, uel tabulas super quibus uendunt in locis publicis absque apothecis, ut omnino tollantur discordiæ, & quia fuit factū ad exemplum statuti artis salarolorum, qui ultra apothecas solēt in locis publicis tenere tales capsas & discos ēt separatos ab apothecis, ut colligitur ex proœmio statu
7 ti quod † denotat causam finalem in l. fi. de hær. instit. & etiā ex uerbis. d. statuti colligi uidetur, & maxime quia propositio fuit solum de statione. ¶ Respondeo & fateor esse factum ad exemplum statuti salarolorū quod expresse loquitur, & disponit non obstante quacunque propositione massarij scrinijs, discis, & alijs rebus, & nō dicit illas tabulas, res, & scrinia esse absq; apothecis, sed generaliter loquitur, & ideo non debemus restringere ad illum casum cum non adsit ratio, ut magis restinga-
8 tur ad istum casum quam ad aliū, sed indistincte † debet intelligi etiam si materia esset odiosa. l. cum lege. de test. & ibi not. Aret. & Bulg. in rub. solu. matr. etiam si sit correctoria. gl. in c. contra Christianos. de hær. in 6. Alex. in auth. ex testamento. C. de collat. etiam si maior ratio militat in uno casu quam alio. l. j. §. quod autem. de aleat. Dec. in consi. 5. cum alijs uulgarib. quæ soleo allegare, cum expedit, ergo quanto fortius hic cum militat eadē ratio, ut propter uicinitatem trium perticarum non oriantur discordiæ. quæ ratio ita militat quando res sunt de per se sicut quando sunt iuxta apothecam, immo cum ratio est expressa in l. etiā si aliter ex uerbis hic casus non
9 † colligeretur, attamen diceretur expressus. l. nominis & rei. §. uerbum ex legibus. de uer. signi. plene not. in l. fi. cō stante. solu. matri. & in auth. quas actio. C. de sacrosan. eccle. ergo quanto fortius cum ex uerbis iste casus necessario comprehenditur. ¶ Præterea si con cedit scrinia, uel tabulas existentes in uia absque alia apotheca acquirere huiusmodi iurisdictionē ut impediant fieri apothecam, iuxta tres perticas: quanto fortius quando sunt iuxta apothecam, cum ratione uicinitatis, & cōnexitatis
10 maius † robur accipere debeant. arg. not. in l. quæ religiosis adhærent. de rei uendica. cum concorda. ibi traditis.
¶ Nec obst. quod dicunt de consuetudine salarolorum,

quia

quia non est probatum,sed solum allegatum,& ideo suæ
11 allegationi non est†standum cum sit fundamentum suæ intentionis.l.eũ qui actũ.de neg.gest.l.uerius.l.ei q. agit de probat.plene per Ias.& mod.in rub. qui admitti.cum uulg.ergo immo si recte inspiciatur ciuitatis consuetudo liquidissime apparebit salarolos habere tabulas ante apothecam, rastra, & signa, & ab illis mensurã triũ perticarum, ergo &c. & eo modo utunt tabulis,& signis ut faciunt iuxta apothecam,ut faciunt aromatarij,& ita recte intuenti liquidissime constat statutum ita habere locum in tabulis,scrinijs,rastris, & alijs rebus appositis iuxta apothecas quam in dictis rebus de per se positis,& hoc tam ex proprietate uerborum quam ex identitate,& maioritate rationis ac loci consuetudine,& ita in utroq; casu de necessitate intelligi debere. ¶Nec obst.quod uideatur demonstrari istud statutum, non debere intelligi de rebus iuxta apothecam positis propter experientiam, quæ docet has apothecas concurrisse eodem tempore, postquam prællegatum statutum fuit conditum. qui concursus, licet spatio temporis sit amissus, nihilominus probat interpretationem, ac intelligentiam statuti, maxime cum non debemus dicere id prouenisse ex uo
12 luntate partium cum à cõmuniter accidentibus †huiusmodi artifices non se compatiuntur, ut etiam sentit statutum, & quia uidetur adesse distantia de uno ostio ad aliud ostium sumpta mensura per terram, & concursus iste potius uidetur admissus ex regula quam ex fallentia,
13 ita quod qui†uult dicere contrarium habet probare:ad not.in l.j.& in l. omnis diffinitio. de reg. iur. ¶Quoniam ad istud respondetur tempore quo concurrebant aderat distantia trium perticarum sumpta mensura à tabulis,& rastris prout de iure debet sumi: quia apotheca melloni erat angustior,& postquam illa alia desijt exercere iurisdictionem facta fuit maior,& magis larga, maxime uersus dictam aliam apothecam, ut ex dispositione testium liquidissime probat:& ita apparet propter mutationem rei huiusmodi fundamentum non debere allegari, immò à cessante ratione retorquetur: quod argu-
14 mentum †procedit in l.adigere.§.quamuis.de iure publ. c.cum cessante.de appella.& secundum docto. in l.generaliter.C.de episcop.& clerici.est infallibile: nam si tunc temporis permittebatur, quia aderat distantia à tabulis & rastris: ergo cum hodie propter rei augmentum iuste factum à tabulis, & rastris, ac signis distantia non adsit etiam sumendo mensuram per terram, ut ex actis colligitur,non debet tolerari ac permitti,& ita cessant omnia allegata de consensu & regula & fallentia. ¶Præterea aduertendum est cum statutum expresse uelit sumi mensuram à tabulis, & scrineis, & alijs rebus, ut signis & rastris,& sint aliquæ res quæ non apponuntur in terra,& si apponuntur magis se extendunt quam apothecæ, ut rastra,& tabulę,& tamen super illis apponuntur res huiusmodi artis,& ab illis † debet sumi mensura,necesse est ut
15 dicamus in terra sumi mensuram ab ea parte terræ quæ est sub rastris, & illis rebus per lineam directam, ita ut per terram mensuretur, sed non ab ostio ad ostium apothecæ:sed ab illa parte terræ quæ per lineam directam est sub illis rebus.

¶Et dũ dicebat simile de stillicidijs, proiectis,& menianis nõ esse bonũ cum illa sint ppetuo infixa ædibus tabulæ. M.& huiusmodi aliæ res ad tempus. Replicatur etiam aliquas ex supradictis rebus esse perpetuo infixas, ut rastra super quibus res uendendæ apponuntur. ¶Præterea illa non fuerunt adducta pro simili, sed ad demonstrandum esse partem stationis,& domus,& quod de domo di
16 citur in eis†habere locum, l.malum.§. j. de uerb.signi.l.si uero. §. prætor. de his qui deie. uel effud. ita ut mensura quæ capienda est à domo ab illis,ut ab extrema parte domus capienda sit quo recepto res erit in tuto:etiã si scrinia,& tabulę non considerentur, quæ tamen propter expressam dispositionem statuti cõsiderandæ sunt. ¶Et ad id quod dicebatur statutum huiusmodi,& si uideatur fauorabile attenta principali dispositione: ad not.in l. qui exceptionem.de condit. indeb. quæ fuit ad tollendũ
17 rixas,& ęmulationes, & ideo interpretatione † adiuuandum esse:ad not.per Ias.in l.qui se patris.C.un. lib.nihilo minus restringendum fore existimo, cum iuri communi contrarium sit,quo permittitur cuilibet in suo facere quod sibi placet ac publicę utilitati cuius interest,ut plures fiant apothecæ,& propter uiam latam ratio impedimenti propter uicinitatem ac manifestam ęmulationẽ cessare uideatur, & si huic fundamento non tenear respõdere cum illud in responsis meis non allegauerim,sed allegauit dominus Andræas Alciatus responsa nostra cõprobando, nihilominus respondeo potestatem faciendi in suo ad libitum fuisse restrictam dummodo adesset latitudo trium perticarum mensurando à rebus de quibus a statuto, & hoc principaliter ad tollendas discordias, ut colligitur ex uerbis istis prolatis in proęmio. arg.tex. cum ibi plene not.in l.fi.de hære. instit.ut recepta principali intentione alia quæ sunt contra iura, & ad correctio
18 nẽ iuris non sunt in ɔsideratione,ut†abundanter no.per Dec. post alios in l. 2. C. de in ius uoc. & in l. si quis nec causam.si cer.pet. & in l. qui se patris. C. unde lib.immò
19 cum istud sit ob publicam utilitatem,ut†pacata sit ciuitas quę alijs utilitatibus præfertur, maxime illi ut sint plures apothecæ:ad not.in l. congruit.de offi. præsi.& si non constaret de principali intentione uti maior pręferenda esset alijs utilitatibus ad not. in l. j.solu.matr.nec propter latitudinem uię cessat ratio cum non adsit distã
20 tia trium perticarum requisita à statuto : nam cum istud de tribus perticis sit iuris † positiui ad unguem obseruandum est,nec à cessante ratione procedit argumẽtum, ut est tex.& ibi no.omnes in l.j.§.pueritiam.de postulan. inmò non existente tali distantia cum statutum præsumit ęmulationem & discordiam,& super eo statuit prohibendo,sequitur si contra prohibita fiat præsumptionem esse iuris,& de iure id fuisse factum propter ęmulationẽ,
21 & inuidiam,cum tunc † est præsumptio iuris, & de iure quando lex præsumit aliquid,& super eo statuit.gl.in ca. ferrum.l.distinet.gl.in c.fraternitatem.55.dist. & not. in
22 l.quia uerisimile.quod met. causa. quod corroboratur: nam†ęmulatio præsumitur in eo qui secundo loco facit & in prohibitis,ut colligitur ex no.per docto. in l. quominus.de flum.in j.q.& in l. si manifeste. C. de serui. & aqua. ¶Ex quibus sequitur,& si statutum expresse nõ uetaret de iure cõmuni huiusmodi apothecam uti ad ęmu-
23 lationem erigi non posse, cum ea † quę de iure competunt,nec statuto aliquo prohibentur si ad æmulationem fieri præsumatur de iure fieri prohibẽtur:ut probatur ex nor.per Cyn.Ray.Sali.& alios in l.altius.C.de serui. & aqua.per Ang.Pau.de Cast.in l.cũ eo.de seruit. urb.præd.
24 ubi uolunt, licet sit licitum cuicunque † eleuare domos suas,tamen non licet quando fit ad ęmulationem:probatur etiam ex not.per Bar. Pau. de Cast. Ful. Alex.& alios
25 in l.cum allegas.C. ne fisc.uel respublic.ubi si sunt † duo fratres habentes castrum cõmune, & unus expellat aliũ, quod si frater expulsus uadit ad ciuitatem propinquã uel principem,& partem suam donat, uendat, uel cedat, talis uenditio est nulla,quia pręsumitur ad ęmulationem facta:& ad idem faciunt not.per Bal.in l.j.in penul. q. C. qui test.fac.pos.ergo cum in casu nostro non solum adest præsumptio quod faciat ad ęmulationem, sed præsumptio iuris,& de iure, immò liquidissime ɔstat propter oblationes sibi factas amplius nõ insistam &c. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Verba instrumenti & conuentionis dant legem contractui.*
2 *Euictionis gratia actio non competit quando culpa emptoris imminet euictio.*
3 *Capitula contractus si sint distincta, & diuersa non potest inferri de uno ad aliud.*
4 *Interpretatio stricta sumitur in cõtractibus præsertim pœnalibus.*
5 *Expressum solum consideratur in penis.*
6 *Pęna apposita pro una parte ad aliam partem non extenditur, & in*

& in uno capitulo ad aliud.
7 *Subſtitutio quæ alias ſolet extendi, ad alium caſum non extenditur ubi pęna eſt appoſita.*
8 *Pęna ut euitetur uerbum quod ex ſui proprietate plura ſolet cōtinere, interpretatur magis poſſibile ut unum tantū contineat.*
9 *Verba contractus quæ ſunt incerta debent referri ad caſum ubi non ſit pęna.*
10 *Interpretatio fit contra illum qui ſe fundat in uerbis contractus.*
11 *Pœnæ prouiſio generalis non comprehendit caſum ubi ſpecialis pęna eſt appoſita in diuerſa diſpoſitione.*
12 *Multo magis in eadem diſpoſitione.*
13 *Verbum contrauenire comprehendit euictionem.*
14 *Dictio item, coniungit & repetit æqualiter.*
15 *Interpretari non debet conuentio, ut contrahens ex culpa ſua uel dolo lucretur.*
16 *Verba executiua non alterant diſpoſitionem.*
17 *Verba narratiua non probant ſaltem denunciationibus. quod declara ut in numeris ſequen.*
18 *Renunciatio ſtricte interpretatur.*
19 *Verba enunciatiua prolata per modum cauſæ diſponunt.*
20 *Verba enunciatiua inter eaſdem perſonas maxime in his in quibus poſſunt ſibi præiudicare diſponunt.*
21 *Verba enunciatiua quo ad exceptionem diſponunt.*
22 *Item diſponunt quo ad liberandum maxime à pęna.*
23 *Interpretatio capitur pro remiſſione pęnæ, etiam cōtra naturam uerborum.*
24 *Verba enunciatiua eo magis debent diſponere quando diſponens nullum patitur damnum.*
25 *Item debent diſponere quando fit reductio per illam diſpoſitionem ad naturam rei.*
26 *Item debent diſponere quando per illam diſpoſitionē diſponens ſe confirmat cum diſpoſitione ſtatuti loci.*
27 *Liberatio ampliatur, ut exceptio ſit bona.*
28 *Exceptio facit quod comprehendatur ſub diſpoſitione id quod requirit ſpecialem expreſſionem.*
29 *Reſeruatio in omnibus alijs caſibus non reſeruatis inducit liberationem.*
30 *Liberatio facta uni ex correis prodeſt alteri.*

RESPONSVM CXIIII.

¶An in promiſsione de euictione ueniat id quod culpa emptoris eſt, & quid ueniat, & qn̄ narratiua diſponant.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶Viſis
inſtrumētis ac elegantiſsimo puncto ad me
ex ciuitate Lucana tranſmiſsis ab excellen-
tiſsimo doctore domino Nicolao liena. fra-
tre hon. illiſque diligenter conſideratis, punctus difficul
tatis in duobus conſiſtere uidetur. ¶Primò an uendi-
tores, & eorum fideiuſſores teneantur ſoluere non ſolum
pœnam. 400. aureorum appoſitam in inſtrumento: ſed
pœnam dupli ac totum intereſſe in caſu quo Ioannes ne
pos ex fratre uenditoris cui cōpetit ius reemendi ex for-
ma ſtatuti loci litem de reemendo mouerit ac ſententiā
reprobauerit. ¶Secundò an huiuſcemodi pœnæ, & in
tereſſe uideantur remiſſę per emptorē uenditoribus pro
omnibus contrafacientibus exceptis fratribus germa-
nis. d. uenditorum. ¶Circa primum uidebatur quod
1 ad omnes pœnas teneantur † attentis uerbis inſtrumenti,
quæ contractui dant legem, iuxta not. in l. legem. C. de
pact. in l. j. §. ſi conuenerit. ff. depo. Nam primo promit-
tunt generaliter, ſi à quacunque perſona lis mota fuerit:
& maxime ab illis quibus ſpectat & pertinet, & ſpectare
quomodolibet poterit in futurum ius recuperandi om-
nia damna, & intereſſe, & pœnam dupli: & poſtea ſpeciali
pacto in caſu reemendi pœnam. 400. aureorū: ergo utra-
que pœna cenſetur appoſita in caſu contrauentionis fa-
ctę ab habente ius recuperę, cum in caſu utriuſque pœ-
næ fecit mentionem de recupera: & ita cum ex uerbis ui-
deatur hic caſus deciſus non eſt ulterius laborandum. l.
ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. 3. cum concordanti
bus. & maxime quia in clauſula finali ſunt appoſitæ om-
nes pœnæ, & clauſulæ in fine appoſitæ referuntur ad præ
cedentia. l. talis ſcriptura. de leg. j. c. ſecundo requiris. de
appe. ¶Melius tamen inſtrumenti uerba ponderando
determino contrarium, & pro clariori reſolutione non-
nulla pręſuppono. & primo ut mihi in puncto datum eſt
obſeruari in loco quod promiſſor de euictione non tene
tur quando ab agnato res uendita recuperaretur uigore
ſtatuti loci, niſi ſpecialiter ſit promiſſum &c. & merito,
quia emptor qui iuris cenſura ſcit diſpoſitionem ſtatuti,
debet requirere agnatum antequam emat, alias eſt in cul
2 pa. Et quando culpa † emptoris imminet euictio à princi
pio ꝯtractus non datur actio. argu. no. in l. familia. C. fami.
erciſ. in l. fi. de peri. & com. rei uend. ¶Secundò præ-
ſuppono quod promiſsio in caſu contrauentionis habet
plura capita diſtincta, & ſeparata cum particulari adie-
ctione pœnæ in quolibet caſu. ¶Primū caput eſt ſuſ-
ceptionis litis, & appoſita eſt ſola pœna, ut caſu quo nō
ſuſceperint damna, & expenſas cum omni intereſſe reſti-
tuent, tam ſi bona in totum, uel in partē fuerint euicta,
quam non: & ita conſideratur in hoc caſu ſolum quod ip
ſam litem ſuſcipiant etiam ſi fuerit mota ab habente ius
recuperę. ¶Secundum caput eſt quando fuit lata ſen
tentia ſuper euictione, & remittit appellationem &c. &
apponit pœnam reſtitutionis precij cum pœna dupli, &
omni damno intereſſe & expenſis: & loquitur ſimpliciter
de euictione, & non facit aliquam mentionem de perſo
na euincente, maxime habent ius recuperę. ¶Tertium
capitulum eſt quod omnis perſona ad quam ſpectat, uel
ſpectabit in futurum ius reemendi tam de iure, quam ex
forma ſtatutorum ratificabit præſentem uenditionem.
Item contra dicta bona uendita nihil omnino attenta-
bit, & ſi cōtra prędicta fecerint promiſerunt. 400. aureos
pro damnis & intereſſe, & ita taxarunt ut in inſtrumen-
to, & in hoc caſu nullam mentionem fecerunt de pœ-
na dupli. ¶Quarto & ultimo appoſuerunt clauſulam
generalem cum uerbis executiuis ibi, quam uenditio-
nem &c. ¶His pręſuppoſitis dico in caſu de quo agi-
tur in quo agnatus uult reemere uigore ſtatuti loci, &
dato quod reemat quod uenditores & eorum fideiuſſo-
res non ſunt obligati ad pœnam dupli precij rei uenditę:
ſed ſolum ad damna & intereſſe, quæ ſunt taxata in 400.
aur. Idque apertiſsime demonſtratur, aut emptor uult
cōuenire ex primo capite promiſsionis, ut quia non ſuſ-
ceperunt litem: & tunc non poteſt conuenire ad pœnam
dupli, quia in hoc caſu non eſt promiſſa nec ſcripta in in
ſtrumento: ſed tantum poteſt agere ad damna quæ ſunt
taxata in tertio capite: aut uult conuenire ex ſecundo ca
pite ſuper euictione. & ita ſub ea non comprehenditur
huiuſcemodi caſus euictionis uirtute ſtatuti permitten-
tis agnato recuperare cum id prouenit ex culpa empto-
ris, ut dictū eſt in primo præſuppoſito. ¶Nec poteſt
dici quod iſto caſu ſub uerbo euictionis ſimpliciter pro-
lato ueniat caſus recuperæ, ex quo in primo capite ſuſce-
ptionis litis factum eſt uerbum de habente ius recuperę:
quia capita ſunt † diſtincta & diuerſa, & ideo non poteſt
3 inferri de uno ad aliud. l. fi. de calum. cum ſimi. immò ex
quo factum eſt uerbum in primo capite de habente ius
recuperæ, & non in hoc ſecundo capite: datur intelligi in
tentionem contrahentium fuiſſe ut non comprehenda-
tur: quia ſi uoluiſſet dixiſſent ut fecerunt in primo capi-
te. l. j. §. his ita: de cad. tol. l. cum prætor. de iud. & hoc ma
xime quia ſumus in contractibus, & in promiſsionibus
reſpectu huiuſcemodi pœnæ per ſtipulationē: in quibus
quicquid eſt omiſſum habetur pro omiſſo. iuxta not. in l.
quicquid aſtringendæ. de uerb. obl. & quia ſumus in pœ-
nalibus in quibus fit † ſtricta interpretatio: ad no. per Bal.
4 in l. cum proponas. col. fi. de hære. inſtit. C. Nam in pœnis
5 ſolum conſideratur quod eſt † expreſſum. l. & ſi quis. §. di
em. de religio. & ideo licet pœna ſit appoſita pro una par
te ad aliam partem nō extenditur: ut per Bal. in c. j. col.
6 j. qual. do. propriet. feu. pri. & † pœna appoſita in uno ca
pitulo non extenditur ad aliud. Bal. in l. cum pater. §. pa-
7 ter certam. de leg. 2. Et ideo † ſubſtitutio facta in uno caſu
quæ alias ſolet extendi, ad alium caſum non extenditur
ſi pęna apponatur, ut per Bar. & alios in l. pater ſeuerinā
in pu[illegible]

in prin. per illum tex. de condi. & demon. ergo intrepide
dicendum est quod illud uerbum appositum in primo
capite de recupera ius habente non habeat locum in se-
cundo cum agitur de pœnę impositione. Immò & si esset
in eodem capite ex quo respicit unam partem non debet
8 habere locum in alia parte, cum ut† pœna non habeat lo
cum uerbum, quod ex sui proprietate plura solet conti-
nere, ut pœna minus extendatur quam sit possibile, intel-
ligitur ut unum tantum contineat. Bar. in l. qui duobus.
de fal. Bal. in l. multa. de condi. & demon. ergo &c. Et ma
9 xime cum illud de habente ius recuperę sit† incertum cũ
possit, & debeat intelligi ex conuentione, cum de haben-
te ius ex forma statuti sit in alio capite expressum: & qa
expressa non est pęna ut dictũ est, & ita arguit Ang. in cõsi.
100. & Cum. in consi. 41. & Fulgo. in consi. 7. Et quoniam
10 pars aduersa se fundat in instrumento, ergo debet† inter
pretari contra eum: adde no. in l. ueteribus. de pac. & per
Alex. in consi. 117. uol. 3. ¶ Et id in hoc casu absq; dif-
ficultate procedit, cum in sequenti capite specialiter &
in indiuiduo est facta prouisio, & pœna apposita. 400.
aureorum, in casu quo agnatus ad quem spectat uel spe-
ctabit ius recuperę ex forma statuti aliquid attẽtabit cõ-
tra. d. uenditorem, uel molestabit, uel contraueniet: ergo
non potest dici quod uerbum generale euictionis prola-
tum cum pœna comprehendat casum recuperæ cum de
11 eo facta est† prouisio cum speciali pœna, cum in iure tri
tissimum est prouisionem pœnalem generalem, quæ sui
natura solet comprehendere casum specialem non com-
prehendere quando specialis pœna est apposita, ut est ca
sus apertus in l. sanctio legum. de pę. cum ibi plene not.
12 & in c. felicis. de pę. in 6. Qui eo† magis procedere debet
cum ab eisdem in eadem dispositione, & contractu sit fa-
cta generalis & specialis prouisio: ut per Dy. & Bar. & cõ
muniter docto. in d. l. sanctio legum. & per moder. in c.
quod olim. de iudi. & in c. felicis. de pę. in 6. Ergo quanto
fortius hic generalis prouisio de euictione non debet se
habere ad casum recuperę specialiter prouisum, cum sui
natura non debet illum comprehendere per ea quæ dicta
sunt in primo præsupposito, & per alias rationes de qui-
bus supra, quæ omnia simul iuncta reddunt hunc casum
indubitatissimum. ¶ Nec obstat si dicatur quod illa
specialis prouisio in casu recuperę est respectu ratifica-
tionis: quia aduertendum est quod duo continet, scilicet
13 ratificationem & contrauentionem, quod † uerbum ex
sui generalitate & proprietate comprehendit euictionẽ,
cum qui euincit dicitur contrauenire, & in potentiori si-
gnificatu: ut per Bal. in l. fi. §. in computatione. in ulti. co
lum. de iure deli. faciunt not. per omnes circa uerbum pe
14 tere, in rubr. sol. matr. Et ponit hæc per † dictionem, item
quæ coniungit & repetit æqualiter: ut in l. in repetendis.
de leg. 3. & sic non minus respicit contrauentionem quã
ratificationem, immò plus contrauentionem & euictio-
nem quam ratificationem, cum immediate post uerba
contrauentionis apponit pœnam. 400. aureorum, & rela
tio fit ad proximiora, uel saltem magis afficit: ut not. in l.
si idem cum eodem. de iurisd. om. iud. cum concor. Et ita
non potest aliquo modo inficiari quod in agnato habẽ-
te ius recuperę, & uirtute statuti contrauenien te non sit
speciali pœna prouisum, licet & in casu ratificationis es-
set prouisum, immò illa specialis pœna. 400. aureorum
fuit apposita in casu recuperę factę ab agnato uirtute sta
tuti: ut probatur per instrumentum liberationis factum
de anno. 1505. ubi notantur uerba istius instrumenti:
& dicitur expresse quod in casu recuperæ ab agnato fuit
apposita pœna. 400. aureorum, & nulla alia nominatim,
ergo satis liquet. ¶ Et ratio diuersitatis potest esse cur
minor pœna fuerit apposita in casu euictionis prouenie
te ab agnato: quia hunc casum potuit præuidere, & de-
bebat emptor: & quia etiam non erat in facultate uendi-
tionis facere cum effectu quod euictio non haberet locũ
pp statutũ loci, nec illa euictio prouenit ex facto suo an-
tiquo & precedenti, nec authorum suorum: ideo satis cõ
ueniens fuit ut non teneatur nisi ad damna & expensas
supportata, per emptorem, & propterea ita prouisum
fuit, alias resultaret absurdum quod emptor existens in
culpa lucraretur duplum, & culpa nemini debet patroci-
nari, & sat est quod damnum non sentiat. & ita omnino
15 † interpretandum est ac pronunciandum per doctissimũ
ac iustissimum iudicem. facit tex. in l. si ab hostibus. §. j.
solu. matr. ibi, non enim ęquum est uirum ob facinus suũ
dotem lucrifacere, & regula. l. non fraudantur. §. nemo.
ex delicto suo meliorem &c. cum concordantibus ibi tra
ditis. de reg. iur. ¶ Et ex his liquidissime constat si uult
uenire ex secũdo capite posito super euictione in quo est
apposita pœna dupli, non potest consequi pœnam dupli,
cum non comprehendat casum de quo agitur. ¶ Aut
uult uenire ex tertio capite quod proprie & expresse con
tinet hunc casum, & non potest petere pœnã dupli: quia
non est promissa, sed tantum pœnam. 400. aureorum per
quam taxantur omnia damna & interesse. ¶ Aut uult
uenire ex ultimis clausulis, ubi sunt apposita uerba execu
tiua, & nihil potest consequi ex illis quæ non possunt ex
uerbis dispositiuis, & capitibus supra positis, cum uerba
illa executiua, & illæ clausulæ generales referantur ad il-
la capitula cum dicant omnia & singula damna, & expen
sas, & interesse ad pęnam dupli in omnibus & singulis ca
pitulis contractus promissa & contenta, & sic non inten-
dit alterare promissa & conuenta in singulis capitulis, &
interesse & pœnis quæ sunt expresse & extense posita in ca
pitulis, & referens semper interpretatur secundum dispo
sitionem ad quam se refert: ut no. in authen. si quis in ali-
quo. C. de eden. & in l. asse toto. de hære. insti. & maxime
16 cum † executiua intelligatur semper secũdum disposita,
nec illa habeat alterare, clemen. j. de præb. in fi. per Card.
& Imo. in c. quoniam Abb. de offi. delega. plura congerit
Fel. in c. licet. col. penu. de offi. ordi. Sed dispositiua & pro
missiua sunt circa pœnam dupli & damnorum cum di-
stinctione ut in capitulis, ergo & in pęnis non habebit al
terare. ¶ Aut uult uenire ex omnibus capitibus con-
tractus simul consideratis: ut quia non suscepit litem &
res est euicta, & ab habente ius recuperæ: & tunc dico ꝙ
simul iungi nõ possunt, ut cum pœna. 400. aureorum cõ
concurrat pœna dupli totius precij & damnorũ in agna-
to habente ius recuperę, cum in eo caput loquens de pœ
na dupli locum habere non possit per ea quæ dicta sunt
supra. ¶ Et ex his considerando perfecte omnia capi-
tula contractus separatim, uel simul apertissime, constat
quod in hoc casu nec ex uerbis contractus, nec ex inter-
pretatione & ratione si agnatus habens ius recuperę cõ-
trauenerit contractui ac prædium ipsum euicerit, uendi-
tores & eorum fideiussores non teneri, nisi ad pœnam.
400. aureorum pro damnis & interesse ementis, & nõ ad
pœnam dupli precij principalis, & istud est ęquum, & cõ
ueniens ut ex culpa sua emptor non sentiat commodũ,
& ex alijs rationibus de quibus supra. ¶ Et ad addu-
cta in contrarium apparet responsum quod licet sit pro
missa pœna dupli, tamen non est promissa in omni casu,
& ille casus in quo est promissa non conuenit nostro, nec
ad ipsum potest nec debet adaptari per ea quę dicta sunt
supra, & clausula in fine posita seu uerba executiua intel
liguntur secundum præcedentia, nec ea alterare debent,
nec relatio fit ubi agitur de pœna ut dictum est, & maxi-
me hic ubi cõstat quomodo intelligantur capitula istius
instrumenti per aliud instrumentum liberationis, in quo
fit mentio de hoc, & ex multis de quibus supra, non re-
peto. ¶ Circa secundum dubium uidebatur quod pœ-
næ non sint remissę per emptorem uenditoribus pro om
nibus contrafacientibus exceptis fratribus: sed tantum
pro illis de Burlamachis, cum pro eis principaliter illud
instrumentum fuit factum, & non pro alijs ut apparet ex
uerbis dispositiuis, & id quod principaliter agitur à con
trahentibus debet attẽdi: ut plene not. in l. si quis nec cau
17 sam. si cer. pet. & solum uerba dispositiua † & non narrari
ua attenduntur, quæ non probant, ut not. in l. ex hac scri
ptura. de dona. & in l. ex his uerbis. de mili. test. & maxi-
18 me quia sumus in † renunciationibus quæ stricte inter-
pretant: ut per gl. in l. si domus. de ser. urba. præd. & ple-
nissime in l. postquam liti. de pact. ¶ His tamen nõ ob-
stantibus

stantibus determino contrarium, & pondero illa uerba
instrumenti liberationis:& dictus Syluester uelit quod di
ctus Henricus nõ teneatur pro illis de domo d. Burlama
chis neque pro alijs exceptis pro fratribus germanis ip-
sius Henrici, ideo &c. Nam hæc uerba signant intentio-
nem & uoluntatem Syluestri emptoris esse quod uendē-
tes,& eorum fideiussores non teneantur pro aliquo exce
ptis fratribus: sed iste qui uult agere non est frater ger-
manus, ergo pro eo uirtute illorum uerborum sunt libe
19 rati: quia illa uerba & si uideantur † enunciatiua,tamen
cum sint prolata per modum causæ, ut de se patet ibi ue-
lit,ideo &c.disponunt.l. emptor. §. ancilla. & ibi Bar.&
Bal.de rei uend.Bar.in l.cum tabernam. §. idem quæsijt.
per illum tex.de pigno. & plene per omnes in l.si socer.§.
Lucius.sol.mat.& in l.ex hac scriptura.de don. ¶Item
20 disponunt quando sunt prolata† inter easdem personas.
l.optimam.de contrah.& commit.stip. & plene in l.scien
dum.de uerb.obl.& in auth.si quis in aliquo. C.de eden.
maxime in his in quibus partes possunt sibi præiudicare,
ut per omnes in dictis locis, & in l.ex his. C. de mili.test.
sed hic sumus inter easdem personas, & in renunciatione
pœnarum, quæ pendent à sola uoluntate proferentis, er-
21 go &c. ¶Item disponunt † uerba enunciatiua quo ad
exceptionem licet ad actionem nõ possent disponere: ut
per Alex. post Bar. & alios in d.l. emptor.§.ancillam.de
rei uend.& in l.si socer.§.Lucius.solu. mat. ergo quanto
fortius hic cum ex supradictis sint apta ad producendã
actionem, & hic sufficit quod exceptionem producant,
ergo absque difficultate sunt tuti dicti uenditores & eo-
rum fideiussores. ¶Corroboratur ex firma doctrina,
22 quæ habet quod licet uerba narratiua non†disponant,ta
men quo ad liberandum disponunt.l.tale pactũ.in prin.
de pact.& ibi notant scrib.per Bar.in d.l.ex hac scriptura
de don.col.fi.& per Ias. & alios citatos per eos in d.l.ex
his.C.de milit.test.sed hic continent liberationem, ergo
&c.Et id iudicio meo eo magis debet esse in hoc casu,cũ
23 in eo agitur de † remissione pœnæ pro qua interpretan-
dum est, adeo quod ut habeat locum receditur à natura
uerborum:ut per Spe.in tit.de emp.& uend. §. nunc uidē
dum.uersi.sed pœnæ.& no.in l.mulcta.de cond.& demo.
& attenditur ut euitetur quod alias non attenderetur. l.
quod ait.§.ꝙ ait lex.de adul.ubi Bar. col. 2. ergo si alias
24 † uerba enunciatiua disponunt ad liberationem quanto
fortius ad liberationem pœnæ:& maxime quia in illa li-
beratione reseruat sibi expensas & precium solutum,&
sic nullum habet sentire damnum,& disponunt ad liberã
dum,etiam ubi sentit incommodũ, ut in dictis iuribus,
ergo fortius hic ubi nullum patitur damnum. arg. not.
in l.fi. C.de eod.& in l. qui autē. de his quæ in frau.cred.
25 ¶Corroborantur,quoniam per istam liberationē† fit re
ductio ad naturã uenditionis rei in qua alicui ius recupe
rę cõpetebat ex forma statuti,sed hęc reductio facilis est:
ut no.in l.si unus.§.pactus ne peteret.ff.de pac.& fit lata
interpretatio ubi alias solet interpretatio stricte fieri ut
fiat talis reductio: & ideo lex correctoria lꝫ stricte inter-
pretetē, tñ qñ per eã fit reductio ad primęuũ ius fit latissi
ma interpretatio.glo.in cap.statutum. de præbend. in 6.
Alex.in l.si constante. in prin. in 6.colu. solut.matrimo.
¶Item ut fiat receditur à regulis iuris,per glo.fin. & ibi
Imo.in clemen.sæpe.de uer.sign. ergo fortius hic fieri de
bet talis interpretatio cum sit secundum ius commune,
ut enunciatiua disponant ad liberationem. ¶Concur
rit quoque quod per hunc modum se confirmant cum
26 † dispositione statuti permittētis impune reemere quod
à iure præsumitur,& ita interpretandum est:ut per Alex.
post alios citatos per eum in l.hęredes mei.§.cum ita.ad
Trebel.& per Soci.in l.Gallus.§. quidam recte. cum si.de
liber. & posthu. ex quibus omnibus saltem simul iunctis
licet hic casus reddatur clarissimus, & sit sine contradi-
ctore, tamen ut magis de eius ueritate constet pondero
etiam illa uerba contractus exceptis fratribus &c.¶Nã
27 ut † exceptio sit de regula ad not.in l.nam quod liquide
de penu leg.& in l.j. de reg.iur. probatur quod non so-
lũ ibi sit liberatio pro illis de Burlamachis specialiter ex
pressis: ad quos ut mihi in facto præsupponit spectabat
ius reemēdi bona matrimonialia:sed ēt pro illis ad quos
spectabat ius reemēdi bona patrimonialia ut sunt agna
ti cũ exceptio sit de agnatis:& ista ratio est tãtę potentię
ut faciat cõprehendi sub dispositione id ꝙ alias non ue-
niret,nisi specialiter esset expressum:& ideo dixit Domi-
ni.post Lap.in c.qui ad agendũ.de procu.in 6. in §.j.p il
lum tex.& sequit Alex.in l.fi.ꝙ quisq; iur. ꝙ si facio pro-
curatorē generaliter nisi quod iurare non possit per istã
exceptionē ut sit de regula in isto casu includunt sub ge-
28 nerali mãdato omnes † casus,excepto illo requirētes spe
ciale mandatum, ergo necessario sequitur quod intelli-
gitur pro omnibus agnatis facta liberatio exceptis fra-
tribus. ¶Corroborat ultimo loco ex illis uerbis positis
in dispositione,saluis cunctis iuribus & cautelis ꝯ germa
nos &c. Nã si illa liberatio solũ pro illis de Burlamachis
intelligeret facta,& nõ pro omnibus superflua fuisset illa
reseruatio ꝯ germanos cum contra omnes haberet iura
salua excepto pro illis de Burlamachis, sed semp fit in-
terpretatio ne aliquod uerbũ sit superfluũ, & ut nõ sit ue
nit in dispositione q̃ alias nõ ueniret: ad not. in c. si pa-
pa.de priuil.in 6.& in l.si quãdo.de leg.j. & per Bal. in ru
bri.de contrah.emp.ergo ut non sit superflua illa reserua
29 tio probatur quod pro omnibus censet † facta liberatio
exceptis fratribus,nõ solũ per uerba enunciatiua, sed ēt
per uerba mere dispositiua, & ex his apparet responsum
ad adducta in ꝯrium:quia nõ fuit facta renunciatio pro
Burlamachis tantũ, sed pro omnibus ut ex uerbis supra
põderatis ꝯstat,& in hoc casu uerba enunciatiua probãt,
ut late demõstraui, nõ repeto,& cũ uenditores erãt duo
30 rei debēdi obligati insolidũ† liberatio facta uni prodest
alteri,iuribus uulgaribus. Laus Deo Maximo.

¶Ego Hieronymus Gratus ita respondebam.

SVMMARIVM.

1 *Tutela defertur matri & auię de iure communi.*
2 *Iudex à regula non debet recedere.*
3 *Exceptio facta à statuto de tutelis Bononiensi alios casus nõ ex ceptuatos uidetur excludere.*
4 *Actus non potest incipere à casu quo finiri debet.*
5 *Vxor uiuente marito, & eo ignorante si inhoneste uixerit amittit legata, & omnia commoda.*
6 *Mater post mortem uiri inhoneste uiuens amittit tutelam.*
7 *Stuprum non est necessarium ut priuetur tutela mulier: sed quilibet actus inhonestus sufficit.*
8 *L.si.C.quando mul.offi.tute.fung. potest ponderatur per authorem.*
9 *Actu inhonesto probato dicitur probari adulterium.*
10 *Ex præparatorijs infertur ad principale.*
11 *Adulterium ex præsumptionibus probatur, licet præsumptiones non sint regulariter sufficientes probationes.*
12 *Proponens in libello unum, & respondens contrarium in positionibus uidetur errore ductus respondisse, & idem si apparet de intentione per instrumentum productum.*
13 *Mulier inhoneste uiuens non potest petere dotem ab hæredibus.*
14 *Positio interpretatur ut libello non contrarietur.*
15 *Positioni cauillosę, & impertinenti, non est respondendum.*
16 *Positio contraria libello non debet fieri, & si fiat non est respondendum.*
17 *Renuncians rei ad illam redire non potest.*
18 *Tutela est onus.*
19 *Renunciatio & animus, magis probatur ex factis quam ex uerbis.*
20 *Vis expulsiua continet delictum.*
21 *Delictum non præsumitur.*
22 *Ex taciturnitate subsequenti seu ex non reclamatione præsumitur comprobatio.*
23 *Tutor non administrans, nec præstans alimenta remouendus est.*
24 *Mater tenetur petere administrationem tutelæ filij.*
25 *Qualitates requisitæ in d.l.fi.si non competunt matri non defertur ei tutela: nec d.l.illa locum habet.*

26 Exceptio

26 *Exceptio non firmat regulā in casibus non exceptuatis ab ea, si a iure communi excipiantur.*
27 *Agnatio est causa tutelæ.*
28 *Negans aliquid, uidetur negare, quod ex eo sequitur.*
29 *Negans se possidere, uel esse socium non potest gaudere commodo societatis uel possessionis.*
30 *Emphyteuta negans se esse emphyteutam, non gaudet iure emphyteutæ.*
31 *Tutor de quo timor est ne dilapidet, non debet etiam cum cautione admitti.*
32 *Ponens dicitur fateri.*
33 *Patruus exclusis matre, & auia in tutela habet fundatam intentionem.*
34 *Iudex exclusa matre, & auia in dubio debet pronunciare pro patruo.*
35 *Positioni superfluæ non est respondendum, quando probata est intentio.*
36 *Positio iudicatur cauillosa, quando probatum est, quod ponitur.*
37 *Clausula saluo iure non admittendarum operatur quod si positionibus non admittendis fuerit responsum, responsio nihil operatur.*
38 *Positio erronea non debet nocere.*
39 *Filius præsumitur esse mariti, & si multi habuerint conuersationem cum muliere.*
40 *Responsio ad positionem facta intelligitur, ut minus lędat respondentem secundum eius intentionem.*
41 *Respondens positionibus potest suam intentionem declarare.*
42 *Testis legatarius qui dixerat testamentum ad se non pertinere potest declarare dictum suum dicendo principaliter.*
43 *Positiones quantum possibile est ad concordiam reduci debent.*
44 *Positio subsequens debet declarari a præcedenti.*
45 *Ponens non potest allegare positionem suam impertinentem esse.*
46 *Dicta prima in positione trahuntur ad ultimam.*

RESPONSVM CXV.

¶An mater propter actus inhonestos priuetur filij tutela: & an positiones contrariæ debeant concordari.

INVOCATO diuino suffragio. ¶In præsenti causa de duobus contingit dubitari: & primo an matri competat tutela: secundo casu quo non competat, an competat Baldasari patruo. ¶Circa primum uidetur matri competere, cū
1 ei † a lege communi, & statutaria deferatur, auth. matri & auię. C. quando mul. tute. offi. fung. potest. cum concor. de quibus ibi, & in statuto sub rub. de tutel. & ista est regu
2 la a qua iudex recedere † non debet, cum dicatur ius certum habere pro quo regula est: s̄m Bar. in l. quoties. si qui cau. cum similib. ¶Secundo considero a statuto de tutelis &c. deferri tutelam matri, & aliquos casus excipi in quibus non defertur, & in quibus priuatus, ergo ultra il
3 los casus debet indistincte admitti: quia † exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis: per Bar. in l. quæsitū §. denique. de fun. instruc. no. Ange. in consi. 129. quidam emptores. & in consi. 290. cum simi. sed exceptiones quæ opponuntur matri in casu nostro non sunt de exceptis a statuto: ergo non possunt opponi uigore statuti ꝙ omnes alias præter expressas ab eo ur̄ prohibuisse. ¶Sed melius considerando dico huic matri tutelam nullo pacto
4 concedendam fore: & præsuppono actu nunquam † posse icipere a casu quo finiri deberet. l. titio cū moriet. de usu fruc. leg. cum simil. sed in casu nostro si mulier tutelā haberet auferenda ei esset: ergo hoc casu sibi cōcedenda nō uenit. ¶In casu autem nostro, & si tutelam haberet denegandam esse multipliciter probaт̄: & primo quia probatū dr̄ sufficienter uiuente marito patre filij: eo tn̄ ignorante
5 inhoneste uixisse: quo casu amittit tutelā, legata, & † oīa commoda: ut not. in l. sororem. C. de his quib. ut indig. & ponit Abb. in c. uxoratus. de conuer. coniug. col. j. ¶Secū
6 do dr̄ probatum inhoneste uixisse post † mortem mariti: quo casu nulli dubium eam amittere tutelā. l. fin. C. quando muli. tute. offi. fung. potest. & ibi not. Bart. & in auth. sacramentum. eod. tit. & no. Bar. in auth. de resti. & ea quę parit. §. si. colla. 4. & in aut. de nup. §. si autem tutelam. ea. coll. & in l. si quis sub conditione. col. 6. Abb. in d. c. uxoratus. col. j. de conuer. coniug. & ita consuluit Bal. in cōs. 299. super primo puncto. uol. 3. immo plus uoluit Pau. de Cast. in consi. 147. reuocat̄ in dubium. uol. 2. non solū tu
7 tela priuari, sed ēt dote propria: adeo † ut ab hæredibus uiri eam petere non possit, ꝙ est singulariter notandum: & facit gl. in l. fideicōmissum. C. de fideicom. & considero unum ad ꝙ animaduertendum est: non esse necessarium ad hoc ut priuet̄ tutela stuprum probari, & concubitum,
8 sed sufficit quilibet actus † inhonestus, & impudicus: probat̄ in d. l. fi. C. qn̄ mul. offi. tut. fung. pōt. ibi ad nuptias non perueniat, sed pudicitiam suam intactam conseruet.
9 pondera ista uerba, quæ † concludunt non solū concubitum, osculū, manus ad mammillas positas: sed quemlibet alium actū inhonestū: ut uoluit Dec. in rub. extra de iud. col. 2. & in rubri. de eden. col. 2. ubi dicit dictum Bal. in c. tuę. de procur. scilicet mulierē ita amittere dotē ꝑ colloquia, & actus inhonestos, sicut propter adulteriū, ꝙ ꝓcederet si lex non se restringeret ad adulteriū: sed lex ista fina. non se ad adulteriū restringit, sed ad pudicitiam, ꝙ uocabulum generale est: ergo cōprehendit̄ quilibet actus inhonestus, & casu quo ille tex. loqueret̄ specialiter de ad-
10 ulterio: tn̄ oēs cōcurrunt in hoc ꝙ † probato aliquo actu inhonesto, dr̄ probatum sufficienter adulteriū: quia sunt præparatoria ad adulterium. l. ꝙ ait. in prin. de adulter. &
11 ex præparatorijs † infert̄ principale, & maxime in his adulterijs, & stupris: quæ sufficienter dicunt̄ probari, si ex coniectutis, & præsumptionibus probentur: nā licet præ-
12 sumptiones, & coniecturæ † nō sint sufficiētes probationes in adulterijs tn̄, & stupris, probāt. c. præterea. de testi. in c. litteris. de præsump. no. plene in c. tertio loco. de proba. ¶Itaque concludit̄ hanc mulierē a tutela repellendā fore, cum non solum per coniecturas ꝙ sufficiēter est probatum stuprū, sed uere: immo, ut dixi, ad minus probata fuere oscula, & similes actus luxuriosi, ꝑ quæ tutela priuari debet: & si dicat̄ hoc nō posse obijci a dicto patruo, cū in positione ultima expresse dixerit eam nihil ad pręiudiciū honoris fecisse: nemo aūt pōt uenire ꝯ illud ꝙ approbauit, & nulla est maior probatio q̄ partis aduersę cōfessio. l. generaliter. C. de non nu. pecu. ¶Respondet̄ ꝙ ex
13 quo in libello proposuit † eam inhoneste uixisse: constat ꝙ errore ductus in positione ita confessus est. ita in terminis consuluit Soci. in consi. 97. in pręsenti causa. col. fi. nu. 19. & 20. cum sequen. ubi si ex narratione, uel instr̄o producto apparet de intentione, positio in ꝯrium facta tanq̄ erronea non nocet, sed ita est hic, ergo &c.
¶Secundò dico ꝙ credit bonæ uitę eum, quantum ipse cognouerit, sed quantū respectu aliorū non uidisse actus inhonestos, hoc non dicit: & ista stant simul, ꝙ ipse nihil uidit, alij uero sic, cū semper fiat interpretatio, ut positio
14 libello † non contrarietur: secundum Bal. & Pau. de Cast. in l. 2. ne quis eum. & infra latius deducam in sequen. articulo: & hoc præsertim debet esse in casu nostro: ubi ultra libelli rationem, expresse probatum est contrarium: & sic non uenit ꝯ factum suum, cum exposuit illam in libello inhoneste uixisse: & ita probatum est, & confessio positionis fuit erronea. Item non ꝯdicit, quia excludit tm̄ propriam scientiam, non tamen negat factū in se ita nō esse.
15 ¶Præterea illa positio † est cauillosa, & impertinēs, & ei respondendū non est: ut late per Spec. in tit. de posi. §. quibus &c. in uer. 2. & 12. & 14. nam in libello fuit positū contrarium, scilicet illam inhoneste uixisse, & fuit iuratum de
16 calumnia, & ideo super eo non poterat fieri † positio: & si fiebat non respondendum erat, & si sit responsum non sibi præiudicat, si cum clausula saluo iure impertinentiæ: ut infra latius deducam: ergo & si non esset erronea, nec posset reduci ad concordiam, quod tamen nego: tanquā impertinens, & captiosa, non habet præiudicare.
¶Tertiò si uerum est ꝙ præsupponitur in facto, istam mu

lierem renunciasse tutelę:non est dubiū illam petere non
17 posse:cum qui rei renunciat,ad illam † redire nō potest. l.quæritur.§.si uenditor.de edili. edic.c. quam periculosum.7. q.j. cum simi. & hanc renunciationem dicit satis probatam fuisse per testes,& casu quo non fuisset probata per testes,probatur ex eo ꝙ discessit de domo sui filij, & stetit per quinque annos extra domum,ac stat:& in loco satis remoto:adeo ꝙ non solum bona, sed etiam proprij filij ea inscia sæpe ac sępius perire potuissent, & etiā
18 cum tutela sit † onus.l.tria onera.de excusa.tuto.& oneribus facile renunciatur, & præsumitur quis renunciare, iuribus uulgaribus:& pręsumptio materni amoris cessat hic, cum eos dereliquerit : ex quibus factis magis quam
19 uerbis renunciatio tutelę probatur, cū ex † factis magis quam ex uerbis animus,& propositum probetur.l.de quibus.de leg.Ias.ibi not.4.uer.not.per Soc.in consi. 192.capio difficultatem.col.3.uol.2.Lancil.in l. cū filio. col. 9. de leg.j.& si dicatur inuitam decessisse de domo,& expulsam fuisse,dico hoc probatum non fuisse:nec etiam præ
20 sumendum fore,cum uis † expulsiua contineat delictum
21 ꝙ † non præsumitur.l.merito.pro soc. cū simi. immo, & si probatū fuisset ipsam expulsam fuisse : non tñ fuit probatum,tanto stetisse tpe extra domū inuitam,& ꝯ uoluntatem suam:immo ex quo non reclamauit præsumit, & si
22 discessus fuerit coactus,illum tñ postea † comprobasse,& cū eo se confirmasse.l.si cum dotem. sol. mat. cū materia. ¶Quartò:nā postq̄ accepit tutelam nō est functa officio tutricis,id est nō administrauit, & pupillo alimenta non
23 præstitit:quo † casu remoueri debēt.insti.de suspec.tuto, in §.si quis tutor.& si dicat non præstabat, quia patruus impediebat eam:dico istud non fuisse probatum:sed bene probatū esse,non præstitisse saltem in positionibus:immo non potest dici eā impeditā fuisse·cū illa nunq̄ petie
24 rit administrationē a iudice:nā reqrit † petitio: s̄m Bar. in l.legitimos.de legi.tute.col.j.& per Corne.in cōsi.164. uol. 4. per totū.igit cū non præstiterit officiū tutricis : & hoc ab ea procedit,ut demonstratum est,ad tutelam non est admittenda. Et ex his patet responsum ꝙ licet regula sit matri tutelam competere:tñ illa regula non est simplr prolata:sed cum quibusdā qualitatibus:de quibus in d.l. fin.C.qñ muli.offi.tut.fung.potest. quæ qualitates nō cō
25 petunt huic matri:ut supra diximus:ergo † nec dispositio Bar.in l.j.§.hoc interdictū.de fonte.per Ioan.Andr.in rubri.de homicid.& quia non renunciauit.Item nō obstat, ꝙ non firmat regulam in casibus non exceptuatis : quia
26 † uerum est,nisi a iure cōi excipiant:ut per Alex.in l.j.C. de ꝯtabu.in l.j.§.si seruū.de acq. poss. & in cōsi. 130. col. 3.in cā.lib.4.sed hi sunt excepti:ut probauimus,ergo &c. ¶Circa s̄m dubium quo quæritur an exclusa matre tutela competat Baldasari patruo? & uidebat dicendū ꝙ nō: & primo quia negauit in positionibus esse filiam eius fratris,& sic negauit agnationem inter.d.pupillā, & ipsum,
27 quæ † agnatio est causa tutelę.l.j.de leg.tut.§.j.instit. de leg.agna.tut. ergo dr̄ negasse ipsam tutelam, & onus seu commodum tutelę, ꝙ cōmodum in isto casu vr̄, cum ab utraque parte desideretur:nam qui aliquid negat, censet
28 negare † omne illud ꝙ ex eo sequitur.l. illud. & l. ad rem mobilem.de procur.& plene per omnes in l. 2. de iurisdi. om.iudi.& facit qui negat se socium,non potest iure societatis uti:& qui negat se possidere,non potest uti commo-
29 do † possessionis.l.fi.de rei uendi.& ibi Bal. & alij:& qui
30 negat se emphyteutā † non pōt iure emphyteutæ uti:ut p Aret.& alios in §.omniū.instit.de actio. in prin. ergo iste patruus dicendo illam non esse filiam sui fratris : non pōt tanquam agnatus,& patruus eius tutelam suscipere. ¶Secundò iste patruus in positione dixit non habere bona ipsius neptis:deinde se habere affirmauit,& possidere, & fructus percepit de bonis. d. filiæ:ex qua ꝯrietate apparet habere animum fraudandi. d.neptem, & negādi bona
31 sua:& ideo cum sit timor ne dilapidet † bona,non est admittendus in tutorē,etiam cum maxima cautione. §.suspectus autem.insti.de suspec.tuto.cum materia. ¶Contrarium tñ determino,& præsuppono istum esse patruum d.filiæ:ut ipse expresse narrat in suo libello:nec etiā pars aduersa negat eum esse legitimum patruum : immo expresse fatet:ut patet in toto processu,& præsertim in positionibus productis per partē aduersam,ubi ponit qualiter pater filiæ erat frater istius Baldasaris, & qualiter ista pupilla erat filia.d.eius fratris, & huiusmodi ponit, quæ de necessitate concludunt istum esse legitimum patruum
32 d.pupillę:nam ponens dr̄ † fateri ea quę sunt posita in positionibus:ut per Soci.in consi.113.uol.4. ¶His præsuppositis dico de iure communi, & statutario patruum in tutela neptis exclusis matre, & auia, aliqua re uel causa
33 habere † firmissimum ius,& fundatam intentionē. insti. de leg.agna.tut.§.placebat.insti.de leg.agn.succes. §.j. & per totum titu.de leg.tutel.cum simil.ergo cum ista sit re
34 gula ei † est inhærendum.l.omnis diffinitio.de reg.iur.& pro ea pronunciandū est a iudice:ut per Bal. in l. si tutor. in fi. C.de ser.commu.manu.Abb.in secunda parte stat.q. 158.si ex forma statuti:& plene per Deci.in l.j.de reg.iur. adeo ꝙ ista aliter probanda nō sunt, sed sola uis est in ꝯtrariorum resolutione, & ideo ad ea deuenio. ¶Non obstat igit hunc negasse eam esse filiam legitimam d.sui fratris,& fuisse ꝯrium super bonis.d.pupillę:quia pars aduersa non potest fundare se super istis positionibus,quia istę positiones erant superfluę,impertinentes,& cauillosæ,cū in suo libello.d.patruus confessus sit:ac narrauit illam fore filiam.d.fratris sui,& etiam bona habere, quorum administratio fuit sibi relicta,ita ꝙ non debebat interrogari an esset filia, & an habebat bona, & an illa administraret,cum omnia ista confessus sit in libello:unde dr̄ super-
35 flua,& non admittenda,cui † non est rn̄dendum. l.fin. de peti.hæred.l.si quis libellantē.§.finaūt. caupo.stabu.per Specu.in tit.de posit.§.septimo.uersi.j.Item non potest esse nisi cauillosa:quia cum iam sit probata intentio,& con
36 stat ex libello,non fuit posita nisi ut negaret, & † efficeretur periurus: ita Spe.in d.tit.de posit.§.septimo, uersi.14. & sic non erat admittēda,ergo,& si illis responsum sit,res-
37 ponsio nihil debet † nocere,cum sit responsum saluo iure non admittendarum,&c.s̄m Bal.in l.fi.C.qui legi.person. hab.standi in iud. plene per doct. in c. cum contingat. de offic.delēga.per Alex.in consi.166.in causa, & lite.col. 2. & 3.uol.6.& istud non corroboro:quia habemus statutū expressum sub tit.de positio. ibi, pro non facta habeatur: ergo nullo modo possunt sibi nocere. ¶Secundò dico dato quod ratione impertinentium non tollantur, ꝙ tñ non admitto,cum ex libelli propositione,ac omni actu iudiciario ante,& post positionem facto appareat.d.Baldasarem appellasse,& dixisse.d.pupillam filiam fratris sui,licet in positione contrarium dixerit, non potest dici nisi errore ductus fecisse,cum id sponte confessus sit sępe ac sępius:& præsertim cum confessus sit etiam post responsiones positionum, & qñ libellū unum proposuit. uel producendo instrumentum, uel alio modo agendo, constat de agentis intentione, licet postea dicat contrariū respon
38 dendo positioni,dicit per errorem respōdisse, & † sibi nocere non debent, quia satis dicitur docere de suo errore: ut per Soci.in consi.97.col.fi.uersi.confirmatur.in præsenti consultatione. uol. 4. ¶Tertio dico stare posse eum non credere esse filiam, cum audiuit illam inhoneste uiuere,& habere contubernium, & inhonestam conuersationem cum alijs uiris, ut probatum est, ideo ipse Baldasar credebat s̄m suam intentionem non esse filiam sui fratris, & illam non esse ueram uxorem:quia non seruabat quæ a ueris uxoribus seruanda sunt. uerum quia quantum ad hoc ut sit filia non attenditur multos præter uirum con-
39 uersatos fuisse cum muliere: sed præsumitur † filius mariti.l.miles.§.defuncto.de adult.Alex.in consi.37.In causa mota.col.5.uolu.j.& in consi.157.circa primum.uol.5.in j.col.& in consi.88.omissis.in 3.col.uol.7.& est cōmunis opin. & propterea ipse in libello appellat eam filiam fratris,& illam uxorem fratris,& ideo attēta ueritate, & illo considerato,ꝙ a iure tenetur,dicit ipsam filiam fratris,attenta uero intētione sua putat eam non filiam fratris : ita que dico non esse ꝯrium: qa eam dicit filiā attento iure,& præsumptiōe iuris:attēta uero opinione sua nō erat filia, uel potest dici ꝙ non erat certum, attenta communi opinione

nione hominũ:& pro hoc bene facit quod uoluit Soci. in consi.112.Viso processu.col.4. in fi.& seq. ubi uoluit responsionem ad positionem factam intelligi eo modo ut
40 minus lędat respondentem,ac † intelligit̃ s̃m intẽtionem respondentis.arg.eius ꝙ uoluit not. Innoc. in c. dudum. el.2.de elec.& Oldr.in consi.183.& late per Soc.in d.cõs. nu. 2.& respondens semper etiam post aliquod spatium
41 suam intentionem declarare † potest, qñ non inducit aliquid de nouo, & retro trahitur ad tempus actus gesti:ut uoluit singul.Ioan.And.in titu.de teste. §. nunc dicendũ. uersic.nec etiam.sequit̃ Anto.in c.licet causam.de proba. facit dictũ Bal.in l.j.§.huius studij.de iusti.& iure. ubi ex post,testis legatarius qui dixerat testamentum non perti
42 nere ad † eum declarãdo saluat,scilicet principaliter,ita hic certitudinarie uel s̃m cõem opinionem:& ita in respõdente ad positiones uoluit Soci.in consi. 97.col.fina.ubi etiam dicit positiones inquantum fieri potest ad concor
43 diam reducendas † esse,& de hoc est doctrina Bal.Pau.de Cast.in l.2.ne quis eum qui in ius uoc.est.& hoc firmauit expresse Alex.in cõsi.49.uol.7.col.fi.in causa,& lite.adeo ꝙ ista est firma opinio:& ita ad illam positionem respondẽt factam de bonis, scilicet ꝙ credebat eam non habere bona prouenta a patre:quia decessit pater bannitus uiuẽte auo:ita ꝙ nihil habebat,ut supra positũ fuit:& ista po-
44 sitio de † bonis, scilicet prouentis a patre cum sequatur eam:s̃m eam debet intelligi.arg.tex.in l.si seruus plurium §.fi.de leg.j.cum sua materia, & ut ꝯrietas euitetur, alias præcedens positio stetisse in communione bonorum om
45 nium fuisset impertinens,quam quidem † impertinentiã ponens non potest allegare.l.cũ profitearis .C. de reuoc. donatio. ergo istam expositionem quæ dependet a pertinentia suæ positionis,non potest euitare,& in alia intelligit de bonis non prouentis a patre:& casu quo nõ posset fieri ista concordia : dico ultimam responsionem attendi quæ nõ nocet, cum fatetur de bonis:tum quia ultima derogant prioribus,iuribus uulgaribus:tum ẽt quia prima
49 dicta in positione trahunt̃ † ad ultima:s̃m Bal. post Cyn. & Pet.in l.cum falsa.C.de iur.& fact. ignoran.¶Et ex his patet responsum ad adducta in ꝯrium : quia non procedunt quando responsio uel negatio habetur pro nulla, uel erronea est,uel per errorẽ facta,uel aderat in alia parte affirmatio,uel qñ reduci potest ad concordiam:& põt excusari,& saluari:quæ, & si singulariter sufficiant:quãto fortius in casu nostro,in quo omnia simul concurrunt,& in hanc sententiam iustissimum iudicem concurrere non dubito , cũ satis de bona intentione istius patrui ex processu constat. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus quando non est constituta,sed duntaxat permissa,non trãsit in singularem successorem.*
2 *Reseruatio, & permissio ad constitutionem seruitutis non sufficiunt.*
3 *Causa seruitutis dicitur modici præiudicij.*
4 *Probatio in causis modici præiudicij,adeo facilis est ut unicus testis faciat plenam probationem.*
5 *Seruitus quando non indiget aliquo facto ad eius constitutionem statim constituta censetur ubi post celebratum contractum,inductor in possessionem uel alio modo dominium seruitutis in me transfertur etiam ficte,ueluti per legatum.*
6 *Ius seruitutis ita per patiẽtiam transfertur sicut dominium rei corporalis per traditionem.*
7 *Actus unus factus sciente,& patiente aduersario,sufficit ad cõstituendam seruitutem.*
8 *Vnus socius non potest, alijs non consentientibus,seruitutem constituere in fundo communi.*
9 *Ratificatio facta re non integra nihil operatur.*
10 *Iuris præsumptiones sunt liquidissimæ probationes.*
11 *Scientia propter rei uicinitatem , & consanguinitatem adfuisse præsumitur.*
12 *Testis dicta facilius admitti debent quando iuris præsumptione iuuantur.*
13 *Intellectus,& declaratio ad.l.fi.commu.prædio.*
14 *Ratificatio facto ipso interuenire potest.*
15 *Ratificatio non requirit personam uiuere cuius actus ratus habetur.*
16 *Inferri non potest de uno ad alium, in his quorum termini sunt diuersi,& diuersam habent rationem.*
17 *Alienatione interueniente,seruitus non perit, seu res non desinit esse integra,quando fuit facta alienatio, cum reseruatione seruitutis.*

RESPONSVM CXVI.

¶An seruitus eundi reseruata in fundo tradito uenditori loco precij,dicatur tm̃ permissa uel cõstituta:& an transeat in singularem successorem:& quomodo seruitus constituatur,ubi adsunt subtilissimi intellectus,& declarationes ad.l.fi.C.commu.prædio.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Duo potissime breuibus rem perstringere me cogũt, scilicet celeritas nuncij recessuri,ac summa iudicantis peritia:& in hoc cõsistere uidetur tota difficultas,an seruitus eundi reseruata in fundo tradito uenditori loco precij sit tantum promissa, uel constituta:quoniam si non est constituta, non transit † in singularem successorem:ut per Bal.Sali.& alios in l.in prouincia li.C.de seruit.& uidetur non esse constitutam,cum solum sit reseruata, & promissa, quæ † ad constitutionẽ non sufficiunt.l.si binarsi.de serui.urba.prædio.per Areti.in cõsi. 70.& per Iaso.in l.sed si me.§.cũ inter.de condict. indeb. cum simil.& per consequens non transit in singularẽ successorem.Soc.in consi.70.incip.utrum.uol.4. ¶Melius tamen factum perscrutando determino ꝯrium:& præsuppono in fundo tradito prius adesse uiam,qua tradens utebatur,ac eius fratres:secũdo post traditum fundũ ipsum emptorem ac eius fratres illa uia reseruata usos fuisse sciente,& patiente uenditore,qui uiam, & ius eundi promisit,ut dr̃ probatum fuisse:quæ probatio cum sit super iure seruitutis,de facili debet admitti , etiam si non habeat requisita necessaria ad plenam probationem : nam causa
3 seruitutis † dr̃ modici præiudicij : ut per Dyn.in c. possessor.de reg.iur.in 6.per Bar.in l.si aquã.C.de seruit. & per
4 mod.in l.j.§.fin.de noui oper.nunci.& in † causis modici præiudicij facilis est probatio : adeo ꝙ unus testis facit plenam probationẽ:ad plene not. per Ias. & mod. in l. admonendi.de iureiur.charta.20.colu.2. in repetitione. ubi plura. & in hoc casu saltẽ unus testis adest omni exceptione maior,cuius dictum alio teste,& coniecturis adiuuat̃, adeo ut de probationibus in huiusmodi causa non sit hesitandum.¶His præmissis dico seruitutem fuisse constitutam saltẽ tp̃e quo habebat transire ad singularẽ succes-
5 sorem.Nam qñ seruitus † non indiget aliquo facto ad eius constitutionẽ,ut puta riuũ fieri,uel locũ designari uię,qa facto opus est:tunc post ꝯctum statim cum me inducit in possessionem,uel alio modo dominium seruitutis transfert,etiam ficte , ut in legato dr̃ constituta seruitus : ita Pau.de Cast.in l.si partẽ.quemadmo.serui.amit.in prin.& per Cępol.in c.21. sed hic aliquo facto opus non erat , cũ uia in usu erat:ut dixi in primo præsupposito:ergo sequit̃ necessario per solam patientiam utendi dici constitutã.cũ
6 per patientiam † transferat̃ ius , & dominiũ ut ita dicam seruitutis,sicut dominium rei corporalis per traditionem l.quoties.de serui.& ibi not.oẽs,ita proprie Soci.& alij dicunt in l.j.in §.j.col.2.uersi.ex quibus infero.de uerb.ob-
7 lig.& sufficit unus actus factus sciẽte † & patiente aduersario,ad constituendũ seruitutẽ,licet plures, & per longũ tempus requirant̃ ad eam conseruandam: ad plene tradita in l.3.in prin.de acq. poss. & cum hic non solum unus, sed plures interuenerint actus, & per longũ tempus:ergo absque difficultate est,& fuit ꝯstituta seruitus : & per ꝯsequens potuit transire in singularẽ successorẽ , non obstat
8 unum † sociũ non posse constituere seruitutem fundo communi.l.unus.in prin.& l.si unus ex socijs.de seruitu.urbæ

præd.& expectare consensus alterius seu † ratificatio,quę nihil operatur si res non sit integra:ut quia sit facta alienatio per acquirentem.l.fi.commu.præd.& hic fuit facta alienatio per diuisionē ante ratificationem, qm̄ ad istud respondetur ex quo erant fratres, & stabant in communione,& campus erat uicinus,& publice, & palam uenditor cœpit illum possidere,& super bonis ipsorum fratres fecerunt ɔ̄ctum ex pluribus iuris præsumptionibus quæ
10 sunt † liquidissimę probationes: ut in l.si quis locuples. de manu.testa.& in l.licet imperator.de leg.j.scilicet quia cōiuncti,& quia in cōi,& quia res erat uicina,& quia publice,& palam mutauit res ipsa dominium,& super eo nō ɔ̄dixit,& non repugnauit,liquidissime constat scientiam
11 † adfuisse ac consensum:ad plene tradita.in l.j.si cer.pet. in l.octaui.unde cogna.in l.& procula.de proba.si igitur consensus adfuit re integra ante diuisionem, & saltem in actu diuisionis,in qua pręsumitur ꝙ uoluerint certiorari de omnibus:ergo cessant obiectiones, & illud scientiam Thomę non probari nihil obstat cum si legatur dictum testis in interrogatorijs apparet id dixisse, ꝙ dictum admittendum est,& si aliqua ei obijci possent,quæ uti leuia
12 prætermitto,cum iuris † præsumptione iuuatur:ad plene tradita per doct.in l.nō solum.§.sed ut probari. de noui oper.nunc.nam ex quo uicinus præsumit scire:& ex quo ipsemet promisit,& ɔ̄uenire non poterat præsumitur consensisse,& pactum fecisse,iuribus uulgaribus. ¶Prætereà ut magis sit consultum cōscientiæ domini iudicantis, aliter respondeo,& dato ꝙ ante diuisionem non esset constituta,ꝙ tñ inficiari non potest:& aduertendum est punctū
13 difficultatis pendere ab intelligentia.l.fi.commu.† prædi.præsupposito saltem post diuisionem interuenisse rati
14 ficationem † fratris facto ipso.l.paulus respondet.rē rat. hab.nam in l.fi.ideo requiritur tempore ultimi consensus primum mortuū non esse,uel non alienasse:quia ultimus consensus non adhibetur per modum ratihabitionis, sed simplicis consensus,& licentiæ de præsenti,ita ac si de pręsenti omnes actum celebrarent:ideo requiritur aliam personam quæ de præterito præstitit consensum esse habilē ac si de præsenti uellet consentire:ita colligit̄ ex illa lege, & ex dictis Bar. & aliorū scrib ̄ntiū si recte considerent̄: maxime dicta Bar.dū oppo.de l.ulti.ad macedon.& not. per Bar.in l.per fundum.de seruit.rustic. prædio.& sic nō
15 loquit̄ in ratihabitione in qua † non requiritur personā uiuere, cuius actus ratus habetur, nec ꝙ partem rei suæ non uendiderit:ut in toto tit.rem rat. habe. cū uulgarib. sed hic agit̄ de ratihabitione: quia nomine fratris est gestum,ergo &c.& merito.quia actus mediante ratihabitione ualet ut retro,& ut a principio,ergo.l. fin. nihil obstat in qua non est ratihabitio,sed consensus de præsenti, qui mortuo primo uel alienato fundo per eum, non potuit interuenire,& in ratihabitione non requirit̄, & sic termini sunt diuersi diuersam rationem habentes,ergo non pōt
16 inferri de uno † ad alium.l.fi.de calumnia. ¶Prætereà animaduertat̄: quia in casu nostro fuit facta alienatio in eum qui habebat consentire: & qui cū nunc dominus sit consentiendo seruitutem in totum acquirere potest, & in quo cessant oēs rationes traditę per doct.in d.l.fi.uideātur,non transscribo,& facile apparebit in hoc casu.l.fi.nō uendicare sibi locum: & hæc sint dicta cum peritissimo. ¶Non prætermittā ēt id ꝙ dicit Pau.de Cast.in l.pro par
17 te dominij.de seruit.per alienationem seruitutē non † perire,seu rem non desinere esse integram,qn̄ fuit facta uenditio cum reseruatione seruitutis:& idem si sunt apposita uerba quæ quotidie notarij apponunt, prout dr̄ fuisse in casu nostro, scilicet uendidit uel dat rem cum omni iure actione &c.quo casu idem est in persona ementis,sicut esset in persona uendentis:& perinde est quo ad cōseruationem seruitutis ac si non esset uendita: & in hoc casu nullus negat alterum socium posse consentire, & hæc sint dicta ex abundanti. Laus Deo.

SVMMARIVM.

Simulatio facta ad bonum finem,non impedit quominus per constitutum adhibitum in contractu illo simulato transferatur dominium.
2 *Contractu rescisso dominium quod mediante ipso contractu fuit in aliquem translatum,non retro trāsfertur absque noua traditione,nisi in pacto legis commissoriæ.*
3 *Agens ex aliqua conditione,non secuta,illud probare tenetur.*
4 *Verba narratiua quando sunt iurata,probare uidentur.*
5 *Solutio affictuū factā per decem,& nouem annos,sufficit ad probandum præcessisse inuestituram.*
6 *Proœmium libri censualis,fidem facit,& reliqua in libro contenta declarat.*
7 *Solennitas extrinseca,ex temporis diuturnitate interuenisse præsumitur.*
8 *Sententia facit ius,postquam transiuit in rem iudicatam.*
9 *Periurus a limine iudicij uenit repellendus.*
10 *Contractui iurato contraueniens,ius quod ex eo contractu sibi competebat amittit.*
11 *Dominus directus rei,quod non habet in alium transferre non potest.*
12 *Dominium quod per ueram traditionem transferri nō posset,nec poterit transferri per constitutum.*
13 *Specialia non sunt multiplicanda.*
14 *Dominium uere fuisse translatum censeri non potest quando non constat de actuali præsentis rei traditione.*
15 *Constitutum ut operetur,requiritur probatum fuisse constituentē tempore constituti possedisse.*
16 *Dominium in existentē in possessione absque alia traditione trāsferri potest.*
17 *Dispositio ex duabus causis introducta,quamuis una causa cesset cessare non debet.*
18 *Dispositum ex duabus causis,una causa cessante, locum non habebit,quando illæ duæ causæ copulatiuæ requirebantur.*
19 *Dictio item habet in se repetitionem.*
20 *Copulatiua ad eius ueritatem,utriusque copulati requirit implementum.*
21 *Instrumentum nullius est roboris,quando eius originale non fuit scriptum ab eo qui fuerat rogatus.*
22 *Præsentia declarant,quid fuerit in præteritum.*
23 *Cautela insolita arguit suspicionem.*
24 *Iuramentum nō refertur ad uerba enunciatiua etiam si sit assertorium ueritatis,ut quia iurauit omnia,& singula esse uera.*

RESPONSVM CXVII.

¶An simulatio impediat quominus per constitutum adhibitum in contractu simulato, dominium transferat, ubi multa in materia probationis, & translationis dominij.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Videtur prima fronte Alexandrum,& Hannibalem de Zarijs repellendos esse: etiam dato sine ueri præiudicio quod instrumenta quibus domi-
1 na Gilia nitebatur essent simulata, cum in eis † adfuit simulatio facta ad bonum finem,quo casu per simulationē dominij translatio non impeditur, quæ ex cōstitutis in d. contractibus contentis oriebatur:ad no.per Bar.in cōsi. 65.Petrus Nicolę.col.2.& in l.si ex precio.C. si cer. pet. & in l.si sub specie.in fi.de postu.per Bal.& alios in l.j.in col. 2.uersi.secundo casu.C.plus uale. quod agi. per Vital. in tracta.de clausi.in titu.de simul.ergo licet titulus esset fictitius, & simulatus: per hoc non sequitur ipsam dominā non effectam fuisse dominam,ac dominium apud eā non remanere,cum etiam rescisso contractu dominium quod mediante ipso contractu fuit in aliquem translatum,non
2 retro transferatur absque noua† traditione,nisi in pacto legis commissoriæ:ut late per Alex.in consi.10.uol.j.ergo ex capite dominij quod ad ipsos tanquam hęredes patris spectare asserunt obtinere non possunt. ¶Minus quoque possunt condictione ob causam obtinere, cum freti responsionibus,ad positionem dicere uidentur,prædicta instrumēta celebrata fuisse ut bona per dictam Giliam suis filijs conseruentur,& cum ea conseruarit,& adhuc conseruat,ante extremum diem dictæ dominæ Giliæ non potest
3 dici causam non fuisse secutam, ꝙ † quidem agētes ex dicta conditione probare tenentur:ad no.in l.2.C.de donaante

ante nup.ergo ex nullo capite obtinere posse vñr: & ma-
xime quia.d.Hieronymus eorum pater,ac auctor locauit
nomine.d.Giliæ.d.bona uti ad eam spectantia iure utilis
4 dominij; quæ uerba licet uideant̃ narratiua † cũ sint iura
ta,& propter se emissa uident̃ probare:ad no. per omnes
in l.ex hac scriptura.de donatio. & in l. ex his uerbis . de
mili.testa.¶His non obstantibus determino ꝯrium, cum
Hieronymus pater.d.Alexandri, & Hannibalis bonorum
de quibus agit̃ erat dñs utilis, cũ per solutionem affictuũ
per decem,& nouem annos dicat̃ inuestitus,& ad proban
5 dam inuestiturã huiusmodi † solutio sufficit:ut per Bald.
& Ias.in l.si certis annis. C.de pact.per Alex. in consi.79.
in j.uol.& in consi.113.in 4.uol.& per Deci.in consi. 146.
col.2. Et maxime cum fuerit facta huiusmodi solutio de
6 uoluntate oĩum cõmissariorũ,ut colligit̃ ex † proœmio li
bri censualis·ex quo sequentia declarant̃:ad uot in l.fi.de
hæred.institu. colligit̃ quoque ex suis responsionibus ad
positiones, & quia ex diuturnitate temporis præsumit̃ so
7 lennitas† extrinseca: ut per Rom. & alios in l.sciendum.
de uerb.obli. ¶Idque probat̃ per adiudicationem factã
sibi de dictis rebus in quo fuit declaratũ utile dñium ad
eum spectare, & penes eum remanere, & illa transiuit in
8 rem † iudicatam:quo casu facit ius.l.res iudicata. cum si
mil.de reg. iur. & tanto magis quia ista adiudicatio fuit
approbata in quodã instrumento de anno.1491.solutio-
nis residui dotium per Catarinam,& Giliam,cum iurõ in
forma.¶Itẽ,& prius de anno.1478.dicta domina Gilia,
& Catarina promiserunt adimplere omnia promissa per
Nicolaum cum iurõ in forma,& per consequens permit-
tere dicto ser Hieronymo.d.domos appropriari,& domi
nium effici suum, sicut promisit dictus Nicolaus. ¶Ex
quibus liquidissime constat.d.Hieronymum fuisse domi
num,ac bona seu domos de quibus agit̃,ad eum spectare
tanquam dñm, & per cõsequens pertinere ad agentes seu
excipiẽtes ut filios,ac hęredes.d.Hieronymi, & aduersus.
d.Hieronymum ac eius hæredes . d. Giliam,nec potuisse
aliquid statuere,ac machinari, nec ad præsens posse cum
approbauit.d.Hieronymum esse dominum,ac iurauit nõ
ꝯuenire,immo cũ nunc spretis iuramẽtis,agendo ꝯuenit,
nulla habita habilitatione, & prius faciendo ꝯctus simu
latos,& fictitios,ꝯ quos nunc opponitur, cõtrauenisse dr̃.
9 & uti periura † a limine iudicij repellenda est.ca.paruuli.
10 25.q.2.cum similib. & si † quod ius sibi cõpetebat illud
amisit:ad abundanter tradita in l.si quis maior.C.de tran
sact.ubi late per omnes: & ita apparet, non obstantibus
obiectis supra in contrariũ adductis,magnificos.d.meos
omnino pronunciare debere,ad fauorem.d.Alexandri, &
Hannibalis hæredum.d. Hieronymi:pro quibus multa ẽt
faciunt,quæ alias deduxi cõsulendo,& in contradictorio
allegando:& pro nunc non repeto uti non necessaria, &
iuxta illud satyrici, Frontonis conuulsa marmora cla-
mant.sed ut magis ueritas elucescat, obiectionibus sigil-
latim respondeo. ¶Et ad primũ dico dato simulationẽ
illam tolerabilem esse,cum ad bonum finem uideatur fa
cta,tñ cum per illos contractus fecerit contra iuramentũ
ac nunc illos allegando faciat,nõ debet audiri, sed debet
repelli a limine iudicij, immo si ꝙ ius habet illud amisit,
dixi supra:ad not.in l.si quis maior.C.de transactio.& ad
hoc rogo animaduertere.d.meos.

¶Secundò dico per illos contractus non potuisse trans-
ferri dominium,etiam si ueri essent,& nulla simulatio in-
teruenisset, cum dominium utile de quo agitur, non erat
penes dominos directos,cum per solutionem, & inuesti-
turam solutionibus probatam,ac per adiudicationẽ,quæ
transiuit in rem iudicatam,erat penes.d.Hieronymum,&
11 dominus † directus, ꝙ non habebat in alium transferre
non poterat.l. nemo plus iuris. de reg. iur. l. traditio. de
acq.rer.domi.& constituta supra considerata non trans-
ferunt dominium,quod non est penes constituentem, cũ
12 & actus uerus id operari non potuisset, ergo † & minus
fictus:ad notata in l.filio quem pater.de libe.& posth. &
tanto magis qñ iste actus fictus est in contractu simulato.
¶Tertio respondeo doctrinas supra in contrarium allega
tas non loqui,quando dominium ex contractu simulato
per actum fictum transferebatur; ergo nihil faciunt ad
propositum,nec sunt extendendæ, cum esset multiplicare
13 † specialia:contra not.in l. in fraudem. de mili. testa. per
Bal.cum uulg. ¶Quartò respondeo non apparere per is-
los contractus uere fuisse translatum dominium:quia nõ
14 cõstat de aliqua actuali † traditione rei præsentis: ad no.
in l.traditionibus. C.de pact. nec etiam apparet modos
15 fictos habuisse sua requisita, scilicet costituentem † tunc
temporis possidere,quod requirit̃,immò.d. Hieronymus
ac eius hæredes fuerunt in possessione:ex quo sequit̃ ua-
nam esse dubitationem a Nicolao titulo non retro trans-
ferri dominium, cum si non est a primo translatum, non
alia retro translatione opus est, cum semper apud eum
fuit. ¶Vltimò respondeo dato dominium fuisse trans-
latum per illos contractus in dominam Giliam,dico tũc
annihilato titulo retro trãsferri posse in hoc casu absque
alia traditione cum iste.d. Hieronymus erat in possessio-
16 ne:quo casu in existentem † in possessione absque alia tra
ditione,transfertur dominium.§.uenditę.insti.de rer. di-
ui.si.& not.in d.l.traditionibus.C.de pactis. ¶Et per ista
etiam apparet responsum ad illud fundamentum de con
dictione ob causam:quia si instrumenta non ualent, & ip
sa est periura, & casu quo ualerent non fuerunt dominio
priuati,nec priuari potuerunt frustra agitur,& tractatur
de condictione ob causam,maxime cum intentent isti fra
tres per modum exceptionis suum dominium cõseruari,
& a molestijs cũ sint in possessione sibi illatis liberari, &
quæ in ꝯrium sunt facta sibi nõ obstare, & quatenus opus
esset,uti simulata infringi: sed ex prædictis apparet dñio
suo,& si contractus non annullentur,nullum afferri pręiu
dicium.¶Præterea dato fine ueri præiudicio ad rem per
tinere condictionem ob causam, dico causæ satisfactum
esse:nam principalis causa fuit ne Hieronymus alienaret,
ut patet in positionibus: sed mortuo Hieronymo cessat
potestas alienationis,ergo non potest dici causam adhuc
subesse,nec aliam causam adfuisse obstat, scilicet ꝙ Gilia
conseruaret filijs,quæ causa adhuc non cessat, ita ꝙ licet
17 alia cessat,remanet propter unam † dispositionem. §.affi
18 nitatis.insti. de nup. Nam respondet̃ illas † duas causas
copulatiue requiri,ut probatur ibi,item & : Nam dictio,
19 † item,habet in se repetitionem.l.in repetendis.de leg.3.
20 & adest dictio,&,copulatiua,ad cuius ueritatem† requiri
tur implementum utriusque.l.si hæredi plures.de hæred.
insti.ergo si una deficit,deficit dispositio, & ita responde-
tur indiuiduo:ad.§.affinitatis.de nup.non procedere qñ
illę duæ rationes copulatiuæ requirunt̃:quia tunc cessan
te una cessat dispositio: ut per Bar.in tit. ad reprimendũ,
in uerbo,ex eorũ.¶Minus quoque obstat ultimũ de uer-
bis narratiuis iuratis: quia illud instrumẽtum est nullius
21 robotis,cum non fuit scriptum † originale ab eodem qui
fuit rogatus,& ista est firma opinio:ut per Anto. Hostiẽ.
in c.qm̃ contra.de proba.in 6.col.Anto.I nol.Feli. in c.in
ter dilectos.de fid.instru.col.fi.Alex.in l. quędam.§. nihil
de eden.Alex.in consi.126.lib.j.& in consi. 28.lib. 2.ꝙ eo
magis in casu nostro procedere debet,cum fuerit scripta
a persona suspectissima,scilicet a ser Paulo huius litis aut
hore ut asseritur,quæ suspicio colligitur,cum agit de suo
22 uerisimili inteesse,& ex præsenti declarat̃,ꝙ fuit in† pre
teritum:iuxta not.in l.ex persona.de proba. cum similib.
quod etiam ostenditur ex stylo insolito, ac uerbis insoli-
tis appositis in illo instrumẽto. Nã & si nomine alicuius
emphyteutę aliquid soluitur domino non est solitum dici
quod ratione utilis dominij,& quomodo res ad eum spe-
ctet cuius nomine soluitur domino:sed ibi dicitur specta
23 re ratione utilis dominij,& cautela insolita†arguit suspi
cionem:ad not.in l.si quis conditione.de condi.instit.per
Decium in l. quæ dubitationis. de regul. iur. & omnibus
his consideratis hic casus nullam habet difficultatem.
24 ¶Præterea dico iuramentum † nõ referri ad uerba enun-
ciatiua etiam si sit iuramentum assertorium ueritatis: tũ
quia iurauit omnia,& singula esse uera:sm opinio. Curti:
qui consulendo ita respondit in cõsi.119. col.3.de cuius
ueritate alias disputaui:& quid sentiam in hoc dixi.
¶Sed pro nunc sit dictũ ex abũdanti, & licet hæc de iure

concludere uidentur, rogo tamen atque etiam rogo, ut omnes hos fratres probatissimos uiros iudicio meo, licet de suspicione sit factum uerbum, ac mei amicissimos totis uiribus ad concordiam, & pacem concilient domini iudicantes. Laus Deo.

¶ Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Fratres simul habitantes in communione quando contraxerunt societatem omnia acquisita inuicem communicare debent.*
2 *Fratres in communione simul habitantes longo tempore absque redditione rationum, tacite censentur contraxisse societatem.*
3 *Quod procedit etiã si unus negotietur, alter non. intellige ut nu. sequen.*
4 *Fratres in communione habitantes quorum alter negotiatur, alter non, qui nihil etiam pro negotijs ponit, non censentur contraxisse societatem.*
5 *Concordia Bar. & docto. qui contra eum sentire uidebantur.*
6 *Opinio doctoris distinguentis, cæterorum opinionibus præferri debet.*
7 *Frater qui prouentus in communi cum fratre perceptos statim expendit nihil in communi posuisse dici potest.*
8 *Dans aliquid una manu, & altera quod dederat recipiens nihil dicitur dedisse.*
9 *Societas ibi contracta dici non potest ubi nihil in medio positum fuit.*
10 *Societas inter fratres in communione habitantes non potest dici contracta, quando alter ipsorum ea quæ sibi donata erant non ponebat in communione.*
11 *Actus nostri uoluntarij non extenduntur ultra quam gerantur.*
12 *Communicatio lucrorum, inter cætera, requiritur ad contrahendam societatem.*
13 *Libri rationum ad declarandum animum scribentis faciunt plenam fidem.*
14 *Liber rationũ inspici debet an dicat iste est liber meus, & fratris, an meus tantum ad declarandum an frater nomine proprio uel communi aliquid acquisierit.*
15 *Frater in suo libro rationum faciens, & describens fratrem cum quo in communione degebat debitorem, aperte demonstrat, non esse inter eos contractam societatem.*
16 *Emere uel agere nomine proprio, in dubio quis semper intelligitur.*
17 *Persona extrinsecus nunquam subauditur.*
18 *Verba debent aliquid operari.*
19 *Societas sine animo, & consensu contrahi non potest.*
20 *Longa cohabitatio, & ratio non reddita, non sufficiunt ad arguẽdam societatem.*
21 *Præsumptiones speciales præferuntur magis generalibus.*
22 *Tacens, & consentiens actui quem probibere potest iuri quod habet tacite renunciare uidetur.*
23 *Socius pro facto socij de iure tenetur.*
24 *Societas in qua quis lucrum tantum absque ullo damno sentire uult non ualet.*
25 *Testimonium animi nostri nullum maius quam ipsa uox.*
26 *Coniecturis ibi non est opus ubi uerba sunt clara.*

RESPONSVM CXVIII.

¶ Societas inter fratres per communionem longam, & non redditam rationem non contrahitur præsertim concurrẽtibus multis de quibus in eo.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ præsens causa modicam habet dubitationem præsuppositis his quæ in themate narrantur, scilicet quod erant duo fratres Ludouicus, & Petrus de Corigia in communi hæreditate uiuentes. sed Ludouicus negotiabatur, & nihil de communi ponebat, sed tantum operam, ac merces exercebat, & emebat nomine proprio, & pro augmento dotis uxoris suæ, sciente fratre, & non cõtradicente, immo asserente illa esse negotia, & merces quæ spectabant ad Ludouicum fratrem suũ, & quod in illis non se intromittebat, & requisitus a socijs noluit promittere pro fratre, nec concurrere in mercaturis.

¶ Præterea Ludouicus confecit librum rationum nomine suo, & faciebat debitorem ipsum Petrum fratrem suũ, & iste Petrus erat homo nullius industriæ, aptus ad dilapidandum, & si quid agebat ad suam tñ utilitatem, & uoluptatem agebat, & de communi hæreditate demptis oneribus publicis, ex parte sua uix poterat consequi tñ ꝙ sibi ad uictum, & uestitum sufficeret. ¶ His præsuppositis considero decisionem huius quæstionis pendere ab hoc an inter hos fratres sit ꝯtracta societas expresse uel tacite: quia si est contracta omnia acquisita per Ludouicum sunt communicanda, si nõ est contracta nihil est communicandũ, sed præcipuum debet esse ipsius Ludouici ſm doctores
1 † communiter in l. si patruus. C. commu. utriusque iudi. in l. titium aut mæuium. §. altero. de admi. tuto. per Iaso. & alios modernos in l. j. C. qui testa. face. pos. ponit Alex. in cons. 134. circa ea. uol. 5. & est firma opinio scribentiũ, & licet prima facie uideretur ꝯtracta: quia per multum tempus simul habitarunt, etiam ultra quindecim annos, &
2 nunquam inter se reddiderunt rationes, & ob hoc dr̃ † tacite ꝯtracta, & bona acquisita per unum debent alteri communicari ſm Pet. de Ancha. in consi. 303. materiam Ang. in consi. 112. bona acquisita. cum concordantibus. quod
3 adeo uerum est, ut procedat etiam † si unus negotietur alter non ſm Iac. de Aret. Richar. malumb. Oldr. & Bal. in l. si patruus. C. commu. utri. iud. Alex. in consi. 49. mature. uol. j. & Soci. in consi. 192. uol. 2. capio difficultatem. col. 2. & 3. ¶ Maturius tñ considerando determino ꝯtrium, cũ ex his quæ supra narrata sunt apertissime constat nullam fuisse ꝯtractam societatem, & per consequens omnia acquisita per Ludouicum esse propria ipsius, nec Petro fratri cõmunicanda fore. ¶ Et primo ad hoc me mouet dictũ Bar. in d. l. titiũ aut mæuium. in §. altero. de admit. tut. ubi uo-
4 luit † ꝙ qñ sunt duo fratres quorum unus negotiaẽ, alter non, societas ꝯhi non vr̃, ex quo alter nihil ponit, & licet Bal. Alex. Soci. & doct. supra adducti pro alia parte teneãt ꝯtrium, tñ opinio Bar. declaraẽ, & reducitur ad concordiã cũ supradictis, ſm Pet. de peru. in tract. de duo. fratr. in 8.
5 col. ubi dicit opinionem † Bar. procedere qñ ille qui non negotiatur nihil cõtribuit nisi reditus possessionem, uec præstat operam pro communi commodo: quia tunc non inducitur societas, & ista opinio est uerior ſm Deciũ qa ita consuluit in consi. 21. uiso puncto. col. 3. & per totum. & eam esse ueriorem probo: quia ipsimet doctores qui tenent ꝯ Bar. hoc expresse uolunt: nam Alex. in d. consi. 49. & Petr. de Anchar. uolunt ꝙ conferant bona undecunque prouenientia, ergo uolunt expresse non sufficere tñ conferre reditus, & ita dicit Ias. in l. j. col. 4. C. qui testamen. face. possunt. ¶ Præterea cum hincinde sint opiniones, opi-
6 nio † doctoris distinguentis præualet. Sali. in l. filiæ cuius. uersi. expeditis gl. C. fami. ercis. ergo ista opinio Bart. hoc modo distincta uerissima est. sed iste Petrus nihil unquã posuit in communi præter reditus, nec operam præstitit pro communi, & si quid minimum fecit ad suam uoluptatem, & utilitatem fecit, & maxime hoc casu uera debet esse ista opinio, cũ reditus pro parte sua sibi non sufficiant pro uictu, & uestitu demptis oneribus publicis, quo casu
7 non potest dici eum quicquã in † communi impendisse, etiam cum aliquali opera sua, cum omnia statim expedit arg. l. in rem. §. uersum. de in rem uers. cum concordan. & sic attento effectu, & ueritate nihil posuit, cum manu una dederit, & altera acceperit, quo casu datio non est in
8 † consideratione: ut not. in l. cum filio. de leg. j. si nihil er-
9 go posuit non † potest dici contracta societas. l. j. pro soc. ¶ Præterea audio nonnulla sibi fuisse donata a dominis & alijs, & illa non posuisse in communi quo stante omnes etiam Bal. Pet. de Ancha. Alex. & alij allegati pro cõtraria
10 parte expresse uolunt, non † dici contractam societatem, & acquisita esse solius acquirentis: ut per Ias. in d. l. j. col. 4. C. qui testa. face. pos. ergo &c.

¶ Præterea et in casu quo induceretur societas propter contributionem redituum, ꝙ tamen non admitto, in casu præsupposito societas esset tñ contracta respectu illorũ fructuum

fructuum,& non ultra cum ista societas dependet a uolũ
11 tate,& actus nostri uo'untarij non † extendunt ultra quã gerantur plene not.in l.si certis annis.C.de pact. & ita in terminis societatis uoluit Alex.in consi.48.diligẽter.uol. 2.Roma.in consi.291.in uersi.sed successiue. Sali.in d. l.si patruus,& in terminis proprijs hoc uoluit Dec. in consi. 21.præallegato,ergo respectu acquisitorum per Ludouicum quæ non prouenerunt ex fructibus cum non sufficiebant pro uictu, sed prouenerunt ex opera,& industria, & ex dote ipsius Ludouici,nulla societas ꝯcta fuit,& per cõsequens omnia sunt propria ipsius Ludouici, nec a fratre in aliquo molestia afficiendus est. ¶Secundò principaliter demonstro non fuisse ꝯctam societatem:nam inter cætera quæ requiruntur ad contrahendã societatem, requi-
12 ritur † lucrorum communicatio : ſm Petr.de Anch. in d. consi.303.& in consi.148.plura dubia,& ita est ſm omnes docto.quos breuitatis causa omitto, sed hic nulla interuenit lucrorum communicatio, cũ Petrus nihil lucratus est, sed potius dilapidauit, & Ludouicus ea quæ acquisiuit nõ posuit in cõi,sed proprio nomine emit,& nomine uxoris suæ,ergo nõ potest censeri ꝯcta societas,cum deficiat causa principalis propter quam societas coiri solet. ¶Tertiò considero Ludouicum librum rationum confecisse nomine suo tm̃,& non nomine cõi, immo in eo scripsit fratrem debitorem, eo modo quo cæteri debitores in libris rationum describi solent,& ſm stylum communẽ, quibus stantibus non potest dici ꝯcta societas,cum ex uoluntate tacita uel expressa inducatur,& libri rationũ sint
13 potentes ad declarandum animum, & quantum ad hoc † faciunt plenam fidem,ſm oẽs in l.admonendi. de iureiur.in materia libri rationum, & propterea dicunt Bart.
14 Bal.& alij in l.patruus.C.commu. utri.iudi.ad considerãdũ † an frater nomine proprio uel cõi acquisiuerit, inspiciendum fore librum rationũ an dicat,iste est liber meus,
15 & fratris,an meus tm̃, & præsertim qñ facit illum debitorem,ꝙ arguit,& aperte demonstrat nõ † esse ꝯctam societatem,secundum Decium in d. consi. 21. ¶Quartò demonstratur nõ esse ꝯctam societatem:quia semper nomine proprio egit,ut attestantur libri rationum,& instrumẽta in quibus constat nomine suo,& uxoris emisse,cum ergo nomine proprio tãtum emit sibi intendebat acquirere non autem fratri, sed societas non inducitur si appareat
16 animum esse in contrarium, ergo non est ꝯcta, immo in
17 † dubio semper quis emere uel agere nomine proprio intelligitur.l.& magis.de sol.quia † persona extrinsecus nõ subauditur.l.ita stipulatus.§.Chrysogonus. de uerb. obl. & in fratribus simul habitantibus not.Pet.de Vbal. in tracta.societ.in 5.parte. in prin. in j.q. col.ulti. si igit̃ sine eo quod exprimeret nomine proprio se agere id intelligebat̃
18 & satis expressum erat,ut expressio aliquid operetur pro ut debet † operari. l. si qñ. de leg.j.c.si Papa.de priuil.in 6.aperte dat̃ intelligi illa non fuisse dicta nisi ad excludẽdam societatem cum fratribus, & ad demonstrandum se noluisse acquirere fratri, & cum statim post mortẽ patris, & ante ita declarauerit tam in libris rationum priuatis ꝙ in instrumentis publicis, manifeste constat eum nunquã eius intentionis fuisse ut ꝯheretur societas,& sic cum ani-
19 mus expressus,& tacitus ꝯhendi societatem cessauerit,ipsa quoque societas cessat, quæ † sine animo, & consensu ꝯhi non potest. instit.pro soc. cum simil. Nec potest dici
20 animum ꝯhendi societatem argui ex cohabitatione longa, & non reddita ratione, quia † ista non sufficiunt ſm docto.in d.consilijs,& Dec.in d.consi.21. immo cum adsint hic præsumptiones in ꝯrium de quibus supra, & illę
21 sunt magis speciales quam istę,ergo † pręferunt̃.l.diuus. de in integ.resti.not.Bar.in l.cum de indebito. de proba. cum simil.& hoc magis debet procedere cum ista fuerint facta eo sciente,& non ꝯdicente,cum poterat ꝯdicere, iõ
22 si aliquod ius habeat † vr̃ remisisse fratri ſm notata per Bar.Alex.& oẽs in l.quæ dotis.solu.mat.& in c.qui tacet. de reg.iur.ergo nihil amplius iste Petrus dicere potest. ¶Vltimò hoc manifeste demonstratur per uerba. d.Petri qui dixit se nolle promittere pro fratre, nec teneri pro eo, quia sua non intererat cũ se nõ intromitteret nec catutis suis,quæ uerba denotant,& aperte demonstrant societatẽ non fuisse ꝯctum,& ipsum eius mentis,& intentionis non fuisse ut societas ꝯheret, cum si esset ꝯcta sua interfuisset,
23 immo † teneretur pro facto sui socij,& de iure esset obligatus:ut not.in l.nemo ex socijs.ubi Bar.ff.pro soc.Bal.in rub.pro soc.Alex.in consi.185.uisis subtilissimis dubitationibus.& iste nolebat teneri:ergo nolebat societatẽ ꝯhi
24 cum non † ualeat societas in qua quis uult lucrari,& non teneri:ſm Bal.in l.j.pro soc.in 9.q.Dec.in consi. 116. col. 2.& sic cum ex uerbis suis hoc constet non est ulterius la-
25 borandum cum non sit † animi nostri maius testimoniũ quam ipsa uox.l.labeo.de supel.leg.cum concord. de qui-
26 bus ibi.& cum uerba sint † clara non est opus coniecturis l.ille aut ille.§.cum in uerbis. de leg.3. in l. continuus. §. cum ita.de uerb.obli. ¶Et hoc ultimum satis sufficeret ad reportandum sententiam, quanto fortius ergo cũ tot alia simul concurrant,nec his concurrentibus aliquis ꝯdictor existit,sed omnes qui in aliquibus casibus uoluerunt societatem ꝯhi, & bona diuidi inter fratres non loquunt̃ his concurrentibus de quibus supra, immo hunc casum habent pro indubitato, uideantur rogo, & propterea ulterius non curo hanc partem corroborare, & præsertim cum coram iustissimis ac peritissimis causam tractãdam cognouerim,& sapienti pauca sufficiant, & ex hoc apparet omnia acquisita per Ludouicum sua esse debere nec fratri cõmunicanda fore, etiam si de his nondum fuerit confectum instrumentũ,cum non fuerit contracta societas. ¶Et ex his etiam responsum apparet adductis in ꝯrium,scilicet non sufficere longum tempus,& non fuisse redditam rationem, quia requiritur cõmunicatio lucrorum,& multa alia de quibus supra, quæ hic non interuenerunt,immo multa adsunt quæ de necessitate ostendunt nullam ꝯctam fuisse societatem, ut late deduxi, quo casu non loquunt̃ supra adducta, & ad illud nõ esse necessariũ utrunque negotiari, apparet responsum ex primo fundamento,non repeto. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia rescinditur per primam appellationem.*
2 *Sententia quæ nulla est rescindi non potest.*
3 *Interpretatio in dubio fieri debet ut lites citius expediantur.*
4 *Instantia incipit a die interpositæ appellationis.*
5 *Faciens actum per quem uult recedere a primo, si actus non ualet non censetur recedere a primo.*
9 *Communis est opinio canonistarum, secundam appellationem ualere.*
7 *Opinio canonistarum,in terris subiectis ecclesiæ, opinioni legistarum in iudicando præferri debet.*
8 *Opinio canonistarum indistincte attendi debet.*
9 *Appellatio non extinguit,sed suspendit.*
10 *Appellatio in scriptis fieri debet,secundum communem regulam, alias est speciale.*
11 *Via in dubio potius eligenda est, quæ est secundum ius commune, quam ea quæ est secundum ius speciale.*
12 *Posteriora attenduntur magis quam priora.*
13 *Regulæ inhærendum est.*
14 *Viæ duæ quoties alicui competunt, quarum absolutoria in una pareret exceptionem rei iudicatę in alia,prosequendo unam uidet̃ alteri renunciare, licet una esset longioris uitæ quã altera.*
15 *Regula,quæ habet sumi interpretationem ut lites citius expediantur,pluribus modis limitatur.*
16 *Actus sequens ut tollat præcedentem, sufficit ut de præsenti habeat subsistentiam,licet postea ex aliquo annihiletur.*
17 *Iudici delegato si aliquid committatur, & omne illud censetur esse cõcessum, sine quo ad executionem commissi peruenire non potest.*
18 *Iurisdictio delegati supradicto modo ampliatur.*
19 *Dispositum in casu expresso habet locum in casu omisso, quando uerisimile est quod si disponens de omisso casu fuisset interrogatus idem statuisset.*
20 *Iurisdictio delegati stricte interpretari debet.*

21 *Appellatio secunda a prima quam tollit adiuuari non debet nec a concernentibus eam.*
22 *Iudex in futuris non habet iurisdictionem.*
23 *Omne possibile licet concedendum sit, tamen si non est uerisimile, non est concedendum.*
24 *Impossibile id reputatur, quod ab unius duntaxat uoluntate dependet.*
25 *Regula.l.2.de iurisdi.om.iudi.intelligitur, quod omnia censentur esse concessa sine quibus causa expediri nō posset. attento tempore concessionis, & rebus sic stantibus.*
26 *Limitatio ad.l.2.de iurisdict.om.iud. ut nō procedat propter defectum potestatis.*
27 *Dispositio stricti iuris ita intelligitur, ut quicquid in ea est omissum habeatur pro omisso.*
28 *Dispositum in uno casu habet locum in alio quando qualitas in uno casu principaliter considerata, in alio reperitur expressa.*
29 *Iudex delegatus cui una causa specialiter est commissa non potest principaliter in integrum restituere, sed tantum incidenter.*
30 *Praescriptiones temporales non currunt contra minorem.*
31 *Minor etiam in lucro habet beneficium restitutionis.*
32 *Minor ex eo solo quod lapsum est tempus, & non fecit ueras probationes, dicitur laesus, & uenit restituendus.*
33 *Regula quae habet oportere laesionem probari, procedit in laesione proueniente ex contractu uel ex omissione priuilegiorum, secus si ex lapsu temporis, quia eo casu de se probatur.*
34 *Minor restituitur propter negligentiam procuratoris.*
35 *Impedimentum feriarum repentinarum, est sufficiens ut quis restituatur.*
36 *Ferijs repentinis renunciari non potest. limita ut nu.40.*
37 *Ferijs repentinis tacite per actus contrarios renunciari non potest.*
38 *Consensus principis, & tolerantia interueniente populi exercitio operatur ut feriae actitatis non sint impedimento.*
39 *Tolerantia principis, habetur pro concessione, & dispensatione.*
40 *Ferijs repentinis priuata persona renunciare non potest: sed communis usus populi bene potest.*
41 *Restitutio nemini datur, nec etiam minori, nisi fuerit laesus.*
42 *Laesio ex qua minor restituitur, requiritur quod proueniat, uel dolo aduersarij uel facilitate minoris.*
43 *Laesio modica non sufficit ad petendam restitutionem.*
44 *Minor non dicitur laesus qui usus fuit iure communi.*
45 *Minor ut restituatur nō sufficit esse lapsa fatalia nisi probet quod si non essent lapsa, pro se reportaret sententiam.*
46 *Dicenti incumbit onus probandi.*
47 *Fieri illud non debet, quod si factum esset nihil operaretur.*
48 *Restitutio cessat quoties alio remedio est succursum.*
49 *Restitutio, est remedium subsidiarium.*
50 *Minor restituitur quando cum eo contractum est, alias secus.*
51 *Authore ipsius existente soluendo minor non restituitur.*
52 *Minor dominus audiri non potest, aduersus ea quae gessit procurator, si a procuratore res seruari potest.*
53 *Tempus iudicij tam primi quam secundi currit contra minorem, nec aduersus illud restituitur, sed contra tutores, & curatores.*
54 *Diues quis esse praesumitur, & in futurum ditari.*
55 *Praescriptio iudicialis currit contra minorem.*

RESPONSVM CXIX.

¶An prima appellatio debeat attendi, & plura in materia appellationis, & an commissio facta in prima appellatione suffragetur secūdę appellationi, & an iudex delegatus possit principaliter in integrum restituere, & quae requirantur ut minor debeat restitui, ubi multa in materia restitutionis.

INVOCATO diuino suffragio. ¶In casu proposito de quatuor contingit dubitari, & cum longa facti series porrecta fuit eam non referoi sed ad resolutionem dubiorū me conuerto. ¶Circa primum dubium uidetur dicendū primam appellationem attendendā esse cum per eam sit res-
1 cissa † sententia.l.j.§.fi.ad turpil. unde secunda dari non potest cum non inueniat quod rescindat, nam quod nul-
2 lum † est rescindi non potest.l.nam, & sub conditione.§. & post defectum.de iniust.& rupt.test.& ita tenet Bart. in l.cum procurator.§.dominus.de noui oper.nuncia.Petr. de Ancha.in clemen.j.col.2.uersi.ex hoc. de dolo,& contum.Roma.in consi.41. In praesenti. cū concordantibus, de quibus per Alex.& mod.in d.§.dominus. pro qua opinione adduco. Nam in dubio debet fieri interpretatio ut
3 lites citius expediantur: ut notatur † in l. properandum in prin. C. de iudic. sed si secunda attenditur longior erit
4 † instantia cum incipiat a die interpositae appellationis. cleme.sicut.de appel.ergo prima attendi debet.
¶Corroboratur, in prima obtinuit commissionem: secus fuit in secunda, ergo prima, cum sit ualidior, & fortior attendi debet, iuribus uulgaribus.& facit dictum Bald.in l. si diuersa.C.de transactio.& Socin. in l. si filius qui patri- colum.14.de uulga.& pupilla. scilicet quando per unum
5 † actū quis uellet recedere a primo, si secundus actus non ualet non censetur recedere, ita in casu nostro isti uolunt quod secunda appellatio non ualeat: quia est deserta propter non commissionem causae, ergo dicendum est quod non intelligatur per istam secundam inualidam recessum a prima, & sic prima attendatur.
¶Maturius uero cogitanti uidetur secundam appellationem considerandā esse, & praesuppono communē opinio-
6 nem esse † canonistarum ꝙ secunda appellatio ualet. Bal. in l.generaliter.§.j.col.fin.C.de reb.credi.& in l.appellatione.col.3.C.de appellatio.in c.j.§.sancimus. uersic.sed quaero, quo tempore miles. Abb.& alij, ubi nouissime hāc esse communem opinionem attestat Decius in c.bone.de appellatio.quo casu licet opinio legistarum esset in cōtra-
7 rium tñ in iudicando debet praeferri opinio † canonistarum in terris subiectis ecclesiae, ut per Bar.& doct.in l.priuilegia.de sacrosanct.eccle. per Iasonem institu. de nupt. colu. 3. & alibi saepe, sed hic sumus in terris ecclesiae, ergo &c. immo dicit Lanfran.in cap.qm̄ ꝯ.de probatio.col.11.
8 quod indistincte † attenditur opinio canonistarum, ergo de hoc amplius non est disputandum: iuxta notata per Aret.institu.de nupt.in §.fi.& ibi respondetur ad rationē Bar.in d.§.dominus.scilicet quod multum operatur secū da appellatio respectu temporis, ut ibi per eum. posset ēt
9 dici quod † appellatio non extinguit, sed suspendit: ut uidetur probari in c.uenientes.de iureiuran.c.cum inter. de excep.c.si a iudice.de appel.in 6.aliquid per Specu. in tit. de appel.in §.nunc breuiter. ¶Secundo facit: nam in scri-
10 ptis † appellandum est s̄m regulam communem, alias est speciale.l.j.§. libellis. & ibi per Bar. de appellatio. sed secunda fuit in scriptis, ergo illa attēdi debet, & in dubio
11 capi debet † cum in dubio potius eligi debet uia quae est secundum ius commune quam secundum ius speciale l.in testamento.l.quanquam.de milit.testa.cum ibi nota. per Alexan.& alios.
12 ¶Tertiò probatur: nam regula est quod posteriora † attendunt magis quam priora. l. pacta nouissima. de pact. per Bald.in l.clari.C.de fideicommis. ꝙ procedit in cōtractibus.l.cum in plures.§.locaror horrei. loca. procedit in sententia.l.ꝙ iussit.de re iudica.in rescriptis. c.ceterū. de rescrip.& notantur in c.j.eo.tit.in iuramentis.l.cum duobus.§.fi.cum sequen.de iureiuran.& in omnibus fere acti bus, ergo idem in appellatione dicendum est, cum non ha-
13 beamus legem expressam in ꝯrium † regulae enim inhaerendum est.l.omnis diffinitio. de reg. iur. cum similibus, de quibus plene per Decium in rubri.de reg.iur. ¶Quarto probatur in terminis nostris apertissime: nam praesupponitur in facto prosequutum esse ultimam appellationem in scriptis, quo casu dico quod uidetur renunciasse primę
14 quoniam quoties duae uiae † competunt, quarum absolutoria in una pareret exceptionem rei iudicatę, in alia prosequendo unam uř renunciare alteri, licet una esset longioris uitę quam altera, argu.l.fundi.& l.fundum.de except. rei iud.& ibi Bar.& alij: & per doc.in l.naturaliter.§.nihil commune.de acq.poss.sed hic si appellatus fuisset absolutus ab una appellatione siue in scriptis siue uiua uoce: qa male

male appellasset ista exceptio absolutoriæ noceret si uellet
prosequi aliam appellationem &c. ¶Et ex his apparet re
sponsum ad adducta in ʒrium:& primo ad no.per Bar.in
d.§.dominus.ut dixi supra in primo fundamento,& ad il
15 lud quod fit interpretatio ut citius expediatur † lites,ue-
rum est nisi ex prosecutione appareret eum aliam elegisse
uiam.& ita respondetur ad illud quod fortior in dubio
uidetur electa.uel secundo quod ista procedunt nisi repu
gnarent aliæ regulæ iuris, s. quod posteriora præponde-
rant.Item quod ius commune & generale in dubio uidet
electum.¶Non obstat doctrina Bal.in l.uniuersa.quia de
bet intelligi quando sequens actus non ualet ipso iure:
alias si intelligeretur de actu qui in futurũ elideretur uel
16 annullari posset male loqueret, cũ sufficiat ad hoc † ut se
quens actus tollat præcedentẽ ut de præsenti habeat sub
sistentiam,licet postea ex aliquo annihiletur, ut patet in
testõ primum testm̃ non potest tolli per secundum si non
ualet ipso iure,si tñ ualet tollitur,licet postea sequens an-
nulletur:ut quia ex eo non adeatur hæreditas. l. cum in
2.de iniust.rup.& irri.testa.cum simi.sed in casu nostro se
quens appellatio ualet ipso iure,secundum cõem opinio
nem de qua supra:licet postea fuerit deserta ex eo : quia
non fuit omissa annullatio non debet facere ut per eã præ
cedens non fuerit sublata &c.¶Circa secundum dubium
uidetur dicendum commissionem factam in prima ap-
pellatione subrogari debere secundæ appellationi, quo-
niam commisit totã causam ut finiatur, & per consequẽs
etiam si iterum appelletur cum alias causa finiri non pos
17 set,sed quoties † committitur aliquid iudici delegato cẽ
setur cõcessum omne illud sine quo non potest peruenire
ad illud.l.2.de iurisd.om. iudi. c. præterea.de offi.deleg.
18 cum ibi no.& hoc modo iurisdictio delegati † ampliat,
licet alias stricte intelligatur secundum Frid.de Sen.in cõ
si.164.super inuocatione. col. 2. & per Abb.in c.pruden-
tiam.in §.si uero.de offi.deleg.¶Secundo quia si de hoc
fuisset interrogatus utique commisisset, ergo idem dicen
dum est ac si expresse commisisset futuram appellationẽ.
19 Nam quoties aliquid est statutum in uno casu † si uerisi-
mile est quod si de alio casu fuisset interrogatus idem sta-
tuisset,tunc dispositum in casu expresso habet locum in
casu omisso,l.tale pactum.§.fi.de pact. cũ concor.ibi tra-
ditis per Ias.& alios.& late per doc.in l. Lucius.§.Titius.
de lib.& posth.per illum tex.¶His nõ obstantibus teneõ
20 contrarium:quia iurisdictio de legati † stricte debet inter
pretari,ut no.in c.1.de offi.deleg. in 6.ergo quicquid est
omissum habetur pro omisso.l. quicquid astringendæ.de
21 uer.obl.¶Secundo si secũda tollit primam a prima†adiu
uari non debet nec a concurrentibus eam,argu.l.auxiliũ.
de mino.l.si quis maior.de transf.l. fi.§. si uero postquam.
de inr.delib.& ibi Bar.immo dicit ibi Bal. quod habet lo
cum,& si solum in aliquibus qualitatibus cõtraueniret.
22 ¶Tertio quia iudex in futuris † non habet iurisdictio-
nem.l.non quemadmodum.de iudi.cum ibi no.ergo si iu
dex uoluisset non potuisset facere quod illa commisio se
haberet illud quod non erat.¶Quarto quia istud non de
buit considerari a iudice, cum non erat necessarium nec
23 uerisimile. Nam licet omne possibile † concedendum sit,
tamen si non est uerisimile,non est concedendum:ut nota
tur in c.quia non uerisimile.de præsump.immo ex quo pẽ
debat a potestate appellantis, & sic unius reputabatur
24 † impossibile:iuxta ea quæ ponuntur per doc. in l.apud
Iulianum.§.constat.de leg. 1. ergo non considerandum.
Et istam partem secutus est Curtius in addit. Alex.in l.cũ
procurator.§.dominus.de noui ope. nunc.post decisionẽ
Rotæ quam ibi allegat.¶Et ex his apparet commisionẽ
in prima nullo modo suffragari secundæ appellationi :.&
ita uidi iudicari,& alias latius scripsi super hoc corã ma-
gnificentia uestra excellentissime iudex : itaque his pau-
cis contentus ero in præsenti causa. ¶Non obstant nota
ta in l.2.de iurisdictio.omn.iudi. quia intelliguntur, sci-
licet quod omnia censentur esse concessa sine quibus
25 † causa expediri non posset attento tempore concessio-
nis,& rebus sic stantibus.Nam quælibet dispositio,& con
cessio intelligitur rebus sic stantibus. l. quod seruius . de
condict.ob causam.cum ibi plene notatis per Iasonem &
26 alios,& istud est † necessarium propter defectum potesta
tis,quo casu non procedit dicta.l. 2. ut ibi notatur,ut di-
xi eam interpretando.
¶Non obstant no.in l.tale pactum. §.fi.quia non proce-
27 dunt in dispositione stricti iuris, in qua † quicquid est o-
missum habetur pro omisso. l. quicquid astringendæ . de
uerb.obli.ut colligitur ex no.per Alex.in consi.116.uersi.
ad octauum argumentum.uol. 2. sed iurisdictio delegata
est stricti iuris,ergo &c.
¶Item procedit quando ex qualitate apposita in uno ca
su quæ principaliter fuit considerata in eo casu,& reperia
28 tur in alio,† ideo habet locũ dispositio in illo alio casu,
cum in eo reperiatur principalis expresio dispositionis,
adeo quod non est in totum omissus , ut probetur ibi de
qualitate hæredis expressa:ita Pau. de Cast. Ias.& alij ibi.
& Are.& Ias.& alij in d.§.Lucius.sed id non est in casu no-
stro,ergo nihil facit ad casum nostrum .
¶Præterea in casu nostro deficit potestas disponentis,ut
dixi,ergo nihil ad rem.
¶Circa tertium non insisto quoniam secundum ꝙ mihi
traditum fuit dubium apertissimi iuris est iudicem dele-
gatum in terminis nostris restituere non posse,& præmit-
to quod præsupponitur in facto quod restitutio implora
tur principaliter, quo casu iudex delegatus cui una causa
29 specialiter est commissa † non potest principaliter resti-
tuere in integrum:sed incidenter:secus si uniuersitas cau
sarum:ut per Bar.Pau.de Cast.& omnes scribentes in l.fi.
C.ubi & apud quem.& in l.aduersus.C.si adue. rem iud.&
per Abb.& alios in c.causa restitutionis. de resti.in integ.
¶Circa ultimum dubium uidetur dicendum cum iste ap
pellans sit minor,ut præsupponitur in facto aduersus lap
sum temporis etiam non interueniente impedimento nõ
30 esse opus restitutione,cum præscriptiones † temporales
contra minorem non currant.l.fi.C.in quib.cau.resti.non
est neces.cum simi. ¶Secundo dato quod currat tempus,
uidetur dicendum minorem esse restituendum , cum ha-
31 beat etiam beneficium restitutionis † in lucro, ut in l.ait
prætor.in fi.de mino.& ibi no. doc. c. constitutus. & ibi
Abb.in 6.no.de resti. in integ. ergo fortius hic in damno
euitando:iuxta no.in l.fi.C.de codic.¶Tertio quia ex hoc
32 † solo quod lapsum est tempus,& non fecit ueras proba-
tiones dicitur læsus,& debet restitui nõ probata aliter læ
sione.c.sciscitata.& ibi Abb.in 2. not.de rest.in integ.Nã
ex lapsu temporis constat manifeste de læsione.c.auditis.
eo.tit.de resti.in integ.& ibi Abb.in no.ubi dicit quod il-
33 la regula quæ habet ꝙ debet † probari læsio:ut no.in l.in
causæ.§.causa cognita.de mino.procedit in læsione pro-
ueniente ex contractu uel ex omissione priuilegiorũ :se-
cus si ex lapsu tẽporis:quia eo casu de se probatur:& ita
dicit Bar.in l.& si fine.§.item & in eremodicijs.de mino.
per illum textum. ¶Quarto probatur: quia aut nolu-
mus dicere quod impedimentum feriarum est sufficiens
impedimentum ad concedendam restitutionem , & tunc
habeo intentum,aut non erat,& tunc negligentes fuerunt
34 procuratores minoris:sed propter negligentiam † procu-
ratoris minori datur restitutio;ut no.in l.cum mandato.
de mino.& no.Abb.in c.cum uenissent. in 2.col.de rest.in
integ.immo & si iste appellans esset maior debet restitui:
35 quia impedimentum feriarum repentinarum ut quis†re-
stituatur est sufficiens. l. sed si per prætorem.§.item fe-
riæ.ff.ex quibus cau.maio.
¶Nec obstat quod fecit aliquos actus in contrariũ:quia
36 ferijs repentinis † renunciari non potest.gl.in cle.sæpe.in
uerbo,ob necessitatẽ.de uerb.sig.& est communis opi.ut
37 per Alex.in l.1.col.2.de fer.ergo nec † tacite per actus cõ
trarios,arg.l.cum quid si cer.pet. ¶Factum uero ipsum
diligenter perscrutanti ueritas uidetur esse in contrariũ:
& primo præsuppono quod hic nõ agitur de re minoris.
nam res ecclesiæ de qua lis est , fuit uẽdita maiori qui po
stea eam permutauit cum minore , & minor non discessit
de re sua, & fuit sibi cautum quod casu quo moueretur
quæstio ab ecclesia de illo fundo , permutatio haberetur
pro non facta,& minor retineret suam quam retinuit mo
ta

ta quæstione,& lite:unde hic tractatur de re maioris existente apud maiorem,hoc præsupposito ꝙ probatũ fuisse asseritur,apparet omnia fundamenta supra adducta cessare sine alia responsione,excepto fundamento feriarum. ad illud de ferijs respondeas quod in illis ferijs communiter,& passim ab omnibus publice & sciente principe
38 actitatum est,ut probatum est:quo casu † consensu principis tolerantis,& populi exercentis constat ferias nõ fuisse impedimento uel pro nullis habitas esse:nam toleran-
39 tia † principis habetur pro concessione & dispensatione. gl.in c.denique.4.dist.per Soci.in l. eleganter. §. si quis post.in no.de cond.indeb.& sic tollitur contrarium,scilicet quod partes non possunt renunciare illis ferijs.Nam istud fuit ex tolerantia principis. uel secundo quod pri-
40 uata persona no potest:sed communis † populi bene potest:de cuius potentia plene in l.de quib.de leg.& ita procedunt no.per Spe.in ti.de ferijs.in §.fi.cum seq.

¶Secundo probo non esse restituendum etiam dato ꝙ sit
41 minor:nam nullus etiam si sit minor † non restituitur nisi sit læsus.l.minorib.& in l.fi.C.de in integ.resti.min.& ista
42 læsio requiritur ꝙ proueniat † uel dolo aduersarij uel facilitate minoris.l.uerum.§.sciendum. de mino.cum seq. sed iste minor non est læsus cum rem suam habet quã per mutauit cum hac re ecclesiæ,ergo non est concedenda re-
43 stitutio,maxime cum læsio modica † nõ sufficiat.l.Scio. de in integ.rest.immo dato ꝙ sit læsus non est læsus dolo aduersarij,cum eo nihil egit, nec etiam sui facilitate, ex
44 † quo usus est iure cõmuni.l.non uidetur.de rest.in integ.

¶Tertio dato quod sit læsus & sui facilitate,tamen nõ debet restitui:quia ista læsio non fuit probata:nã nõ sufficit quod sit læsus nisi probet læsionem, & in terminis nostris
45 nõ sufficit † ꝙ sint lapsa fatalia ut restituatur nisi probet ꝙ si non essent lapsa omnino reportaret sententiam pro se:ita Bar.in l.nam & postea.§. si minor.col.fi.de iureiur. quem sequitur ibi Bal.Ang.Sali.& uidetur firma opi.& dicit Pau.de Cast.in l.fi.in quib.cau. in integ.rest. est neces.
46 ꝙ seruatur in practica,& est satis æqua cum regula sit † ꝙ dicenti incumbit onus probandi. l.ei qui.de proba.l.uerius.eod.tit.cum simi. ergo cum dicit se læsum debet pro
47 bare.Item quia non debet fieri † ꝙ factum nihil operaretur.l.stipulatio.§. diuus. ut leg. no. cau. sed si in ueritate non esset læsus,& nõ posset postea probare ut reportaret sententiam frustra restitueretur,ergo antea non debet restitui quam probet ne quid frustratorium fiat:sed præsupponitur quod iste non probauit quod casu ꝙ restitueretur obtineret sententiam,ergo antequam probet non est restituendus,& sic limitatur illud quod dictum est supra, quod per solum lapsum temporis est læsus:quia immo si fouet iniustam causam non est læsus,sed potius ab expensis se abstinuit quas inutiliter fecisset. ¶Quarto probatur, iste minor habet auctores, & sic est succursum sibi alio re-
48 medio,sed quoties alio remedio est succursum † restitu-
49 tio cessat, cum sit remediũ subsidiarium.l.in causæ.† de mino.cum simi.& hoc saltem hic admittendum puto con-
50 currentibus prædictis. ¶Item restituitur minor † quãdo cum eo contractum est,alias non l. j. §. prætor edicit.de minor.ibi,quod cum minore gestum esse dicetur &c. sed isti non contraxerunt cum minore, sed cũ alio qui postea fecit permutationem cum minore, item nec litigauerunt cũ minorib. sed cũ eo qui fecit permutationem, ut patet ex processu,ergo iste minor non est restituendus, ut plene
51 no.in d.l.j.de min. ¶Item quod non restituatur est † tex. in l.plane.de mino. ubi nõ restituitur quãdo auctor suus est soluendo uel qui cum minore contraxit:sed ita est hic ergo &c.& facit tex.in l.cum mandato. in fi. de mino.in uersi.si autem ipse dominus minor, ubi dicit tex.quod nõ
52 potest † audiri dominus minor aduersus ea quæ gessit procurator si a procuratore res seruari possit,id est si soluendo sit,secũdum gl.ibi,& licet sit in electione petere restitutionem uel agere contra tutorem.l.intra utile.§.fi.de minor.secus quando habet contra procuratorem,ut ibi p gl.& doc.in d.l.cũ mandato. sed iste procurator hic est soluendo,ergo &c.& ita respondetur ad quartum fundamentum de no.in c.cum uenisset. de rest.in integ.ut non procedat quando procurator est soluendo. ¶Et ultimo uidetur tex.decidens istam quæstionem in l.properandũ. C.de iud.in §.fi.& ibi Sali.& alij ubi tempus iudicij tam
53 † primi quam secundi currit contra minorem nec aduersus illud restituitur,sed contra tutores curatores uel procuratores,ut ibi,& limitat in casu quo eorũ substãtia non sufficeret ipsi minori,sed in casu nostro sufficit, & in du-
54 bio præsumitur cum aliter in contrarium nõ sit probatũ, & quis † præsumitur diues,& in futurum ditari.l.si defunctus.C.arbit. tute. cum simi. & ita respondetur ad primũ
65 fundamentum,scilicet quod præscriptio non currit cõtra minorem nisi sit † iudicialis:& ita Bar.Pau.de Cast.Alex. Ias.& Sali.in d.l.properandum.in fi.ex his constat partes iudicis esse in pronunciando contra istos minores,præsertim cum eis aliunde sit consultum. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Libera debent esse matrimonia.*
2 *Causa donationis suppleri non debet.*
3 *Promissio sine causa non ualet.*
4 *Testis unicus promissionem sufficienter non probat.*
5 *Stipulatio per nudum nuncium contrahi non potest.*
6 *Pactum nudum non producit actionem.*
7 *Conditio pro causa habetur,& loco causæ succedit.*
8 *Promissio facta ab eo qui scit nullam obligationem adesse debet ualere ex capite donationis.*
9 *Donatio rei minimæ propter bene merita facile præsumitur.*
10 *Constitutio præmij facta in persona sponsæ ut alicui nubat,ualet.*
11 *Promissio facta ad incitandum ut contrahatur matrimonium si ue fiat coniuncto siue extraneo,ualet.*
12 *Limitatio ad l.Titia.de uerbo.obli.*
13 *Pœnam pati aliud est quam amittere lucrum.*
14 *Iuramentum debet deferri in supplementum semiplenæ probationis.*
15 *Confessio facta absente parte per nuncium missum, plene probat.*
16 *Pactum nudum de iure canonico producit actionem.*
17 *Soluens quod promisit pacto nudo, si postea uelit repetere,exceptione pacti submoueri potest.*
18 *Pactum geminatum producit actionem.*
19 *Contractus innominatus præscriptis uerbis producit actionem.*

RESPONSVM CXX.

¶An promissio facta coniuncto si sequatur matrimonium ualeat,& an per nũcium solum,probari possit, & l.Titia. ff.de uerb.obli.limitatur.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Ponderatis his quæ mihi narrata fuerunt uidetur ꝙ promissio facta per futurum sponsum Sebastiano consanguineo uxoris si sequatur matrimonium habebit sponsus lucre quandam domum pignoratam &c.non ualere.& primo quia libera † debẽt esse ma-
1 trimonia,& lex præsumit, ex quo iste cõsanguineus uxoris est solicitabit uxorem,& sic non erunt libera.l.Titia.& ibi Bar.& omnes.ff.de uer.obli.plene no. in c. gemma.de sponsal. per Io. And.& communiter doc. ubi concludunt quod tales promissiones factæ a coniunctis non ualent ratione prædicta. ¶Secundo facit quia uidetur ꝙ ista
2 promissio sit indiscreta,& non habet causam,& causa † donationis non est supplenda, cum nemo præsumatur iactare suum.l.cum de indebito. de proba. l. si cum aurum.de
3 solu.& promissio † sine causa non ualet.l.2.§.circa.de doli excep.cum similibus.

¶Tertio facit quoniam ista promissio non probatur nisi
4 per nuncium missum a d. sponso † ad Sebastianum coniunctum,& sic per unum testem tantum,quo casu nõ dicitur sufficienter probatum.l.ubi numerus. de testib.cũ simil.

¶Quarto considero quod ista promissio fuit facta per nũ-
5 cium,ergo nõ potuit contrahi † stipulatio. l. j. in prin.de uerbo.

uerb.obli.& ibi per omnes, & sic tantum tenet ut pactum
6 nudum quod non producit † actionem. l.iurisgentium.
§.igitur nuda.de pac.ff.ergo quamuis ista promissio ua-
leret,& esset probata,nihilominus cum sit nuda est ineffi
cax.¶Maturius tamen considerando determino contra
rium,& dico hanc promissionem ualere, & præsuppono
ꝙ ista promissio fuit facta sub cõditione si sequatur ma
trimonium:quo casu promissio sine alia causa ualet, &
7 tenet cum conditio habeatur † pro causa, & succedat lo-
co causæ.l.cum ad præsens.si cer. pet.& ibi no.Bar.& alij
in l.a Titio.de uer.obl.& ibi no.omnes.& ibi Pau.de Cast.
& Alex.inter alia ponunt istud exemplum si promitto ti-
bi decem,& sequatur matrimonium inter Bertam &c.&
dicunt ꝙ illa uerba si sequatur matrimonium, sufficiunt
pro causã:& sic in terminis uolunt promissionem habere
causam sufficientem & ualere, & casu quo non adesset de
8 bet ualere tanquam ex causa donationis † cum fiat ab eo
qui scit nullam causam obligatoriã adesse. l. campanus.
9 de bon.lib.& ibi no.omnes:& maxime † cum sit quid mi
nimum,& propter benemerita.arg.l.si uero non remune
randi.ff.mãd.& plene no.in l.cum quid.si cer.pet.& super
hoc non me extendo,cum habeat condictionem pro cau
sa quæ sufficit,ut per doc.in d.l. a Titio.de uerb. obl.ubi
omnes fatentur conditionem operari causam. ¶Secũdo
moueor per tex.in l.Titio.§.1.de cond. & demon.cũ con
cor.de quibus ibi ubi ualet legatum factum mulieri si nu
10 bat alicui,& sic † ꝯstitutio ꝑmij in ꝑsona sponsæ ut alicui
nubat,ergo idem in consanguineis debet ualere cum quã
tum ad huiusmodi primissiones ęqualiter a lege cõside-
rentur.l.Titia.& ibi no.de uerb.obl. ¶Tertio moueor ex
no.per Imo.in d.l.Titia.de uer.obl. col.2.ubi in terminis
11 hoc decidit,& dicit quod si fiat promissio † ad incitãdũ
ut contrahatur matrimonium siue fiat coniuncto siue ex
traneo,non est uis,cum etiam ipsi mulieri potest promit
ti ut incitetur ad ꝯhendum matrimoniũ,ergo fortius con
iunctæ personæ:& sic in terminis decidit istum casum.
¶Et ex his apparet responsum ad primum fundamentũ,
12 scilicet ad.l.Titia de uer.† obl.quia ꝓcedit qñ mulier uel
eius consanguineus teneretur ad pęnam si nõ cõtrahere
tur matrimonium,ꝙ hic nõ est:quia Sebastianus in casu
quo nõ ꝯheretur matrimonium nõ tenebatur ad aliquid
13 sed solum amittebat lucrum:& aliud † est amittere lucrũ,
aliud pęnam pati.l.si.de codic.& ꝙ illa lex, & adducta su
pra non procedant amissione lucri, uult ibi Bar.in 1.col.
& sequuntur omnes ibi,& in d.c.gemma. ¶Apparet etiã
responsum ad secundum fundamentum quod non habet
causam cum habeat conditionem quæ succedit loco cau-
sæ,ut late supra. ¶Ad tertium respondetur ꝙ non proba
tur nisi per nuncium,& sic per unicum testem,ꝙ cum semi
plene probatum est deferri debet.d.Sebastiano iuramen-
14 tum † in supplementum probationis:secundũ Bar.Alex.
Bal.Ang.& omnes in l.admonendi.de iureiur.& ꝙ in ter-
minis probandæ promissionis deferatur iuramentum in
supplementum semiplenę probationis consulnit Alex.in
consi.66.uiso.uol.6.immo dico ꝙ solus nuncius sufficit
15 ex quo ab eo fuit missus cum cõfessio facta absente † par
te per nuncium missum plene probat: ita dicit Pau. de
Cast.in l.j.de confes.in ulti.col.Ant. de But.in c.si cautio.
de fid.instr.Soci.in reg.61. & præsertim hoc debet esse cũ
confessus est præsente parte & ratificauit, & ꝯfessio facta
16 pręsente parte plene probat:ut in l.certum.no.C.de cõfes.
¶Vltimo nõ obstat de pacto nudo:quia † de iure canoni-
co producit actionẽ.c.j.& ibi oẽs. de pac.ꝙ ius seruatur
in terris ecclesię:ut no.in c.de no.ope. nunc.ergo &c.
¶Item ut audio iste maritus redemit domũ pignoratã,
17 ac pignus ipsum luit & liberauit,unde cum causam adim
pleuit si uelit precium pactum per modum † exceptionis
sufficeret.l.iuris gentium. in prin. & in §. igitur nuda.de
pac.& ibi plene no. ¶Præterea cum primo per nuncium
18 promisit secundo parte præsente promisit, & sic est pactũ
geminatũ † ideo producit actionem,ſm omnes in rub.
de uer.obl.& in c.1.de pac.in l.j.de pac.& in l.iuris gẽtiũ.
§.quinimmo. eo. tit. ¶Tertio posset dici ꝙ sit contra-
ctus innominatus, scilicet promitto ut solicites ut con-
trahatur matrimonium,& sic erit contractus innomina-
19 tus qui producit actionem præscriptis † uerbis.l.natura-
lis.& per totum titu.de præscrip.uerb.& non est licita pę
nitentia:quia res non est integra. l. si pecuniam.de con-
dict.ob cau. Laus Deo.

¶Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in forma specifica magis quam conditio adimpler debet.*

2 *Promittens soluere,cum iuramento,compensare non potest:secũdum communem contra Bar.quam limita ut nu seq.*

3 *Communis opinio de qua supra:non procedit quando debitum superuenit, postquam quis cum iuramento soluere promisit.*

4 *Item fallit quando promittens est pauper, & grauatus numero filiorum.*

5 *Item cessat quando agitur de pœna,& periurio euitando.*

6 *Item limitatur quando in promissione non adest uerbum soluere, nec magis illud quam aliud conueniens compensationi subaudiri debet.*

7 *Item non uendicat sibi locum quãdo uerbum soluere subauditur, & in promissione fuit dictum,iurarunt obseruare omnia & singula supra scripta.*

8 *Item cessat quando uerbum soluere subauditum in compensatione uerificari potest.*

9 *Forma quæ debet proprie adimpleri,potest per æquipollens adimpleri quando subauditur.*

10 *Opinio de qua supra,quam Alexander appellauit communem,habet multos contradictores.*

11 *Compensatio est uera solutio.*

12 *Aequitas seruatur in foro mercantili, & in eo agitur de bono & æquo.*

13 *Communis opinio de qua supra non habet locum quando agitur in foro mercantili.*

14 *Solutio quando simpliciter fuit facta,statur soluenti, ex qua causa soluisse dicatur.*

15 *Reconuentio admittitur,licet debitum sit liquidum.*

16 *Compensatio de non liquido ad liquidum debet admitti, quando reus fuit confessus debitum ante probationem.*

17 *Communis opinio de qua supra non procedit, quando instrumentum promissionis habet aliquas difficultates.*

17 *Statutum permittens exceptionem solutionis comprehendit etiã exceptionem compensationis.*

19 *Statutum cambij loquens de eo qui utitur literis petendo,non habet locum in eo qui utitur excipiendo.*

20 *Actiones licet aliquo tempore tollantur,nunquam tamen tolluntur exceptiones.*

21 *Statutum quod potest unum,& duo operari contra ius commune debet interpretari ut unum tantum operetur.*

22 *Declaratio ad statutum literarum cambij.*

23 *Lex suum,non tuum,tibi denegat auxilium.*

24 *Statutum uolens scripta priuata non habentia certam formam esse nullius momenti, intelligitur quantum ad beneficia ipsius statuti,non autem quo ad ea quæ sunt iuris communis.*

25 *Statutum auferens ius parti si non fecerit recognosci sua iura intra annum,non ualet.*

26 *Statutum disponens quod creditor qui per decennium steterit & non petijt debitum suum,cadat a iure suo,non ualet.*

27 *Præscriptio nulla, tam ciuilis quam canonica procedit absque bona fide.*

RESPONSVM CXXI.

¶An qui promisit soluere cum iuramento possit cõpẽsare,ubi plures limitationes non minus necessariæ quã subtiles dantur ad communẽ opinionem: & an statutũ Bon. de literis cãbij habeat locum in chirographis recognitis secundum ius commune:& an annullet scripta quæ ualẽt de iure communi,& illud statutum nouiter declaratur.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Videtur prima fronte hunc fideiussorem compensare uolentem non audiendum fore, cum † iura-
1 mentum in forma specifica magis quam con ditio adimpleri debet.c.ad nostram.el 1. de iureiur.iun-
2 cta.l.si peculium.de statu.ubi Imo.& † communiter doc. Canonistæ per illum tex.reprobant Bar. in l.amplius nõ peti.rem ra.ha.uolentem promittentem soluere cum iura mento posse compensare,idem uoluit Imo. in l.si hæredi. de cond.& demon.sequitur Alex.in consi. 91. uol. 2. uisis actis.col.3.uersi.2.Are.in consi.101.qui ita attestatur:sed iste fideiussor promisit & iurauit, ergo &c.¶Maturius ue ro considerans determino contrarium, & considero in multis casibus eum qui iurauit posse compensare.& com munem opinionem cessare, quorum aliqui conueniunt huic casui,& in terminis faciunt,ergo in hoc casu hic fide iussor poterit compensare. Et primo,non procedit cõmu nis opi.† qñ debitum superuenit postquam quis promisit
3 soluere:ut per Tind.in trac.de compen.col.27.uer.& attẽ dẽdæ.Soci.in l.Iulianus. in fi. de cond.& dem.sed hic su peruenit debitum post promissionem, ergo &c. ¶ Item non procedit quando † est pauper & grauatus numero fi
4 liorum,ut est deci.Neap.163. ubi asseritur ita fuisse iudi catum,sed hic Laurentius fideiussor pauper est, & maxi mo filiorum numero grauatus, ergo &c.¶ Item & terti o non procedit † quando agitur de euitando pœnam & per
5 iurium,ut per Soci.in d.l.Iulianus.& Ias.in l.cum qui.§.si iurauero.de iureiur.sed hic etiam agitur de hoc,quia iu rauit & apposuit pœnã,& aduersarius illã exigit,ergo &c. ¶Adde tu quarto posse dici cõem opi.procedere quando
6 † promisit soluere & iurauit, ut per doc.in d.c.ad nostrã. sed hic non ita fuit.Nam fideiussor in sua promissione di cit ꝙ pro quantitate ducatorũ &c.se & bona sua obligan do promisit aduersarijs,ut supra stipulãtib.& sic nõ adest uerbũ soluere in promissione fideiussoris,& licet dicat ut s.stipulãtibus,etiam in præcedentibus non sunt stipulati sibi solui, nec magis debet subaudiri uerbũ soluere quam uerbũ satisfacere,& uerbũ ꝙ de proprietate cõpetat com pensationi,immo uerbũ quod magis prosit fideiussori,cũ fiat interpretatio contra interrogãtem. l.ueterib.de pact. & no.in l.quicquid astringendæ. de uer.obl. ¶Immo & quinto dicas,& si subaudiatur uerbũ soluere † iuramentũ
7 non se extendere ad illud,cum ĩ iuro dicaĩ iurarunt obser uare omnia & singula suprascripta, sed uerbum soluere subauditum nõ est scriptum.l.j.de his quæ in testa.delen. & ibi no.ubi dicitur scriptum quod oculis legi potest,nõ quod subauditur. ¶Immo & sexto dicas,& si subaudiret uerbum soluere,& iuramentum se referret ad illud,posset † uerificari in compensatione:quia forma quæ debet pro
8 prie adimpleri,potest † per æquipollẽs adimpleri, quado
9 subauditur,arg.eorum quæ dicit Pau. de Cast. in l.j.C.ut quæ desunt aduoc.de ablatiuo absoluto,& per mod.in l. 2.§.prius.de uulg.& pup.& mod. in trac. de forma, & sic cessat ratio qua doc.determinant uerbum soluere iuratũ non uerificari in compensatione:quia iurm ad instar for mæ,non debet adimpleri per æquipollens, quia hic non fuit expressum uerbum soluere, & potius aliud debet sub audiri,& si illud subaudiatur,iurm refertur ad scripta,er go non ad istud,& uerbum soluere subauditum adimpleĩ per æquipollens,& hæ declarationes licet sint nouæ,nihi lominus cum sint secundum tramites legum admittendæ sunt,maxime cum præcedens † opinio quã Alex.in d.cõs.
10 111.uol.2.appellauit cõem,habet multos ꝯdictores,nam ꝯrium uolunt Bar.Ang.Raph. Cuma.Pau.de Cast.in d.l. amplius non peti.rem ra.ha.Bar.in l.Iulianus. de cõd. & demon.Io.Fab.insti.de act. §. in bonæ fidei. Bal. Abb. & quidam alij in d.c.ad nostram. sequitur Alex.in consi.12. uiso themate ante scripto. uersi.non obst.col.fi.uol.2.ubi consuluit non obstante iuro admitti compensationem,& dicit rationes huius opinionis esse urgentes & notabiles, & respondet ad gl.in d. c. ad nostram.a qua pendet diffi cultas huius qõnis,ut procedat in casu illo tantum rõne de qua ibi per eũ,post alios quos citat, & sic ille met Ale xander qui appellauit communem consuluit contra eam:

& facit tex.in l.si debitor.circa fi. q pot.in pig.hab.ibi,ne que interest soluerit uel cõpẽsauerit. & dicit Pau.de Cast.
11 in consi.35.compẽsationem † ueram solutionẽ esse:& hęc non deduco ut decidam hanc secũdã partem esse ueriorẽ, cũ discussio huius difficultatis ad præsentẽ casum nõ sit necessaria,sed ut demonstrem habere difficultatẽ,& facili ter doctorum ac nostras limitationes admittẽdas esse.nõ omitto ẽt hanc causam in foro mercantili agitari,in quo
12 agitur † de bono & æquo,ac seruaĩ æquitas,l.quintus.mã da.& omnis rigor iuris ciuilis reijciĩ, ex forma statutorũ
13 loci.Ideo & septimo posset dici † cõem opin. non habere locum,cum fundatur in rigore formæ,& maxime quia cõ pensatio fundatur in æquitate,cũ sit defensio a iure indu cta.Albe.in 4.parte statutorum.q.92. Nellus in trac.Ban. in q.62.mod.in trac.compensationis. in prin. ¶ Octauo ista chirographa producuntur non solum ad compensan dum,sed ad demonstrandum solutum fuisse,& sic ad pro bandum solutionem,& exceptio solutionis nunquã exclu ditur,iuribus uulgarib. Nam illud de cõpensatione,pro cedit qñ ex certa causa apparet solutũ, ex qua solutione
14 resultat debitum, sed qñ † simpliciter est soluta pecunia, statur soluenti, ex qua causa dicatur soluisse.l.2.de solu. ¶Nono dico quod per modum reconuentionis chirogra
15 pha dicũtur producta,quæ † admittũtur licet debitũ sit li quidum,ut per Sali.in l.neq; scriptura. in fi. de compens. ¶ Decimo,hoc casu debet admitti cõpensatio, quia reus confessus est debitum ante probationem per instrm,quo
16 † casu de non liquido ad liquidum debet admitti compẽ satio,& ideo cautela est quod semper,ut admittatur com pensatio,confiteatur,ut per Soci.in regula.86.compensa tio,de cuius ueritate dixi in cautelis nostris. ¶ Vltimo hoc admitto cum instrumentum habet aliquas difficulta
17 tes ꝙ non est liquidum,& hoc casu etiam non † procedat communis. Aduersus autem hãc compensationem obsta re uidetur,cum annus præterijt, & chirographa nõ sunt recognita,propter statutum mercantile,cui respõdeas cũ
18 statutum † permittit exceptionem solutionis,uidetur ẽt concedere exceptionem cõpensationis per ea quæ dixi su pra,maxime cum Pau.de Cast.in consi.35.dicat eam esse ueram solutionem,& in terminis statuti permittentis solã exceptionem solutionis, comprehẽdi exceptionẽ compẽ sationis,cõsuluit Ang.cons.211.quidam nomine.& Alex. d.consi.12.uel nouiter respondeas,illud statutũ intelligi,
19 quando agitur uigore literæ nõ † qñ excipitur, patet ex principio illius statuti,in quo diciĩ, cuilibet petẽti &c.& per totũ statutum uidetur colligi, sed nos loquimur, qñ quis utitur literis excipiendo,ergo statutum nõ loquitur, in casu isto,& sic remanet sub dispositione iuris cõmunis.l. commodissime. de lib. & posth. & facit quia ius cõmune magis fauet exceptioni quam actioni, & iõ magis actio-
20 nes tpe † aliquo tollantur,exceptiones nunquam aliquo tpe tolluntur.l.pure.§.si.de dol. exce. cum conc.& statu tum recipit interpretationem a iure communi,& ius cõe loquens in præscriptione nunquam includit exceptionẽ, ergo nec statutũ,& si uerba possent conuenire. & bene fa
21 cit. Nam statutum ꝙ põt † unum & duo operari ꝯ ius cõ mune,debet interpretari ut unum tantum operetur.Ant.
22 in dilec.de fo.comp.cum concor. ¶Tertio considero † il lud statutũ loqui in priuatis scripturis,& uenire ad coad- iuuandum illas,cum uult nullas exceptiones,& restitutio nes in integrum, appellationes &c. posse admitti contra illas saluis tribus,inter quas est ista præscriptio,sed regu la ꝙ priuatæ scripturæ habeant effectum non loquitur in priuatis recognitis tantum ex forma statutorum,ut de se patet,ergo nec exceptio seu casus in quib. loquuntur ex ceptiones,cũ exceptio intelligat in terminis regulæ.l.nã quod liquidæ.§.si.de pen.leg.& licet statutum limitet po stea exceptionem præscriptionis nisi sit recognita,dico ꝙ per hoc non excludit recognitionẽ iuris cõis, cum uenit ad coadiuuandã probationẽ, & si excluderet recognitio nem iuris communis,non coadiuuaret, sed diminueret ꝯ eius intentionem,& inducta ad augmẽtũ non operantur, diminutionem.l.legata inutiliter.de adimen.leg. ¶Præ-
23 terea † lex suum non tuum tibi denegat auxilium.l.assi- duis.

duis.qui pot.in pig.hab.ęſto quod ſecundum formā il-
lius ſtatuti nō crederetur huiuſcemodi chirographis,tñ
propter hoc ſi ſunt talia chirographa quibus detur fides
de iure cōi,licet ceſſet beneficium ſtatuti, tñ non ceſſabit
beneficium iuris communis. nam tuum tibi non denega
bit auxilium:multa quidē priuilegia & fauores ꝯceſsit di
ctis ſcriptis,quæ ſi non habeant certā formā uult eſſe nul
24 lius momēti,& hoc † intelligit quātū ad beneficiū ipſius
25 ſtatuti,alias ſtatutū non † ualeret ſm cōem opi. ſcrib.in
l.omnes populi.de iuſt.& iur.in 3. q.principali poſt Bar.
26 dum loquitur de ſtatuto diſponente ꝙ creditor qui † per
decennium ſteterit quod non petijt debitum ſuum cadat
a iure ſuo.& ratio eſt; quia ēt ſi debitor ſciret ſe eſſe obli-
gatū,& eſſet in mala fide ſtatutū haberet locū.& ſic poſ-
ſeſſor malę fidei præſcriberet,& conſequenter ſtatutū eſ-
27 ſet nutritiuum peccati,& nulla præſcriptio † hac rōne tā
ciuilis quam canonica procedit ſine bona fide. c.fi.de pꝰ-
ſcri.ubi no.omnes, & ita in terminis illius ſtatuti tenent
Ant.& Abb.in c.cura.de iur.pat.Abb. in c. ꝙ clericis. de
fo.cōp.Ang.Imo.Pau.in l.ſequitur.§.uiam.de uſuc.Alex.
conſi.195.in 2.uol.in ulti.col. & in conſi.73.in cauſa ap-
pellationis.col.1.uol.6.& in conſi. 172.in cauſa & lite.in
4.col.& in conſi.220.ponderatis his.in 2.col.uol.6.idem
Alex.in conſi.58.in cauſa mota. uol.7.& Corn.in conſil.
180.per totum.uol.3. cum conc. quæ uti non neceſſaria
prætermitto, cum omnes iſti atteſtantur hanc eſſe cōem
opin.ſi igitur ſtatutum auferens ius parti,ſi non petierit
intra decennium non ualet, quanto fortius non ualebit
ſi auferat,ſi non fecerit recognoſci ſua iura intra annū ca
ſu quo de iure cōi illa iura,& chirographa ualerēt prout
ualēt in hoc caſu,ergo neceſſario dici debet, illud ſtatutū
intelligi in chirographis quæ non ualerēt ſine auxilio ip
ſius ſtatuti de iure cōi,uel caſu quo ualerent intelligatur
quo ad beneficium illius ſtatuti,nō aūt quo ad beneficiū
iuris cōis, cum alias non ualeret ſm cōes opiniones in
fortiorib. loquētes, & ſi aliquo caſu poſſet ſaluari dēt ca
pi hęc interpretatio ut minus deroget iuri cōmuni,ac iu
ribus ſcripturæ priuatæ,cui laborat opitulari.& ex his ſa
tis aperte colligi poteſt quomodo intelligendum ſit il-
lud ſtatutum. Laus Deo.O.M.

¶ Ita de iure reſpondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ſalua poteſtate appellandi in ſcriptis,poteſt uti ea ap pellatione quæ ſibi uidebitur.*
2 *Iudex utrique appellationi poteſt deferre.*
3 *Iudex poſtquam detulit appellationi factæ uiua uoce, & apoſto los dimiſit non poteſt deferre appellationi factæ in ſcriptis.*
4 *Statuti forma ad unguem eſt obſeruanda.*
5 *Productio appellantis non ſufficit ubi conſuetudo eſt quod libel- lus appellatorius producatur.*
6 *Statutum contra ius commune ſi in omnibus ſuis partibus non conuenit caſui non uendicat ſibi locum nec ſufficit in aliqua par te conuenire.*
7 *Statutum contra ius commune reſtringitur magis quam ſit poſ- ſibile.*
8 *Extenſio nunquam fit de perſona ad perſonam in his quæ ſunt contra ius commune.*
9 *Iudex in principio ſui officij tenetur iurare ſe obſeruaturum ſta- tuta loci.*
10 *Argumentum affirmatiuæ de maiori ad minus non ualet.*
11 *Statutum loquens de poteſtate habebit locum in capitaneo.limita tur ut in ſeq.nu.*
12 *Primo quando capitaneus habet maiorem iuriſdictionem.*
13 *§.& ſi quidem.l.2.ad Tert.declaratur & ponderatur.*
14 *Limitatur ſecundum Bar.in d. §.& ſi quidem. quando ſtatutū non eſt contra ius commune.*
15 *Limitatur etiam quando uterque magiſtratus eſt in eodem loco.*
16 *Limitatur etiam quando per modum formæ ſubconditionaliter fieret mentio de uno magiſtratu.*
17 *Indefinita non æquipollet uniuerſali in ſtatutis, maxime contra ius commune.*
18 *Forma ſtricte interpretatur,nec extenditur,nec ei aliquid poteſt addi.*
19 *Iudex ſe habet ante omnia informare de ſtylo curiæ & poteſt etiā ex actis in cubiculo ſuo.*
20 *Stylus præfertur ſtatutis maxime in modo procedendi.*
21 *Citatio requiſita in examine teſtium a ſtylo remitti poteſt.*

RESPONSVM CXXII.

¶ Iudex poſtquam detulit appellationi factæ uiua uoce nō
poteſt amplius deferre appellationi in ſcriptis:& intelle-
ctus ſtatuti Rauennæ in appellatione:& de intellectu.§.
& ſi quidem.l.2.ad Tertul.

INVOCATO diuino ſuffragio. ¶ In cauſa
mihi commiſſa ad conſilium ſapientis uide-
tur appellantem contraueniſſe ſtatuto nō ob
ſtante appellatione facta in ſcriptis,quæ de
iure debet attendi ſi appellanti uidebitur cum appellauit
1 uiua uoce ſaluo iure appellandi † in ſcriptis: ut per Bar.
Alex.& communiter doct.ut ibi atteſtatur Iaſ.in l.cū pro
curator.§.ſi dominus. de no. ope. nunc.per Ang.& alios
2 in l.ſi quis libellos. C. de appel. & utrique iudex † poteſt
deferre:ut per Alexan.in conſi.82.uiſo proceſſu. in fi.uol.
6.quod conſilium eſt duplicatum. numero 64. uolumine
eod.ſecundum quam appellationem in ſcriptis intra ter-
minum aſsignatum a ſtatuto loci uidetur produxiſſe ap-
pellationem & libellum.
¶ Quoniam in hoc caſu non attenditur appellatio in ſcri
ptis,ſed tm̄ appellatio facta uiua uoce cum ei detulit iu-
3 dex,& poſtquam detulit † iudex appellationi factæ uiua
uoce ac apoſtolos dimiſit ex quo a ſe omnem in illa cauſa
iuriſdictionem abdicauit ſecūdæ appellationi in ſcriptis,
non poteſt deferre:ita Alex.§.ſi dominus.Abb.Imo.Fran.
Dec.in c.cum ceſſante. extra de appel. Cæp.cautela.192.
in fi.& maxime quando iudex eſt delegatus,ut hic præſup
ponitur præſidis delegatus:ut per Philip. Dec.in d.c.cum
ceſſante.de appella.ſed attenta prima appellatione facta
uiua uoce non produxit intra decem dies, ut requirit ſta
tutum,ergo ſecundum formam ſtatuti appellationi intel
ligitur eſſe renunciatum.
¶ Prętęrea,& ſi intra tempus præfixum a ſtatuto produxe
rit,nihilominus cum non produxit libellum appellatoriū
prout requirit ſtatutum,ſed reſcriptum & appellationem
loco libelli appellatorij,dico ꝙ nō eſt ſatisfactū ſtatuto,
4 cum ſtatuti † forma ad unguem, & pręciſe obſeruāda ſit,
nec ſufficit adimpleri per æquipollens:ut late per Alex.in
conſi.96.uol.4.per Iaſ.in conſi.97. uol.4.& per Alex.Iaſ.
& communiter omnes in l.j. de lib. & poſth. per Feli.in c.
cum dilecta.de reſcrip.facit etiam quod uoluit Bal. in l.ſi
quis filios.§.autem.de iniuſt.rup.& irri.fac.teſta.& in l.ſi
quis libellos.C.de appel.& practicus in ſumma libelli ap
pellatione,quod ubi conſuetudo & practica ſeruatur ut
5 † producatur libellus appellatorius non ſufficit produ-
ctio appellationis. ¶ Melius tamen conſiderando de-
termino contrarium cum præſupponitur appellantem ri
te appellaſſe de iure communi, & ita ſecundum ius habe-
re fundatam intentionem,& ſolum ei obijcitur de forma
ſtatuti Rauennæ non obſeruata,ideo ſuper ſtatuto uiden
dum eſt in quo breuibus me abſoluo, & dico non habere
locum in caſu in quo agitur cum ſtatutum loquitur cir-
ca formam de qua obijcitur in appellatione interpoſita
coram domino poteſtate, & ad dominum poteſtatem,&
uerba ſtatuti ſpecialiter cantant, ſed hic ſumus in appel-
latione interpoſita a gubernatore ciuitatis ad præſidem
prouinciæ,ergo nō ſumus in terminis ſtatuti,& cui nō cō
6 ueniunt uerba ſtatuti † non cōuenit eius diſpoſitio.l.4.§.
toties.de dam.infec.cum ſimi. quod adeo uerum eſt ut lo
cum habeat etiam ſi in parte conuenirent.Nam ex quo in
totū non conueniunt non habet locum diſpoſitio:ut per
Sali.Iaco.But.& Fulg.in l.ſi mancipia.C.de ſer.fug.Rom.
in conſi.487.ſtatutum puniens.per Dec.in l.1.col.4.C.de
eden.ergo quanto fortius hic cum in nullo conueniant
tam reſpectu iudicis a quo,quā reſpectu iudicis ad quē,
nec

nec de istis iudicibus in dicto statuto aliquod uerbum consideratur, uel habeatur. ¶ Accedat quoque illud statutum est contra ius commune in huiusmodi forma tradi-
7 ta, ergo stricte debet interpretari ut minus lędat ius † cōmune quam sit possibile, & sic non extendat extra terminos in quibus loquitur. c. cum dilectus. de consue. plene per doc. post Bar. in l. omnes populi. de iust. & iur. in 7. q. principali, & maxime quia licet extensio aliquando admittatur de casu ad casum: ad no. in l. si uero. §. de uiro. so. mat. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posth. tñ
8 nunquam fit de persona † ad personam in his quæ deuiāt a iure communi: ut per Aret. in d. §. & quid si tantum. de lib. & posth. col. 3. per l. si quis ita. §. pen. de test. at sequit & comprobat Dec. in consi. 211. & 200. & dixi alias de ueritate quod hic eo magis esse debet cum gubernator ciuitatis & pręses totius prouinciæ sint maiores potestate, &
9 non ligantur statutis loci sicut potestates qui eorum ingressu tenētur iurare † obseruare statuta: ut no. in auth. ut iusiuran. ꝙ pręsta. ab his. & in c. 1. de iureiur. ponit Ro. &
10 sequūtur alij in rub. C. qui admit. & de minore ad maius non † procedit argumentū, nec extensio affirmatiue, iuribus uulg. & ex hoc tollitur quædam obiectio quæ posset fieri. de no. per Bar. in l. 2. §. & quædam. ff. ad Tertul. ubi
11 dicitur per illum tex. quod statutum loquens in potestate habebit † locum in capitaneo habente eādem iurisdictio
12 nem circa idem: quia illud d. Bar. non procedit quando maiorem † iurisdictionem capitaneus haberet: ut ibi sentit Bar. & ita intelligit Soci. in consi. 39. col. 2. uol. 4. sed
13 præses & gubernator habent maiorem, ergo &c. quamrū sionem comprobo per tex. in d. §. 8 † quidē. per quē tex. ita no. ibi Bar. nam ibi quod erat dispositū in prætore cū necessitate prætoris disponitur in magistratib. municipalibus, qui sunt lōge minores prætore. no. in rub. & in l. j. de offi. eius cui mand. est iurisd. circa gradus magistratuū: & ita in d. §. & quidē. fit extēsio de maiori ad minus affirmatiue, hic esset econtra, ergo nihil ad casum facit. ¶ Secundo & ultra ipsum respondeo ꝙ cum ille tex. loquatur
14 secundum ius commune: & Bar. infert ad † statutum dēt intelligi statuto loquente secundum ius cōe, ut intelligat sm legē quæ allegatur: & ex qua notabile colligit: ad no. per eundem in l. non solū. §. liberationis uerba de lib. leg. sed nos sumus in statuto contra ius commune, ergo &c.
15 ¶ Tertio dico ꝙ ille. §. procedit qñ alius magistratus † in quo uendicat sibi locū dispositio erat in alio loco in quo non erat magistratus, de quo loquebatur dispositio, ita ꝙ si dispositio non haberet locum in eo magistratu redderetur elusoria, cū in illo loco ille magistratus nō adest, & in loco in quo adest magistratus de quo fit mētio in dispositione: dispositio loquens de uno magistratu non habet locum in alio, uidetur omnino ille. §. & quidem. secūdum quem d. Bar. debet intelligi, sed in casu nostro in loco statuti adest magistratus de quo fit mentio in statuto, ergo statutum non habebit locum in alio magistratu, per tex. super quo no. Bar. & ita illud d. Bar. recte intellectum facit pro ista opinione. ¶ Vltimo corroboro istam intelligētiam ex uerbis statuti ibi, & interposita appellatione
16 coram. d. potestate, & ad. d. potestatem &c. pondera illum ablatiuum absolutum interposita. qui importat † conditionem. l. a testatore. de cond. & demonst. l. euictis. ad leg. fal. & ita ponit formam appellandi sub conditione si appellatum fuerit coram. d potestate, ergo non habebit locum si coram alio uel ad alium etiam si alius ęquipolleat d. potestati, cum conditio debeat proprie adimpleri, nec in casu secundi possit uerificari. l. qui hæredes. l. mæuius. de cond. & demon. cum uulg. & in conditione legis: per Bal. in auth. matri & auiæ. quando mul. tute. offi. fungi potest. ꝙ admitto cum esset ꝫ ius cōe, alias dicas ut dixi in rub. sol. mat. & ex hoc fundamento colligitur quod est de intentione statuentis ut illa forma in modo procedendi non habeat locum nisi in casibus ibi expressis non obstāte rubrica cum nō habet orationem perfectam: ad no. per omnes in rub. si cer. pet. & in l. j. & cum loquatur indefini-
17 te, & indefinita non æquipollet † uniuersali in statutis ꝫ ius commune: ut per Bar. in l. omnes populi. in 6. quæstio. princip. de iust. & iur. & quia forma stricte interpretatur,
18 hec † extenditur, nec ei aditur: secundum Bal. in l. 2. de legi. hære. cum uulg. Colligitur quoque alia respōsio ad d. Bar. in §. & quidem. cum ibi de potestate nō erat factum uerbum conditionaliter, & ita in puncto iuris tenendum esse in casu quo stylus curiæ loci aliter se non haberet, cum
19 iudex ante omnia se habet informare † de stylo curiæ, & pōt se de alijs actis in cubiculo informare: iuxta nota. per Bar. Feli. & alios in l. 3. §. pen. de testib. per Ant. de But. & Canonistas in c. fi. de consue. & habet stylum sequi, cū sty-
20 lus † præferatur statutis, maxime in modo procedendi. c. ex literis. de const. c. quam graui. de crimi. fal. adeo ꝙ ēt
21 citatio requisita † in examinatione testiū de stylo remitti potest. Bal. in auth. si quis in aliquo. col. pen. uer. 2. requiritur. C. de eden. Alex. in consi. 65. habita. col. fi. lib. 1. Dec. in consi. 163. col. 7. cum simi. & ex istis puto partes. d. iudicis esse in perscrutando stylum curiæ loci super modo appellandi, & secundum illum proferre sententiam, & si stylus in casu præposito haberi non possit, quod minime existimo pronunciare debere in puncto iuris per statutū de quo supra appellationi interpositæ a gubernatore ad præsidem nullum inferri præiudicium, cum de ea non loquatur. Laus Deo soli.

¶ Ita decidebat Hieronymus Gratus Bonon.
V.I.D. minimus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia a qua non fuit appellatum a tempore scientiæ transit in rem iudicatam.*

2 *Præsumitur protela iudiciaria sententiæ a qua non fuit appellatum.*

3 *Præsumptio quæ est pro sententia quæ transiuit in rem iudicatā, scilicet in ea ordinem iudiciarium seruatum fuisse, adeo potens est, ut contra eam non admittatur probatio nisi per confessionē partis.*

4 *Agens possessorio recuperandæ, & reintegrandæ, quando fuit priuatus possessione iuris ordine seruato, obtinere non potest, & a iudice uenit repellendus.*

5 *Possessio sine causæ cognitione ab eo auferri potest, quem constat nullum ius habere.*

6 *Possessor de cuius bono iure constat, in possessione quantumcunque de facto confirmari debet. declara ut ibi.*

7 *Verba libelli quibus quis asserit se fecisse actus possessorios quos solent facere domini, & possessores in rebus suis, non continent dominij allegationem.*

8 *Agens remedio reintegrandæ possessionis, si non alleget dominiū succumbere debet.*

RESPONSVM CXXIII.

¶ An iniusta tenuta debeat confirmari si constat possessorē ius habere, & econtra agentem nullū ius fouere, ubi quādo dicatur sententia transisse in rem iudicatam: & an pro ea præsumatur.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ In hac cā nobilium Vincentij, & fratrum de sancto Petro, transeo cum opinione domini consulentis, præsupposito quod sententia transiuit in
1 rem iudicatam, quod satis probatur ex eo, quia † non fuit appellatum a tempore scientiæ, ut per gl. in c. non solum. de appel. & doctores in rub. de re iudi. & Roma. in consil.
2 334. circa primum. colum. 2. quo casu † præsumitur protela iudiciaria sententiæ: ut late per d. consulentem, ultra quem pro sua opinione adduco Roma. in dicto cōsi. 334. circa primum. Signor. in consi. 77. factum sic proponitur. Cuma. in consi. 7. uisis. in fine. Fride. in consi. 59. credo. in fine. And. Sicul. in consi. 18. col. 6. lib. 1. Abb. in consi. 73. uidetur primo. col. 2. uol. 1. & est communis opinio: ut attestatur Curt. in consil. 66. Adeo quod non † admittitur
3 probatio in contrarium, nisi per confessionem partis: ut attestatur Roma. in consil. præallegato. & Fulgo. in consi. 166. in

4 166.in q.quæ uertitur,ex quo sequit† agentem possessorio recuperandæ, & reintegrandæ, cum fuerit priuatus illa possessione iuris ordine seruato obtinere non posse,& a iudice repellendum esse:secundum Bar. in l. iuste possidet. de acq.poss.Old.in consi.237. Soci. in consi.12.quoniam in præsentiarum.col.3.uol.1. ¶Secundo dico hunc Vincentium debere manuteneri in ista possessione, dato ꝙ absque causæ cognitione & citatione fuerit sibi data tenuta & possessio, quoniam iudici danti tenutam constabat aduersarium nullum ius habere, ut patet in sententia per
5 ipsum lata,sed quando † constat possessorem nullum ius habere,sine causæ cognitione,possessio potest auferri ab eo:ut;concludit Ro.in consi. 499. in præmissa.col.2.allegat Host.& Inn.in c.accepta.de rest. spol. & ibi Abb.in 2. col.sequitur Dec.in consi. 192.col. 5. ¶Tertio dico dato quod possessio,de facto nullo iuris ordine seruato fuit ablata ab aduersario, & sic uideatur quam primum restitui debere etiam de facto,tamen ex quo cõstat de iure. d.Vincentij ex processu,& ex actis:& præsertim ex dicta relatione facta in dicta sententia, quæ dato quod non ualeat ut sententia,& ius non faciat, nec disponat,tamen saltẽ probat,ac ipsius rei demonstrationem inducit, cum simus in dispositione particulari,quo casu si nõ ualet actus ut agit,
6 ualet ut ualere põt,quo casu † in possessione quãtũcũque de facto concessa:possessor, qñ de iure suo constat,debet confirmari:sm Bar.in l.3.in 5.q. princi.C.de pig.& ita in interdicto recuperandæ consuluit Pau.de Cast.consi.307. in causa capturæ,in fi.quem allegat & sequitur Dec.in d. consi.192.in fi.ubi etiam allegat Alex.& Ang.in l.si finita. in prin.de dam.infect.

¶Quarto & ultimo pro nunc aduertendũ est,& hoc fit dictum ex abundanti, quod aduersarius agens remedio.c. reintegranda,non allegat dominium in libello,sed tantũ possessionẽ.& si dicat,ꝙ dicit se fecisse actus possessorios quos solent facere domini, & possessores rerum suarum,
7 respõdetur per illa uerba † nõ fuisse allegatum dominiũ, quia non dicunt illũ habuisse dominiũ, nec necessario inferunt,cũ quis possit illos actus facere & nõ sit dominus, & ideo doc.in l.naturaliter.§. nihil commune. dicunt in his terminis possessorium tantum censeri intentatũ, nec petitorium esse cumulatũ, ꝙ quidem non esset si dominij
8 allegationem illa uerba continerẽt, sed † agens illo remedio,& non allegans dominiũ debet succũbere,& libellus dicitur ineptus:ut consuluit Pau.de Cast.in cons.105.col. fina.uol.1. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum in quo fuit institutus filius legitimatus natus ex alia muliere quæ non fuit nominata in legitimatione,non uitiatur quando iterum dictus filius legitimatur ex potestate data a testatore.*
2 *Adoptio de extraneo fit.*
2 *Verba hæc, ad consequendam hæreditatem, & ut omni meliori modo succedat adoptat eum, operantur, quod licet non ualeat adoptio, ualeat tamen ut extraneum eum demonstret, & per consequens ut tanquam adoptatus de facto succedat institutus.*
4 *Verba & omni meliori modo &c.institutioni inserta, non possunt uerificari,nisi iure restitutionis factæ de extraneo,quando referri non possunt ad adoptionem, nec ad legitimationem quæ sunt expressa in testamento.*
5 *Clausula & omni meliori modo &c. apposita institutioni,necessario refertur ad unum quando ad aliud referri non potest.*
6 *Verbum omnino,importat omni casu & indistincte.*
8 *Testamentum in quo testator aliquem instituit ut filium,cum uere non sit filius,non ualet,propter defectum causæ finalis.*
8 *Testamentum in quo legitimatus fuit institutus,uitiatur,si constet non ualere legitimationem.*
9 *Item multo magis si appareat non solum eum non esse legitimum, sed nec naturalem.*
10 *Legitimatio concedi non potest ut legitimetur filius unius tanquã filius alterius.*
11 *Adoptio coram principe,uel iudice fit.*
12 *Voluntas testatoris non potest censeri ita fuisse,nisi ab illo fuerit expressa.*
13 *Proprietas uerborum in dubio attendi debet.*
13 *Testator instituens legitimatum,si uoluisset illum succedere tanquam extraneum utique dixisset,sicut dixit de adoptione.*
15 *Testator id quod non exprimit uelle non præsumitur.*
16 *Interpretatio debet fieri ut actus aliquid operetur, potius quam destruatur.*
17 *Voluntas ex actu nullo colligitur.*
18 *Gerundium accusatiui casus denotat causam, siue rationem finalem.*
19 *Causa finalis est illa qua cessante cessat dispositio.*
20 *Verisimile non est testatorem extraneum suæ familiæ præferre uoluisse.*
21 *Pater filium spurium tanquam extraneum instituere non potest.*
22 *Institutus succedere non potest,quando deficit causa finalis institutionis.*
23 *Existens in casu dubio non potest esse melioris conditionis quam si esset in casu claro.*
24 *Maiora expressis sub inuolucro uerborum comprehendi non debent.*
25 *Persona in dispositione non subauditur.*
26 *Hæreditas tota acquiritur usufructuariæ,quando hæres uniuersaliter institutus incapax reperitur.*
27 *Paria sunt hæredem non fuisse datum, uel fuisse datum, & incapacem.*
28 *Portio hæredis uniuersaliter instituti qui est incapax,& cui non fuit datus substitutus,accrescit particulariter instituto.*
29 *Dictio tãtum,operatur ut is cui aliquid relictum est cum hac dictione nihil amplius petere possit.*
30 *Hæres qui semel adiuit hæreditatem,non potest desistere esse hæres quo ad iura directa.*
21 *Ius accrescendi locum habere non potest quando portio in totũ, non euacuatur.*
32 *Hæres institutus habens testamentum non abolitum,iuste potest adire,& mitti in possessionem.*
33 *Tex.§.si ex fundo.l.1.de hære.insti.non procedit quando ex post facto aditio uenit annullanda.*
34 *Intestatus pro parte,& pro parte,testatus,ex postfacto quis decedere potest.*
35 *Clausula codicillaris apposita in testamento in quo institutus est aliquis uniuersaliter,qui omni casu non potest esse hæres,& ad est prohibitio in persona particulariter instituti,uidetur apposita gratia uenientium ab intestato.*
36 *Substitutio facta in uno casu extenditur ad alium.*
27 *Substitutio facta in uno casu ad alium non extenditur quando adest dictio tunc.*
38 *Verba & his casibus &c.operantur ut dispositio non extendatur ad alios casus præter expressos.*
39 *Geminatio multum operatur.*
40 *Statutum loquens de agnatis non comprehendit legitimatos,secũdum communem opinionem.*

RESPONSVM CXXIII.

¶An institutio legitimati ac in subsidium adoptati, etiam cum licentia iterum legitimandi data a testatore,& nati ex alia muliere quam ea quæ fuit nominata in institutione,ualeat ac sustineri possit: & an qñ hæres uniuersaliter institutus est incapax tota hæreditas acquiratur instituto in usufructu tantum,stãtibus substitutis:& an substitutus in casu mortis tantum,admittatur in casu incapacitatis: & an appellatione agnatorum in statuto ueniant legitimati,ubi multa subtilia circa materiam.

INVOCATO diuino suffragio.¶Cum hæc causa huius iureconsulti excellentissimi ac domini mei,qui me rogauit:ut super infrascriptis dubijs quid sentirẽ summatim scriberẽ, omissis allegationibus,rem breuius quam potero prout materia pati uidetur,explicabo.¶Circa primum,an institutio Alexandri legitimati ac quoquomodo nati, ac in subsi-

ſubſidium adoptati,etiam cum licentia data iterum legi-
timandi.etiam præſuppoſito eſſe natum ex alia, & nō ex
illa muliere quæ nominatur in inſtitutiōe, ualeat,& ſuſti
neri poſsit.¶ Et primo cōſidero, licet ſua legitimatio nō
ualuerit cū ſit natus ex alia muliere quæ non fuit nomi-
nata in legitimatione,tamen cum iterum poteſt legitima
1 ri ex † poteſtate data a teſtatore non uitiari teſtamētū:ut
uoluit Pau.de Caſt.in conſi,129. in 2.dubio:& per omnes
in l.Gallus,§.& quid ſi tantum de lib.& poſth. ¶ Secūdo
dico eſto & ſi non fuerit filius . d. teſtatoris,tamen ualere
debet inſtitutio,quia intelligitur facta de eo tanquam ex
traneo.quod probatur manifeſte:nam dicitur in teſtō ut
conſequeretur hæreditatem omni meliori modo quo po
2 terat,eū adoptabat ad hoc ut ipſe ſuccedat,ſed † adoptio
fit ut de extraneo &c. ergo cōſiderauit eum ut extraneū.
Item pondera illa uerba ad conſequendam hæreditatē,&
omni meliori modo ſuccedat adoptat eū &c. quę uerba
operantur ꝙ licet non ualeat adoptio, ualet tñ ut extra-
neum eum demonſtret, & per ꝯñs ſuccedat, & ſic ut tan-
3 quam adoptatus de facto ſuccedat : nam † ex actu nullo
colligitur uolūtas.l. fi. de reb.eorum.& notandum eſt ꝙ
dicit ſe uelle eum habere hereditatē non ſolū iure legiti-
mationis,ſed iure adoptionis,& eo meliori modo quo po
terit:quę uerba & eo meliori &c.non poſſunt uerificari ni
4 ſi iure inſtitutionis factæ de extraneo † cum non poſſunt
referri ad adoptionem,nec ad legitimationem cū ſint ex-
preſſa.arg.l.doli clauſula.de uer.obl.nec ad aliud poſſunt
5 referri:ergo ad iſtud.arg.† l. fundus qui loc.de fundo in-
ſtruc.& in l. 2.de lib.& poſth.Item ponderandum eſt dum
dicit ꝙ uult,& intendit ut d. Alexander eius filius legiti-
matus omnino & omni iuris & facti exceptione, & cōtra
dictione remotis ſit hæres ſuus.pondera ꝙ dicit omnino
6 ꝙ † uerbum importat omni caſu & indiſtincte:ergo & tā
quam extraneus.Itē exceptiones non poſſunt remoueri
niſi ut extraneus inſtituatur:ergo remouendo omnes ex-
ceptiones ſe refert ad caſum quo ut extraneus inſtituaī.
Item conſiderandum eſt ꝙ geminat illa uerba ſtatim in
ſeq.Item ſupra dixit quoquomodo natum fore & eſſe om
nino ſuum hęredem,quæ geminatio & triplicatio per uer
ba iſta prægnantia arguit præciſam mentem teſtatoris,
ut ſuccedat ut extraneus,& eo caſu quo melius ſuccedere
poteſt.¶ Maturius cōſideranti in hac difficultate,& ſi ſu-
pra adducta obſtare uidentur alia pars uidetur uerior,
præſuppoſito,hunc non eſſe filium. d. teſtatoris prout dr̄
eſſe probatum, & non aliter , nec alio modo loquor,& cū
teſtator inſtituit tanquam filium, & ut filium,ut patet in
illo teſtō ubi ſemper appellauit eū naturalem & legitimū
ut in principio inſtitutionis dum loquitur de eius guber
nio.Item in principio inſtitutionis; dum ſimpliciter dicit
hæredem uniuerſalem inſtituit præfatum Alexandrū eius
filium legitimatum &c.idem in uer. quem Alex.ubi dicit
ex certa ſcientia non per errorem,uel ignorantiam aſſer-
uit eſſe filium ſuum naturalem:& idem dicit in uer. ſeq.&
ſi forte. & idem dicit ibi ipſum Alexandrum &c. & ſic in
pluribus locis idem dicit:ex quibus apparet eum ſemper
7 appellaſſe ſuum filium, & inſtituiſſe ut filium : quo † caſu
cum non ſit filius nō ualet teſtm̄ ꝓꝑ defectum in cauſa fi.
l.ſi pater.l.nec apud.C.de hære.inſti.facit tex.in l.tutor.§.
quæ tutorib.de exc.tut.& ideo dicebat Pau. de Caſt.& ibi
8 Iaſ.in l.eam quam.C.de fideic. ſi legitimatus † fuerit inſti
tutus,& legitimatio non ualeat uitiatur teſtamentū, ſed
ita eſt hic,quia dixit ex Iacoba, & eſt natus ex alia,ut dici
tur probatum:immo quod plus eſt,non ſolum non adeſt
9 legitimatio ualida,ſed † nec eſt naturalis filius, & in hoc
fuit deceptus teſtator, quo caſu ſine difficultate nullū eſt
teſtamentum:ut uoluit Dec.in conſi. 176.col.4.dū diſpu
tat de ueritate dicti:per Pau. de Caſt.de cuius dicto alias
late ſcripſi.¶ Et præſuppoſito hoc defectu non poteſt am
10 plius legitimari,quia † quis non poteſt concedere ut le-
gitimetur filius unius ut filius alterius, & ſi ſciuiſſet eſſe
alienum,& non illius qui affirmabat eſſe ſuum filiū lex
præſumit illum non conceſsiſſe,& caſu quo poſsit ut men
dax debet carere impetratis iurib.uulg.nec poteſt uenire
11 ut adoptiuus,cum adoptio fiat † coram iudice,uel prin-
cipe.l.2.de adop.inſti.eo ꝙ hic non fuit obſeruatum.
¶ Nec poteſt etiam ut extraneus:& primo,quia nō eſt ex
12 preſſum illud in teſtō,nec ſufficit dicere,iſtud † erat de uo
luntate teſtatoris, niſi exprimatur a teſtatore:ut per Bal.
& Imo.in l.quidam cum filium,de hære.inſti.& a proprie
13 tate † uerborum in dubio non eſt recedendum. l.non ali
ter.de leg.3.& ſi teſtator uoluiſſet ſuccedere tanquam ex
14 traneum utique † dixiſſet ſicut dixit de adoptione. c.in-
ter corporalia.de transla.prælato.l.j.§.ſin autem ad defi-
15 cientis.de cad.tol.ubi dicit Bald.ꝙ teſtator † non expri-
mit,nec uelle præſumitur.ſed hoc uerbum extraneum,uel
æquipollens,non eſt ibi expreſſum , ſed bene legitimatū
& adoptiuum,ergo ex uerbis non uenit:& per conſequēs
etiam ex mente nō uenit.immo quod appareat de expreſ
ſa intentione ſua non uelle eum inſtituere , nec inſtituiſſe
tanquam extraneum, & non admiſiſſe niſi ut filiū , patet,
quia ſi non ualet legitimatio adoptat eum in filiū , certe
16 ſi eum admitteret tanquam extraneum fruſtratoria † fuiſ
ſet adoptio,ꝙ non eſt dicendum.l.ſi quando.de lega.1.&
quantumcunque adoptio ſit nulla , tamen ex ea apparet
17 non inſtituiſſe eum niſi ut filiū.nam ex † actu nullo colli-
gitur uoluntas.l.fi.de reb. eorum cū ſimi. & ad hoc pon-
dero uerba teſtamenti dū dicit adoptat.d.Alexādrum ad
conſequendum.d. hæreditatē ad hoc ut ipſe Alexāder &
18 eius filij &c.ſuccedāt in hæreditate ipſius filij:nā † gerun-
dium ad conſequendum,in accuſatiuo denotat cām & ra
tionem finalē adoptionis.l.j.de tute.ponunt doc.in rub.
19 inſti.de act.in rub.C.de edē.ſed cā finalis eſt † qua ceſſan
te ceſſat diſpoſitio:ut no. in c. cum ceſſante . de appel.per
Bal.in l.generaliter.C.de epiſc.& cle.ergo ſi ceſſaret ado-
ptio non conſequeretur hæreditatem ex uoluntate teſtan
tis:ergo non admittit eum ut extraneum , quia omnino
conſequeretur ſine adoptione.¶ Item dicit ad hoc ut ſuc-
cedant &c.& ſic expreſſe aſsignat rationem ſucceſsionis.
ſed ſi ueniret ut extraneus non magis ſuccederet adopta
tus quam non adoptatus,ſed illa adoptio eſſet facta ut eſ-
ſet filius:ex quibus manifeſte datur intelligi non uelle te
ſtatorem eum habere hæreditatem , niſi ut filium, & ideo
in caſu quo non ualeat legitimatio , ſeu dubitetur de ea,
eum adoptat in filiū,ut poſsit ſuccedere ut filius,& ſic nō
admittit eum tanquam extraneum aliquo modo.
¶ Item ad idem pondera,nā teſtator in caſu quo per pri-
mam legitimationem nō poſſet adire,& diceret̄ incapax,
tunc ut poſsit adire uult iterum legitimari,ergo nō conſi
derauit eum ut extraneū aliquo modo:quia in eo fruſtra-
toria fuiſſet talis legitimatio.& ſi per uiam hæredis extra
nei potuiſſet ſuccedere ex conceſsione teſtatoris,utique il
lam elegiſſet tanquam faciliorem. ¶ Itē id eſſe de expreſ-
ſe intentione teſtantis hunc filium inſtituere ut filium, &
non ut extraneum:patet ex ſequenti parte teſtamenti,ubi
ſubſtituit ei Camillum de Tartagnis & eius deſcēdentes:
quibus extantibus ſubſtituit Hannibalem & deſcendētes
Scipionis omnes de Tartagnis,& non extantibus aliqui-
bus de Tartagnis excellentiſsimum. d.Alexandrū magna
num,& d.Io.Baptiſtam de Fantut.nepotes ex ſorore:certe
20 ſi inſtituiſſet iſtum ut extraneum,& habuiſſet ut † extra-
neum,non prætuliſſet illum ſuæ familiæ,& agnatis,& co-
gnatis.l.cum acutiſsimi.C.de fideic.l.cum auus.de cond.
& demon.aut ergo uis teſtatorem inſtituiſſe ut extraneū,
& habuiſſe ut extraneum,& hoc non eſt dicendū:quia prę
tulit agnatis.aut uis eum habuiſſe ut filium , & tunc dico
aut conſtat iudici eſſe filium,& non ualet inſtitutio de eo
tanquam extraneo,cum pater filium ſpurium,ut erat iſte:
21 quia erat natus ex teſtatore uxorato,† nō poteſt inſtitue
re tanquam extraneum:ut plene no.in l. fi. de his quib.ut
indig.in fi.& toto tit. de natu.libe. aut conſtat iudici eſſe
extraneum,& non poteſt ſuccedere,quia deficit cauſa fi-
14 sionem,& pro hoc facit.quia cum illa præfatio † nō diminuentes &c. est generalis & excludit omnem diminutionem,licet postea sequantur aliqua uerba quæ possunt se habere ad restrictionē, nihilominus non sit restrictio sed potius finis uincitur principio.fm Imo.sing.in l.si ita qs. §.ea lege.de uer.ob.Dec.in c.cum nō ab homine.in 2.no. de iud. ¶Nec obst. quod nihil operantur illa uerba,& sic essent superflua respondetur quod expressio eius quod tacite inest licet de nouo aliquid non inducat non est superflua:quia
15 quod tacitum erat nunc est expressum:† & expressum difficilius tolliē quam tacitum:ut nō. per mod.in l.cum quid si
16 si cer.pet.& in terminis quod nō sit superflua † expressio &c. uoluit gl.in c.1.in uer.ut filius.de sum.tr.& fid.cath.& ibi Domi.non obst.l.1.C. de re mili. quia loquitur in eo cui præstatur salarium solum rōne laboris, quo casu non fit
17 †transmissio,secus si rōne laboris & dignitatis ut in doc. fm Bar.in d.§.diuus.col.4.qui ita rñdet ad illum tex.

¶Ita respondebat Hiero.Gratus. V.I.doc.minimus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegij uerbis inhærendum est.*
2 *Extensio in priuilegijs non fit etiam ex identitate rationis.*
3 *Priuilegium fori competens clericis non extenditur ad colonos.*
4 *Priuilegium concessum alicui non extenditur ad eius ministros qui non sunt perpetui sed ad tempus.*
5 *Grauamen impositum colonis habito respectu ad fundum,& quātitatem fundi,non comprehendit colonos partiarios eorum quorum prædia sunt exempta.*
6 *Coloni partiarij sunt saltem largo modo socij.*
7 *Priuilegium concessum uni trahitur ad socios ipsius.*
8 *Priuilegium concessum hospitali uel pauperibus extenditur ad ministros.*
9 *Beneficium principis,tunc dicitur,quando princeps concedit illud quod suam tantum utilitatem respicit,& emolumenta quæ ad ipsum solum pertinent,nec ullius respiciunt incommoditatem.*
10 *Priuilegium,quod non est contra ius commune,sed duntaxat contra priuatam legem seu statutariã,latissime debet interpretari.*
11 *Prædia ecclesiasticarum personarum de iure sunt exempta a collectis,& huiuscemodi grauaminibus,& similiter eorũ coloni.*
12 *Concessio alicui facta ad alterius similitudinem,idem censetur cōtinere,quod in altera continetur.*
13 *Declarationi factæ a legato pontificis, iussu & authoritate ipsius pontificis, ad aliquod priuilegium ab altero pontifice concessum,acquiescendum est.*
14 *Declaratio legati summi pontificis,facta ad aliquod priuilegium authoritate pontificis,quæ habuit effectum per triginta annos, & ultra amplius in dubium reuocari non potest.*
15 *Implementum unius sufficit ad ueritatem alternatiue.*
16 *Sermo priuilegij generalis,generaliter intelligi debet.*
17 *Sermo generalis generaliter intelligitur,etiam si maior ratio militet in uno casu,quam in alio.*
18 *Illatio non fit ex diuersis,& diuersam rationem habentibus.*

RESPONSVM CXXX.

¶An priuilegium immunitatis generaliter alicui cōcessum pro se,& omnibus suis descendentibus, & bonis tam præsentibus quam futuris &c.extendatur ad colonos partiarios,& ad bona in posterum acquisita.

INVOCATO diuino suffragio.¶Casus talis est,fuit concessa a Pio secundo pontifice maximo immunitas d. Iacobo Grato equiti, comiti,ac senatori meritissimo proauo, per hæc uerba motu proprio ex mera liberalitate, & ex certa scientia te ac domum seu progeniem tuam, cũ tuis & eorum hæredib.& successoribus, posterisq; tuis natis & nascituris, ac bona tua & eorũ pñtia & futura in ciuitate Bon.ac illius diœcesi & territorio, ubilibet existentia ab oīb.& singulis dacijs, tallijs,gabellis, erubotatijs,taxis, collectis,ac alijs onerib.ordinarijs,& extraordinarijs realibus,personalib.seu mixtis quibuscũq; nominib.cēseanē per eādē,uel eius legatos seu gubernatores,aut alios qñocũq; in spē uel in gñe impositis & īponēdis ad instar ecclesiarum seu personarum ecclesiasticarum in d.ciuitate, simili,seu potiori prærogatiua gaudentium authoritate apostolica de speciali dono gratiæ in perpetuum eximimus ac liberamus.deinde fuit impositum onus comitatiuis totius territorij Bononien.habito respectu ad quantitatem fundi quem colunt, soluant certam quantitatem pecuniæ pro quolibet pari boum, ita quod taxatum est per nunc modum,scilicet pro tali possessione colonus habet soluere tantam quantitatem pro uno pari boum habito respectu ad quantitatem fundi.ita quod si postea teneret duo paria boum non soluit nisi pro uno pari, ita quod non habent respectus ad numerum boum quos colonus tenet, scilicet ad quantitatem fundi quem colit.

¶Fuit etiam statutum per S. D. N. per hæc uerba quod omnis habitans in comitatu Bononien.super possessionibus ciuium qui sint exempti per decretum ipsis ciuibus concessum debeat soluere quartam partem illius quod soluere deberet si exemptio aut decretum aliquod non fuisset concessum:& subdit hæc uerba, uolumus tamen ut super his omnibus & singulis id fiat & limitetur quod per legatum nostrum aut quatuor a nobis deputatos de uoluntate & consensu ipsius legati fuerit deputatum & ordinatum,mandantes & decernentes quicquid per ipsum legatum,aut alios de eius uoluntate deputatos actum & ordinatum fuerit perpetuis futuris temporibus ab omnibus inuiolabiliter obseruari.

¶His sic peractis dum agebatur, an coloni descendentium domini Iacobi essent exempti ab illo grauamine boum &c.cum de colonis non erat facta specialis mentio in priuilegio, sed Iacobus prædictus & eius descendentes,ac eorum bona præsentia & futura erant exempta a quibuscunque grauaminibus,tam præsentibus quam futuris : ut in supra dicto priuilegio, legatus terræ cum deputatis habito.

¶Maturo consilio suprascriptum priuilegium approbauit & recepit,& in fidē manu propria supradicto priuilegio se subscripsit,ac proprio sigillo signari fecit, & per depotatis notarius eorũ se subscripsit,& ita omnes coloni descendētiũ.d.Iacobi fuerunt descripti in libris impositionum ut

exempti,& ut alij exempti quartā partē grauaminis ſol-
uere cęperunt,& cōtinue ſoluerūt,& ſoluūt ut exempti,&
ita ſemper tractati & habiti fuerūt, & ſunt:deinde cū de-
ſcendentes.d.Iacobi emerunt nonnulla bona,orta eſt diffi
cultas,an quemadmodum coloni exiſtentes ſuper bonis
poſſeſsis per dictos deſcēdentes tēpore grauaminis im-
poſiti ſunt immunes uirtute ſupradicti priuilegij,& ut cę
teri immunes ſoluunt quartā partem,ita coloni exiſtētes
ſuper bonis ex poſtea emptis & acquiſitis quocūq; tit.
1 ¶Et prima fronte uidebatur,ꝙ non,quia † inhęrendū eſt
uerbis priuilegij.c.porro. de priui. ſed in priuilegio non
eſt factum uerbum de colonis, ergo non cōpetit colonis.
nec dici debet hoc priuilegiū uirtute extēſionis colonis
2 competere,cum in priuilegijs † non ſit extenſio ēt ex idē-
titate rationis:ut per Ant. in c.ſane.de priui.Bal.in l.j.de
leg.& hoc uidetur decidi ex no.per Arc. Feli.& alios,in c.
3 nullus.de fo.cōp.ubi † priuilegium fori competens cleri
cis non extenditur ad colonos.
¶Corroboratur ex no.per Pau.Are.& mod. in l.ſcrinia-
4 rios.C.de teſt. mili. ubi uolunt † priuilegium conceſſum
alicui nō extendi ad eius miniſtros qui nō ſunt perpetui,
ſed ad tēpus,ſed ruſtici ſunt miniſtri ad tempus, ergo ad
eos aliquo modo extendi nō debet, & ita licet quo ad bo
na exiſtentia tempore impoſitionis uti exēpti coloni fue
rint admiſsi,non tamen per hoc admiſsio debet extendi
ad bona futura, cum extenſio in priuilegijs reprobetur.
¶Melius uero conſiderans determino contrarium.Et pri
mo,nam ſi huiuſmodi grauaminis natura recte conſide-
retur facile apparebit quod eſt impoſitum colonis habi-
to reſpectu ad quantitatē fundi, & per conſequēs ad por
tionem fructuū coloni ex fundo conſequendā, cum ſolū
quantitas fundi in taxando grauamine cōſideretur,& nō
numerus colonorum & boum exiſtētiū in fundo inſpicia
tur.ideo ſi numerus colonorum & boū exiſtētium in fun
do ſit magnus,quātitas uero fundi parua inſpecta quanti
tate fundi nō numero colonorū & boū grauamē imponi-
5 tur.ſed qñ habito reſpectu † ad fundum & quantitatem
fundi grauamē imponit̄ colonis, tunc ſi prędia ſunt exē-
pta,& ipſi coloni partiarij ſunt exempti. gl.ſingularis cō
muniter approbata,ut ibi per doc.in cle.1.de dec.in uer-
bo,excolendas.in fi.licet in hoc priuilegio ſpecialiter bo
na pſ̄entia & futura ſunt exēpta, ergo coloni quo ad gra-
uamina,de quib.ſ̄.non ſolum ſunt exempti ſi exiſtunt in
bonis tentis tp̄e impoſitionis,ſed etiā in bonis futuris,cū
ēt bona futura ſunt exempta, & ex hoc ſolo res ſatis clara
vr̄,ſed etiam hoc circumſcripto idem de iure eſſe dico &c.
6 ¶Secundo conſidero ꝙ coloni partiarij † ſint ſaltē lar-
ge ſocij.l.ſi duob.§.in cohęrēda. ꝓ ſoc.& ibi no. per Bar.
7 in l.ſi apes. §.j.de furt.ſed priuilegiū cōceſſum uni † tra-
hitur ad ſocium ipſius:ſecūdum Bal.in proę. ff.in antepe.
col.§.hæc autem tria.uer.no.ſocium.& in auth.habita.C.
ne filius pro patre.¶Item coloni ſunt miniſtri neceſſarij
& acceſſorij ad prædia ut ſint utilia, ſed priuilegium con
8 ceſſum uni extenditur ad miniſtros,& ideo † cōceſſum ho
ſpitali uel pauperib.extenditur ad miniſtros: ut per Old.
in conſ.11.Thema tale eſt. & per Ang. in proę. ffōrum in
uerſicu.itaque proculdubio.col.2.faciunt no.per Abb.in
c.quanto.in 3. notab. de cenſi. ergo cum ſint coloni ſocij
& miniſtri neceſſarij ut fertilia ſint prędia,& q̄a iſtud pri-
uilegium eſt magis beneficium,quam priuilegium,& la-
tiſsime debet interpretari & extendi ut demōſtrabo. ¶Se
quitur his trib. concurrentibus abſque ꝯdictione hm̄oi
priuilegium colonis competere , ꝙ autem priuilegiū de
quo agitur,ſapiat magis naturam beneficij,quam priuile
gij probatur:nam qñ princeps concedit illud q. ſuam uti
litatem tātum reſpicit ut emolumenta iſta quæ ſunt prin
cipis,cum id ꝙ non ſoluitur per exemptos tendit ad dam
num principis & non alterius:dicitur † beneficium prin-
9 cipis.& latiſsime interpretatur etiā largo modo ſumpto
uocabulo:ut per omnes in c.olim.de uer.ſigni. & late per
Iaſ.in l.fi.de conſt.princi.ubi per tres col. ad iſtud propo
ſitum allegat &c. ¶Item etiam ſi non concerneret ſolam
utilitatem principis,& eſſet priuilegium, adhuc dico,cū
iſtud priuilegium legem communem non priuat,ſed pri
uatam & ſtatutariam,cum huiuſmodi grauamina nō ſint
inducta a lege communi, ſed inuenta a Iulio ſecundo pō
tifice maximo,& eius legatis & aſſumptis, de quib.ſupra,
10 ſequitur ꝙ huiuſmodi priuilegium latiſsime † debet in-
terpretari:ſecundum Ant.in d. c. olim.& Iaſ.in d.l.fi.col.
14.de conſti.cum tunc priuilegium ſtricte interpretetur,
cū legē cōem priuat.ſecus ſi ſtatu.& loci priuatā,& his tri
bus concurrentibus caſus iſte vr̄ ſatis clarus & abſque cō
tradictione ſi recte dicta ſcribentium inſpiciantur,
¶Tertio probatur:nam per iſtud priuilegiū nō ſolū fue-
runt exemptæ perſonæ & prædia, tam præſentia quam fu
tura,ſed fuerunt exempta ad inſtar eccleſiarum,ſeu eccle
ſiaſticarum perſonarum,ſeu potiori prærogatiua gaudē
tium.ſed de iure prędia eccleſiaſticarum perſonarum ſunt
11 exempta a collectis & huiuſmodi † grauaminibus ut etiā
exempti ſunt coloni:ut uoluit Bar.in l.placet.in repetitio
ne,in fi.uerbis.C.de ſac.ſan. eccl. ¶Præterea & ſi colonis
eccleſiæ id non competeret ex quo dicit priori prærogati
ua gaudentium,& infiniti ſunt in hac ciuitate quorum co
loni ſunt exempti,& ita habēt potiorem prærogatiuam ,
12 idem dico:nam quoties aliquid † eſt conceſſum ad inſtar
alterius quicquid ei eſt conceſſum illi per huiuſmodi uer
ba cenſetur eſſe attributum ad abundanter tradita in l. 1.
de leg. 1.ergo cum hic ſunt exēpta prædia, & perſonæ co-
loni debent eſſe exempti ſicut ſunt coloni eorū qui in exē
ptione potiori prærogatiua gaudent, & ita per iſta uerba
potiori &c. caſus iſte uidetur clariſsimus.¶Vltimo cum
prę ſupponitur in facto ꝙ cum dubitabatur,an coloni per
iſtud priuilegiū eſſent exempti,cū eximat. d.Iacobum ac
eius deſcendentes ac eorum bona præſentia & futura ab
omnib.onerib.&c.& ſpecialiter colonos nō eximat ſupra
ſcriptus legatus & aſſumpti de regimine acceptarūt & ap
probarunt iſtud priuilegiū,& in fidē ſe ſubſcripſerūt, cū
appoſitione ſigilli,& ut coloni exēpti in libris dacij fue-
rūt deſcripti,& ita ſemper habiti & tractati per 30.annos
& ultra,dico certiſsimū eſſe colonos exēptos eſſe per d.
priuilegiū,nec de hoc amplius poſſe fieri uerbum, cum ſi
quid dubij reſtabat ꝙ per ſ̄.deducta , & alia quæ deduci
pñt non eſſet ſublatum fuit per ſupradictos legatum & aſ
ſumptos ad id deputatos,& habentes poteſtatem a ponti
fice declaratum per approbationem priuilegij, immo d.
declaratio fuit executa,cum in libris dacij coloni fuerūt
deſcripti & exempti,& ita ſemper debiti & tractati , & ſic
13 † iſta declaratio cui ſtandū eſt:ad no.in l.fi.de leg. cū uul.
transiuit in rē iudicatā per 30.ann.& ultra† amplius uer-
14 bum fieri non poteſt:ad no.in l.res iudicata de reg.iur.&
in l.j.quando prouoc. non eſt neceſ. & hoc eo magis eſſe
debet,cum pontificali priuilegio cautum erat quicquid
per legatum aut alios de eius uoluntate deputatos actū
& ordinatum fuerit perpetuis futuris temporib.ab omni
bus inuiolabiliter obſeruetur,ergo &c. ¶Præterea loquit̄
alternatiue de legato & c.aut de alijs deputatis,†ad cuius
15 ueritatem ſufficit implementum unius: ad no. in l.ſi quis
ducenta.§,utrum.de reb.dub.& hic copulatiue approba-
tio legati & aſſumptorum interuenit.& aduertendum eſt
ꝙ iſta approbatio non fuit reſtricta ad bona præſentia
tantum,& per ꝯñs ad colonos exiſtentes in bonis præſen-
tibus,ſed fuit facta ſimpliciter de toto priuilegio, ita ꝙ
ex ſui generalitate & proprietate comprehendit tam bo
na præſentia,quam futura , & ita colonos tam præſentes
quam futuros,& ſermo † generalis generaliter debet in-
16 telligi.l.j.§.& gñaliter.de leg.præſt.l.de precio.de pub.ēt
ſi materia ſit odioſa.l.in lege.de teſt. & ibi Are.& ſi ſit cor
rectoria.gl.in c.contra Chriſtia. de hære. in 6.per Alex.in
auth.ex teſtō.de colla. & ſi maior rō militat † in uno ca-
17 ſu quam in alio.l.ſ.§.ꝙ autem aleat.per Dec.in conſi.5.er
go fortius hic ubi nō pōt reddi ratio diuerſitatis,cur ma
gis uoluiſſent colonos præſentes eſſe exemptos ꝑꝑ bona
præſentia exempta quam colonos futuros eſſe exēptos ꝓ
pter bona futura exempta , & quia ſumus in priuilegijs q̄
ſapiunt naturā beneficij , & priuant legem ſtatutariam,
quibus caſibus ſit latiſsima interpretatio ut dixi.¶Et ex
hoc ultimo fundamento ſolo & ſaltem ex omnibus ſimul
iunctis liquidiſsime conſtat non ſolum colonos præſen-
tes,

tes,sed futuros existentes super bonis exemptis esse exemptos ab huiusmodi grauaminibus respicientibus quantitatẽ prædij,de quibus supra, uirtute priuilegij super hoc approbati,ut supra,& apparẽt resoluta fundamẽta in cõtrarium facta,uidelicet,ꝙ non est factum uerbum de colonis simpliciter in priuilegio,& in priuilegijs non fit extensio etiam ad ministros,quia nõ loquunt in priuilegijs quæ sapiunt naturam beneficij, & in quibus fit latissima interpretatio cum priuent tm̃ legem statutariam, prout sunt huiusmodi,sed in priuilegijs quæ strictissime interpretanẽ,& sunt ꝯ ius cõc. ¶Item non habent locũ qñ ministri sunt,saltem large socij, & prædia exempta sine illis essent inutilia,& etiam qñ priuilegium habet respectum ad quantitatem fundi, & per consequens ad perceptionem fructuum,& prædia sunt exempta. ¶Item non loquuntur qñ illa priuilegia essent approbata, & recepta, ac missa executioni quo ad colonos, & ministros, ut fuit in hoc casu,& ita loquũtur in diuersis terminis diuersam
18 rationem habentibus,† & ideo non potest inferri de uno ad aliud.l.papiuianus exuli.de minorib.l.fi.de calumniatorib.& licet tm̃ fuerint descripti colõi in libris dacij quo ad bona præsentia,per hoc tñ non tollit quin superueniẽtibus nouis bonis noui coloni super illis existentes non sint exempti, cum in dicto priuilegio sint exempta bona tam præsentia quam futura, & quo ad omnia fuit approbatum & receptum priuilegiũ ab habente potestatẽ stante dubio super colonis per ea quæ supra dicta sunt,non repeto:nam futuri non fuerunt descripti,quia tũc nõ erãt, & descriptio in libris dacij fit tm̃ de præsentibus qui soluunt quartam partem,& in alijs tribus sunt exempti.

¶Vt supra ꝯclusum est iuris esse dico, & consulo ego Hieronymus Gratus.V.I.D.minimus,in quorũ fidem me subscripsi ac signaui salua semper saniori sententia.

¶Andreas Alciatus Iureconsul.subscripsi,& subsignaui.

¶Ego Vincentius Salutiolus Ochius subscripsi, & subsignaui saluo semper saniori iudicio. Laus Deo.

¶Idem dico ego Augustinus Berous qui subscripsi, & signaui saluo aliquo meliori iudicio.

¶Idem dico, & indubitati iuris esse censeo,ego Augustinus Iãnetus episcopus Sebasten.uicarius,& suffraganeus Bonon.& ideo me subscripsi, cũ parui soliti sigilli impressione,iudicio saniori semper saluo &c.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Annus a natiuitate domini incboari debet.*
2 *Proximus ille est quem nemo præcedit.*
3 *Dispositio loquens de aliquo tempore,de primo intelligi debet.*
4 *Consuetudo attenditur utrum annus incipiat a natiuitate,uel ab incarnatione.*
5 *Ianuarius est principium,& ianua anni.*
6 *Annus ex forma statuti Bonon.incipit a calendis Ianuarij.*
7 *Contrahentes cum dispositione statuti se confirmare uidentur.*
8 *Pensio de iure non debetur nisi in fine anni,& post fructus recollectos.*
9 *Testator legando pensionem domus uidetur legare,prout de iure solui debet.*
10 *Contrahentes de mense Octobris,uolentes fieri solutionem pensionis in natiuitate domini,uidentur in dubio intellexisse de natiuitate quæ uenit post recollectionem fructuum.*
11 *Actum inter partes id uidetur quod est de natura contractus.*
12 *Contractus & dispositiones,secundum ea quæ uerisimilia sunt iudicantur.*
13 *Consuetudo adest Bononiæ, ut pensiones soluantur post fructus perceptos.*
14 *Contractus interpretatur secundum loci in quo celebratur consuetudinem.*
15 *Contractus a consuetudine contrahentium recipit declarationem.*
16 *Interpretatio in dubio contra locatorem fieri debet.*
17 *Intentio contrahentium uerbis contractus præfertur.*
18 *Communi opi.non statur,quando adest tex.contra illam.*
19 *Doctori non creditur nisi quatenus dictum suum probet.*
20 *Opinio glo. cum qua concordant aliqui docto. est censenda communis.*

RESPONSVM CXXXI.

¶An annus incipiat a natiuitate domini, an a prima die Ianuarij,uel ab incarnatione, & qualiter contractus interpretentur.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Nobilis uir Scipio de Elefantutijs locauit omnia bona sua Francisco de Maluasia per nouem annos de mense Octobris. 1528. pro certa mercede soluenda pro dimidia parte in festo natiuitatis proximę anni 1529.pro alia in festo paschatis, & ita iurarũt. ¶Quæriẽ an d. Franciscus teneatur soluere in uigilia primę natiuitatis uel secundæ, & sic an annus incipiat a natiuitate dñi,tum de iure tum ẽt ex consensu partium, an uero a prima die Ianuarij uel ab incarnatione. Et primo vr̃
1 ꝙ incipiat a natiuitate, † cũ sit nouus Rex, noua lex,ergo est nouus annus,& per istam rationem ita tenet Specu. in tit.de instr.edit.in prin.in 3. col. quem refert, & sequitur gl.in uerbo,ex tempore.in cle.j.de sum. trini. & fide cath. & hoc uoluit Bar.in l.libellorũ. de accu. & sic istud est de iure.probaẽ etiam esse de intentione partium, quia in instrumento istius locationis dixerunt in proxima natiuita
2 te,† sed ille est proximus quem nemo præcedit. l. proximus.de uerb.signi.ergo intelligitur de prima natiuitate.
3 † immo quoties fit mentio de aliquo tempore intelligiẽ de primo:arg.no.in l.eum qui calendis.§.quoties.de uer. obli.l.boues.§.hoc sermone.de uerb.signi. ergo & si istud uerbum proxima,nõ fuisset:expressum,intellectum fuisset de prima,fortius debet intelligi in casu nostro in quo expressum est. ¶His non obstantibus ꝯrium puto in casu nostro,quia ꝙ annus incipiat a natiuitate,uel ab incarna
4 tione, in hoc † attenditur consuetudo. Nam aliqui incipiunt uno modo,alij alio,ſm Alex.& scribentes in l. de diuisione. in nota. soluto matrimo. sed in casu nostro contrarij agentes non probauerunt consuetudinem uigentẽ pro se,ergo iudex cum habet iudicare ſm consuetudinem quę uario modo se habet,& pro reo & pro actore,& actor suam consuetudinem non probauit pro reo in dubio iudicare debet.l.arrianus.de actio.& oblig.& præsertim cũ reus habeat pro se consuetudinem Bononiensem esse, ut annus a calendis Ianuarij incipiat, maxime quo ad affictus præstandos ratione perceptorum fructuum.
¶Secundò probaẽ hoc de iure esse. c.ieiuniũ. 76. dist. ubi
5 Hieronymus dicit ꝙ † Ianuarius est principium, & ianua anni,& ponit ethymologiam cui standum est, nisi lex expressa repugnet:ſm Bar.in l.omnes populi.de iust.& iure, sed non inuenitur lex in contrarium:ergo &c.& est glo.in rub.de indict.libro .o.& ibi Bar.qui eam sequitur quę loquitur de incarnatione. ¶Tertiò hoc probaẽ, quia est de iure statutario,& ex forma statuti Bononiensis, ꝙ an
6 nus incipiat a † calendis Ianuarij:ut probatur in statuto posito sub rub.de instrumen.& actio. in script. redig. ubi dicit ꝙ singulo anno notarius debet facere unum librum pro toto anno inchoando a calendis Ianuarij, ecce ꝙ de
7 forma statuti annus incipit a † Ianuario, cũ quo iure statuti partes se uidentur confirmare.glo.in l. Gallus.§.j. de liber.& posthum. & ibi Soci. & alij,Bar. & Alex. in l.hæredes mei.§.cum ita.ad treb.per Bar.in l.uxorem. in §.j.de
8 leg.3. ¶Quartò probaẽ: nam de iure est ꝙ † pensio non debeaẽ,nisi in fine anni post fructus recollectos.gl.& docto.in l.edẽ.C.loca.per Imo.et doct.in l. diuortio.in prin
9 cip.solu.matr. adeo ꝙ testator legando pensionem † domus vr̃ legare,prout de iure solui debet:ſm Barto.in l.habitationis.de usufruc.lega.ergo isti contrahentes de mense Octobris

se Octobris uolentes, ꝙ fiat solutio in natiuitate domini. 1529. uidentur in dubio intellexisse de natiuitate quæ ue-
10 nit post recollectionem fructuũ, & † sic ꝙ annus incipiat a Ianuario, uel ab incarnatione dñi, alias ante quam aliquos fructus colligerent, soluerent ꝙ non est de iure, & in dubio uidentur se confirmare ad dispositionem iuris: ut dixi supra. ¶ Item est de natura locationis: ut in dicta. l.
11 edem. not. sed illud ꝙ est de natura ↄtus † vr̃ actum esse inter partes: s̃m Bar. in l. semper in stipulationibus. de reg. iur. & not. in l. cum quid si cer. peta. ¶ Item non est uerisimile ꝙ conductor uelit soluere, antequam aliquos fructus recepit: ↄctus uero & dispositio iudicãtur s̃m ea quæ
12 † uerisimilia sunt, & ista coniectura præfert̃ cæteris: s̃m Oldr. in consi. 95. ex forma istius statuti. Dec. in l. in contrahenda. de reg. iuris. ergo &c. & consuetudo est hic, ꝙ
13 pensiones soluantur post † fructus recollectos: & ↄctus in
14 terpretatur s̃m † consuetudinem loci. l. ꝙ si nolit. §. qui assidua. de ędi. edic. l. si fundus euic. l. si prius. §. placuit. de aqua plu. arcẽ. Bar. in l. fi. in prin. de his quæ in frau. cred. ¶ Item probatum est consuetum esse dominum locatorem ita hæc bona locare, & pensiones his temporibus qui
15 bus reus soluere intendit recipere, sed a cõsuetudine † ↄhentis declaratur contractus. l. uel uniuersorum. de pig. actio. l. semper in stipulationibus. de reg. iur. in l. si seruus plurium. §. fi. de lega. j. ergo &c. & facit ꝙ in dubio debet fieri interpretatio ↄ locatorẽ. l. Labeo scribit. de cõtrah.
16 empt. l. in ↄhenda. de † reg. iur. ¶ Ex his omnibus saltẽ simul collectis partes iudicis esse constat ꝙ. d. Franciscus non teneatur soluere, nisi in natiuitate quæ uenit post fructus recollectos, & sic ꝙ annus non incipiat a natiuitate domini, sed a Ianuario uel ab incarnatione, & hoc saltem si non de iure cõi, tñ ex forma statutorum, & ex intentio-
17 ne partium quæ præfertur † uerbis: ut inquit tex. in l. fin. C. quæ res pig. obli. poss. l. in conuentionibus. de uerb. signi. l. promittendo. de iure dot. ergo fortius hic, ubi uerba non repugnant ex consuetudine locantiũ, & etiam ex consuetudine istius locatoris. in his proprie rebus locatis pręsentis casus decisio satis clara redditur. ¶ Nec obst. adducta in ↄrium, & primo ꝙ annus incipit a natiuitate s̃m Spec. & Bar. in locis. supra allega. quia dicunt ↄ tex. in d. c. ieiunium. nec est curandum de ipsorũ authoritate in isto casu, cum in ↄrium est tex. in d. c. ieiunium. nec sit tex. qui
18 stringat pro ipsis: & hoc casu non statur communi † opi. s̃m omnes in c. j. de consti. & merito, quia non creditur
19 docto. nisi quatenus † dictum suum probet. l. illã. de colla. & plene not. in l. j. si certum peta. ubi dixi, & tantò minus hic cum in ↄrium sit gl. in dicta rub. de iudic. & authoritas gl. præfertur authoritatibus doct. ut dicit Bal. in l. ut uim. de iusti. & iure. Bal. in c. j. in prin. in titu. Imperator Lotharius. & dr̃ cõis opi. qñ cum ea concordant aliqui, scilicet Bar. ibi, & alibi alij, Iaco. But. in l. j. C. qui pro sua iurisdi. ꝙ quoties cum gl. concordant aliqui doc. illa
20 † opi. est cõis: & plura de authoritate gl. ponit Ias. in l. ut uim. col. penul. de iusti. & iure. ¶ Nec obst. ꝙ in ↄrium vr̃ gl. in cle. j. de summa trin. quia illa gl. nihil determinat. & licet referat Spec. tamen non eum approbat, sed refert ut uideatur quot modis incipiat annus, secũdum uarias opi. & hęc sint dicta magis ad demonstrandũ illam cõem opi. esse debilem, & uti debilem consuetudinem statuto partium, conuentione, ac mente uerisimili non obseruatã fuisse, quam quod pro nunc determinem contra eam in puncto iuris: nam de hoc me remitto his quæ in lecturis dixi, ex alijs autem satis constat ↄctum ita interpretandũ esse, & ex his tollitur uerbum proxima, & quod intelligit̃ de prima, quia illa est proxima, id est prima natiuitas habito respectu ad illum annum. Laus Deo.

¶ Ita de iure respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Non soluens canonem, quando præiudicet in sequentibus uocatis in concessionem.*
2 *Sali. opi. uidetur æquior, & melior in puncto iuris.*
3 *Negligens in soluendo canone, tacite uidetur emphyteusim alienare contra sequentes.*
4 *Emphyteuta non potest in præiudicium sequentium expresse alienare emphyteusim secundum communem opi. & illam extendit ad tacitam.*
5 *Emphyteuta renunciando expresse emphyteusi ad fauorem ecclesiæ, non potest præiudicare sequentibus.*
6 *Nemo debet ex facto alterius prægrauari.*
7 *Opi. doct. distinguentis in iudicando, & consulendo sequenda est, quando hincinde sunt opiniones.*
8 *Lata culpa æquiparatur dolo, ubi agitur de commodo pecuniario.*
9 *Dolus ex coniecturis probatur, & aliquas coniecturas ponit.*
10 *Clausula saluo iure: ut puta Iacobi posita in secunda inuestitura reseruat ius ex prima.*
11 *Verbum saluare, præsupponit iuris existentis conseruationem nõ nouam acquisitionem.*
12 *Interpretatio sumitur in dubio ut dominus remittat caducitatem.*
13 *Inuestitura secunda ex fraude habita, non præiudicat primæ, & in dubio ita interpretatur.*
14 *Hæredis mentio, licet non sit facta in inuestitura secunda, tamen continetur, maxime quando se refert ad primam, in qua continebatur.*
15 *Verba ista ut quis stet in patrimonio intelliguntur ut sit hæres.*
16 *Verba ut conseruet domum relata ad fœminam quomodo intelligantur.*
17 *Verbum domus, uarijs modis capitur, & aliquando significat gentes eadem arma portantes.*
18 *Verba inuestituræ stricte intelligenda sunt.*
19 *Verbum una, nec proprie, nec improprie se habet ad duo.*
20 *Ecclesiæ interest ut pauciores personæ comprehendantur in inuestitura.*
21 *Regula. l. tale pactum. §. fi. de pact. non procedit quando fit præiudicium alteri.*
22 *Incertitudo est causa ut nullus admittatur, uel lis sorte dirimat̃, uel in feudis ut sit locus gratificationi.*
23 *Verbum pro una, intelligitur de primogenita in emphyteusi.*
24 *Verba intelliguntur de primo actu.*
25 *Vna pars inuestituræ declarat aliam.*
26 *Argumentum de feudis ad emphyteusim non ualet.*
27 *Dominus potest feudum legare in præiudiciũ uasalli, secus in emphyteuta.*
28 *Consuetudo est stricti iuris, nec excedit proprios facti terminos.*
29 *Coniectura colligitur ex sequentibus & præcedentibus.*

RESPONSVM CXXXII.

¶ An per non solutionem canonis fiat præiudicium sequentibus. Et an secunda renouatio possit præiudicare primę. Item quomodo intelligantur ista uerba pro una ex fœminis quæ stet in patrimonio, ubi multa noua, & subtilia.

INVOCATO diuino suffragio. ¶ Et si præsens casus sit rarissimus, & difficilis, propter uerba personis non competentia, attamẽ pro ut iuris mihi esse uidebitur me breuiter absoluam. ¶ Et quo ad primum, quo quæritur, an Marinus filius Syluestri stipulantis emphyteusim &c. non soluens
1 † canonem alijs sequentibus uocatis in stipem dicti Syluestri potuerit pręiudicare, & si multi tenuerint ꝙ sic: de quibus in l. adoptiuum. §. fi. de in ius uoc. & in l. eum qui. de interdic. & releg. & in auth. quas ruinas. C. de sacrosanc. eccl. alij uariarunt, ut fuit Specul. in tit. de loca. §. nunc aliqua. multi quoque tenuerunt ꝙ non potuerit præiudicare: ut per Io. And. post Odof. quẽ sequitur in dicto. §. nunc aliqua. in addi. ad Spec. in 2. qõ. adde ꝙ Alex. in consi. 79. Vtrum emphyteusis. colum. 4. uolu. 5. hincinde recitauit opi. & expresse se non firmauit, licet uideatur tacite inclinare in opi. Ioan. Andr. quod non poterit præiudicare ex eo quod illam opi. ultimo loco recitat: arg. gl. in l. qui filium. §. Sabinus. ad Trebel. & propter illa uerba posito ꝙ uerum esset &c. tamen uidetur æquior, & melior opi. Sali.
2 † de qua in l. 2. uersic. septimo quæro. C. de iure emphy. & ibi

ibi Ias.char.10.col.2. scilicet ꝗ aut fuit primus stipulans qui non soluit,& potuit præiudicare, & ita procedat prima opi.quantuncunque nonnulli dictæ primæ opi.loquātur etiam de secundo : ut Bar.in d.l. eū qui. Aut fuit filius primi stipulantis,qui non soluit,& tunc sequentibus non potuit præiudicare.& ratio fundamentalis est, quia ipse non fuit causa beneficij,ergo non potuit sequentes excludere a beneficio iuribus uulgarib. ¶ Item quia si bene possunt nocere non soluendo,sed alijs minime quibus ius est quæsitum iam ab alio.regula, res inter alios acta &c. & regula,pœna tenet suos authores, cum simi. & quia cū
3 sit † negligens in soluendo, scilicet negligendo, tacite vr̄ alienare:arg.l.alienationis uerbum. de uerb. signific. sed
4 expresse non potest alienare † in præiudicium sequentiū: prout est cōis opi.de qua per Alexan.in consi.106.& 107. uol.4.ut ibi ipse attestatur,& sequitur Dec.ita attestando in consi.239.col.4.si ergo expresse non potest alienare,ergo nec tacite, cum taciti, & expressi idem sit iudicium.l. cum quid.si cer.peta. & maxime cum militet utroque casu eadem ratio:ut not.in dicta.l.cum quid.nam ratio est, ut dixi,quia ex quo ipse non fuit causa acquisitionis, nō debet posse præiudicare alteri,in iure quęsito ab alio.quę ratio militat, ita in præiudicio tacito, sicut in expresso, ergo idem ius : & si ita est in expresso magis debet esse in tacito,cum expressum sit fortius tacito: ut not. in l. cum filio.de uulg.& pupil.per Ias.& alios in d.l.cum quid.ubi dixi. ¶ Secundo pro ista parte adduco ꝗ uoluit Ange. Paul.Imo.Alex.Are.Ias.& communiter doct. in l.apud iulianum.§.si quis alicui.de leg.j.quos sequitur Cur.in ꝯsi. 25.& in consi.55.& Alex.in consi.22.lib. 5.ubi renuncian
5 do † expresse ad fauorem ecclesię non potuit pręiudicare sequentibus quibus erat ius quæsitum.ergo nec tacite,cū potentius sit expressum quam tacitū:& ista opinio debet teneri tanquam æquior:cū regula sit, ꝗ ex facto alterius
6 † nemo debet prægrauari.l.si quis in suo.§.legis.de inofficio.testamen.& istam opinionem vr̄ amplecti Alexan.in consi.117.Viso processu.col.fi.uol.5.ubi dicit ꝗ ideo pater stipulans non soluendo, potuit præiudicare filijs,quia fuit primus qui recepit, ergo cessante ratione sentit ꝗ si non fuisset primus qui recepit ꝗ non poterit præiudicare,& Alex. semper qn̄ consuluit ꝗ quis non soluendo potuit præiudicare,loquitur in primo stipulante,ut in consi. 120.in j.col. uol.5. cū simi.& casu quo diceret ꝯrium,male diceret per supradicta,& facit dictum Sali.in l.filiæ cuius.famil.ercis.communiter approbatum,ꝗ qn̄ hincinde sunt opi.in iudicando,& consulendo, est sequenda opin.
7 doct.distinguentis,† ergo opi. Sali. de qua supra . uerum quia hic Bono.in pluribus partibus repugnat consuetudo,& fundamenta ista non satisfaciunt,in totum,licet nō fuerint considerata,propterea non auderem per supradicta tn̄ tenere opi.Sali. & alias consului ꝗ non solum primus,sed & secundus pōtest præiudicare sequentibus, & tenui opi.Bar.in l.3.de interdict.nonnullis accedentibus qualitatibus propter quas principaliter consului quæ nō adsunt in casu isto,& ita in diuersis casibus diuersum reddidi consilium ut in responso,ex quibus nouiter dilucidatur iste articulus.Nam hic potissime moueor, & dico , ꝗ & in casu isto potuisset præiudicare nisi unum particulare ad casum istum occurreret, ꝗ iste nō soluit in fraudē, quo casu nullus admittit eum præiudicare potuisse:ꝗ autem in fraudem hoc fecerit patet, quia facit non soluēdo illud ꝗ nullus fecisset: unde est in lata culpa. l.lata. ff. de uerbo.signifi.& declarat Bar.in l.ꝗ nerua.depo.col.8. &
8 † ista lata culpa ęquiparatur dolo,cum agitur de commodo pecuniario, & non de pœna corporali, uel infamia.l. j.§.non autem.si quis testa. liber esse iussus fue. l. j.§. j.si mensor fal.mod.dixe.not.Bar.in d.l.ꝗ nerua.depo.colu. 8.cum simi.si ergo fecit illud non soluendo, ꝗ nullus pro ut cōis hominum natura desiderat, fecisset, ergo fuit in culpa lata, & per consequēs in dolo ratione æquiparationis . Idque maxime non solum probatur ex eo quia non soluit, sed ex uerbis suis,dū domino requirenti ut soluat, respondit se nolle soluere,& pecunias in marsupio paratas demonstrauit ei, ac ꝗ peius est,dixit ꝗ non curat, & si eum prnnunciat cecidisse deinde postea renouauit, ut mihi in facto præsupponit,ex quibus non solum lata culpa,sed uerus dolus colligit̄. ¶ Secundo probatur ꝗ fuerit in dolo,quia fecit se renouari, & nō fecit prout erat in prima inuestitura prout facere poterat, & debebat : ex quo manifeste colligit̄ ꝗ iste non potest dicere ꝗ ceciderit sine dolo suo,& fraude, & non animo fraudandi alios uocatos in dicta inuestitura,quia si ita non esset,cum sibi sit concessa renouatio, & potestas purgandi moram damnū ꝗ ex negligentia sua obuenerat recuperasset renouando,
9 prout continebat̄ in prima:unde ista est coniectura † uehemens, ꝗ dolo ceciderit:nam dolus ex coniecturis & indicijs probatur.l.dolum.cum materia.C.de dolo.ergo dicendum est,ꝗ actione de dolo tenetur sequentibus, & nō potuerit hoc casu præiudicare sequētibus,& casu quo potuerit tenetur resarcire de suo: unde omnimodo habebit restituere bona,uel saltem æquiualens,& interesse,& dolo interueniente : teneo non potuisse præiudicare, alias me remitto ad id ꝗ dixi in cōsi. præterea. ¶ Tertiò ex qualitate personarū probatur dolus,& machinatio,inter dominum,& istum emphyteutam,adhibitam fuisse ad excludendum sequentes:nā hi erant ante & post amicissimi socij,& simul negotiabantur,& dominus tenebat pecunias emphyteutę,ꝗ apparet,cum post caducitatem,& renouationem factam ꝗ probatur ex processu producto:ubi dominus exegit ab eo quandam quantitatem pecuniæ depositam,ante declarationem caducitatis: nam ex istis circunstantijs satis constat de dolo:argu. eorum quæ ponūt docto.post Bar. in l.post ꝯtum.de donationib.& hoc locum sibi uendicat,præsupposito ꝗ uerba inuestituræ necessario præiudicēt sequentibus,& pręiudicare intendāt. sed credo per secundam inuestituram non fieri præiudi-
10 cium Iacobo,cum in ea fuerunt apposita † hæc uerba,saluo tn̄ iure hoc, ut nō præiudicetur Iacobo fratri tuo &c. quæ uerba denotant, ꝗ renouans non vr̄ uelle discedere a prima inuestitura,sed potius illam approbare, saluare, & confirmare : nam si illam non approbaret saluum non potuisset esse ius Iacobo:nā Iacobus, ex inuestitura secunda non habet ius,quia non fuit stipulatum pro eo,ergo necesse est ꝗ intelligatur ex prima:immo uerbum saluo,prę
11 supponit † ius acquisitum renouari,& non de nouo concedi:ut de se patet. ¶ Item dicit ut non præiudicet̄ &c.ergo præsupponit ius præcessisse,cū alias ei præiudicari nō posset,cum non entium nullæ sint qualitates.l.si pupillus de acquirenda hæreditate. si ergo uult ius saluari, & non pōt intelligi ius cōpetens ex secunda inuestitura,ergo approbat primam inuestituram , cum sine ea aliter saluū esse non potest:arg.tex.in l.2.de iurisdi.omn. iudi.l.cū oratio.de spon.l.illud.ad leg.aquil. cum concord. de quibus ubi qui uult aliquid vr̄ uelle illud omne,sine quo illud esse non potest,& bene facit,quia lex adiuuat semper istam interpretationem ut quis non cadat a iure suo , & domi-
12 nus sibi remittat † caducitatem, & ideo per solam receptionem affictus dr̄ remisisse, licet necessario nō includat remissionem:ut plen. no.in l.2.de iure emphy. ¶ Quartò fortius per hæc uerba quæ hoc necessario includunt, immo ꝗ per secundam renouationem, non potuerit præiudi
13 cari primæ † inuestituræ per prælatum , qn̄ ex fraude primi fiebat pręiudicium sequentibus, & capiatur coniectura ꝗ non præiudicetur,& ita iudicetur.uoluit,& principaliter consuluit Corne.in consi.74.de duobus. colu.2. cum seq. uolu. j. & licet sit dictum de Iacobo,tn̄ intelligit̄ etiā
14 de † hærede Iacobi.l.ueteris.C.de contrah.& cōmit.stip. l.pactum.de pact.not.Bald.in l.j.quorum lega.intelligendo tn̄ de filio,uel filia,ſm consuetudinem ecclesię,& maxime cū se referat ad inuestituram , necessario ut dixi supra , quę expresse continebat filiam hęredem, & stantem in patrimonio. ¶ Vnde omnibus istis consideratis profecto concludendum est, cum sit aliquod dubiū inter doct. an secundus potuerit pręiudicare sequentibus non solum do canonē ꝗ hoc casu non potuerit sine difficultate pręiudicare nec præiudicauerit . ¶ Quo ad aliud quo quærit̄ quomodo intelligant̄ illa uerba pro una ex fœminis quę in patrimonio stet,& domum conseruet.Breuiter dico,ꝗ uerbum

15 uerbum † stet in patrimonio, intelligitur in hæreditate, & sit hæres.l.cogi.ad senatusconsul.Trebellia. cū concor.
16 ¶ Item illa † uerba,& conseruet domum, cum sint relata ad fœminam, uidentur intelligi ſm qualitatem personæ ad quam referunt.l.plenum.§. æquitij. de usu & habi. sed fœmina non est de domo, nec agnatione, nisi quousque uixerit.l.fi.& ibi not.de uerb.signi.& not.in l.uoluntas.C. de fideic. ergo intelligit ut conseruet eo modo quo pōt. ¶ Nec obst. ꝙ adsit uerbum conseruet,ꝙ denotat perpētuitatem,quia ex qualitate personæ, & actus,perpetuitas restringitur usque ad mortem:argu.tex.in l.j.ff.pro socio cum ibi plene nota. ¶ Secundò dico, ꝙ ista uerba debent capi hoc modo ut sapiant perpetuitatem, ꝙ vr̄ uoluisse desiderare ipse stipulans,scilicet,ꝙ uerbum domus.
17 † capitur uarijs modis:ut not. in l.j. ad sylla. & per Corn. in consi.50.uol.j.& inter alia capitur pro pluribus deferē tibus eadem arma,& signa, & nomen, licet non sint consanguinei,uel agnati:ut ex tex.in c. j. de schisma.unde testator vr̄ uelle,ꝙ illa mulier quæ geret arma,& nomen suę agnationis, illa si sit hæres succedat in emphyteusim, & tunc conseruabit domum,quia nomen, & signa domus portabit illa mulier, & ita uidimus factum in quampluribus partibus Italiæ.& maxime Senis in nobilissima,& pōtificia familia illorum de Picolominis, ut est notorium, de qua cum reuerentia facio uerbum, cum illius familiæ Pius.2.pontifex maximus Iacobum Gratū abauum meū tunc senatorem Bononiensem,& de republica benemeritum militem,ac comitem, ipsum ac omnes eius descendē tes creauit,& omnes in infinitum, ab omnibus uectigalibus,& oneribus, præsentibus, & futuris immunes fecit. nonnulla quoque iurisdictionalia concessit,iam sunt fere centum anni. ¶ Consulo ergo ꝙ hæc mulier ita faciat ut sibi illa uerba optime ꝯueniant, nec aliter melius possunt conuenire, sed oritur difficultas, quia duæ sunt fœminæ hæredes institutæ a patre, & sic quæ stant in patrimonio, & eo modo quo diximus supra conseruant domū seu conseruare possent,& tñ in inuestitura est facta stipulatio pro una;& propterea vr̄ dubium, an ambæ sint admittendę,
18 & si una quæq; illarū: & puto ꝙ una tm̄, quia ita † dicit inuestitura quæ stricte debet intelligi.l.quicquid astringē dæ.de uerb.obliga. & si singularis numerus non uerificat̄
19 in duobus,nec uerbū una, ullo † modo se habet ad duo, nec proprie nec improprie,quo casu nō pōt exponi ꝓ eo: arg.eorum quæ ponit Pau.de Cast.in l.in ambiguo.de rebus dub.unde uerba inuestituræ non competunt duabus: ergo nec eius dispositio.l.4.§.toties.de damno infec.nec. ista interpretatio potest fieri,cum tendat in prejudicium
20 ecclesiæ,nam interest † ecclesiæ ut una tantum ueniat, & non duæ, cum facilius emphyteusis reuertatur ad eam, & pro ecclesia est pronunciandum. l.sunt personæ.de reli. & sump. fune. & pro promissore. l. ueteribus. de pac. & per Alex.in d.l.quicquid astringendę. ¶ Nec obst.coniectura
21 † de qua in l.tale pactum.§.fi.de pact. quia non procedit ubi fit præiudicium alteri:ut not.ibi,& ita tenendo, prout nunc teneo, dubitatur quæ istarum fœminarum admit
22 titur,& licet uidebatur ꝙ nulla admittat̄ ratione † incertitudinis,per tex.in l.qui non soluendo.de hære. institut. uel ꝙ forte dirimatur:arg.tex.in l.3.C.commu. de leg. §. optionis.insti.de leg.l.hæredes.§.si incerto.ff.fami. ercis. cum simi.uel ꝙ sit locus gratificationi dn̄i, prout in simi. q.in feudo respōdet Bal.in c.j.in §.& quia uidimus.in ult. col.qui feud.dare possunt.ubi dicit istā opinio.esse æquiorem per illum tex.ibi,quem dn̄s uoluerit.sequit̄ ibi Laud. & Alua.in c.j.de eo qui sibi & hęr.suis mas.uel fœmi.in fi. in hoc tñ casu difficili,circunscriptis opi.superioribus,& considerationibus determino in pari casu in quo utrique æqualiter uerba testamenti conueniāt intelligi debere de
23 primogenita,prout † in terminis. q.Bal. multi tenuerūt: argu.regulæ.l.boues.§.hoc sermone.de uerb.signi.c. non pōt.§.j.de præben.in 6.ut in specie per Cur. in trac. feud. in 3.parte.17.q.per Alex.qui cumulat multa uulgaria circa.d.§.hoc sermone.in consi.16.breuiter.in.4.uol.facit cō sil.Roma.48.in proposita.ubi legatum pro prima maritā
24 da † non intelligitur pro prima quæ nupserit,sed pro primogenita, & istud speciali ratione, qua in inuestitura in masculis semper primogenitum prædilexit, ergo quo ad
25 caput fœminarum, cum † una pars inuestituræ declarat aliam.l.utrum.de peti.hæred.l.si seruus plurium.§. fin.de leg.j.nec ratio diuersitatis potest reddi magis in uno,quā in alio:in his terminis,ergo &c.l.a titio.de uerb.obli.nec dictum Bar.& sequacium,per dictum.§. & quia uidimus. repugnat,cum loquat̄ in feudis:nos autem in emphyteusi
26 ecclesiastica:& argu.de feudo ad † emphyteusim non procedit,saltem affirmatiue, scilicet cōcessum est domino feudi hoc ergo & dn̄o emphyteusis concessum est,per tex.ubi Bald.in c.j.§.ad hæc.in 5.col.de pace iura. firman.uolentis dispositionem illius capituli cōcedentis dominū pos-
27 se † legare feudum pro anima non habere locum in domino ꝯ̄ emphyteutam, & etiam idem est respectu conducentis:ut per plura attestatur hanc esse cōem opin. Curt.in d. tract.in 2.parte.in 3.q.princip.& merito quia consuetudine inducta sunt iura illa,& consuetudo tm̄ operat̄ quantū
28 habet de usu.ita ꝙ proprios facti † terminos uti stricti iuris non excedit.c.quo ad translationem.ubi Panor.& alij de offic.delega.Bar.& alij in l.post dotem. in antepe. col. sol.matri.per Are.in consi.44.Proposita consultatione. ¶ Præterea in hoc casu ex præcedentibus,& ex alia parte
29 inuestituræ,& concessionis,apparet de intentione,& uoluntate concedentis, quæ ratio cessat in dicto. §. & quia. ergo & per istam considerationē respondetur ad omnia quæ considerata fuerunt:nam ut incerta non debet uitiari nec forte dirimi, cum ex præcedentibus declaret̄ meus disponentis,quo casu illa nō uendicant sibi locum: ut nota.in dictis iuribus,non transscribo. Laus Deo.

¶ Ita de iure respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta alienans sine consensu domini cadit a iure suo.*
2 *Emphyteuta uendens irrequisito domino, & reemens non euitat pœnam caducitatis.*
3 *Dominus debet preferri cuicunque alteri in bonis emphyteuticis soluendo precium.*
4 *Emphyteuta iure naturæ, & remunerationis, & rei connexitatis,tenetur domino magis quam alteri.*
5 *Vsusfructus natura est ut reuertatur ad proprietatem.*
6 *Iudex non uidetur posse præiudicare domino,quod declara ut infra.nume.9.*
7 *Iudicis factum existimatur factum partis.*
8 *Confiscatio bonorum nō præiudicat dn̄o in bonis emphyteuticis.*
9 *Bona emphyteutica inuito domino,& eo nō requisito possunt per iudicem alienari seu adiudicari a creditoribus.*
10 *Alienatio necessaria non potest fieri in eo, de quo conqueri potest dominus.*
11 *Rei emphyteuticæ non potest fieri in potentiorem alienatio.*
12 *Bona emphyteutica absque dubio creditoribus assignari possunt quando non adsunt alia bona.*
13 *Item pro tempore uitæ naturalis emphyteutæ.*
14 *Dominus non debet audiri si uult offerre precium creditoribus quibus iam bona sunt assignata.*
15 *Ius quæsitum lege permittente auferri non debet.*
16 *Iura quæ uolunt emphyteutam nō posse uendere,nisi requisito domino sunt exorbitantia.*
17 *Quilibet dominus potest ad libitum rem suam uendere.*
18 *Iura exorbitantia stricte intelliguntur.*
19 *Argumentum de casu necessario ad uoluntarium non ualet.*
20 *L.fi.C.de iur.emphyt.loquens in necessitate causatiua non habet locum in necessitate præcisa.*
21 *L.fi.C.de iure emphyteu.uerba non conueniunt iudicis adiudicationi.*
22 *Necessitas legis non coarctatur,nec in ea cadit affectio.*
23 *Consuetudo obseruanda est.*
24 *Statutum locum non habet si eius forma non fuerit seruata, nec uerba in totum conueniunt.*

RESPONSVM CXXXII.

¶ Si bona emphyteutica assignantur alicui in solutum, an audiatur dominus uolens offerre precium.

INVO-

INVOCATO diuino suffragio.¶In præsenti causa propter eius claritatem paucis agã, & prima facie vr̄ ꝙ dñs sit præferẽdus emptori,seu illi cui alienata & assignata fuerunt meliorarnenta,quia alienari non possunt bona emphyteuti-
1 ca sine consensu domini , & si † alienauit cadit a iure suo. l.fi.C.de iur.emphy. ca.potuit.loca. & ibi late per omnes
2 canonistas.hinc dicũt doct.in d.l.fi.ꝙ † si alienat irrequisito domino,& postea remanet,non euitat pœnam caducitatis,& ita etiam sequitur Bar.in l.sequitur.in §.item labeo.de usucap.& dicit Imo.in d.c.potuit.in 41.col. & sequenti. ꝙ ista est cõis opi. ꝙ procedit de iure . & ita tenet Ange.& Ludo.Roma.in d.§.idem labeo.& ratio est,quia æquum est ꝙ dñs præferaẽ cuilibet alteri in bonis emphyteuticis & melioramentis : soluendo illud preciũ ꝙ alius
3 est soluturus:ergo in casu nostro dici debet,ꝙ † dñs offerens illud precium ꝙ a quocunque alio offerr̃ debet præ-
4 ferri , & bene facit ꝙ † emphyteuta quantuncunque a lege ad hoc non cogeretur,iure naturæ debet cogi : nam a quo habuit concessionem & beneficium tenetur ei magis quam alteri rem ipsam uendere.arg. not.in l.papinianus §.idem papinianus.ff.manda.& l.sed & si lege. §. consuluit.de petitio.hęredi.& etiam ratione conuentionis & cõnexitatis, & quia de natura est ut ususfructus redeat ad proprietatem.§.finitur.insti.de usufruc. & vr̄ corrobora-
5 ri istud:† quia quantuncunque iudex fuit qui assignauit
6 in casu nostro,bona emphyteutica,& melioramenta,† tñ iudex non vr̄ potuisse præiudicare domino,sicut nec ipse
7 emphyteuta alienando potuisset, cum factum † iudicis reputetur factum partis.l.si ob causam.C.de euict.& in proprijs terminis ꝙ factum iudicis succedat in locum facti partis per doct. in l.a diuo pio.de re iudica. ideo sicut emphyteuta non potuit præiudicare , ita iudex. & ideo dixit Bar.in l.si finita.in §.si de uectigalibus. ff. de dam. infect.
8 † ꝙ iudex,& confiscatio non habent præiudicare dño. ¶Tamen rectius cõsiderando dico,ꝙ iste cui fuerunt ad-
9 iudicata † melioramenta,& bona emphyteutica debet prę ferri domino,& ꝙ sibi potuerunt adiudicari domino irre-
10 quisito:quia ista † alienatio nõ est uoluntaria , sed necessaria , & facta inuito emphyteuta : quo casu dominus requiri non debet, & eo inuito fieri potest:maxime qñ talis adiudicatio fit per iudicem pro debitis necessarijs ipsius emphyteutæ:s̃m Bal.qui ita in terminis decidit in ca. j. in prin.in 4.col.de prohibita feudi alien. per Frider. & Iaso. in d.l.fi.C.de iure emphy.col.3c.uersi.quinto quæro.post Sali.citatum per ipsum : per Roma. & Alex. & cõiter oẽs doct.in l.si finita.§.si de uectigalibus, ff.de damno infect. ubi in hoc concurrunt, ꝙ adiudicatio ualet inuito domino,qñ est facta tali personæ , cui emphyteuta potuisset uẽdere requisito domino,& nolente, sed iste cui facta est ta-
11 lis adiudicatio,est talis persona cui † emphyteuta potuisset uendere,si dominus requisitus fuisset,& noluisset emere cum non sit,nec ecclesia,princeps , nec potentior persona,quam primus emphyteuta , quo casu de iure ualet adiudicatio,ergo nec dominus conqueri potest,& hoc præsertim habet locum,qñ nõ sunt alia † bona,de quibus creditoribus satisfieri poterat:s̃m Alex.in d.§.si de uectigalibus.sed ita erat hic prout mihi præsupponitur in facto,
13 & casu quo etiam adessent: saltem † pro tempore quo ius emphyteuticũ durasset in emphyteuta adiudicatio facta ualeret:s̃m docto.in d.§.si de uectigalibus.& hoc sine difficultate admitto:ergo saltem pro illo tempore ualet ad-
14 iudicatio,& cum sine ꝯsensu † domini fieri potuit:si post ea compareat,& uelit offerre precium , non debet audiri: quia alias ista adiudicatio redderetur elusoria, ꝙ esse nõ debet:nam cum quid fit lege permittente nõ debet annullari:ut plene not.in l.non dubium.C.de legi.cum uulgari
15 bus.¶Item de iure quæsitũ est † ius creditori, & lege permittente non debet ei posse auferri . l. seruus. C. de pact. Bal.in l.j.in 3.notab.C.de fideicom. & corroboraẽ istud
16 quia ꝙ † dominus debeat requiri , & dominus melioramentorum non possit uẽdere,nisi requisito domino, & ex pectato eo an uelit potius emere, quam alij,est exorbitãs
17 a iure cõi:ꝙ habet ꝙ † unicuique licitum est uendere rem suam cui uelit.l.dudum.de contrahen. empt.cum concor
18 dantib.ergo illa iura† cum sint exorbitantia,debent stricte intelligi,& in terminis in quibus loquuntur,sed loqu-
19 untur in alienatione uoluntaria:ergo † non habet sibi uẽdicare locum in necessaria: maxime cum de casu necessario ad uoluntarium non procedit argumentum, & econtra:s̃m doct.in l.Gallus.§.& quid si tm̃. de liber. & posth. & bene facit ꝙ qui authore iudice possidet,iuste possidet. l.iuste possidet.cum materia,de acqu.poss.& pro ista opinione multas authoritates prætermitto,tanquam non ne-
34 *Rationum redditio inuenta est ad habendam ueritatem, & ne bona occultentur, & reliqua possint inferri.*
35 *Agi quando potest ad reliqua, et ad rationem agi poterit per quã ad reliquorum probationem peruenitur.*
36 *Pau. de Cast. fuit nimis periculosus consultor, et prauæ conscientiæ secundum Iaso.*
37 *Quod dominus consultor indistincte non admittit, licet in hoc ea sua ab eo discedat.*
38 *Ratio administrationis bonorum ab omnibus fratribus ratione existentium pupillorum, reddenda est.*
39 *Empta a fratre quando erat industriosus in dubio, de proprijs ipsius pecunijs empta uidentur.*
40 *Probatio alia non requiritur quando adest partis aduersæ confessio.*
41 *Dotem datam fuisse non præsumitur nisi probetur.*
42 *Dolus etiam ex indicijs duntaxat probatur.*
43 *Assertioni alicuius non statur in his quæ non dependent a uolũtate sua.*
44 *Quod procedit etiam, et si iuratum fuerit.*
45 *Dos secundum morem regionis in qua constituitur data præsumitur.*
46 *Testes singulares non probant.*
47 *Testis de auditu probationem non operatur.*
48 *Maxime quando audierit a persona suspecta, et cuius assertioni non est credendum.*
49 *Confessio facta extra iudicium parte non præsente non probat.*
50 *Confessio duorum testium requirit probationem.*
51 *Lucra inter fratres in communione existente sunt diuidenda, quando administrantes bona aliunde habuisse non apparet, quã communia.*
52 *Emptio facta a fratre, de proprijs pecunijs facta præsumitur, quãdo probatur habuisse aliunde pecunias, & reditus expensas non excedebant.*

RESPONSVM CXXXV.

¶ An frater maior administrans teneatur reddere rationem administrationum alijs fratrib. & an empta nomine proprio teneatur cæteris communicare, ubi multa in materia, & circa testium probationem, nec desunt quidam subtiles intellectus, circa tex. & doctrinas doct. in materia administrationis.

INVOCATO diuino suffragio. ¶De duobus uidendum est. ¶Primo, an Iulianus administrauerit, & per consequẽs teneatur reddere rationem administrationis.

¶Secundo, an sint communicanda bona empta nomine suo, seu pecunia de qua bona empta fuerunt.

¶Circa primum uidebatur dicendum non administrasse, saltem solum, & hoc per suos testes. Nam primus dicit Antonium administrasse, & noluisse facere instrumentum Iuliano administrationis. si igitur Antonius administrauit, est impossibile Iulianũ administrasse solũ. Secundus testis dicit fratres Iuliani administrasse. Ad idẽ quintus testis deponit unũquemq; æqualiter administrasse, & Antonium uoluisse facere instrumentũ procurę. Sextus quoque deponit æqualem administrationẽ. Et ultimus itidẽ deponit æqualiter administrasse, ex quib. manifeste ꝓbatur omnes fratres æqualiter administrasse: nam si duo
1 † testes faciunt plenam probationem: iuxta no. in l. ubi numerus. de testi. & in l. admonendi. per Bar. & oẽs de iureiur. & in c. in nomine. de testi. quantomagis quinq; te-
2 stes idẽ deponẽtes plenissime probãt, ex quo sequit † unũ alio non magis administrasse, & inter eos non posse agi de reddenda administratione: ut dicit Pau. de Cast. in ꝯs. 126. col. 10. ¶His tamen non obstantibus contrariũ determino, & cõsidero plenissime probatum esse per testes pro parte Antonij productos Iulianum administrasse, & quidem solum. nec eorum dicta refero, cum apertissime deponant ea, ex quibus probatur necessario Iulianum solum administrasse: ut eorum dicta uidere licet.

¶Nec obst. primum testem cognatum esse cuiusdam qa erat inimicus Iuliani, quia illa inimicitia erat communis tam Iuliani, quam Antonij, & maxime quia simul morabantur in communione: ut omnes deponunt. modo cum
3 unus de familia offendatur, omnes censentur † offensi, & omnes inimici. Bal. in c. si uasallus. si de feud. fuerit controuer. probat tex. l. j. C. si quacunq; prædit. potesta.

¶Præterea facta erat pax tempore depositionis, quo ca-
4 su admittit †. §. item propter inimicitias. ibi nec conciliatio interuenit. insti. de excu. tuto. no. Io. de Ana. in c. cum oporteat. de accu. & super his tribus non facio uerbum,
5 cum omnes deponant de uisu, & quia uicini: † quæ ratio de per se sufficit: ut per Bar. Alex. Ias. & omnes in l. j. si cer. pet. cum concord. de quibus ibi, quanto fortius necessario probat, cum sit iuncta cum uisu.

¶Item ex quo deponunt omnia administrasse, faciendo
6 oia &c. probant necessario solum administrasse, qa † qui omne dicit nihil excludit. l. Iulianus. de leg. 1. & maxime
7 qñ geminat illud nomen uniuersale, quo † casu omnia ueniunt, & si per primum non uenirent: arg. no. per Bald. in c. cum tu. de rescri. per Bar. in l. cum scimus. de agri. & censi. per Feli. in c. si cautio. de fide instru.

¶Prętcrea hæc probatio magno testium numero admi-
8 niculatur: nam † numerus testium supplet defectũ aliorũ & multa operatur: ut no. gl. in l. iij. §. eiusdem quoque. in uersi. numerus. de testib. & ibi Flor. in d. l. iij. in prin. Alexan. in consi. 5. col. 3. in causa inquisitio. lib. 1. & in consil. 47. Abunde. col. 3. lib. 2. Ang. in consi. 1. & Are. in consil. 13. adiuuatur etiã iuris præsumptione ista liquidissima probatio: nam cum erat Iulianus maior natu, ut probãt ipsi testes, præsumitur iuris censura, & a communiter ac-
9 cidentibus † administrasse: arg. enim a solitis ualet, & cõmuniter accidentibus. l. certi condictio. §. quoniam. si cert. peta. cum ibi plene nota. per moder. adiuuatur etiã qualitate personæ ipsius Iuliani. nam cum erat magis alijs industriosus, ut apparet ex gestis per eum, & in iudicio productis in quibus multa emit &c. & ex quo stabãt in communione, & omnes fructus in eadem domo, simul
10 posuerunt per uiginti annos, uerisimile est & † credibile res fuisse administratas per magis idoneum, & sic per dictum Iulianum: argu. tex. in l. quoties idem sermo. de re-
11 gu. iur. cum ibi not. nam in dubio illud capitur † quod est aptius rei gerendæ, & perfectiora in dubio accipiuntur. & ita faciunt a fortiori notata per Bar. & alios in l. rõ
12 solũ. §. sed reprobari. de noui oper. nunc. ubi illa † probatio quæ iuuatur iuris præsumptione præfertur, ergo quãto magis ista, quæ nedum iuris præsumptionẽ adminiculaẽ, sed perfecte & necessario concludit. solũ igiẽ restat rñdere ad ꝯria, & certe primus & secundus testis nihil ꝓbant, cũ dicunt fratres Iuliani administrasse, præter id ꝙ Iulianus solus administraret: nã illa uerba præter id
13 ꝙ † solus &c. possunt intelligi inclusiue, & exclusiue: ut per Bar. in l. Seio. §. uxori. de annuis leg. ubi dicit stare inclusiue, & infert ut per eũ, & per Bar. in l. j. de pign. actio. per Alex. & omnes in l. actione. in no. C. de transac. ubi late per Dec. col. 3. dicentem etiam in materia odiosa stare inclusiue, per l. quicũq;. de ser. fugi. C. & in c. si quis psbyterorũ. ibi, præter pœnã. de reb. eccle. non alienã. & rõ qa de proprietate uerbi utroq; mõ stant, & procedunt, cum igitur possint utroque modo stare de proprietate necessario non probant ipsum Iulianũ nõ solũ administrasse, quia si intelligiẽ inclusiue, probant ipsum solũ admini-
14 strasse, & sensus est fratres administrasse, ultra id ꝙ Iulianus solus administrauerit, & probatio q̃ † necessario nõ concludit nullius est momenti. c. in pñtia. de proba. l. nõ hoc. unde cogn. immo ꝓbãt solũ Iulianũ administrasse, ꝙ intelligitur principaliter, licet alij administrauerint in
15 aliquo, quia cum possint uerba intelligi hoc mõ, & in dubio † fit interpretatio ꝯ producentẽ testes, iõ debent capi inclusiue: ut ꝓ Imo. & Abb. & Fel. in c. cũ tu. de testib. col. 3. nam non fit interpretatio ut concordent cũ dicto partis, & maxime quia iustificant administrationẽ fratrũ in quibusdã leuib. quæ non inferunt administrationem
16 † tanq̃ gubernij, sed administrationẽ tanquã operã & seruitium pro adimplendo mandato administratoris: nam duob. modis administratio põt ꝯsiderari. Primus quoq; dicit non uerisimile & impossibile, dũ dicit nepotes administrasse, & tñ erant pupilli: ut colligitur ex aspectu.
17 ¶Testib. † aũt non uerisimilia & impossibilia deponentibus non est credendũ: ut not. in l. ob carmen. §. fin. de testib. per Abb. in cap. quia uerisimile. de psump. & in c. nostra. de testib. per Fel. & alios, nec illa uerba noluerunt facere instrumentum administrationis, probãt eum nõ administrasse, quia stant simul noluisse facere instrumentũ administrationis, & dum erant in illo actu faciendi dixerint illi fratres nolle Iulianum administrare, & tñ re ipsa administrauerit: nam sæpe inter fratres huiusmodi & peiora uerba proferunẽ, & deinde nihil est ut docet experiẽ
18 tia quæ est rerũ † magistra. c. quã sit. de electionib. & sic illa uerba non probant necessario illum non administrasse, & probatio debet concludere de necessitate: ut supra dixi &c. & hanc solutionem admittendã necessario puto, cum plene probatum eũ administrasse sit.

¶Præterea circa hæc uerba & denegationẽ instrumenti isti testes non deponunt, nisi singulariter, nec uidenẽ con-
19 testes, quo † casu minus uno probant: ut per Bal. in l. de quibus. de legib. & in l. iurisiurandi. de reb. credi.

¶Præterea non dicunt quo tempore potuisset quidem esse in ultimo tempore quo diuiserunt, & sic nihil ꝯcludũt.

¶Præterea primus testis dicit falsum, cum dicat Iulianum continue assumpsisse eucharistiam, cũ steterit per uiginti annos quibus non assumpsit.

¶Item dicit diuisionem factam, & partem obuentam ta-
20 li & tali &c. & tñ nulli data fuit pars, sed testi † dicenti falsum in uno non creditur in aliquo: ut no. Innocẽ. in c. fraternitatis. de hæreti. & Oldr. in consi. 37. ad primam. Alex. in consi. 27. In causa & lite. col. 2. lib. 2. & in consil. 44. Viso & discusso. colum. 4. lib. 2.

¶Præterea secundus testis deponit non uerisimile, scilicet uidisse illum sumentem eucharistiam in die paschatis, & in ecclesia quæ non est in sua parochia, & quilibet
21 tenetur sumere † in sua parochia, iuribus uulgarib. &
22 † testi non uerisimilia deponenti non creditur dicta l. ob carmen. §. fi. de testib. cum simi. de quib. infra.

¶Prętcrea deponit de auditu respectu administrationis.
23 sed † testi de auditu non creditur in his quæ accommodantur sensui uisus: ut no. in l. solam. de test. Dec. in consi. 61. nec aliquid de auditu concludenter deponit.

¶Præterea & si millies probasset in dicto, tñ cum dicti sui

24 sui † malam rationem reddat ei non creditur: s̄m Bal. circa fi. & communiter doc. in l. solam. C. de testib. per Dec. in consil. 37. colu. 3. De tertio & quarto teste non fit uerbum, cum nihil ad rē ipsam pertinens p̄ferant. Quintus testis licet deponat æqualiter administrasse unūquemq; , & noluisse facere instrumentum administrationis Iuliano, tamen quantū est respectu æqualis administrationis nihil ꝯcludit, immo in interrogatorijs, scilicet qn̄ reddit rōnē administrationis, nō dicit se aliquid uidisse ꝙ ad administrationē pertineat. & inquit quid facere de pecunijs
25 se ignorare, & cū stet rōni, & ultimo † dicto in interrogatorijs, & non dicto primo nihil probat ut supra dixi, & ad illud de instrumento administrationis, est supra r̄nsum, non repeto. ¶Eo quoq; mō r̄ndetur ad sextū testē, qui dū uult reddere rōnē æqualis administrationis dicit ea quæ & fœminæ ipsę quæ reguntur, quotidie faciunt. Minus quoq; probat ultimus testis, quia dicit unūquemq; æqualiter administrasse: quia uidit ire ad forū. Nā istud non infert uerā administrationē, sed operam sub admini
26 stratione, & maxime † quia dicit iudicare, quo casu ei nō creditur. Bar. in l. qui testamento. de testib. Bal. in l. solā. de testi. Imo. & doc. in c. cum causam. de testib.

¶Ex quib. omnibus manifeste & necessario constat per testes productos pro parte Antonij, Iulianum principaliter solum administrasse, nec aliquid probaē in ꝯrium necessario concludens per testes dicti Iuliani, & patiuntur multos defectus, de quibus supra. sic plenissimam probationem factam per Antonium in nihilo offendunt, immo dato & non concesso eos non pati defectus, & necessario probare, ꝙ tn̄ omnimodo negatur, adhuc dico testes Antonij præferēdos esse, quia deponunt uerisimiliora, & magis a cōmuniter accidentibus contingentia, scilicet maiorē natu administrasse, & illū qui magis ingeniosus erat
27 continue ad palatiū accedere, & † testes uerisimiliora deponētes præferendi sunt. c. pręterea. de testib. c. licet cām. de probationib. per Felinum & omnes in c. nostra. de testibus. colum. 2. quod fortius hic esse debet, cum testes in contrarium adducti nihil necessario probent & patianē multos defectus. Et ex hoc sequitur Iulianum tanq̄ administratorem teneri reddere rationem administrationis,
28 & si non reddit defertur † iuramentum Antonio de administratione. l. j. §. officio. de tutel. & rōnib. distrahē. & ibi no. & no. in l. rationes. & in l. aduersus. C. de administ. tuto. per Ro. in consil. 314. per Abb. in consi. 12. per Soci. in consi. 4. uol. 4. & in consil. 213. Cum in præsenti. & in consil. 192. col. 5. uol. 2. & in consi. 72. col. 1. uol. 1.

¶Et ex his apparet consi. Pau. de Ca. in consil. 126. Non sequendo. uol. 2. nihil ad propositum facere, quia loqui-
29 tur † Pau. de Cast. quando unus alio non magis administrauit, & expresse dicit, & in casu nostro Iulianus solus administrauit: ut supra demonstratum est: & casu quo non solus administrasset, tamen nunquam inficiari poterit non magis administrasse: ut manifeste colligitur ex p̄batione utriusq; partis: quo casu Paul. uult teneri reddere rationem, & sic concludit pro opinione nostra.
30 ¶Præterea dico dictum Pau. de † Castro non esse tutū, cum sit regula quemlibet administratorem teneri reddere rōnem: ut supra dixi, quæ habet locum, siue unus, siue plures sint. Nec rōnes Pau. obst. Primo quemlibet uideri administrasse pro parte sua, quia istud est impossibile,
31 cum res sit indiuisa, & propterea in qualibet † minima re est pars alterius fratris, iuxta no. in l. iij. §. incerte. & l. locus. de acquir. poss. adeo quod non potest tangere rem minimam, quin tangat partem alterius fratris.
32 ¶Nōn † obst. l. actor. de administra. tuto. quia loquiē in tutoribus quorum res non sunt administratę, sed pupilli, hic uero res fratrum administratę sunt, & domino rei reddenda est ratio: unde non facit ille text. ad propositum, & casus sunt diuersi, & diuersa militat ratio: nec ultima ratio facit, quod uirtute mutuę cōpensationis tol-
33 litur, quia in † factis & speciebus non datur compensatio. l. fin. C. de compen. cum ibi nota. quæ hic cadere possunt, ergo &c.
34 ¶Præterea, cum ista rōnū redditio † sit inuenta ad habendam ueritatē, & ne bona occultenē, & reliqua possint inferri, quæ rō militat in hoc casu: nam unus frater potuisset plura bona occultare: quæ non possent probari, nisi redderetur rō, ergo &c. nec prætermitto ipsum fateri posse agi ad reliqua, ergo ad rationem, per quam perue-
35 nitur ad reliquorum probationem. Nā † uno concesso censetur omne cōcessum per ꝙ peruenitur ad illud. l. ad rem mobilem. de procuratorib. l. ij. de iurisdict. omn. iu. & ibi per omnes, & propterea possumus dicere Paul. de
36 Ca. fuisse nimis † periculosum consulentem, & prauę conscientiæ: ut inquit Ias. in l. cunctos populos. C. de summa trinitate & fide catholi. si Ias. in hoc credendum sit, qd cum sit ad infamiam alterius præsertim huius ingeniosi
37 doctoris, non ita indistincte admitto, † licet in hoc casu ab eo dissenserim, uel dicas facere ad casum nostrum per ea quæ dicta sunt, ac etiam quoniam pupilli aderant, qui non potuerunt administrare, & quorum res fuerunt administratę, ergo propter illos reddenda est ratio, nec
38 hoc casu loquitur Paul. de Castro, & beneficio † pupilli omnibus reddenda est argumen. l. si communem. quemadmodū serui. amitta. cum similib. de quibus ibi.

¶Circa secundum dubiū uidebatur empta nomine proprio non esse communicanda, nec etiam pecuniā ipsam.

¶Et primo, quia in dubio uidētur empta de proprijs pe-
39 cunijs, & maxime † quia erat industriosus. l. si defunctus. C. arbit. tutel. Bar. in l. si patruus. C. commu. utriusq; iudic. Bald. & Sali. in l. penult. C. si quis alteri uel sibi. Bart. in l. cum proponas. C. pro soc. sequitur Alex. in consi. 78. Discussis. uolum. 2. ubi proprie loquitur in duobus fratribus simul habitantibus, quod consilium repetit in ꝯs. 137. uolu. 5. & alibi sæpe.

¶Secundo, quia ipse iustificat emptiones suas, asserendo fuisse de pecunijs dotalibus, ut etiam asserunt testes tertius, & quartus, producti pro parte Iuliani, & maxime tertius & quartus testis, qui deponunt istud, intellexisse ab
40 Antonio, & per ꝯns Antonius confessus est, † igitur non aliter probandum est, cum adsit partis aduersę cōfessio. l. generaliter. C. de non nume. pecu. cum simi.

¶Maturius uero consideranti ueritas apparet in cōtrarium, & præsuppono Iulianum nullas proprias & particulares pecunias habuisse tempore communionis: ut ipse fateē r̄ndendo positionibus Antonij in positione 107.

¶Secundo præsuppono non fuisse articulatum nec p̄batū matrimoniū Iuliani & habuisse dotē, & quantā, & ista
41 † sunt facti, & facta non præsumuntur, nisi probentur. l. in bello. §. factæ. de capt. & postli. reuer. concord.

¶Tertio præsuppono secundum morem & consuetudinem loci paruas constitui dotes.

¶Quarto præsuppono fructus superare expensas, quod patet per testes deponentes quod frumentum, uinum, & multa alia uendebant quibus non indigebant.

¶His sic præsuppositis dico ex assertione Iuliani dicentis esse de pecunijs dotalibus constare de dolo euidēti & fraude ipsius Iuliani, & dolus optime probatur, cum nisi
42 ex indicijs † probari possit. l. dolum. C. de dolo. cum similib. nam nihil proprium habebat: ut primo præsupposui, & cū reditus hęreditatis excedebant expensas non poterat esse quin emptio esset facta de pecunijs communib. iō ut fraudaret fratres asseruit esse dotales, cuius assertio
43 ni non credit, cum † dependebat a uoluntate sua: iuxta tex. in l. si forte. de castrensi pecul. & ibi Bart. per Alex. & oēs alios docto. in si donationem. de collationi. ubi uo-
44 lunt quod non stetur ēt si † iuratū fuerit, & per Alex. in consi. 18. Consideratis. lib. 3. in princ. per Roma. in consil. 255. Quo ad primum. & in consi. 293. Præsupposito. in 2. dubio. cum simili. quæ breuitatis causa omitto, & maxime in casu nostro esse debet, cū non constet de dote, nec præsumatur, & sic præsumptio est in contrarium.

¶Præterea ex alio colligiē manifestus dolus: nā dato do-
45 tem fuisse datam præsumitur † data secundum morē regionis. l. uel uniuersorū. de pignorati. actione. l. semp in stipulationib. de regulis iuris. l. quod si nolit. §. quod si assidua. de ædili. edicto. ergo cū hęc dos parua erat, quomō de illis pecunijs tot campos, & bona quæ sunt maxi-

mi ualoris emere potuit: nam & si eius assertioni de dote habita adhuc credere uelimus, ualor bonorum excedit in quandruplam dotis quantitatem.

¶Cũ igitur tot & tanta emerit apparet liquidissime assertionem illam de pecunijs non posse sibi patrocinari, sed ostendere manifestam eius fraudem.

¶Nec obst. testes Iuliani probare emptiones fuisse de pe-
46 cunijs dotalibus factas, quia † sunt singulares, quo casu minus uno probant: ut per Bal. in d. l. iurisiurandi. de reb. credi. & in l. de quib. de legib. deponunt quoq; non uerisimile, immo impossibile, scilicet pusilla pecunia tot fuisse empta: quod est impossibile, & a uero multum remotũ.

¶Itẽ primus testis deponit de auditu a Iuliano, sed te-
47 stis † de auditu non probat: ut plene no. in l. solam. de te-
48 sti. & dixi supra, & maxime cũ † audierit a ꝑsona suspecta, & cuius assertioni nõ est credendũ: ut plene no. Dec. in consi. 81. col. 2. nam nullus est testis in facto proprio. l. omnib. C. de testib. ¶Secundus testis deponit ẽt de auditu, & licet deponat de auditu ipsius Antonij, ꝙ tñ negat, tñ nihil officit, quia dato illam confessionẽ esse Antonij,
49 tñ cum † fuerit facta extra iudicium parte non præsente non probat: ut no. in l. certum. §. si quis absente. de cõfessis. in l. j. de interrogat. actio. plene per Feli. in c. si cautio. de fide instru. & maxime quia confessio requirit pro-
50 bationem duorum † testium, ꝙ hic non fuit.

¶Tertius quoq; testis solum non probat, cum deponat de unica emptione rei minimę, & est singularis, ergo &c.

¶Præterea deponit rem non uerisimilem, scilicet fratres reprehendisse Iulianum ementem. Nam non est dicendũ reprehendisse Iulianum si pecunias & quidem dotales in re utilissima erogasset, cum ad eos huiusmodi pecuniæ non pertinebant: testi autem non uerisimilia dicenti, non est credendum: ut per Abb. in c. quia uerisimile. de ꝑsumptio. & dixi supra.

¶Ex quib. manifeste apparet res emptas in fraudẽ fratrũ fore communicandas, & maxime cum habeamus ꝑsumptionem ultra manifestam fraudẽ, ex supra deductis demonstratam: nam ꝑsumunt ex quo reditus excedebant expensas, & nihil proprium habebat empta fuisse de cõmunib. pecunijs, immo dicit Dec. in cons. 255. col. fi. lucra
51 † diuidenda esse inter fratres, qñ non apparet administrãtes habuisse aliunde bona, quam cõia, ẽt si aliter non probetur, non præsumuntur habere: allegat multa de quib. ibi per eum, cũ ergo ibi non probetur habere aliunde pecunias, ꝑsumit de cõibus emisse, & maxime cum reperiatur in manifesta fraude, & ipse fatetur nullas pecunias habuisse proprias: ut supra dixi: ex quibus apparet responsum ad allegata in contrarium, dum dicebatur præsumi
52 emptionem de proprijs pecunijs factam, quia † procedit quando probatur habere aliunde pecunias, & reditus non excedunt expensas: ita propric loquitur Alexander, & quando non apparet de fraude, quæ omnia hic concurrunt, & quod plus est ex propria confessione constat nihil proprium habere, unde in claris non est opus cõiecturis. l. continuus. §. cum ita de uerbor. obligat. cum similibus. Laus Deo.

¶Ita de iure respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Probationes in criminalibus fieri debent luce meridiana clariores.*
2 *Fama publica non solum plenam probationem non facit, in criminalibus sed nec semiplenam.*
3 *Socius criminis non est idoneus testis.*
4 *Inquisitio ad dictum socij criminis formari non potest.*
5 *Actore legitimæ non probante rei conuenti debent absolui.*
6 *Verba cum effectu intelligi debent.*
7 *Interpretatio illa capi debet quæ tendit ad rei fauorem.*
8 *Pena commissa ex promisione facta in treuga, persequitur ex stipulatione.*
9 *Causa in qua agitur de pena applicanda pro parte parti, & pro parte fisco dicitur mista.*
10 *Causa in qua agitur ad pęnam actione ciuili, ut ex promissione uel petitione hæreditatis, uel ex alia simili causa dicitur ciuilis quantumcunq; pena sit in totum applicanda fisco.*
11 *Famam per duos testes sufficit probari.*
12 *Acta & instrumenta rem notoriam faciunt.*
13 *Offendere proprie est actum punibilem gerere per quem inimicus ad iram iuste prouocatur.*
14 *Apponens scalas muris alicuius castri, cum armis, mortis pœnã meretur.*
15 *Offendere grauissime dicitur, ille qui uitę insidiatur ac machinatur.*
16 *Publica uox & fama in his q̃ de facili probari non possunt, facit plenam probationem.*
17 *Fama, etiam in criminalibus quando cum eam concurrit dictum massarij qui ita denunciauit, facit semiplenam probationem.*
18 *Fama publica iuncta denunciat massarij adeo operatur, ut debeat diffamatus poni ad torturam.*
19 *Tortura est remedium subsidiarium.*
20 *Testes duo in criminalibus faciunt plenam probationem.*
21 *Testes qui in principali dicto concordant, & si in aliquibus qualitatibus & circunstantijs discordent, nihilominus satis probant.*
22 *Præsumptio uiolenta etiam in criminalibus quando agitur ad pœnam pecuniariam, operatur ut quis condemnari possit.*
23 *Inimicitia capitalis est indicium uiolentum.*
24 *Interfectus si aliquis reperiatur, & ignoretur a quo, si habeat inimicum capitalem is poterit capi & torqueri.*
25 *Contumaces qui nunquam expurgauerunt suam contumaciam, habentur pro confessis.*
26 *Conatus non debet puniri quando stetit in simplici uoluntate, & etiam si peruenit ad actum exteriorem, sed eum pœnituit, secus quando impedimento facti fuit impeditus, & non potuit perficere.*
27 *Socij criminis quando agitur ex conuentione, ad testimonium ad mittuntur & possunt interrogari.*
28 *Probatio una, alteri coniungitur, etiam in criminalibus ut probet.*

RESPONSVM CXXXVI.

¶An per aggressum, & scalarum appositionem ad castrũ dicatur rupta pax, & quando causa dicatur criminalis, & quando puniatur conatus.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Prima fronte uidetur A. & sequaces conuentos absoluendos fore. ¶Et primo quia non commiserunt tale delictum ex quo ueniant puniendi. Nam solum conati fuerunt ingredi certum castrum de nocte: ut dicitur per B. & alios accusantes, & qa aderant custodes non fuerunt ingressi, sed recesserunt: uerũ de iure conatus non punitur, nisi sequatur effectus. l. cogitationis pęnam. de pœnis. l. qui ea mente. de furt. ¶Secundo facit dato de iure hunc conatum puniri debere, tamen non probatur, & præsuppono, hic nos esse in
1 criminalibus, in † quibus debent fieri probationes luce meridiana clariores. l. fin. de probationibus. cum cõcordantibus. sed iste conatus solum probatur per quandam publicam famam, quæ non solum plenam probationẽ
2 † non facit, sed nec semiplenam: ut per Baldum, Antonium, Imolam, Abbatem & alios, in capitulo, ueniens. el primo. de testib. per Salice. & alios in l. eam quidem. C. de accusat. in ulti. colum. & ad istam famam probandam omnes fere testes tendunt, exceptis nonnullis qui deponunt de uisu, & de sensu immediato, sed aduertendum est quod isti tales testes erant cum reis conuentis in illo conatu, & sic erant socij criminis: quo casu non pro-
3 bant, cum regula sit † socium criminis non esse idoneum testem: dicta. l. fi. de accusat. & ibi per Salice. & omnes,
4 adeo ut ad dictum † socij criminis inquisitio formari nõ potest: ut per Fulgo. respondit in consilio. 136. in causa criminis. colum. fi. ex quibus apparet hunc conatum nõ probari

5 probari aliquo modo, unde succedit quod actore † legiti
me non probante rei conuenti debent absolui. l. qui accu
sare. cum similibus. C. de edendo.
¶ Tertio dato, conatum puniri debere, & plenissime ꝓ-
batum fuisse, tamen in casu isto de quo agitur non est po-
tens ad faciendum ꝙ treuga dicatur rupta, cum in instru
mento treugæ dicatur, eos promisisse non se inuicem of-
6 fendere, & offendi facere, quę uerba † debent intelligi cū
effectu. l. j. ff. ꝙ quisq; iur. & signant ex sui proprietate
7 effectum: ergo non uerificantur in solo conatu. & ista † in
terpretatio debet capi cum pro reo pronunciandum sit.
l. fauorabiliores. de reg. iur. l. Arrianus. de act. & obliga.
¶ Maturius uero considerando dico omnino reos cōuen
tos condemnandos fore, & præsuppono agi hic de pœna
pecuniaria applicanda pro parte offenso agenti, & ꝓ par
te fisco, & quæ debeī ex ꝓmisione facta in treuga, adeo
8 ꝙ agitur ad talem pęnam, ex † stipulatione: iuxta tex. in-
stitu. de uerbo. obliga. & notatur in l. certi condictio. ff. si
cer. pet. & per Bar. & omnes. in §. cato. l. 4. de uerb. oblig.
¶ Secundo p̄suppono, licet ubi agitur de pœna applican
da parti causa dicatur ciuilis, & ubi pœna applicaī fisco
9 dicitur criminalis, & per ꝯns ubi agitur de pœna † appli-
canda pro parte fisco, & pro parte parti dicitur mixta. l.
in agraria. & term. mot. & ibi Bar. Bal. Alex. & alij in l. a di
uo Pio. in §. sententiam. in 6. col. de re iudi. per Alex. in ꝯs.
82. in causa uertente. in fi. lib. 1. cum similibus. de quibus
per mod. in rubri. de iudi. tamen ubi ad istam pęnam agi
tur actione ciuili, ut ex promissione, uel ex alia cā, ut pe-
10 titione hæreditatis, uel alia, tunc † causa dicitur ciuilis
quantumcunq; pœna sit in totum applicanda fisco ut est
casus. in l. j. C. de his quib. ut indig. & in l. j. C. de peti. hæ-
re. & est bonus textus. in l. Caius. ad Sylla. secundū cōem
intellectū: & ita uult Bar. in l. iij. de sepulchro uiola. Ias.
Gomes. & alij instit. de actionib. in principio, in gl. in uer-
bo, actio. cum concordantibus, & sic respectu istius pęnę,
de qua agitur causa dicitur ciuilis.
¶ Tertio præsuppno publicam uocem & famā adesse A.
& sequaces cum magna copia uirorum armatorū, & cū
scalis, archebusis, malleis, ac alijs instrumentis bellicis,
aggressos fuisse de nocte existēte magna pluuia, quoddā
castrū in quo erant B. & sequaces eorū inimici, cā occidē
di eos, & scalas muris apposuisse, & nisi B. & sequaces cla
massent, & instrumentis bellicis eos reiecissent, ingressi
fuissent, ac eos occidissent, & hoc est firmissimū, cum li-
11 cet alias sufficiat † famam probari per duos testes: ut per
Bar. & doc. in l. de minore. §. tormenta. de quæst. & in c.
ueniens. de testib. & in casu nr̄o per uiginti testes, & ultra
optime probaī, ac ēt ꝑ snīam latā per ptātem dicti castri,
in qua propter istam publicam uocē & famā ꝯdēnauit di
ctū A. & sequaces, ut ꝯstare dr̄ per publicū instr̄m, & in-
12 strumenta, & † acta faciunt rem notoriam: ut plene in c.
qm̄ ꝯ. de probat. cum similib. & istud est indubitatum.
¶ Qarto præsuppono, quod A. & c. dicitur. d. B. & c. offen
13 disse & per ꝯns incurrisse pœnam treugæ, cum † proprie
offendere est actum punibilem gerere, per quem iuste ini-
micus ad irā prouocaī: ut per Bar. Imol. Bal. & alios in l.
quidam cum filium. per illum tex. de hære. instit. per Bar.
& doctores. in l. licitatio. §. quod illicite. de publi. per om
nes in l. si stipulatus. §. Chrysogonus. de uerb. obl. in qui-
bus locis allegantur plura iura & consilia, inter alia con-
silium Pau. de Cast. 193. de quo per Ias. in l. cum te. C. de
inoffi. testamen. & per Roma. in consi. 183. Corn. in consi.
51. uol. 1. Sed cum armis de nocte apponere scalas mu-
ris alicuius castri nulli dubium esse, actum punibilē ge-
14 rere, adeo ut pœnā † mortis meretur huiuscemodi perpe
trans: ut est textus in l. si. & ibi in specie notat Bald. de ap
ponente scalas muris. de rerum diuis. cum concordanti-
bus, de quibus ibi.
¶ Pręterea neminē latet per hunc actū B. & sequaces iu-
ste fuisse prouocatos ad iram, cum de periculo uitę ipso-
rū actum fuerit: ergo propria offensa fuit cōmissa per q̄
incursa est pęna treugæ, immo non solū ista fuit uera of-
fensa, sed fuit grauissima offensa per quā semper incurriī

uissime offendere. argumento notatorum per Bal. in l. so
lo. C. de lib. caus. post Innoc. in c. cum illorum. de senten.
excom. sed A. & sequaces fuisse machinatos uitę B. & c.
gerendo ea de quibus supra nemo est qui nesciat.
¶ Et ex istis præsuppositis liquidissime constat talia fuis
se perpetrata quæ rumpunt treugā, & faciunt pęnam cō-
mitti, ut apparet in ultimo præsupposito.
¶ Secundo constat per A. & sequaces fuisse perpetrata, &
per ꝯns treugam rupisse, & ad pęnam appositam in treu-
ga teneri, & condemnandos fore per d. meum, ut apparet
in tertio præsupposito ubi constat. d. A. & sequaces illa
commisisse, per publicam uocem & famam, quæ publica
uox & fama, cum simus in ciuilibus, ut constat in secun-
do præsupposito, facit plenā fidē: attento ꝙ simus in his
16 quæ de facili nō possunt probari, quo casu publica † uox
& fama facit plenā probationē: ut ꝑ Feli. in c. ueniens. el
primo. de test. ꝙ aūt hic simus in his quæ de facili proba
ri non possunt patet, quia talia fuerunt commissa de no-
cte magna pluuia existente, adeo ut nullus posset cogno-
sci, immo ipsimet uiri armati propter tenebrosam noctē
ac immensas pluuias se adinuicē non cognoscebant, nec
uidebāt, & magis uoce q̄ oculis de illis notitia haberi po
terat, ut attestanī oēs testes producti, ad quorū dicta me
refero. ¶ Præterea dico ꝙ quantūcūq; essemus in crimi-
nalib. ꝙ tū nego per supra dicta, maxime respectu pęnę
applicandæ parti, in quo oēs doctores in locis supra alle
gatis concurrunt ꝙ est causa ciuilis, tamen dico hanc pu
blicam uocē & famā facere semiplenā probationem, cū
17 ea † concurrat dictum massarij qui ita denunciauit: sm̄.
Bar. in consi. 186. quem refert & sequitur Augustinus de
Ari. in addit. ad Angel. in tracta. malefi. in uersicu. quod
fama publica. char. 38. ubi dicunt, adeo hanc famam cū
18 illa denuncia massarij operari ut debeat † diffamatus
poni ad torturam: & propterea A. & sequaces debebant
poni ad torturam, & hoc ei iudex non debebat denega-
re, immo ex officio suo hoc facere tenebatur.
¶ Et ideo B. & sequaces multum conquerunī, præsertim
cum concurrant multa indicia de quib. infra: ego semp
excusaui iustissimum iudicem, cum eius probatissimos
mores, summam iustitiam, mirabilē doctrinam, & incre-
dibilem practicā apertissime cognoscam, & in dies ma-
gis cognosco. Nā hoc fecit, ut credo, qm̄ cognouit testi-
bus, & alijs generib. probationū satis probatū fuisse A. &
sequaces talia ꝑpetrasse, & propterea omisit torturam tā
19 q̄ non necessariam, cū sit † remediū subsidiarium: ut no-
taī in l. j. & in toto titulo de qō. Quod autem aliter pro-
beī ultra famā publicam, quæ sola sufficeret in hoc casu
ut dixi, demōstro. Nam multi fuerunt examinati testes,
inter quos sunt tres qui apertissime deponunt se scire, &
cū erant p̄sentes se uidisse. d. A. & sequaces talia cōmisis-
se: ut apparet in processu, in 16. testes, & in 19. teste. exami
20 natis pro parte B. & cum duo † testes in criminalib. fa-
ciunt plenam probationem: ut plene notaī in l. fin. C. de
probat. & in l. admonēdi. de iureiuran. & cū in dicto prin
21 cipali † concordant & si in aliquib. qualitatib. & circun-
stantijs discordarent, ut no. gl. in c. dudū. in uersi. substan
tiam. in fin. & in c. cum ecclesia. in uer. uacillasse. de cau.
poss. & proprie. & per Alex. in consi. 47. abunde. col. 2. uo-
lu. 2. & per Dec. in consi. 163. colum. 10. cum similib. ergo
fortius cum hic sunt tres testes optime deponentes.
¶ Præterea concurrunt multa indicia, scilicet ꝙ A. & se-
quaces miserunt quendam ad ducendum socios armatos
& duxerunt. Itē ꝙ nonnulli alij audientes ad fauorē A.
contra B. pugnandum esse, & illam coadunationem fieri,
ab hac recesserunt, ut constat in testib. productis de qb.
in processu quæ arguūt præsumptionē uiolentā. argum.
22 eorū quæ ponit Bar. in l. ij. §. fin. de publi. iud. ex † qua p̄-
sumptione uiolenta etiam in criminalib. quando agitur
ad pęnam pecuniariam potest condemnari: ut cōiter te-
net. ꝑ Augustinum de Arim. in additio. ad Ang. in uersic.
ꝙ fama publica pced. char. 37. ubi multa allegat in d. tra
cta. malefi. & etiam quia concurrit ꝙ isti sunt inimici ca-
23 pitales, [illegible] inimicitia † est indicium uiolentū: per Gā

ut dicat Spec.& ibi Io.And.in tit.de pręsump.§.j. uer.sed
24 pone,ꝙ si unus reperitur † interfectus,& ignorat, a quo si habet inimicum capitalem, potest capi & torqueri, & multa alia concurrunt quæ breuitatis causa omitto, ergo cum hic sit publica fama,testes optime deponẽtes,tot uiolentę præsumptiones,quarũ unaqueq; de per se est sufficiens, equidem nemo diceret non esse plenisśime probatum,& maxime quantum ad pœnam pecuniariam.

¶Præterea optime probatur per instrumentum sententiæ latum per potestatem dicti castri contra illos contu-
25 maces, & sic fuerunt † contumaces nec unquã expurgarunt istam contumaciam, unde habentur pro confeśsis, iuribus uulgaribus,& nulla maior probatio quam confeśsio partis,& maxime cum hic sit statutum contra contumaces,& hoc solum fundamentum sufficeret.

¶Non obstant adducta in contrarium, & primo ꝙ fuit
26 conatus † qui non debet puniri,quia illud procedit quãdo stat in simplici uoluntate, & etiam si peruenit ad actũ exteriorem,sed eum pęnituit,secus quando impedimento facti fuit impeditus,& non potuit perficere,ut uult gl. in l.qui ea mente.de fur.& ibi no.& p Feli.in trac.de conatu.in 1. col. sed A. & sequaces fuerunt impediti propter clamorem leuatum in dicto castro ut per testes, ergo &c. & multis modis possem respondere,sed pręterea cum nõ habeat difficultatem,& de hoc iudex non dubitet.

¶Non obstat secundo ꝙ testes illi non sunt sufficientes,
27 cum sint socij criminis, quia quando † agitur ex ɔuentione sunt sufficientes, & semper possunt interrogari. Spec. in tit.de teste.§.j.uer.item quod socius. Cæpol. in consil. 31.Roma.in consil.154.Alex.in consi.89. per totum. sed hic agitur ex cõuentione & promiśsione cui facta est uia propter delictum,& non principał ad puniẽdum delictũ, ergo &c. ¶Præterea cõcurrunt tantę aliæ probationes & præsumptiones quæ debent operari ut testes probẽt,
28 cum una probatio coniungiť † cum alia ut probet,etiam in criminalibus:per Bar.in l.admonendi.& ibi Ias.col. ff.de iureiur.& maxime quia adest sua ficta confeśsio.

¶Non obstat ultimo,non esse ruptam treugã, quia uerbum offendere de proprietate comprehẽdit hanc aggreśsionem,& cum effectu uerbum offendere uerificatur, ut late constat in quarto præsupposito, non repeto, & ex omnibus istis concludo condemnãdum fore dictum A.& sequaces,ꝙ utiq; iudex omnino facere debet, ut delicta nõ remaneãt impunita,& fides seruetur,& prouincia purgetur malis hominibus,&c. Laus Deo.

¶Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIV.

1 *Dispositio eum non comprehendit, cui non conueniunt uerba ipsius dispositionis.*
2 *Dispensationes contra ius commune stricte debent interpretari.*
3 *Dispositio non refertur ad ignotum.*
4 *Paria sunt non esse, uel esse & non apparere.*
5 *Dispositio generaliter loquens generaliter debet intelligi etiam quod maior ratio militaret in uno casu quã in alio, & esset odiosa, uel correctoria.*
6 *Concesśiones gratiarum sunt fauorabiles attenta principali intentione.*
7 *Dispositione inducta ob publicam utilitatem,ita generaliter intelligitur, ut comprehendat omnes casus, & non restringatur de habilitati.*
8 *Geminatio actuum & uerborum facit ualere actum qui alias non ualeret, & includi in dispositione quod alias non includeretur.*
9 *Dispositio continens actus iam concesśi extensionem, ita generaliter uenit intelligenda, ut ad habilia non restringatur.*
10 *Dictio perinde, denotat similitudinem in omnibus, & per omnia.*
11 *Qui totum dicit nihil excludit.*
12 *Verbum irrogat, denotat impositionem factam a lege.*
13 *Lex est certa de omni eo quod est factum in rerum natura.*
14 *Ratio finalis dispositionis,ex illius proœmio colligitur.*
15 *Relatio de necesśitate fit ad unum, perinde & ac si illud specialiter fuisset expressum,quando ad aliud fieri non poterat.*
16 *Verba apposita ad augmentum, diminutionem non debent operari.*
17 *Ratio dispositionis sufficit ut in aliqua parte casus habeat locũ, ad hoc ut in eo uendicet sibi locum dispositio.*
18 *Dispensatio,large intelligitur,quatenus uerborum ipsius patitur generalitas.*

ESPONSVM CXXXVII.

¶An gratię & absolutiones in forma ampla,& generali cõcessæ omnibus incolis montium agri Bononiensis, competant his quorum delicta tempore concesśionis nondũ erant detecta.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Dubitatur an gratiæ & absolutiones concessæ per reuerendisśimum gubernatorem ac magnifica regimina ciuitatis Bonon.omnibus & singulis montium agri Bonon. incolis ab omni mulcta pœna tam reali quam personali & corporali irrogata,& iniuncta propter quoduis delictum & maleficium de quib. late in ipsorum instrumentis competant tantum bannitis ac in libro reorum descriptis, & non alijs delinquentib. quorũ delicta tunc temporis non erant detecta, & dubiũ faciebant illa uerba apposita in gratijs, iusserunt eorum nomina de proscriptorũ cabralis tolli &c.quę uerba non conueniunt eis qui tunc condemnati ac descripti non re-
1 periebanť &c.ergo nec dispõ, cũ † cui non cõpetunt uerba legis nec dispõ.l.4.§.toties.de dam.infec.& plene per doc.in l.fi.mancipia. C. de ser.fug.& maxime cũ istæ sint
2 dispensationes ꝯ ius cõe,ergo † stricte interpretandæ. c. 1.& 2.de fil.presby.& no.in l.si qñ. C.de inoffi.test. ¶Accedat quoq; cła posita in dictis gratiarũ instrumentis q̃ se restringit ad delicta cõprehẽsa in tabulis ser Tidei, sed istud delictũ cum non erat detectũ non poterat cõprehẽ
3 di cum dispõ † nõ referatur ad ignotum. l. tum decedẽs.
4 de inoffi.test.& † paria sunt non esse uel esse & non apparere.l.in lege.l.rutilia pola.de cõtrahenda emp.ergo &c.

¶Maturius uero consideranti facile apparebit hunc casum cõprehendi in d. gratijs cũ in eis expresse cautũ est omnes & singulos factionum duces, sequaces & cõplices in libris instrumẽtis & listis cõprehensis absolutos & liberatos esse ab omni mulcta pœna tam capitali q̃ reali & personali pp quoduis delictũ & maleficiũ, & per uerba multũ prægnãtia repetita & aucta in omnib.gratijs, quæ uerba ita se habent ad delictũ detectũ sicut non detectũ ex sui generalitate, ergo utrunq; debent comprehendere
5 dispositio † generaliter loquens generaliter debet intelligi.l.j.§.& gñaliter. de leg.præst. & si maior ratio nõ sit in uno casu q̃ in alio. l.j.§. ꝙ autẽ.de aleat. & si sit odiosa.l. in lege.& ibi Arc.de test.& si sit correctoria.c.ꝯ Christianos.de hære.in 6. p Alexã.in auth. ex testõ. de colla.ergo fortius istæ gratiæ sunt gñaliter intelligendæ cũ sint fa-
6 uorabiles attenta † principali intentione. arg.no.p Bar. in l.qui exceptio.de condi. indeb. & per mod.in l. unica. de in ius uocan. & præsentim cũ sint inducta ob publicã utilitatem,ut dr in proęmio illarũ,quo casu intelligitur,
7 ita gñaliter † ut comprehendat omnes casus non restringãtur,de habilitate.l.si qs in graui. §. utrũ. ad Sylla. & p doc.in l.j.§.nunciat.de no.oper. nunc.& eo maxime hoc esse debet cum huiusmodi gratiæ sint geminatæ & triplicatæ cũ augmento,& accedente tpis intercapedine,q̃ geminatio non solũ uerborũ sed actuum quantũ operetur
9 haud quenquã latet, nam † facit ualere actum qui alias non ualeret, & includi in dispositione ꝙ non includeretur:ut plene traditur per mod.in l.j. de offi.eius cui mãd. est.per no.in l.mulier.ad Velleia.& in l. Balista. & Trebel. & in l.cum scimus.de agri.& cens.cum simil.

¶Item cũ secundæ & tertiæ gratię contineant actus iam
9 concesśi extensionẽ, † sequiť quod ita generaliter sunt intelligendæ,ut non restringanť ad habilia: iuxta theoricã

Iac.

Iac.But.& Bar.communiter approbatum in d.l. j. §.nunciatio. de no.oper.nun. & faciunt illa uerba instruerunt, ac ita restituti esse uoluerunt, perinde ac si nihil unquã cõmisissent, & si habẽt respectum ad commissionem, & nõ,
10 an sit manifestum, & dictio perinde† denotat similitudinem in omnibus, & per omnia.l.2.de receptato.ergo his omnibus consideratis, ac simul iunctis liquidissime constat sub his gratijs delicta non detecta comprehendi.

¶Corroboratur ex ipsa uerborum proprietate dũ in eis dicitur omnes pœnas remiserunt & ꝯdonarunt, quę illis irrogatę & constitutę fuerunt &c. põdero uerbũ omnes, quæ est uniuersalis, & indistincte complectit, iuxta illud
11 uulgare† qui omne dicit nihil excludit.l. Iulianus. de le-
12 gat.j. & uerbum irrogatę, †ꝙ denotat impositionẽ factã à lege: iuxta tradita in l.commissa.de publi.& in l.imperatores.de iur. fisci. & aliquid in l. post ꝯtractum. de don. sed
13 lex† certa de omni ꝙ est factum in rerũ natura.l. cũ quidem.§.quod dicitur. de acqui. hære. cum ibi plene not. ergo cũ loquatur de pœna irrogata à lege non potest fieri differentia inter delictum occultũ & manifestũ, cũ omnia existentia in rerum natura apud legẽ sint manifesta.

¶Demonstratur quoque hunc casum in ipsis gratijs cõ-
14 prehensum esse, & ratione finali, quæ† colligitur ex proœmio ipsarum: iuxta tex.in l. fi.de hære. instit. nã ratio ibi assignatur ut facinorum commissorũ impunitatẽ, & ueniam pollicendo ab ira ad bonitatẽ inducerent, & agrũ Bonon.pacatum facerent, quæ ratio complectitur omne delictũ ẽt in accusationibus nõ deductũ, ut de se patet, præsertim cũ ex eo aliquam pœnam sint passuri. ¶Facit etiam : nam ipse carceratus est descriptus in illis listis, & non reperitur quod aliud delictũ unquam perpetrauit:
15 ergo refertur† gratia ad istud delictum, perinde ac si esset nominatum, cum ad aliud referri non potest: iuxta tex. in l.2.cum ibi nota. de libe. & posthu.& ex pluribus alijs hæc demonstrari possent, quæ cum sint aperta omitto.

¶Et ex his apparet responsum ad adducta in contrariũ quibus ut magis de bono iure huius pauperrimi incarcerati appareat sigillatim respondeo. ¶Et primo quod uerba conueniunt, ut dixi, & illa uerba tolli de tabulis
16 fuerunt posita † ad augendum diminutionẽ non debent operari.l.legata inutiliter.de adimen.lega. ¶Secundo
17 sufficit quod †ratio conueniat, quæ conuenit ut dixi: ut per Deci.in l.qui se patris.circa fi.C.unde libe.nec obstat quod sint dispensationes, quia etiam in illis non recedit
18 à † generalitate uerbi.d.l.cum lege.de testib.ergo &c.

¶Præterea sunt factę ob publicam utilitatem quo casu large intelliguntur.l.si quis in graui.§.utrum.ad sylla.ergo &c.& apud legem omnia existentia in rerum natura sunt certa, ut dixi, ergo cessat regula. l. rutilia polla.de qua supra. Laus Deo.

Ita respondebat Hieronymus Gratus.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenti uerba ubi clare cantant, opus non est alia disceptatione iudicij.*
2 *Incarceratione aduersariorum, magis cauetur aduersarijs quã datione fideiussorum.*
3 *Pœna qualibet etiam minima corporalis, est maior quacunque pecuniaria pœna.*
4 *Factum quid fuerit ex ęquipollentibus non refert.*
5 *Dictio taxatiua casum non excludit æquipollentem.*
6 *Promissio non obligat ultra uoluntatem promittentium, maxi-*
12 *Verbum non aliter, importat in formam.*
13 *Verba, nec aliter, nec alio modo, sunt tantæ uirtutis & potentię quod faciunt deficere consensum promittentium, & agentium, & ita esse in omnibus, & per omnia, ac si nihil actũ fuisset, nisi id quod ab agentibus requirebatur proprie fuerit adimpletum.*
14 *Dictiones nec aliter, nec alio modo, non patiuntur alium intellectum, uel subauditionem, uel adimplementum, quã expressum.*
15 *Geminatio arguit magis præcisam mentem disponentis.*
16 *Præstatio fideiussorum, posita in conditione, proprie & in casu expresso debet adimpleri.*
17 *Expressa per modum formæ, ad unguem debent obseruari.*
18 *Promissio, per æquipollens adimpleri non potest, quando contrahentes expresse casum æquipollentem reiecerunt, & noluerunt ita adimpleri.*
19 *Regula quę habet non referre quid ex æquipollentibus fiat, procedit quando casus æquipollentes sunt in omnib. eiusdẽ effectus.*
20 *Carcerati, propter aliorũ offensam, nullam pœnam pati debent.*

RESPONSVM CXXXVIII.

¶An cautio de non offendendo præstita sub conditione si pars aduersa præstiterit fideiussores, & non aliter, nec alio modo, in casu æquipollenti uerificetur, & quomodo intelligatur, & multa de clausula non aliter, nec alio modo &c.

INVOCATO diuino suffragio. ¶Præsupposito in facto quod ser Bartholomeus de Ronchonibus fuerit interfectus ab illis de Mainardis prima fronte clarissimi iuris esse uidetur illos de Mainardis, ac ipsorum fideiussores teneri ad soluendam pœnam quingentorum aureorum, cum ex uerbis instrumenti promissionis de non offendendo factę per ipsos id in indiuiduo exprimatur, & ubi
1 uerba instrumenti cantant non † est opus alia disceptatione iudicij cum instrumentum sit probatio probata: ut per Bal.in l.imperator.de statu homi.in l. contra negantem.ad leg.Aquil.& facit rem notoriam.c. cum olim. de uer.sig.& multa de instrumento: per Bar. Ias. & nouis. in l.j.in j.q.in prin.de no.ope.nun. ¶Nec dubium facere uidebatur quod illi de Mainardis promiserunt si & quãdo illi de Ronchonibus dederint suos fideiussores, & nõ aliter, nec alio modo, quia aduertendum est quod illi de Ronchonibus, ex eo quia fideiussores non dederunt fuerunt incarcerati, & tempore quo ser Bartholomeus fuit
2 interfectus erant in carceribus detenti, propter quam detentionem illis de Mainardis† magis cautum esse uidebatur quam si fideiussores dedissent, cum potius ab offensis essent remouendi, & haberent abstinere propter incarcerationem suorum, quam propter pœnam pecuniariam, cum si casus offensæ euenisset carcerati aliquas pęnas corporales pati potuissent: & quælibet minima pœ-
3 na corporalis est maior quacunque† pecuniaria.l. in seruorum.de pęn. ¶Item loco cautionis rei personis cautum esse uidebatur, & ita per æquipollens, & non refert
4 quid ex æquipollentibus † fiat.l.si mater.C. de institu. & substit.sub condi.fact.l.mulier.C.ad Trebel. l. Gallus.§. & quid si tantũ.de lib.& posth. ubi late per omnes: quod adeo uerum est, ut procedat etiam si dictio taxatiua esset
5 apposita cum per † eam æquipollens non excludatur: ut per Pau.de Cast.in consi.296.per Ias. in dicta. l. si mater. & ita perinde est ac si fideiussores dederint quousque sta-
[illegible] in carceribus, & si dationi fideiussorũ carcere ipso

miserunt in casu quo illi de Ronchonibus non præstiterint fideiussores ex parte sua, immo præstatio fideiussorũ de forma dʒ esse ad hoc, ut teneant illi de Mainardis. quibus præsuppositis firmis manẽtibus, sequit firma ɔclusio ꝙ ex quo illi de Ronchonibus nõ præstiterũt fideiussores Mainardi nõ tenent cũ in tali casu nõ promiserunt, immò expresse declararunt se nolle teneri, nec in aliquo obligari, & ex promissione apertissime demõstrat, cuius uerba sunt hæc qui &c. nõ intẽdũt, nec aliquo modo intellexerunt, nec uolũt modo aliquo obligati neq; teneri ad suprascripta, & infrascripta, neq; ad aliquid prędictorũ, & infrascriptorũ ex pacto expresso, nisi quũ & qñ ex parte illorũ de Ronchonibus fuerint dati & præstiti similes ad tantũdẽ summã pro qua præstiti sunt fideiussores pro rata respectiue, & nõ aliter, & nõ alio modo robur, & uim obtineat præsens instrumentũ: quæ uerba, & si ex sui proprietate id satis ostendãt, nihilominus ut magis liqueat de bono iure illorũ de Mainardis sigillatim põdero. Et primo protestationẽ declaratoriã dũ dr ꝙ nõ intelligunt, nec uolunt modo aliquo obligari neq; teneri ad suprascripta & infrascripta, nec ad aliquid prędictorũ, & infrascriptorũ ex pacto expresso, nisi cũ & qñ ꝓ parte illorũ de Ronchonibus sint pstiti fideiussores, quæ uerba ɔtinent expressam declarationẽ uoluntatis promittẽtiũ,
6 & promissio non obligat † ultra uoluntatẽ promittẽtiũ, maxime expresse declarantẽ. l. obligationũ substãtię. §. nõ satis. de act. & oblig. l. in ɔuentionalibus. in fi. de uerb. obl. l. si solius. §. si fundus. de ɔhe. emp. plene per omnes scrib. in l. nõ omnis. si certũ pet. ergo nõ obligantur per illã promissionem in casu quo nõ sint præstiti fideiussores à Ronchonibus: ꝙ apertius demonstrat ex natura il
7 lius dictionis † nisi, quę importat ɔditionem actus suspẽ siuã: ut late per Bar. & omnes in l. j. de cõdi. & demo. col.
